

B. 334

19/869

SEPTIMVS TOMVS

OPERV M VENERABI

lis Bedæ: in quo Conciones & scripta continen-
tur, quæ ad Ecclesiam instruendam, piorum-
que animos excitandos multum fa-
ciunt: eorū uerò nomencla-
tio, pagella uersa ha-
betur.

Universitätsbibliothek
GRANADA
Salz A
Nummer 30
Tabla H3

BASILEAE, M. D. LXIII




B. 334 9/869

SEPTIMVS TOMVS

OPERV M VENERABI

lis Bedæ: in quo Conciones & scripta continen-
tur, quæ ad Ecclesiam instruendam, piorum-
que animos excitandos multum fa-
ciunt: eorū uerò nomencla-
tio, pagella uersa ha-
betur.



BASILEAE, M. D. LXIII



SEPTIMI TOMI

ELENCHVS.

<i>Homiliæ æstiuales de Tempore, XXXIII.</i>	
<i>Pagina</i>	2
<i>Homiliæ æstiuales de Sanctis, XXXII.</i>	127
<i>Homiliæ hyemales de Tempore, XV.</i>	256
<i>Homiliæ Quadragesimales, XII.</i>	304
<i>Homiliæ hyemales de Sanctis, XVI.</i>	404
<i>Sermones ad populum uarij</i>	472
<i>Scintillæ, siue Loci communes</i>	516
<i>De muliere forti, libellus</i>	627
<i>De Officijs, libellus</i>	839
<i>Fragmenta quædam in libros Sapientiales, & Psalterij uersus aliquot.</i>	850

Homiliae aestiuales Bedae presbyteri de tempore.

IN VIGILIIS PASCHAE.

Matth. 28. In illo tempore, Vespere autem sabbati quae lucecit in prima sabbati, uenit Maria Magdalena, & altera Maria uidere sepulchrum. Et ecce tremotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de caelo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIOE.



Rom. 4.

VIGILIAS nobis huius sacratissimae noctis, sicut ex lectione euangelica audiuius, fratres charissimi, resurrectio Domini ac Saluatoris nostri dedicauit. Iuste etenim hanc pro eius amore uigilijs celebramus & hymnis, qui pro nostro amore in ea dormire in mortem, ac de morte uoluit excitari. nam sicut Apostolus ait, mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Quod ipso quoque statum temporis quo uel mortuus est in cruce, uel a mortuis resurrexit, ostendit. Circa horam quippe nonam, cum inclinata iam esset ad uesperam dies, & tepes factus a meridiano seruore radius solis, mysterium uictoriosissimae passionis consummauit, euidenter se insinuans propter auferenda scelera, quibus a diuina luce & dilectione in huius mortem peregrinationis incidimus, crucis subisse patibulum. Surrexit mane prima sabbati, quae nunc dies Dominica uocatur, manifeste docens se nos a morte animae resuscitaturum: & in lucem perpetuae felicitatis esse perduciturum. Sed & aliud nobis memorabile mysterium tempore suae passionis, sepulture & resurrectionis intimare curauit. Sexta quippe feria crucifixus est, sabbato quieuit in sepulchro, Domini ca resurrexit a mortuis, significans electis suis per sex huius seculi aetates, inter pericula persecutionum bonis operibus insudandum. In alta autem uita quasi in sabbato perpetuo requiem animarum sperandam: porro in die iudicii quasi in die dominica, corporum quoque immortalium receptionem esse celebrandam, in quibus deinceps anima superno gaudio sine fine fruuntur. Quod autem in lectione euangelica dictum est, quia sanctae mulieres uespere sabbati, quae lucecit in prima sabbati, uenerint uidere sepulchrum, ita intelligendum est: quia uespere quidem uenire coeperint, sed lucescente mane in primam sabbati ad sepulchrum peruenierunt, id est, uespere aromata parauerunt, quibus corpus

Bedae tom. 7.

pus Domini ungered desiderabāt, sed parata uespere aromata mane ad sepulchrum detulerint. quod Matthaeus quidem breuitatis causa obscurius posuit, sed alij euangelistae quo ordine sit factum euidentius ostendunt. Sepulto namque sexta feria Domino, reuersae a monumento mulieres parauerunt aromata & unguenta quamdiu operari licebat, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum, sicut Lucas aperte designat. Cum autem transisset sabbatum, uesperaque adueniente tempus operandi redisset, mox prompte ad deuotionem emerunt, quae minus parauerant aromata, sicut Marcus commemorat, ut uenientes ungerent eum, & ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum. Quare rendum autem, cur noctem Dominicae resurrectionis euangelista describens ait,

Luc. 24.

Mat. 16.

Vespere autem sabbati, quae lucecit in prima sabbati.] Cui consuetus ordo temporum habeat, uesperam magis tenebrescere in noctem, quam in diem lucefcere. Sed mystice loquens euangelista quantum dignitatis hac sacratissima nox de gloria deumatae mortis accepit, insinuare studuit, dum eius exordium quo deuotae Christo foeminae in obsequium illius uigilare coeperunt, in sequentem iam diem lucefcere perhibuit. Nam dominus auctor & ordinator temporum, qui in ultima noctis huius parte surrexit, totam eam nimirum eiusdem resurrectionis luce festiuam reddidit & coruscantem. Siquidem ab exordio mundanae creationis usque huc, ita temporum cursus distinebatur, ut dies noctem praecederet, iuxta ordinem uidelicet primae conditionis. Hac autem nocte per mysterium resurrectionis Domini tempore ordo mutatus est. Nam quia nocte resurrexit a mortuis, die uero sequenti eiusdem resurrectionis effectum discipulis ostendit, ac participato cum eis conuiuio, ueritatem uirtutis eius mirantibus simul & gaudentibus astruxit: rectissime nox illa sequentis diei coniuncta est luci, ac si temporum ordo statutus est, ut dies noctem sequatur. Et quidem aptissime quondam diem sequebatur nox, quia homo a luce paradisi peccando lapsus, in huius seculi tenebras aeternasque decidit: aptissime nunc dies sequitur noctem, quando per fidem resurrectionis a peccati tenebris & umbra mortis ad lucem uitae Christo largiente reducimur. Quapropter necesse est, fratres charissimi, ut quia noctem hanc praecipua gratia Dominicae resurrectionis illustratam cognouimus, ipsi quoque solliciti curemus, ne qua eius particula nostro in corde tenebrescat, sed tota lucefcet in diem, & nunc uidelicet nobis uigilias eius digne deuotione laudis agentibus, & completis quoque uigilijs sobria ac pura conscientia, dei Domini paschalis festa expectantibus.

Venit, inquit, Maria Magdalena, & altera Maria uidere sepulchrum.] Duarum unius nominis eiusdemque amoris ac deuotionis foeminae, quae Dominicum uenerunt inuisere sepulchrum, duas fidelium plebes, Iudaicam scilicet & gentilem designant, quae una atque indissimili studio passionem, resurrectionemque

sui redemptoris quacumque eius ecclesia per orbem diffusa est celebrare desiderant. Quod autem terramotus resurgente Domino de sepulchro sicut etiam moriente in cruce factus est magnus, significat terrena prius corda & celestia spe deiecta per fidem passionis ac resurrectionis eius concutienda ad poenitentiam, ac saluberrimo pauore permota, ad uitam sublimamam perpetuam. Quod angelus aduenit, obsequium seruitutis sue quod Domino debuit, exoluit. Quia enim Christus Deus & homo est, inter alia humanitatis eius semper angelorum ministeria Deo debita non desunt, sicut inquisita sancti euangelij copiosissime probat historia. Reuoluit autem lapidem, non ut egressuro Domino ianuam pandat, sed ut egressus eius iam facti praestet hominibus indicium. Qui enim mortalis adhuc clauso uirginis utero potuit nascendo mundum ingredi, ipse absque ulla dubietate iam factus immortalis, clauso licet sepulchro potuit resurgendo exire de mundo. Nec praetereundum quare testis Dominice resurrectionis angelus sedens apparuerit, cum is qui natiuitatis eius mundo gaudium euangelizabat, iuxta pastores fretisse legatur. Stare quippe pugnantis est, sedere autem regnantis. Et recte stans apparuit angelus qui aduentum Domini in mundo praedicabat: ut etiam stans signaret, quia is quem praedicabat, ad debellandum mundi principem ueniret. Recte praeco resurrectionis eius sedisse memoratur, ut etiam sedendo figuraret eum superato mortis autore, sedem regni iam consecuisse perpetui. De qua ipse paulo post discipulis apparens ait: Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Et euangelista Marcus: Et Dominus quidem Iesus, inquit, postquam locutus est eis, assumptus est in caelum, & sedet a dextris Dei. Sedebat autem super lapidem reuolutum, quo ostium monumenti claudebatur, ut claustra inferorum sua illum uirtute deiecisset ac superasse doceret, quatenus omnes quos ibi suos inuenisset ad paradisi lucem requiemque subleuaret, iuxta illud propheticum: Tu quoque in sanguine testamenti eduxisti uiuos de lacu, in quo non est aqua.

Erat aspectus eius sicut fulgur, & uestimenta eius sicut nix.] Ut ipso quoque habitu & uultu significaret, quia is cuius gloriam resurrectionis nunciabat, & terribilis ad damnandum reprobos, & benignus esset ac blandus ad consolandum electos. In fulgure etenim terror timoris, in nix autem blandimentum candoris exprimitur. In cuius indicium diuine discretionis ipse quoque angelus apparet, & custodes sepulchri impios timore perterret, ac mortuorum instar terre prostermit, & uisitatrices eiusdem sepulchri piissimas benigna consolatione refouet, ac ne paueant confortat. Insuper etiam familiari assatu prior ipse, quia sciret eos Iesum querere, dicit, & quia iam surrexit addit, mox etiam ipsas honorifico ac laetissimo subditas ministerio gaudium resurrectionis eius euangelizare precipit. Et quam felices femine, quae angelico doctae oraculo triumphum

resurrectionis mundo annunciare meruerunt, atque mortis, quam Eua serpentino seducta assatu contraxit, imperium predicare dirutum. Quamto feliciores animae uirorum pariter & foeminarum, quotquot in die iudicij percussis pauore ac digna ultione reprobis, ipse celestis gratia adiuta triumphare de morte, & gaudium beatæ resurrectionis intrare meruerint. Currentibus autem eis euangelizare discipulis occurrit Iesus, easque salutat, ostendens se omnibus iter uirtutum inchoatibus, ut ad salutem perpetuam peruenire queant, adiuuando occurrere.

Ille autem accesserunt & tenuerunt pedes eius.] Videamus fratres in Domino resurgente a mortuis ueritatem nostrae carnis, uideamus gloriam non uel corruptionis. Superius quippe lectum est, quia clauso surrexit monumento: nunc autem legitur, quia mulieres tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Surrexit enim clauso ostio monumenti, & exiit, ut immortalis iam factum doceret esse corpus, quod in monumento clausum fuerat mortuum. Tenendas mulieribus praebuit plantas, ut ueram se haberet carnem, quae a mortibus tangi posset intimeret.

Ite, inquit, nunciate fratribus meis, ut eant in Galileam, ibi me uidebunt.] Omnia pietas saluatoris, mira benignitas. Quos ante passionem discipulos, & aliquid quando etiam seruos uocare consueuerat, hos post resurrectionem fratres appellat, ut & eiusdem se humanitatis, quam & ante habuerat, habitum resurgendo resumpsisse monstraret, & illos quoque ad promerendam sperandamque in sua carne coronam immortalitatis qua ipse iam praeminebat, erigeret. Sanè quod se in Galilea uidendum a discipulis praedixit, & sicut sequentia sancti euangelij declarant, exhibuit etiam in hoc mystice, & ueritatem suae resurrectionis & nostrae profectum uitae spiritalis insinuat. Galilaea quippe transmigratione facta interpretatur. Et bene in Galilea uidetur a discipulis, qui iam de morte ad uitam, de corruptione ad incorruptionem, de poena transmigrauerat ad gloriam, ut uictoriam resurrectionis non solum ostensione corporis & exhortatione sermonis, sed nomine quoque loci in quo appareret & loqueretur commendaret. Sed & ipsi gaudio resurrectionis eius ita solum tunc frui ualeamus, si nunc de corruptela uitiorum ad uirtutum opera transmigrare satagemus. Vnde curandum summopere est fratres mei, ut quia resurrectionis Domini & saluatoris nostri tempus agnouimus, quia eius solennia celebramus, continuis bonorum operum profectibus ad contemplandam eius celsitudinem transmigremus: quia nostrae resurrectionis tempus ignoramus, quod tamen futurum nullo modo ambigimus, & omni quidem, & in hac praecipua nocte sollicitas pro eius expectatione uigilias agamus. Obsecremus misericordiam illius, qui susceptam pro nobis humiliter mortem mox sublimiter superauit, ut nostrae nos tempore resurrectionis de morte ad uitam transmigrare concedat. Rogemus eum qui pascha nostrum immolatus est Christus, ut & inchoata paschalis gaudij

Luce 2.

Matt. 28.

Marc. 26.

Zach. 9.

1. Cor. 9.

gaudij solennia nos digne peragere, & per hæc contingere ad gaudia præstet æterna. Inter hæc uerò notandū, quòd huius sacratissimæ noctis ac redemptionis nostræ, quam colimus solennitas, iam olim est in antiquo Dei populo mystice designata. Cum enim idē populus diu fuisset Aegyptia seruitute grauatus, nec eum dimittere uellent Aegyptij ad liberū sui conditoris exire seruitium, tandē præcepit ei Dominus in celebratione paschæ immolare agnum, eiusq; carnes hac nocte assare & edere, & ex eius sanguine, qui esset effusus in limine postem domorū suarū utruq; ac superliminare perungere, atq; intus paratum ac uigilantem, horam suę redemptionis expectare: quod dum faceret, ecce noctis huius medio Dominus adueniēs percussis Aegyptiorum primogenitis, liberauit populū suum à pondere longę seruitutis, atq; ad terram promissā olim patrię perduxit, iubēs, eum hæc noctem in memoriam suę saluationis omnibus annis immolationem agni paschalis agere solēnem. Quę profectò redemptio populi illius spiritualis nostrę redemptionis, quę resurgente à mortuis Domino hac nocte completa est, typū gessit, sicut etiam carnales eiusdem populi oppressores Aegyptij diriora nequitie spiritualis arma designant, quibus subiectū sibi genus humanum impia damnatione premebat. Sed ueniens agnus immaculatus dignatus est immolari pro nobis, dedit sanguinem suum nostrę salutis precium, qui morte ad tempus suscepta, mortis imperium perpetuò damnauit, mirandocq; ac deliderabili spectaculo agnus innocenter occisus, leonis qui occiderat uires potenter attriuit. Agnus qui tollit peccata mundi, leonē qui intulit peccata mundo cōstrēgit: agnus qui nos suę carnis & sanguinis libamine ne pereamus reficit, leonem qui nos rugiens circuit, & quę de nobis perdat, inquit, interficit agnus, qui suę mortis signum frontibus nostris adcutiēda tela mortiferi hostis imposuit. Nam & sicut sanguis agni legalis in limine superliminari, & utroq; poste domorum in quibus edebatur iussus est poni, ut etiā quadripartita sanguinis distinctio quadrisidū Dominicę passionis uexillum, quo nos signati liberamur exprimeret, deiecit aduersarium nostrę libertatis & pacis, qui insidiatur nobis in occulto, sicut leo in cubili suo. Sicut ergo nocte hac immolato agno in Aegypto, signatis eius sanguine domibus fidelium, comestis eius carnibus uenit Dominus repenti, & eos qui mysterij cœlestis exortes manebant puniens, e contra populū quę sacramentis salutaribus imbutum uidit, redemit: ita nimirū Dominus ac redemptor noster cum suum pro nobis corpus & sanguinem hostiam patri obrulisset, subuertit potentiam diaboli, & satellitum eius spirituum uidelicet immundorū audaciam comminuit. Dislicet claustra inferni, electos qui ibidem quamuis in tranquillitatis sinu tenebantur eruit, & hac ipsa nocte resurgens à mortuis ad cœlestis regni gaudia reduxit, impleta prophetia quę dixit, Ascē

Exod. 12.

Psal. 67.

Bede rom. 7.

dēs in altū captiuā duxit captiuitatē, nec iustos solū, quos apud inferos inuenit, abstulit, uerū etiam eis, quos in carne adhuc positos suos esse cognouit, nec non & nobis, quos in se credituros in fine temporum præuidit, remediū salutis morte sua ac resurrectione procurauit. Nobis etiā antequā crearemur spiritalem uitā alimoniam qua recrearemur sacrauit, signū uictorię quo ab hostiū insidijs muniremur parauit, uitæ perēns iter quod sequamur aperuit. Vnde & ipsi merito nocte hac redemptionis nostrę memores uigilijs Deo dignis instamus & precib; lectionibus diuinis, quę datæ nobis gratiæ muñera narrāt, audiendis operam damus, nouam adoptionis plebē spiritualis Aegypti Domino subtractam, unī uero Domino fonte regenerationis sacramus, missarum solētia celebramus, corpus sacrosanctum & preciosum agni nostrī sanguinem, quo à peccatis redempti sumus de nouo Deo in profectum nostrę salutis immolamus. Et quia de resurrectionis Dominicę simul & ereptionis nostrę mysterijs annua solennitate lætamur, studeamus charissimi, hæc eadem mysteria interno mentis amore complecti, hæc uiuendo semper tenere, hæc quasi munda animalia nunc oris locutione rumināda, nunc cordis penetralibus retrahenda seruemus, & ante omnia talibus uitam ducere curemus acibus, quibus nostrę quoq; resurrectionis euentum legantes mereamur aspicere, ut cum tuba nouissimi totum genus humanū excitans ad tribunal iusti iudicis aduocauerit, nos à sorte reprobiorū secernat, signum eiusdem iudicis nostrī, quo sacramur, à pœna negligentū secernant uigilię quibus aduētum eius expectamus, eisq; digna ultione multatis ipse nos ad mansuetudinę pacis, quam ante secula promissit, inducat, qui uiuit & regnat cū patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorū, Amen.

IN DIE SANCTO PASCHAE.

Marci 16. Matt. 28. Lucæ 24. Ioan. 20.

In illo tempore, Maria Magdalena & Maria Iacobi & Salome uenerunt aromata, ut uenientes ungerēt Iesum. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE BADEM LECTIO NE.

In euangelio Lucæ scriptum est, quod reuerentes à monumento parauerunt aromata & unguenta, & sabbato quidem siluerūt secundū mandatum. Mandatum ergo legis erat, ut sabbati silentium à uespera usq; ad uesperam serua retur: ideoq; religiose mulieres sepulto Domino, quamdiu licebat operari, id est usq; ad solis occasum, in unguentis preparandis erant occupatæ, ut Lucas scribit. Et quia tūc præ angustia temporis opus explere nequibāt, festinauerūt mox transactio sabbato. i. occidēte sole, ubi operandi licētia remeauerat, emere aromata, sicut Marcus refert, ut ueniētes mane ungerēt corpus eius. Neq; enim uespere sabbati p̄occupaz

Deuter. 9.

Lucæ 24.

3 3

te iā noctis articulo, monumentū aditū ualuerit.

Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum, oratio iam sole.] Prima sabbatorum prima dies est a die sabbatorum, id est, requietionum, quā nunc diem Dominicam propter resurrectionem Domini saluatoris mos ecclesiasticus appellat. Id ipsum autē est, cum una sabbati, siue una sabbatorum legitur, id est, una dies a sabbatorū die, hoc est, requietionum, quæ in sabbatis custodiebantur. Sanctæ autem mulieres quæ Dominū fuerant secutæ, cum aromatibus ad monumentum uenerunt, & ei quem ueniētē dilexerant, etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur. Et nos ergo in eum, qui est mortuus credentes, si odore uirtutum reuerenti cum opinione bonorum operum Dominū querimus, ad monumentum profectō illius cum aromatibus uenimus. Quod autem ualde mane mulieres uenerūt ad monumentum oratio iam sole, id est, cum iam celum ab orientis parte albesceret, quod non fit utiq; nisi solis orientis uicinitate, iuxta historiam quidem magnus querendi & inueniēdi Dominum fernor charitatis ostenditur: iuxta intellectum uerō mysticum nobis datur exemplum illuminata facie, decursusq; uitiorum tenebris odorem bonorum operum Domino, & orationum suauitatem offerre.

Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde.] Quomodo lapis per angelum reuolutus sit, Matthæus sufficienter exponit. Sed reuolutio lapidis, mystice referationem sacramentorum Christi, quæ uelamine litteræ legalis tegebantur, insinuat. Lex enim in lapide scripta est, cuius ablato tegmine, gloria resurrectionis ostensa, & abolitio mortis antiquæ, ac uita nobis speranda perpetua toto cœlo per orbem prædicari.

Et introeuntes in monumentum, uiderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida, & obstupuerunt.] Introeuntes ab oriente in domum illam rotundam, quæ in petra est excisa, uiderunt angelum sedentem ad meridiam partem loci illius, ubi positū fuerat corpus Iesu: hoc enim erat in dextris. Quia nimirum corpus quod supinum iacēs caput habebat ad occasum, dexteram necesse est haberet ad austrum. Scribit autem Matthæus quod angelum qui reuoluit lapidem ab ostio monumenti, primō uiderunt super ipsum lapidem sedentem, qui eas intrare in locum ubi Dominus erat positus iusserit, & uidere quod iam resurrexisset a mortuis. Scribit Lucas quod intrantes in monumentum duos angelos inibi stantes inuenerint. Illæ ergo mulieres angelos uident, quæ cum aromatibus uenerunt: quia uide licet illæ mentes supernos ciues aspiciunt, quæ cum uirtutibus ad Deum per sancta desideria proficiscuntur. Notandum uerō nobis est, quid nā sit quod in dextris sedere angelus cernitur. Quid namq; per sinistrā, nisi uita præsens: Quid uerō per dexterā, nisi perpetua uita signatur. Vnde scriptum est: Laua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Sinistram

namq; Dei ecclesia prosperitatem uidelicet uitæ presentis quasi sub capite posuit, quam infertione summi amoris premit: dextera uerō Dei eā amplectitur, quia sub æterna eius beatitudine tota deuotione continetur. Quia igitur redemptor noster iam presentis uitæ corruptionem transierat, recte angelus qui nunciare perennē eius uitam uenerat, in dextera sedebat. Qui stola candida coopertus apparuit, quia festiuitatibus nostræ gaudia nunciavit. Candor etenim uestis splendorem nostræ denunciat festiuitatis. Nostræ dicamus an suæ? Sed ut fateamur uerius, & suæ dicamus, & nostræ. Illa quippe redemptoris nostri resurrectio, & nostra festiuitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit: & angelorum festiuitas exitit, quia nos reuocando ad celestia eorum numerū impleuit. In sua ergo ac nostra festiuitate angelus in albis uestibus apparuit, quia nos per resurrectionē Dominicam ad superna reducimur, celestis patriæ dāna reparantur. Sed iam qui ueniētes feminas affatur audiamus.

Nolite expauescere: Iesum quem uisistis Nazarenum, crucifixum, surrexit, non est hic: ecce locus ubi posuerunt eum.] Nolite, inquit, expauescere. Ac si apertē dicat: Pauca illi qui non amant aduentum supernorum ciuiss, pertimescant qui carnalibus desiderijs pressi, ad eorum se societate pertingere posse desperant. Vos autem cur pertimescitis, quæ concitantes uestros uidetis? Vnde & Matthæus angelum apparuisse describens, ait: Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & uestimenta eius sicut nix. In fulgure etenim terror timoris est, in niue autē blandimentum candoris. Quia uerō omnis potens Deus & terribilis est peccatoribus, & blādus iustis, recte testis resurrectionis eius angelus, & in fulgure uultus, & in candore habitus demonstratur, ut de ipsa specie & terre ret reprobos, & mulceret pios.

Iesum quem uisistis Nazarenum.] Iesum Latino eloquio salutaris, id est, Saluator interpretatur. At uerō multi hoc nomine dici poterāt tunc, non tamē substantialiter, sed nuncupatiuē. Ideoq; locus subiungitur, ut de quo Iesu dictū sit, manifestetur: Nazarenum & causam protinus subdit: Crucifixum, atq; addidit: resurrexit, non est hic. Nō est hic, dicitur per presentiam carnis, qui tamen nunquam deerat per presentiam maiestatis.

Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in galileam.] Querēdum est nobis cur nominatis discipulis Petrus designatur ex nomine. Sed si hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magistrum negauerat, uenire inter discipulos non auderet. Vocatur ergo ex nomine, ne desperaret ex negatione. Quia in re considerandū nobis est, cur omnipotēs Deus eum quē cūctæ ecclesiæ præferri disposuerat, ancillæ uocē pertimescere, & seipsum negare permisit. Quod nimirum magne actum pietatis dispensatione cognoscimus, ut is qui futurus erat pastor ecclesiæ in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaq; eum ostendit sibi, & tunc præposuit cæteris, ut ex sua infirmitate cognosceret,

Matth. 28.

Matth. 28.

Ibidem.

Lucæ 24.

Cantic. 8.

feceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret. Bene autē de redemptore nostro dicitur:

*Præcedet uos in Galileam, ibi cum uidebitis, sicut dixit uobis.] Galilæa namq; transmigratio facta interpretatur. Iam quippe redemptor noster à passio-
ne ad resurrectionem, à morte ad uitam, à pœ-
na ad gloriam, à corruptione ad incorruptionē
transmigrauerat. Et primum post resurrectionē
in Galilæa à discipulis uidetur, quia resurrectio
his eius gloriā post se uidebimus, si modò à
uitis ad uirtutum celsitudinē transmigramus.
Qui ergo in sepulchro nūciatur, in transmigra-
tione ostenditur: quia is qui in mortificatione
carnis agnoscitur, in transmigratōne mentis ui-
detur, qui cum patre & spiritu sancto, &c.*

FERIA SECUNDA PA-
SCHÆ. Luca 24.

In illo tempore, duo ex discipulis Iesu ibant in castellum, quod
erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine E-
maus: & ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acci-
derant. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADĒM LECTIōNE.

Stadium quo Græci autore, ut dicunt, Her-
cule uiarū spacia mensurant, octaua est pars
militarij, & ideo sexaginta stadia, septem milia
passuum & quingentos significant. Quod bene
spacium itineris congruit eis qui de morte ac se-
pultura Saluatoris certi, dubij de resurrectione
gradiebantur. Nam resurrectionem quæ post se-
ptimam sabbati facta est, octauo numero conci-
nere quis ambiget? Discipuli ergo qui de Do-
mino loquentes incedebant, sextum cœpti iti-
neris militarium compleuerunt: quia illum sine
querela uiuentem usq; ad mortem, quam sexta
sabbati subijt, peruenisse dolebant. Compleue-
runt & septimum, quia hunc in sepulchro quie-
uisse non dubitabant. Verum de octauo dimi-
dium tantum peregerunt, quia gloriā celebra-
tæ iam resurrectionis necdum perfectæ crede-
bant. Emaus autē ipsa est Nicopolis ciuitas in si-
gnis Palæstina; quæ post expugnationem Iu-
dææ sub Marco Aurelio Antonino principe re-
staurata, cum statu mutauit & nomen.

*Et factum est dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse
Iesus appropinquans ibat cum illis.] Loquentes de se Do-
minus appropinquans comitatur, ut & fidē suæ
resurrectionis eorum mentibus incendat, & oc-
cultæ præsentia maiestatis semper se quod pro-
misit impleturum designet: Vbi enim sunt duo
uel tres congregati in nomine meo, ibi, ait, sum
in medio eorum.*

Matth. 18.

*Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait
ad illos: Qui sunt hi sermones quos consertis adinuicem ambu-
lantes, & estis tristes?] Apparuit quidem Dominus
discipulis, sed eis speciem quam recognoscerēt
non ostendit. Hoc ergo egit Dominus foris in
oculis corporis, quod apud ipsos agebatur per pas-
siones in oculis cordis. Ipsi namq; apud semetipsos*

intus & amabant & dubitabant: eis autem Do-
minus foris & præsens aderat, & quis esset non
ostendebat. De se ergo loquentibus præsentia
exhibuit, sed de se dubitatibus cognitionis suæ
speciem abscondit.

*Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus
peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt
in illis diebus?] Peregrinum putabant eum, cuius
uultum non agnoscebant: sed & reuera pere-
grinus erat eis, à quorū naturæ fragilitate, per-
cepta iam resurrectionis eius gloria logē distabat.
Peregrinus erat eis, à quorū adhuc fidē utpote
resurrectionis esus nescia manebat extraneus.*

*Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt de Iesu Nazareno, qui
fuit uir propheta, potens in opere & sermone coram Deo &
omni populo.] Prophetam & magnum fatentur,
filium Dei tacent, uel scilicet nondum perfectæ
credentes, uel solliciti ne inciderēt in manus Iu-
dæorum persequentium, quia nesciebant quis
esset cum quo loquebantur, quod uerum cre-
didere celantes.*

*Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes & princi-
pes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum: nos au-
tem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel.] Meri-
to tristes incedebant, quia & seipsos quodam-
modo arguebant quod in illo redemptionē spe-
rauerint, quem iam mortuum uiderant, nec re-
surrecturū credebāt, & maxime dolebant eum
sine culpa occisum, quia nouerant innocentē.*

*Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie, quod hæc facta
sunt. Sed & mulieres quedam ex nostris tenuerunt nos, quæ
ante lucem fuerunt ad monumentum: & non inuento corpore e-
ius, uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse, qui
dicunt eum uiuere.] Terruisse dicuntur merito eos,
quorum mentibus plus de non inuento corpor-
e Dominico mœstitiam qua dolebant addere,
quàm denūciata per angelos eius resurrectione
gaudium quo recrearentur, uiderent potuerunt.*

*Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inue-
nerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum uerò non inuenerunt.]
Cum ipse Lucas supra Petrum dixerit cucur-
risse ad monumentū, & nunc Cleopham dixisse
se ipse retulerit, quod quidam eorum serant ad
monumentum: intelligitur attestari quod duo
ierint ad monumentum, sed Petrus solū primò cō-
memorauit, quia illi primitus Maria nūciauerit.*

*Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in
omnibus quæ locuti sunt prophetae. Nōne hæc oportuit pati
Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Mo-
se, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scriptu-
ris quæ de ipso erant.] Hoc nobis in loco non ulla
scripturam interpretandi, sed gemina nos ipsos
hūmiliandi necessitas incumbit, qui neq; in scri-
pturis quantum oportet edocui, neq; ad imple-
nda quæ discere forte potuimus, quantum dece-
sumus intenti. Nam si Moses & omnes prophete
Christum locuti sunt, & hunc per angustiam
passionis in gloriam suam intraturum, qua ra-
tione se gloriatur esse Christianos, qui iuxta uir-
tutum suarū modulum neq; scripturas qualiter
ad Christū pertineant inuestigare, neq; glo-
riam quæ cum Christo habere cupiunt, per pas-
siones tribulationum desiderant attingere.*

a 4 Et

Et appropinquaerunt castello quò ibant, & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduerserascit, & inclinata est iam dies, & intravit cum illis. Nihil simplex ueritas per duplicitatem fecit, sed quod dicitur, finxit se longius ire, talem se exhibuit discipulis in corpore, qualis apud illos erat in mente. Probandi autem erant si hi qui eum, & si necdum ut Deum diligenter, saltē ut peregrinū amare potuissent. Sed quia esse extranei à charitate non poterant, hi cum quibus ueritas gradiebatur, eum ad hospitium quali peregrinum uocant. Cur autem dicimus uocant, cū illic scriptum sit, & coegerunt illum: Ex quo mirum exemplo colligitur, quia peregrini non solū ad hospitium inuitadi sunt, sed etiā trahendi.

Et factum est dum recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis: & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Quem in scripturæ sacræ expositione non cognouerunt, in panis fractione cognoscunt, audiendo præcepta Dei illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt, quia scriptum est: Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quisquis ergo uult audita intelligere, festinet ea que iam intelligere potuit opere implere.

Et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt admirantes: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Ignem, inquit, ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat: Ignem quippe Dominus in terrā misit, cum afflatu spiritus sancti cor carnalium incendit: & terra ardet, cum cor carnalium in suis prius uoluptatibus frigidum relinquit concupiscentias presentis seculi, & incēditur ad amorem Dei. Nonne cor nostrum, inquit, ardens erat in nobis, dū loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Ex audito quippe sermone inardescit animus, torporis frigus recedit, fit mens in superno desiderio anxia, à concupiscentijs terrentis aliena, amor uerus qui hanc repleuerit, in fletibus cruciat. Sed dū tali ardore cruciatur, ipsis suis cruciatibus pascitur, audire ei libet præcepta cœlestia, & quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur.

Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: Quod surrexit Dominus uere, & apparuit Simoni. Iam erat fama quòd resurrexerat Iesus ab illis mulieribus facta, & à Simone Petro, cui iam apparuerat. Hoc enim isti duo inuenerunt loquentes, ad quos in Hierusalem uenerunt. Fieri itaque potest, ut timore prius in uia noluerint dicere, quod eum audierant resurrexisse, quando tantummodo angelos dixerunt uisos esse mulieribus. Ignorantes enim cum quo loquerentur, merito possent esse solliciti, ne quid falsim de Christi resurrectione factantes in manus inciderent Iudæorum. Omnium ergo uirorum primò Dominus apparuisse intelligitur Petro, ex his duntaxat omnibus quos euangelista quatuor, & Paulus apostolus commemorauerunt. Loquitur enim ad Corinthios de Domino Paulus, quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secun-

dum scripturas, & quia apparuit Cephæ, & postea undecim.

Et ipsi narrabant que gesta erant in uia: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Præter hoc quod pro merito mentis eorum adhuc ignorantis quod oportebat Christum mori & resurgere, simile aliquid eorum oculi passim sunt non ueritate salente, sed ipsis ueritatem percipere non ualentibus, & aliud quàm res est opinantibus, certi etiam mysterij causa factum est, ut eis in illo alia ostenderetur effigies, & sic eum non nisi in fractione panis agnoscerent: ne quicquam se Christum agnouisse arbitretur, si eius corporis particeps non est, id est ecclesiæ, cuius unitatem in sacramento panis commendat Apostolus, dicens, Unus panis, unum corpus multi sumus, ut cum eis benedictum panem porrigeret, aperirentur oculi eorum, & agnoscerent eum. Aperirentur utique ad eius cognitionem, remoto scilicet impedimento quo tenebantur, ne eum agnoscerent. Non autem incongruenter accipiamus hoc impedimentum in oculis eorum à fatana fuisse, ne agnosceretur Iesus, sed tamen à Christo facta est permissio usque ad sacramentum panis, ut unitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus possit agnosci, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus, &c.

FERIA TERTIA PASCHAE.

Lucæ 24. Ioannis 10.

In illo tempore, Stetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dicit eis, Pax uobis, ego sum, nolite timere. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

GLoriam suæ resurrectionis Dominus & redemptor noster paulatim discipulis & per incrementum temporis ostendit, quia nimis tanta erat uirtus miraculi, ut hanc repente totam capere fragilia mortalium pectora non possent. Consulens igitur ipse imbecillitati quærentium, primò uenientibus ad monumentum & sceminis suo amore feruentibus & uiris reuolutum lapidem, & ablato suo corpore lintheamina, quibus inuolutum erat, sola posita monstrauit: deinde curiosius inquirentibus sceminis, & de eo quod inuenerant mente consternatis angelorum uisionem ostendit, qui illum resurrexisse certa manifestatione patefaceret, ac sic præcurrente fama patratæ resurrectionis tandem ipse Dominus uirtutum & rex gloriæ apparens, quanta potentia mortem quam ad horam gustauerat, deuicisset, aperuit. Et quidem quantum ex Euangelicæ serie lectionis inuenimus, quinquies ipsa qua resurrexit die, uisus est hominibus. Primò Mariæ Magdalene ad monumentum, quando ei desiderati pedes eius amplecti dictus est: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Deinde duabus

10. 10.

bus à monumento currentibus nunciare discipulis quæ ab angelis de perfecta eius resurrectione didicerant, de quibus scriptum est: Quia accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Apparuit ipso die aduersperascente duobus euntibus in castellum Emaus, qui eum ad hospitium uocantes in panis fractione cognouerunt: apparuit & Petro. Quod si Euangelista quando uel ubi factum sit, minimè designauerit, tamen quia factum sit non tacet, scribens quia cum præfati duo discipuli cognito Domino in Emaus statim redissent Hierusalem, inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: Quia surrexit Dominus uere, & apparuit Simoni. Ac deinde subiungit: Et ipsi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Statimque accitit quintam eius apparitionem, de qua modo cum legeretur audiuius, ita incipiens:

Math. 28. *Lucæ 24.* *Math. 18.* *Ioan. 14.* *Lucæ 2.* *Esaiæ 9.* *Ephes. 2.* *Ioan. 20.* *Ioan. 21.*

Dum hæc autem loquuntur, Iesus stetit in medio eorum, & dicit eis: Pax uobis, ego sum, nolite timere.] Vbi primò notandum, & diligenter memoriæ commendandum est, quòd de se loquentibus discipulis Dominus stare in medio, & præsentiam suæ uisionis reuelare dignatus est. Hoc est enim quod fidelibus cunctis alibi promissit, dicens: Vbi sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Ad confirmandam namque fidei nostræ constantiam, quod semper agit præsentia diuinæ pietatis, ostendendo etiam præsentia uoluit corporalis ostendere uisionis. Nam & de nobis quamuis porrò infra apostolorum pedes iacētibus hoc ipsum eius misericordia fieri cōfidere debemus, ipsum uidelicet esse in medio nostri, quotiescunque conuenientes in nomine illius congregamur. Nomen quippe illius Iesus, id est, saluator est. Et cum de acquisitione perpetuæ salutis locuturi conuenimus, constat nimirum, quia in nomine Iesu cōgregamur. Nec dubitare fas est de his quæ ipse amat conferentibus nobis eum esse præsentem, & tanto utique uerius, quanto ea que ore proferimus, perfectiori corde retinemus. Deinde uidendum, quòd apparens saluator discipulis pacis statim eis gaudentia mandat, id ipsum celebrata immortalitatis gloria iterans, quod ad passionem iturus mortis quasi pignus eis speciale salutis accurate commendauerat dicens: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Cuius gratiam muneris eo quoque nato uisi mox pastoribus angeli prædicabant laudantes Deum; & dicētes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis: quia nimirum tota redemptoris nostri in carne dispensatio, mundi est reconciliatio. Ad hoc quippe incarnatus, ad hoc passus: ad hoc est resuscitatus à mortuis, ut nos qui peccando iram Dei incidimus, ipse reconciliando ad Dei pacem reduceret. Vnde rectè & à propheta pater futuri seculi, princeps pacis nominatur. Et Apostolus de eo scribens his qui ex gentibus crediderant, ait: Et ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe fuistis, & pacem his qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum

ambo in uno spiritu ad patrem. Apparente autem sibi Domino, conturbati & cōterriti discipuli, existimabant se spiritum uidere. Agnoscētes quidem Dominum esse qui apparuit, sed putātes quia non in corporis eum, sed in spiritus sui substantia uiderunt, id est, quia non corpus ipsius quod defunctum & sepultum nouerant, iam resuscitatum à morte cōspicerēt, sed spiritum potius quem relicto corpore in manus patris commendauerat, per oculis haberent. Sed hinc eorum errorē simul & paucorū, quo ad nouam incognitamque uisionem fuerat percussus, benigna magister piissimus gratia consolationis & admonitionis abstergere curauit.

Quid, inquit, turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum.] Non autem sine causa manus suas potius ac pedes, quam uultum quem æquè nouerant, eos uidere ac recognoscere iubet, sed ut uisus clauorum signis quibus cruci erat affixus, non solum corpus esse quod uidebatur, sed ut ipsum Domini sui corpus quod crucifixum nouerant, intelligere possent. Vnde bene Ioannes Dominicæ apparitionis memoriam faciens, latus quoque suum, quod à milite fuerat uulneratum, discipulis eum ostendisse perhibet: ut quo plura notissimæ passionis ac susceptæ mortis indicia cognoscerent, eo certiori patratæ iam resurrectionis ac dirutæ mortis fide gauderent. Qui ut illos per omnia de fide resurrectionis certos redderet, non tantum oculis intueendum, sed atrectandum quoque; manibus corpus quod immortale illis ostēdebat, exhibuit dicēs:

Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere.] Quatenus gloriam resurrectionis prædicaturi, modum quoque nobis resuscitati corporis qualis esset sperandus absque omni ualere ambiguitate monstrare. Vnde cum magna fiducia beatus Ioannes apostolus auditores suos ad sequenda fidei & ueritatis, quam didicistis, arcana prouocat dicens: Quod fuit ab initio, quod audiuius & uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ tentauerunt de uerbo uitæ. Solent autem gentiles hoc in loco simplicitati fidei nostræ deceptio, num laqueos tendere dicendo: qua temeritate confiditis, quia Christus quem colitis, uestra de puluere corpora possit incorrupta reducere, qui nec suorum uulnerum, quæ in cruce suscepit, potuit cicatrices obducere, sed resuscitato ut dicitis suo corpore à mortuis, signa adhuc mortis inesse non celauit. Quibus respondemus, quia Christus cum omnipotens sit Deus, & nostra ut promissit corpora de corruptione ad incorruptionem, de morte ad uitam, de terræ puluere cœlestem suscitauit ad gloriam, & suum quod moriendo exuerat corpus quale uoluit reuocauit ad uitam. Quod cum abolitæ passionis indicijs ostendere discipulis posset, certè utique dispensationis gratia passionis in eo maluit indicia reseruare. Primò uidelicet ut discipuli qui hæc uidebant, manifeste possent dinoscere non spiritum sine corpore, sed corpus esse spirituale quod uidebatur, certamque fidem peractæ resurrectionis eius, certam spem futuræ omnium hominum resur-

resurrectionis mundo prædicarent. Deinde ut ipse Dominus & Deus noster Iesus Christus, qui in humilitate patre interpellat pro nobis, ostentis uulnerum suorum cicatricibus, quantum pro humana salute laborauerit, ei perpetuo demonstraret, miroque & ineffabili nobis ordine eum, qui nil unquam potest obliuisci, qui semper misereri paratus est, absque intermissione admo-
neatur, quam congruè hominibus misereatur, quorum particeps nature, doloris & passionis ipse Dei filius effectus sit, pro quibus ipse confligens, mortis imperium moriendo prostrauit. Tertio ut omnes electi perpetua beatitudine suscepti, uidentes in Deo ac Domino suo signa passionis, nunquam illi gratias agere desistant, per cuius mortem se uiuere cognoscunt, sicque fieri ualeat quod uoce totius ecclesiæ cantat propheta in psalmis: Misericordias Domini in æternum cantabo. Ad extremum ut etiam reprobis in iudicio signa eiusdem passionis aspiciant, sicut scriptum est: Videbunt in quem transfixerunt, ac se iustissime damnandos intelligant, non solum hi, qui ei impias intulere manus, sed & illi qui uel suscepta eius mysteria pro nihilo contemnunt, uel sibi oblata nunquam suscipere curarunt, uel etiam maiore impietate in eos, qui susceperant odium ac persecutionibus extinguere aut corrumpere laborant. Non ergo fallit fides resurrectionis Christi, non decipit nos spes resurrectionis nostræ, quia Deus pater & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per uirtutem suam. Et sicut alibi idem Apostolus ait: Quod si spiritus eius, inquit, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Quod de electis specialiter dictum constat, quoniam quidem omnes resurgemus, non autem omnes immutabimur: sed soli qui nunc spiritus sancti in habitatione reguntur, tunc in æterna uita beatitudine maiori eiusdem spiritus gratia subleuantur. Igitur Dominus ad confirmandam resurrectionis fidem seipsum uiuam discipulis præbuit, uerba exhortationis artulit, uestigia passionis non solum intuenda, sed & palpanda demonstrauit. Sed infirma adhuc eorum præcordia nouitatem tantæ potentie capere nequeunt, magisque mirari præ gaudio quod uidebant, quam credere quod docebantur incipiunt. Verum Dominus ne quid in eorum mente resideret ambigui, sumptis etiam epulis comedit coram eis, ut si uisibus oculorum, si suorum tactibus non crederent digitorum, uel alimentorum carnalium perceptione carnem esse, que apparuit cognoscerent. Qua in re, fratres, cauenda est hæresis stulta Cerinthianorum, ne quis uel delictet pueriliter desipiens æstimet uel mediatoris Dei & Domini nostri corpus excitatum à mortuis, sustentaculo eguisse ciborum, uel nostra post resurrectionem corpora in uita & conuersatione spiritali eccis reficienda carnalibus, ubi diuina contemplatio claritatis esurire & sitire, sicut & bonorum ceterorum penuriam pa-

ti nullatenus finit. Vnde ardentissimus uita illius amator de sua certus deuotione, Deo se letabundus loquitur: Ego autem cum iusticia apparebo in conspectu tuo, satiabor dum manifestabitur gloria tua. Et Philippus eodem feruens amore: Domine, inquit, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Simpliciter itaque & pie sentientium est resuscitatum à morte, & immortale iam factum corpus Dominicum, nullam quidem necessitatem, attamen facultatem habuisse uescendi: ideoque ubi opportunitas probandæ substantiæ naturalis exigebat cibis esse refectum, qui nimirum cibi nullum sagine adiuuentum, ut mortalium corporibus solent illi præbuerint, sed quomodo in ignem missa aqua, ita mox comesti spiritali eius sint uirtute absumpti. Sed & nostra post resurrectionem corpora cœlesti gloria prædita, credendum est ad quicquid uoluerint agendum esse potentia, ad perueniendum ubicunque libuerit esse promptissima: sed quia tunc nulla manducandi necessitas uel utilitas aliunde potest incurrere, nullatenus immortale seculum tibi mortalibus esse fruiturum, ubi filijs resurrectionis non aliud esca & potus, quam uita & salus, gaudium, pax, & omnia bona quam illud nimirum sit, quod in psalmo canitur: Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Et iterum: Videbitur Deus deorum in Sion. Vnde & Apostolus illius seculi arcana scribens, ait: Quando erit Deus omnia in omnibus. Expleta autem refectioe Dominus adhuc exhortationis monita subiunxit, dicens:

Hæc sunt uerba que locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum.] Id est, cum mortali adhuc & passibili carne uestri essem similis.

Quoniam necesse est impleri omnia, que scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me.] Omnem magister ueritatis tollit scrupulum simulationis, undique ueritatis iura confirmat. Videtur, palpatur, reficitur, sermo exhortationis per singula præbatur, & ne solum eius testimonium minus sufficere putaretur, etiam Moysi & prophetarum autoritas, qui eius incarnationem, passionem & resurrectionem suis præsignauerunt scriptis, ad medium producit. Ne uero ad intelligenda horum mystica dicta, tardi forte remanerent, sensum quoque illis quo hæc intelligere possent, aperuit: quo facto nil ultra prisce dubietatis in eorum mente residere permisit, nec tamen illis adhuc rationem passionis ac resurrectionis suæ reddere desistit. Nam sequitur:

Et dixit illis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia, & predicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.] Ideo autem Christum pati & resurgere oportebat à mortuis, quia impossibile erat mundum saluari nisi Deus homo ueniret, qui in hominis habitu apparens, & homines quæ essent diuina instrueret, & mortem ut homo suscipiens diuina uirtute reuinceret, sicque in se credentes, & ad contemptum subeundæ mortis accenderet, & certitudine sperandæ resurrectionis

Psalm. 88.

Ioh. 19.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

Psalm. 86.

Ioh. 14.

Psalm. 83.

Ibid.

1. Cor. 15.

tionis ac uita perpetis animaret. Quo enim ap-
 ptius exemplo poterat homines ad fidem par-
 ticipandae gloriae, & promerendae uitae immor-
 talis erigi, quam cum ipsum Deum cognosceret
 humanitatis ac mortalitatis suae factum partici-
 pem? Quo efficacius ordine ad toleranda pro-
 sua salute aduersa quae; prouocarentur, quam
 cum autorem suum didicissent pro eorum salu-
 te innumera ab impijs genera probrorum, & ip-
 sam mortis subisse sententiam; Qua ratione con-
 gruentius spem resurrectionis acciperent, quam
 cum eius se sacramentis ablutos & sanctificatos,
 eius corpori adunatos esse meminissent, qui pro
 ipsis morte gustata, citius exemplum resurgen-
 di a morte praeberet. Oportebat itaque pati Chri-
 stum, & resurgere a mortuis die tertia, & praedi-
 cari, inquit, in nomine eius poenitentiam, & re-
 missionem in omnes gentes. Qui nimirum or-
 do erat necessarius, ut prius pro salute mundi
 sanguis funderetur Christi, postquam per eius re-
 surrectionem & ascensionem patefieret homini-
 bus caelestis sanctorum regni: & sic demum mitteretur,
 qui cunctis per orbem nationibus uerbum
 uitae praedicarent, ac sacramenta fidei, quibus sal-
 uari atque ad gaudia supernae patriae possent at-
 tingere, ministrarent, cooperante ipso mediatore
 Dei & hominum, homine Iesu Christo, qui
 uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus san-
 cti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

FERIA SEXTA PA-
 schae. Matth. 23.

In illo tempore undecim discipuli abierunt in Galileam, in monte
 ubi constituerat illis Iesus. Et uidentes eum adorauerunt. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA-
 DEM LECTIONE.

Evangelica lectio, fratres charissimi, quam
 modo audiuimus, & iuxta literam gaudio
 plena resulget: quia triumphum redemptoris
 nostri, simul & redemptionis nostrae dona pla-
 no sermone describit. Et si haec enucleatius per-
 tractare uelimus, gratiorem in litera fructum spi-
 ritualis sensus inditum esse comperimus. Sermo
 etenim Dei aromatum more, quo subtilius qua-
 si terendo & cernendo discutitur, eo maiorem
 internae suae uirtutis fragrantiam reddit. Planum
 namque est, & dulce ad audiendum pijs, quod

Discipuli abierunt in Galileam in montem ubi constituerat
 illis Iesus, & uidentes eum adorauerunt. Sed non uacat
 mysterio, quod Dominus in Galileam post re-
 surrectionem, uel quod in monte discipulis ap-
 paruit. In monte etenim apparuit, ut significaret
 quia corpus, quod de communi humani ge-
 neris terra nascendo susceperat, resurgendo iam
 super terrena omnia subleuatum caelesti uirtu-
 te induerit. In monte apparuit, ut admoneret fi-
 deles, si illic celsitudinem resurrectionis eius cu-
 pissent uidere, hic ab infimis cupiditatibus ad sur-
 perna studeant desideria transire. Nomen uero

Galilaeae quid mysterij salutaris contineat, cre-
 bra patrum expositione notissimum est. Sed non
 ab re est saepius uerbo repetere, quod semper
 necesse est animo retinere. Galilaeae quippe
 transmigratio facta, uel reuelatio dicitur. Vtra-
 que autem interpretatio nominis ad unum fi-
 nem respicit. Siquidem supra legimus, dixisse
 angelum mulieribus: Ite, dicite discipulis eius
 quia surrexit, & ecce praecedet uos in Galileam,
 ibi eum uidebitis. Et nunc euangelista narrante
 cognouimus, quia

Abierunt discipuli in Galileam, & uidentes eum adorauerunt. Quid est ergo, quod Dominus Iesus praecedit discipulos in Galileam, ut uideatur ab eis, sequuntur illi & uidentes eum adorant: nisi quia surrexit Christus a mortuis, primitiae dormientium? Sequuntur autem hi qui sunt Christi, & ipsi in suo ordine ad uitam de morte transmittunt: ibique eum uidentes adorant, quia in specie suae diuinitatis contemplantes sine fine colant. Cui uisioni congruit illud, quod Galilaeae etiam reuelatio interpretatur. Tunc etenim reuelata facie, sicut Apostolus testatur, gloriae Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, quicquid modo reuelamus ad eum uisum nostram, eiusque uestigia fide sequimur non ficta.

Et uidentes, inquit, eum, adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Si quaerimus unde dubitauerint, qui uidentes Dominum adorauerunt, nulla magis causa occurrit, quam ea cuius Lucas meminit, cum ipso resurrectionis suae die discipulis eum apparuisse narraret, conturbati uerbo & conterriti, existimabant se spiritum uidere. Uidentes ergo Dominum cognoscunt, & quia hunc Deum esse didicerant, dimissis in terram uultibus adorant. Sed inerat mentibus eorum non contemnenda dubietas, quia se non corpus in quo passus est, resuscitatum: sed spiritum, quem finita passione tradidit, solum uidere putabant. Unde confestim magister pius & eos qui iam crediderunt, in fide confortat, & illos qui adhuc dubitauerunt, ad fidei gratiam conuocat: omnibus scilicet intimans, ad quantam gloriae magnificentiam assumpta pro hominibus & mortui data humanitas resurgendo peruenit.

Data est mihi, inquit, omnis potestas in caelo & in terra. Non enim hoc de coaeterna patri diuinitate, sed de assumpta loquitur humanitate, quam suscipiendo minoratus est paulo minus ab angelis, & in qua resurgendo a mortuis, gloria & honore coronatus est, & constitutus super opera manus patris, omniaque subiecta sub pedibus eius. Interque omnia etiam mors ipsa, quae ei ad tempus praeualere uisa est, eius pedibus substracta est. Quod ergo Psalmista de Domino resurgente a mortuis ait patri, Omnia subiecisti sub pedibus eius, hoc est utique quod resurgens ipse Dominus ait discipulis:

Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Et quod etiam priusquam a morte resurgeret, nouerat angelicae in caelo uirtutes iure subditas homini, quae a suo conditore specialiter assumptum esse uidebant: sed caeci in terra homines dedignabatur ei subiecti, quem

quem communi secum mortalitate cognouerant indatum. Contemebat eius uirtutem in miraculis intelligere diuinam, cui infirmitatē in passionibus inesse cernebat humanam. Propter quod benignè mediator ipse Dei & hominum, etiā hominibus in terra notum fieri uolens, quia data sit ei omnis potestas in cœlo & in terra, quatenus & ipsis cum angelis in cœlo uitam possent habere perennem, misit doctores qui cunctis per orbem nationibus uerbum uitæ prædicarent.

Math. ult. Marc. 16. Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruari omnia quecumque mandauimus uobis.] Rectissimus autem ordo prædicandi & modernis quoque prædicatoribus ecclesiæ diligentissimè sectandus, ut primò quidem doceatur auditor, deinde fidei sacramentis imbuatur, deinde seruandis Domini mandatis ex tempore liberius instruat. Quia neque indoctus quisque & ignarus Christi fidei, potest eiusdem fidei sacramentis abluī, neque lauacro baptismi ad peccatis emundari sufficit, si non post baptismum studeat quisque bonis operibus insistere. Prius ergo docere gentes, id est, scientia ueritatis instruere, ac sic baptizare præcipit, quia & sine fide impossibile est placere Deo: & nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Ad extremum uerò subiungit:

Hebr. 11. Ioan. 3.

Docentes eos seruari omnia quecumque mandauimus uobis.] Quia sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Quanta autem merces piæ conuersationis, quale pignus futuræ beatitudinis etiā in præsentia fidelibus maneat, subsequenter insinuat, dicens:

Marc. 16.

Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.] Libet autem conferre huic testimonio, quod Marcus ait: Et Dominus quidem postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Quia enim ipse Deus & homo est, assumptus est in cœlum humanitate, quā de terra susceperat: manet cum sanctis in terra diuinitate, qua terram pariter implet & cœlum: manet autem omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Ex quo intelligitur, quòd usque ad finem seculi non sunt defuturi in mundo, qui diuina mansione & in habitatione sint digni. Nec dubitandum eos post huius seculi certamina manere cum Christo in regno, qui in seculo certantes Christum in suicordis hospitio meruerunt habere mansorem. Notandum interea, quòd presens ubique diuina maiestas aliter electis suis, aliter adest reprobis. Adest enim reprobis potentia naturæ incomprehensibilis, qua omnia cognoscit nouissima & antiqua, intelligit cogitationes à longe, & omnes uias singulorum præuidet. Adest electis gratia piæ protectionis, qua illos specialiter per præsentia dona uel flagella quasi filios pater erudit, atque ad possessionem futuræ hereditatis eruditò prouehit. Adest electis, ut scriptum est: luxa est Dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Adest reprobis, ut præ-

Psal. 138.

Psal. 33.

missum est: Vultus autem Domini super facies malas, ut perdat de terra memoriam eorum. Unde necesse est, ut semper in operibus nequam pauent mali, quorum etiā cogitationes singulæ conspectui districti iudicis patent, semper in operatione iustitiæ & in his, quæ propter iustitiam patiuntur, gaudeant boni, quibus Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum, & in quacumque tribulatione positus nunquam eius pietas abest, cui canitur in psalmo: Tibi enim derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Contere brachium peccatoris & maligni. Quam pietatis suæ præsentiam non tantum nobis uerbo promisit, sed & euidentibus designauit indicijs, cum post resurrectionem suam discipulis sepius usque ad diem quo cœlos petiit, apparuit, eorumque animos admonendo, increpando, spiritus sancti donum tribuendo roborauit. E quibus quidem apparitionibus decem solummodo in Euāgelistarum scriptis inuenimus, sed plures fuisse docet Apostolus, dicens: Et resurrexit tertia die secundum scripturas, & uisus est Cephæ, & post hæc undecim. Deinde uisus est plus quam quingentis fratribus simul, deinde uisus est Iacobo, deinde Apostolis omnibus: nouissimè autem omnium tanquam abortiuo, uisus est & mihi. Quibus enim locis uel temporibus factæ sint uisiones, quas commemorat, ignoramus: tantum scimus quia quòd sibi nouissimè uisum esse Dominum confirmat, post ascensionem eius factum est, uel quando illum de cœlo alloquens de persecutore doctorem ecclesiæ fecit: uel quando in paradysum & tertium cœlum raptus audiuit arcana uerba, quæ non licebat homini loqui. Et sicut alibi dicit: Mysterium Euangelij, quòd ab homine non accepit, per reuelationem Iesu Christi didicit. Decies uerò uisum, ut diximus post resurrectionem Dominum, euangelistorum nobis & actuum apostolorum prodit historia, ubi ipso resurrectionis sue die quinque apparuisse legitur. Primò quidem Mariæ Magdalene stenti ad monumentum: deinde eisdem Mariæ, & alteri eiusdem nominis sceminæ regredientibus à monumento nunciare discipulis, quæ ibi compererant, occurrere apparuit: tertio Simoni Petro: quarto Cleopæ & socio eius, cum quibus ipse gradies in Emaus, ibidem in panis fractione cognitus est. Qui mox reuersi Hierosolymam, inuenerunt discipulos loquentes: Quia surrexit Dominus uerè, & apparuit Simoni. Nā plenius alibi quādo Simoni apparuerit, non legitur. Quintò apparuit eis in eodem loco ianuis clausis, ubi non erat Thomas. Sextò post dies octo, quando erat cum eis & Thomas. Septimò piscantibus ad mare Tiberiadis. Octauò in monte Galilææ, quod hodierna lectione audiuius. Nonò recumbentibus illis undecim apparuit, die quo ascendit in cœlum. Decimò uiderunt eum ipsa die non iam in terra positum, sed eleuatum in aëra, cœlosque petentē dicentibus sibi angelis: Sic ueniet quem admodum uidistis eum euntem in cœlum.

Ibidem.

Rom. 8.

Psal. 9.

1. Cor. 1.

Act. 9.

1. Cor. 15.

Gal. 1.

Marc. 16.

Ioan. 20.

Math. 28.

Luce. 24.

Ioan. 20.

Ibidem.

Ioan. 21.

Math. 28.

Marc. 16.

Act. 1.

Marc. 16.

Hæc

Hac ergo frequentia corporalis suae manifesta-
tionis ostendere uoluit Dominus, ut diximus,
in omni loco se honorum desiderii diuinitus esse

Marc. 16.

Ioan. 20.

Matth. 28.

praesentem. Apparuit namque ad monumentum
lugentibus, adierit & nobis absentiae eius recor-
datione salubriter contristatis. Occurrit reuer-
tentibus à monumento, ut agnita resurrectionis
gaudia praedicarent, adierit & nobis, dum bona
que nouimus, proximis fideliter annunciare gau-

Luce 24.

demus. Apparuit in fractione panis his, qui se
peregrinū esse putantes ad hospitium uocauerunt:
aderit & nobis cum peregrinis & pauperibus,
quaeunque possumus, bona libenter im-

pendimus. Aderit & nobis in fractione panis,
cum sacramenta corporis eius, uidelicet panis
uiui, casta ac simplici conscientia sumimus. Ap-

paruit in abdito de sua resurrectione loquenti-

bus: adest & nobis, modò eius dono idem agen-

tibus. Aderit nobis semper cum ab externis ope-

ribus ad tempus uacantes, de eius gratia locu-

turi conuenimus. Apparuit, cum foribus clausis
intus Iudaeorum metu residerent. Apparuit cum
minorato eodem metu apertis eum gressibus
in montis uertice quaerent. Adfuit quondam
confortaturus suo spiritu ecclesiam, cum ab infi-

delisui premeretur, & ad publicum uenire ac
dilatari prohiberetur. Adest eidem & nunc cum
inclinato ad fidem culmine regali terror quieuit
persecutionis, & omnis mundi sublimitas apo-

stolicis est subdita uestigijs. Apparuit piscanti-

bus, eisque apprensus diuinitus adiuit beneficijs,
aderit & nobis, cum necessaria uitae tempora-

lis recta intentione curamus, iustisque nostris la-

boribus subsidium suae pietatis adiungit. Appa-

ruit recumbentibus, adierit & nobis, cum iuxta
Apostoli monita, siue manducamus, siue bibi-

mus, siue aliud quid agamus, omnia in gloriam
Dei facimus. Apparuit primò in Iudaea, deinde
in Galilaea, post haec rursum in Iudaea, die quo
ascendit in caelum. Aderat ecclesiae, cum primò
folius Iudaeae terminis clauderetur, adest mo-

do, cum Iudaeis ob culpam perfidiae derelictis
transmigravit ad gentes. Aderit in futuro, cum
ante finem seculi reuertetur ad Iudaeam, & sicut
Apostolus ait, Intrante gentium multitudine,
sic omnis Israel saluus erit. Nouissime illis ap-

paruit ascendens in caelum. Aderit & nobis, ut
eum post mortem sequi mereamur ad caelos, si
ante mortem eum in Bethaniam unde ascendit,
id est, in domum obedietae sequi curamus. Ipse
etenim caelos ascendens, Bethaniam uenit: quia
sicut Apostolus ait, Factus est obediens usque ad
mortem, mortem autem crucis, propter quod
& Deus illum exaltauit. Venimus ibidem & nos,
si quod ille monet agimus, quod promissit inten-

dimus. Esto, ait, fidelis usque ad mortem, & dabo
tibi coronam uitae. Fitque ipsius gratia largiente,
ut qui nobiscum usque ad uitae huius terminum
manet, post hanc nos uitam ad uidentem secum
uitae caelestis praemia subleuet, in qua uiuit & re-

gnat cum patre, Deus in unitate spiritus
sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

Bedae tom. 7.

Matth. 26.

Marc. 14.

Luce 22.

Ioan. 18.

Actu. 1.

1. Cor. 10.

Actu. 1.

Rom. 11.

Actu. 1.

Marc. 16.

Philip. 3.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

Apocal. 2.

DOMINICA IUBILATE.

Ioannis 16.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Modicum etiam non
uidebitis me, et iterum modicum et uidebitis me, quia uado
ad patrem. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE PA-
DEM LECTONE.

Lacta Domini & saluatoris nostri promissa,
fratres charissimi, lato cordis auditu perci-
pere debemus, sedulaque intentione persiliter,
quatenus ad haec pertingere mereamur. Quid
est enim, quod merito laetius audiatur, quam per-
ueniri posse ad gaudium, quod nunquam possit
auferri? Notandum autem quòd tota lectionis
huius euangelicae series illis conuenit, qui eam
praesentes audierunt à Domino: pars autem il-
lius etiam nobis, qui post passionem & resurre-
ctionem Dominicam ad fidem uenimus, aptis-
sime congruit. Quod ergo ait:

Modicum etiam non uidebitis me, et iterum modicum et ui-
debitis me, quia uado ad patrem. Ad illos specialiter per-
tinet, qui eius discipulatus praedicantis in carne
adhaerere, & post tristitiam passionis uisa resur-
rectione & ascensione eius iustificari meruerunt.
Nam quia haec illa, qua tradebatur nocte locu-
tus est, modicum erat, id est, eiusdem noctis &
diei sequentis tempus, usque ad horam qua illi
non uidere inciperent. Tentus enim nocte illa
à Iudaeis, & in crastinum crucifixus cum sero fa-
ctum esset repositus est de cruce, & intra septa
sepulchri ab humanis seclusus obtutibus. Et ite-
rum modicum erat, usque dum illum uiderent: re-
surrexit enim à mortuis die tertia. & apparuit
eis in multis argumentis per dies quadraginta.
Quare autem modicum esset ut non uiderent
eum, & iterum modicum ut uiderent, annexit
causam, dicens:

Quia uado ad patrem. Ac si aperte dicat: Ideo
post modicum à uestris aspectibus in monumē-
ti claustris abscondor, & iterum post modicum
destructo mortis imperio uobis intuentus ap-
pareo, quia tempus est ut expleta dispensatio-
ne assumptae mortalitatis cum resurrectionis
triumpho, iam reuertar ad patrem. Potest & ali-
ter intelligi quod ait:

Modicum etiam non uidebitis me, et iterum modicum et
uidebitis me. Modicum quippe tempus futurum
erat, quo eum non uiderent, illud scilicet triduū,
quo erat quieturus in monumento. Et iterum
modicum erat futurum quo uiderent eum, illi
uidelicet dies quadraginta, in quibus eis post
passionem suam saeptus usque ad tempus ascen-
sionis apparuit. Quod autem subiunxit,

Quia uado ad patrem. Iuxta hunc sensum, ad il-
lud specialiter respicit quod premisit, Et iterum
modicum, & uidebitis me. Ac si aperte diceret:
Propterea me resuscitatum à mortuis modico
tempore uidebitis, quia non semper in terra cor-
poraliter mansurus, sed per humanitatem quam
assumpsisti, iam sum ascensurus in caelum. Haec qui-

de uerba Domini ut diximus, illis specialiter q̄ eius resurrectionē uidere potuerūt conueniūt.

Quod uerò illis querētib⁹ exponēdo subiūgit,

Amen amen dico uobis; quia plorabit⁹ et flebit⁹ uos, mund⁹ autem gaudebit. Vos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium.] Et ipsorū, & totius ecclesie statui congruit. Plorabant quippe & flebāt

amatores Christi cum illum comprehendī ab hostibus, ligari, ad conciliū duci, damnari, flagellari, derisui haberi, ad ultimum crucifigi, lan-

ceari, & sepeliri uiderent. Gaudebant mundi

amatores, quos ob infimas cogitationes mundum uocat Dominus, cū morte turpissima con-

demnarent illum, qui grauis erat eis etiā ad uīdēdum. Cōtristabantur discipuli posito in mor-

te Domino, sed agnita eius resurrectione, tristitia illorū uersa est in gaudii: uisa ascensionis po-

rentia, iam maiori gaudio subleuati laudabant & benedicebāt Dominū, ut Lucas euangelista

testatur. Sed & cunctis fidelib⁹ hic sermo Domini conuenit, qui per lachrymas pressurasq; præ-

sententes ad gaudia æterna peruenire contendūt. Qui merito in præsentī plorant, flent, & tristes

sunt, quia nec dum ualent uidere quem diligūt. Quia quamdiū sunt in corpore, peregrinari se

à sua patria & regno cognoscunt, quia per labores & certamina ad coronam sibi perueniendū

esse nō dubitāt. Quorū tristitia uertetur in gaudium, cum finito agone uitæ huius brauiū uitæ

perennis accipiunt, de quo dicitur in psalmo: Qui seminant in lachrymis, in gaudio merent.

Flentibus autem & contristatis fidelibus, mundus gaudet, quia iure in præsentibus qualecun-

que gaudii habent, qui alterius uitæ, uel nulla esse gaudia sperāt, uel se ad hæc pertingere posse desperant. Quod tamen specialiter de persecutoribus fidei Christianæ potest intelligi, quia

cruciat⁹ occisib⁹q; martyrib⁹, ad tēpus se præualuisse gaudebant. Sed non post multum illis

in occulto coronatis, ipsi pœnas perfidiæ suæ simul & homicidij subibāt æternas. Quib⁹ diuina

inreparatione recte dicitur per prophetam: Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini. Ecce serui mei iactabuntur, uos autem confundemini.

Ad huius se mēbra pertinere testantur, qui cœlestibus desiderijs accensi, in conditoris sui laude proclamabant: A timore tuo Domine cōcepimus & parturiuimus, & peperimus spiritū.

Hæc mulier cum parit, tristitiā habet, quia uenit hora eius. Cum autē pepererit puerū, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundū. Quia nimirū sancta ecclesia quamdiū in mundo spiritualium uirtutū

profectibus insistit, nunquā mundi tentationibus exerceri desistit: at cum deuictō laborū certamine ad palmam peruenit, iam non meminit pressuræ præcedentis propter gaudium perceptæ retributionis. Non sunt enim condignæ

passiones huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Non meminit, inquit, pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundū.] Sicut enim mulier nato in hūc mundum homine letatur, ita ecclesia nato in uitam futuram fidelium populo, digna exultatione repletur, pro qua eius natalitate multum laborans & gemens, in præsentī quali parturiēs dolet. Nec nouum debet cuiquam uideri si natus dicatur, qui ex hac uita migrauerit. Quomodo enim cōsuetē nasci dicitur, cum quis de utero matris procedens hanc lucem egreditur, ita etiam rectissimē potest natus appellari, qui solutis à uinculis carnis ad lucem sublimatur æternam. Vnde mos obtinuit ecclesiasticus, ut dies beatorum martyrum siue confessorum Christi, quibus de seculo transierunt, natales uocemus, eorumq; solennia non funebria, sed natalicia dicantur. Sequitur, Dominus exponens ipse paradigma, quod de muliere proposuit:

Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollit à uobis.] Quod de ipsis quidē discipulis facile intelligitur, quia tristitiam habuerunt passio ac sepulto Domino: sed perfecta resurrectionis gloria, gauisi sunt uiso Domino. Et gaudium eorum nemo tollit ab eis, quia & si postmodū persecutiones pro Christi nomine ac tormēta passi sunt, spe tamē resurrectionis & uisionis illius accēsi, libenter quæq; aduersa ferebāt: imò omne gaudium existimabant cum in tentationes uarias inciderent. Deniq; cæsi à principibus sacerdotum, ut scriptū est, ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cōrumeliam pati. Gaudium eorū nemo tollit ab eis, quia talia patiēdo pro Christo meruerunt regnare sine fine cū Christo. Sed & omnis ecclesia per huius uitæ labores & angustias, ad æterna cœlestium tendit præmia gaudiorum, attestante Apostolo: Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Quod autem ait,

iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum.] Videbo uos dixit: eripiam uos ab aduersarijs, coronabo uos uictores, me uos decertantes semper uis disse probabo. Quando enim non uideret suos maxime pressuris circumuentos, cum quibus seipse omnibus diebus seculi manere promissit? Sed morientibus inter tormenta fidelibus, ar-

bitabant

Sapient. 3.

Lucæ 24.

2. Cor. 5.

Psalm. 125.

Esaiæ 63.

Matth. 13. et

Lucæ 13.

Gala. 4.

Esaiæ 26.

Roma. 8.

Iacob. 1.

Actu. 5.

Actu. 14.

bitrābātūr eos tortores diuino carere presidio, dicentes: Vbi est Deus eorum? Vnde quidam ex his circūseptus arumnis aiebat: Vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. Quod est apertē dicere: Quoniam inimicus insequens ceruicē superbiā contra tuos humiles atrollit, tuo nos auxilio cōditor omnipotēs subleua, te uictis ac repullis hostibus nostros semper agones uidisse, tibi hos placuisse comproba. Videt itaq̄ electos post tristitiam Dominus, cum eorum patientiam damnato impugnatore remunerat. Potest & ita intelligi quod ait, Iterum autem uidebo uos, quasi diceret: Iterum uobis uidentibus appareo, quomodo dixit Abrahā: Nunc cognoui quod timeas Dominum, pro eo ut diceret: Nūc cognoscere homines feci, quod timeas Deū, qui hactenus nesciebant, quod apud me semper habui certū. Si ergo charissimi, salubri tristitia nunc afficimur, si iuxta hortamenta Apostoli spe gaudentes, in tribulatione existimus patietes, si nostra errata, si miserias proximorum debita lamentatione deslerimus, uidebit nos iterum Dominus, id est, uidebunt se nobis ostendat in futuro, qui quondam nos uidere, fidei suae nobis agnitionē largiēdo dignatus est. Videbit ut coronet, qui quōdam uisidit ut uocaret. Videbit & gaudebit cor nostrum, & gaudium nostrum nemo tollet à nobis, quia hec est uera & unica merces eorū, qui secundum Deum cōtristantur de perpetua eius uisione gaudere. Quam profectō mercedē promissit ipse sublimiter cum ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Quam desiderabat ardentē propheta cum dicebat: bituit anima mea ad Deum uiuū, quando ueniā & apparebo ante faciem Dei. Quam se Apostolus cum suis similibus accepturum esse gratulatur, qui certaminum suorū conscius confidenter protestatur, dicens: Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciē. Quam nos quoq̄ & fideliter querere, & ueraciter apprehendere donec ipse certantium auxiliator, & uincientium remunerator Iesus Christus Dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

DOMINICA CANTATE.

Ioan. 16.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Vado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me, quō uadis. Sed quia haec locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Sicut ex lectione euangelica, fratres charissimi audiuius, Dominus ac redemptor noster imminente suae passionis articulo, discipulis & gloriam ascensionis, qua ipse post mortē & resurrectionem erat clarificandus, & aduentum spiritus sancti, quo illi erant illustrandi, pa-

Bedae tom. 7.

tefecit: quatenus instante hora passionis eiusdem, minus pro illius morte dolerent, quē post mortem ad cœlos subleuandū non dubitarent: minus de sua desolatione trepidarent, quos abeunte licet Domino, spiritus sancti gratia consolandos esse sperarent.

Vado, inquit, ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me, quō uadis. Ac si apertē dicat: Reuertor ascendendo ad eum, qui me incarnari cōstituit, & tanta tamq̄ manifesta erit eiusdem ascensionis claritas, ut nemini uestrum opus sit interrogare, quō uadam: uidentibus cunctis, quia ad cœlos pergam. Bene autem cum de ascensione sua dixisset, Vado ad eū qui me misit, addidit, Et nemo ex uobis interrogat me, quō uadis. Superius namq̄ cum de sua passione protestaretur, dicens: Quō ego uado, uos non potestis uenire, interrogauit eum Petrus, & ait: Domine quō uadis? Responsumq̄ est ei: Quō ego uado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Quia nimirū passionis mortisq̄ eius mysterium nec dum intelligere, nec dum poterat imitari: maiestatem uerō ascensionis statim ut uidere cognouerunt, totisq̄ animi uotis ut se, qui mererentur, optabant.

Sed quia haec locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrum. Sciebat Dominus ipse, quid haec sua uerba in discipulorum cordibus agerent, quia uidelicet tristitiam magis de abscessu, quo eos desereret, quā de ascensu quo patrem peteret, letitiam generarent. Vnde benignē consolando subiunxit:

Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam. Expedit ut forma serui uestris subtrahatur aspectibus, quatenus amor diuinitatis arctius uestris insigatur in mentibus. Expedit ut notam uobis formam cœlo inferam, quatenus maiori per hoc desiderio illuc suspiratis, sicq̄ suspensis ad superna cordibus uestris, ad accipienda iam spiritus sancti dona capaces fiat.

Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Non quia non poterat ipse in terra positus dare spiritum discipulis, haec loquitur, cū apertē legatur, quia post resurrectionem apprensus in sufflauit & dixit eis: Accipite spiritum sanctū. Sed quia ipso in terraposito, & corporaliter conuersante cum eis, non ualebant illi erigere mentem ad sitienda munera gratiæ cœlestis: ascendente autem ipso ad cœlos, & illi pariter omnē desiderium suum illib transferebant. iuxta hoc quod alibi audierunt: Vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuū erit. Ideoq̄ capaces spiritus iam facti erant, nō ultra de morte eius contristati, sed de promissionis eius munere laxati, Luca attestante qui ait: Et factū est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magnō, & erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum. Patet autē, nec laboriosa expositio indiget, cur eundem spiritum paracletum, id est, consolatorem cognominet: quia nimirū corda discipulorum, quae recessus ipsius mœsta

b a reddidit

reddidisset, huius consolaretur & recrearet ad-
uētus. Sed & singulis quibusq; fidelium uel de
peccati perpetratiōe mœrentibus, uel com-
muni huius seculi afflictione laborantibus, dum
spem ueniæ & misericordiæ cœlestis inspirat,
profecto ab angore tristitiæ mentem illustran-
do subleuat. Quia uerò spiritus eidem menti
quam replet, non solum uim diuinæ charitatis
infundit interius, uerumetiam carnali timore
depulso, ad increpandam prauitatem malorum
foris fiduciam præstat, recte subditur:

Et cum uenerit ille, arguet mundum de peccato, & de iusticia, & de iudicio.] Claret namque, quod ipse filius
Dei Dominus noster Iesus Christus, cum esset
in mundo, arguebat mundum, id est, sectatores
mundi, de peccato sue incredulitatis; arguebat
de iusticia, quia uidelicet iusticiam fidelium nol-
lent imitari; arguebat de iudicio, uidelicet qua-
re diabolum, qui iam iudicatus ac condemna-
tus erat, sequerentur. Sed non sine causa spiri-
tum cum uenerit hoc idem dicit acturum, quia
profecto per huius inspirationem corroboran-
dus erat animus discipulorum, ne mundum qui
contra se fremebat, arguere timerent. Expo-
nens ergo sententiã suam Dominus, adiunxit:

De peccato quidem, quia non credit in me.] Peccatum
incredulitatis quasi speciale posuit, quia sicut fi-
des origo uirtutum, ita solidamentum est uicio-
rum in incredulitate peristere, Domino terri-
biliter attestante, qui dicit: Qui autem non crea-
dit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine

Ioan. 3.

Abac. 2.

unigeniti filij Dei. At cõtrà iustus ex fide uiuit.

De iusticia uerò, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me.] Iusticia discipulorum Christi confessio e-
rat, quod Dominum quem uerum hominẽ cer-
nebant, uerum quoque Dei filium esse credide-
runt; & quem sibi corporaliter ablatum noue-
rant, certo semper amore colebant. Iusticia ca-
terorum fidelium, id est, eorum qui Dominum
in carne non uiderunt, hæc est, quod eum quem
corporali intuitu nunquam uiderunt, Deum
& hominem uerum corde credunt ac diligunt.
De qua profectò iusticia fidei arguuntur in fide-
les, cur ipsi uidelicet cum similiter uerbum uite
audierint, noluerunt credere ad iusticiam. Ne-
que enim nequitia malorum ex sua solum tor-
titudine, uerumetiam ex comparatione recto-
rum, quàm sit damnanda monstratur. Hinc ete-
nim scriptum est: Probata autem uirtus corri-
pit insipientes. Arguit ergo mundum spiritus

Sapient. 1.

sanctus de peccato suo, quia non crediderit in
Christum; arguit & de iusticia credentium, quia
exemplum eorum sequi noluerint, qui hunc ad
patrem ascendisse, neque ultra corporaliter in
terris conuersaturum esse sciebant, nec tamen
ab eius dilectione poterant ulla ratione separa-
ri. hoc est enim quod ait, Quia ad patrem uado,
& iam non uidebitis me. Non uidebitis me post-
quam ascendero; qualem nunc uidere soletis,
carne mortali & corruptibili circumdatum, sed
in maiestate ad iudicium uenientem, & pera-
cto iudicio in maiore gloria sanctis apparen-
tem. Sequitur:

De iudicio autem, quia princeps mundi huius iudicatus est.]
Principem mundi diabolum dicit, quia princi-
patur eis, qui ordine peruerso mundum potius
quàm mundi conditorem diligunt. Qui iudica-
tus est à Domino, qui ait: Videbam sathanam si-
cut fulgur de cœlo cadentem. Iudicatus est ab
eo, cum & ipse dæmonia eijceret, & discipulis
daret potestatem calcandi super omnem uirtu-
tem inimici. Arguitur itaq; mundus de iudicio,
quo diabolus est iudicatus, quãdo homines ne
Dei uoluntati resistere præsumant, exemplo
damnati propter superbiam terrentur archan-
geli. Arguit mundum spiritus sanctus de iudi-
cio, quo princeps mundi iudicatus est, cum lo-
quens in spiritu sancto Iudas apostolus ad cor-
rigendam hominum prauorum nequitiam pœ-
nam superbientium commemorat angelorum
dicens: Angelos uerò, qui non seruauerunt suũ
principatum, sed reliquerunt suum domiciliũ,
in iudicium magni diei uinculis æternis sub ca-
ligine seruauit. Sequitur:

Lucæ 10.

*Ahuc multo habeo uobis dicere, sed nõ potestis portare mo-
do. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem
ueritatem.]* Certum est quidem, quia ueniente de
super spiritu apostoli maiorem multo scientiã
ueritatis, quàm carnales eatenus potuerunt
secuti sunt, maiori desiderio certandi pro ueri-
tate succensi sunt. Non tamen putandum est in
hac uita quempiam omnem ueritatem posse
comprehendere, cum hæc fidei nostræ merces
in alia sit uita promissa, ipsa ueritate dicente:
Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te so-
lum uerum Deum, ut quem misisti Iesum Chri-
stum. Et alibi ad Iudæos: Si manseritis in uerbo
meo, uerè discipuli mei eritis, & cognoscetis cœ-
ritatem. Vnde & Apostolus, qui ad tertium cœ-
lum raptus audiuit arcana uerba, quæ non lice-
bat hominĩ loqui, Ex parte, inquit, cognosci-
mus, & ex parte prophetamus. Intelligendum
est ergo, quod ait de spiritu, Docebit uos omnẽ
ueritatem, quasi diceret: Diffundet in cordibus
uestris charitatem, cuius magisterio intus edo-
cti proficiatis de uirtute in uirtutem, digniq; ef-
ficiamini peruenire ad uitam, in qua uobis æ-
terna claritas summæ ueritatis, & ueræ sublimi-
tatis. i. contẽplatio uestri conditoris appareat.

Ioan. 17.

Ioan. 8.

2. Cor. 12.

*Non enim loquetur à semetipso, sed quæcumq; audiet loque-
tur.]* Non loquitur spiritus à semetipso, id est, si-
ne patris & filij communione, neq; enim diui-
sus ac à se partitus est spiritus, sed quæcumque
audiet loquetur: audiet uidelicet per unitatem
substantiæ, & proprietatem scientiæ. Non lo-
quitur à semetipso, quia non est à semetipso. Pa-
ter quippe solus, de alio non est. Nam & filius
de patre natus est, & spiritus sanctus de patre
procedit. Ab ipso autem audiet spiritus, à quo
procedit, quia non est à seipso, sed ab illo, à quo
procedit. A quo illi est essentia, ab illo utique
& scientia. Ab illo igitur audientia, quod nihil
est aliud quàm scientia. Quod uerò adiunxit:

Et quæ futura sunt annuntiabit uobis.] Constat innum-
meros fidelium per donum sancti spiritus præ-
nosse, ac prædixisse uentura, Sed quia sunt nõ
nulli,

nulli, qui spiritus gratia pleni infirmos curant, mortuos suscitant, dæmonibus imperant, multis uirtutibus coruscant, ipsi angelicam in terris uitam gerunt, nec tamen quæ sibi sint uentura spiritus eiusdē reuelatione cognoscunt. Potest hic Domini sermo etiā sic accipi, quia spiritus adueniens, quæ uentura sunt nobis annunciat, cum gaudia nobis patriæ cœlestis ad memoriā reducit, cum festa illa supernæ ciuitatis per donum nobis suæ aspirationis innotescit. Ventura nobis annunciat, cum nos à delectatione presentium abstrahens, promissi in cœlis regni desiderijs inflammat.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciat uobis. Spiritus clarificauit Christum, quia per eū tanta charitas in cordibus discipulorum accensa est, ut abiecto timore carnali effectum resurrectionis eius constantes prædicarent, à quo tempore passionis pauidi fugerūt. Vnde scriptum est: Erepleti sunt omnes spiritu sancto, & loquebantur uerbum Dei cum fiducia. Spiritus clarificauit Christum, cum impleti gratia spiritali doctores sancti, tot & tanta miracula in nomine Christi fecerunt, quibus orbem totum ad fidē Christi conuerterent, tot ac tanta pro Christi nomine passionum certamina pertulerunt, donec ipsa etiam superbiorum colla persecutorum suauissimo Christi iugo submitterent. Spiritus clarificat Christum, cum sua nos inspiratione ad diligendam eius uisionem accendit, cum illum patri in diuinitate æqualem esse credendum fidelium cordibus intimat.

Quia de meo, inquit, accipiet, & annunciat uobis. De patre accipit spiritus sanctus, unde accipit & filius, quia in hac trinitate de patre natus est filius, de patre procedit spiritus sanctus. Qui autem de nullo natus sit, de nullo procedat, pater est solus. Omnia quæcunque habet pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet & annunciat uobis. De his dixit, quæ ad ipsam patris diuinitatem pertinent, in quibus illi est æqualis omnia, quæ habet pater habendo. Nec enim spiritus sanctus de creatura, quæ patri est subiecta & filio erat accepturus, quod ait, De meo accipiet, sed utique de patre de quo procedit spiritus, de quo natus est & filius. Sed quia donante Domino lectionem sancti euangelij patrū uestigia sequentes exponendo transcurrimus, restat uestram fraternitatem, charissimam, mecum pariter admonere, ut eius memoriā sollicita semper intentione seruemus, eius suauitatem & deuoto pectore scrutemur, & casto sæpius ore rulinemus. Quid enim prodest ad audiendum Dei uerbum conuenire, & expleto auditu ad inania mox, & secularia colloquia uel acta cōuertit? Recolamus ergo iuxta quod eadem admonet lectio, quia Dominus noster expleta passione redijt ad patrem, à quo missus est, nec patrem cum ad nos ueniret, nec nos deserens cum rediret. Illuc eius uestigia toto mentis nisu sectemur, & ut illo peruenire, & illius regni ianuam mereamur intrare, perpendamus magnopere, quibus actionum gressibus

Bedæ tom. 7.

in terra degens incesserit. Qui enim dicit se in Christo manere, debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare. Certè ipse per agones passionum ad coronam peruenit gloriæ: merito ergo intimatur & nobis, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Vnde & apostolus Petrus obfessus seruire tentationum quibusdam fratribus, consolans aiebat: Nolite pauere, quasi noui aliquid contingat, sed communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Reuocemus ad mentem, quia gratiam spiritus discipulis, & se missurum esse promisit, & misit: & curemus omni uigilantia ne cogitationibus illecebrosis contristemus spiritum sanctum Dei, in quo signati sumus in diem redemptionis. Sic enim scriptum est: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, unde prouide Psalmita, cum huius spiritus accendi desiderio flagraret, prius cordis mundi hospitium, in quo hunc recipere posset, & sic demum tanti hospitis ingressum quærebat. Cor mundum, inquit, crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Prius quippe cor mundum in se creati, ac deinde spiritum rectum in suis uisceribus precabatur innouari, quia utiq; sciebat spiritum rectum in corde poluto sedem habere non posse. Retineamus sedulo corde, quia idem spiritus arguit mundum de peccato, & de iusticia, & de iudicio. Cauemus ne ima quærendo ad mundum pertineamus, quia mundus transibit, & concupiscentia eius. Quæ sursum sunt quæramus, quæ sursum sunt sapiamus, ubi Christus est in dextera Dei sedens. Conuersationem nostram cum Apostolo habeamus in cœlis, & ne de peccato incredulitatis arguamur, exerceamus operando quod credimus: fides enim sine operibus ociosa est. Ne ex comparatione iustorum, quos imitari noluerimus acrius iudicemus, solerti animo mereamur, quod de contemptoribus suæ gratiæ Dominus ait, Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista: & condemnabit eā, quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. & ecce, plus quam Salomon hic. Ne cum mundi principe damnemur, resistamus illi fortes in fide, & fugiet à nobis. Loquamur ueritatem in corde nostro, nec faciamus dolum in lingua nostra, ut spiritus ueritatis magis magisque diffundendo charitatem in cordibus nostris, ducat nos ad agnitionem omnis ueritatis. Huius spiritus gratiam in cunctis actibus nostris charissimam huius precem auxilium, dicamus singuli Domino, dicamus omnes: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Sicq; sit ut qui Apostolus superueniens ea, quæ uentura erant, annunciauit, nostris quoq; mentibus uenturæ uitæ gaudia patefaciat, nos ad hæc inquirenda benignus incendant, cooperante ipso qui hunc & polliceri suis fidelibus, & dare consueuit Iesu Christo Domino nostro, qui uiuit & regnat cum patre in unitate eius-

1. Ioan. 2.

Actu. 14.

1. Petri 4.

Ephesi. 4.

Sapient. 10.

Psalm. 50.

1. Ioan. 2.

Colo. 3.

Philip. 3.

Iacob. 2.

Lucæ 11.

Psalm. 140.

Psalm. 140.

dem spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

DOMINICA VOCEM IVCVN/
ditatis. Ioannis .16.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Vsq[ue] modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE HA/
DEM LECTIONE.

POTest mouere infirmos auditores quomodo in capite lectionis huius euangelicæ discipulis Saluator promittat, Si quid, inquit, petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis: cum non solum nostri similes multa, quæ patrem in Christi nomine uidentur petere, non accipiunt, uerum etiam ipse apostolus Paulus tertio Dominum rogauerit, ut à se angelus satanæ, à quo tribulabatur abscederet, nec impetrare potuerit. Sed huius motio quæstionis antiqua iam patrum explanatione reserata est, qui ueraciter intellexerunt illos solum in nomine Saluatoris petere, qui ea quæ ad salutem perpetuam pertinent petunt: ideoq[ue] Apostolum non in nomine Saluatoris petisse, ut tentatione careret, quam ob custodiam humilitatis acceperat, quia si hac caruisset, saluus esse non posset, ipso affirmante cum ait: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizat. Quotienscunq[ue] ergo petentes non exaudimur, ideo fit, quia uel contra auxilium nostræ salutis petimus, ac propterea à misericordie patris beneficii gratia nobis, quod ineptè petimus negatur, quod eidem apostolo Paulo contigisse probatur, cui ter petenti responsum est: Sufficit tibi gratia mea, nã uirtus in infirmitate perficitur: uel utilia quidem, & quæ ad ueram salutem respiciunt petimus, sed ipsi male uiuendo auditum à nobis iustitiam iudicis auertimus, incidentes in illud Salomonis: Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis: uel dum pro peccantibus quibusdam, ut resipiscant oramus, & si salubriter petimus, atq[ue] ex nostro merito digni sumus auditu, ipsorum tamen peruersitas ne impetremus obstitit. Fit etiam aliquando, ut salutaria prorsus & precibus sollicitis, & deuotis quæramus actionibus, nec tamen statim obtineamus quæ petimus, sed in futurum petitionis nostræ differatur effectus, sicut cum genibus flexis quotidie rogamus patrem, dicentes: Adueniat regnum tuum, idem tamen regnum non modo oratione finita, sed tempore congruo sumus accepturi. Quod pia prouisione nostri conditoris constat acitari, ut uidelicet desideria nostræ deuotionis dilatione crescant, & increp-

mento quotidiano magis magisque prouectia, tandem perfectius capiant gaudia quæ requirunt. Inter quæ notandum, quia cum pro peccantibus oramus, & si eorum saluationem impetrare nequimus, nequaquam tamen fructu precis nostræ priuamur: quia etsi illi digni non sunt saluari, nos tamè amoris quem illis impendimus, mercede donabimur, sicq[ue] in tali petitione implebitur nobis illa Domini promissio, qua ait:

Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Inueniendum enim, quia non ait simpliciter dabit, sed dabit, inquit, uobis: quia etsi non eis pro quibus petimus dabit, nobis tamen cum pro aliorum erratibus misericorditer interuenimus, premium nostræ benignitatis restituet. Sequitur:

Vsq[ue] modo non petistis quicquam in nomine meo. Non petierunt eatenus in nomine Saluatoris, quia dum ipsum Saluatorem uisibili presentia complecterentur, minus ad inuisibilia salutis donamentis intuitum exererant. Sed & nostra fragilitas patrem petens non in nomine Iesu, id est, Saluatoris petit, dum contra rationem suæ petit salutis, non ut apostolorum simplicitas corporali uisu sui Saluatoris ab æternæ salutis petitione sit retardata, sed obstaculo propriæ cupiditatis ab intuitu Domini uoluntatis impedita. Quid autem principaliter petendum, ac sine ulla dubietate eis, qui fideliter in petendo perstiterunt, sit parandum à patre, & Dominus subdendo manifestat, dicens:

Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Ordo quippe sensus est: Petite ut gaudium uestrum sit plenum, & accipietis. Plenum ergo gaudium beatitudinem perpetuæ pacis appellat. Nam ut taceamus de gaudio reprobatorum, quo sibi lucrum mercantur æternum, habent sancti etiam in presenti gaudio de spe cœlestium bonorum, cum pro Domino terrenis exercentur aduersis: habent gaudium cum amore fraternitatis suadente, discunt gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Sed non est plenum gaudium, quod fletu uarietate miscetur. Plenum quippe gaudium fit, ubi nemine flente cum solis datur gaudere gaudentibus. Ait itaq[ue],

Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Ac si patenter dicat: Non fluxa seculi gaudia, quæ & mœrore semper mixta, & certo sunt sine obnoxia: sed illud singulare gaudium à patre petite, cuius plenitudo nullo cuiuslibet inquietudinis tactu minuitur, eternitas nullo unquam termino dissoluitur. Si enim perstiteritis in petendo, & proculdubio quæ petitis accipietis. De huius plenitudine gaudij Petrus fidelibus scribit, dicens: Credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes fidem fidei uestræ salutem animarum uestrarum. Petere autem huiusmodi gaudium est, non uerbis tantummodo patriæ cœlestis introitum flagitare, sed & digna operatione pro eius perceptione certare. Neque enim quippiam utilitatis adfert bene orando superna quærere, qui non desistit peruerse uiuendo infimis implicari.

Hæc in prouerbij locutus sum uobis, Venit hora, cum iam non

in

1. Cor. 12.

Ibidem.

Ibidem.

Prouerb. 28.

Rom. 17.

1. Petr. 1.

in prouerbijs loquar uobis, sed palam de patre annuntiabo uobis. Illam nimirum horam significat, qua eis per acta sua passione ac resurrectione spiritus sancti erat gratiam daturus. Tunc etenim spiritaliter intus instructi, spiritali dilectione succensit, quo perfectius omnia quae de agnitione diuinitatis mortalibus erant capienda, ceperant, eo ardentius sola quae ad eius uisionem promerenda iuuarent, petere ac desiderare curarent. Hoc est enim quod subiunxit:

Illo die in nomine meo petetis. Possumus horam quam pollicetur in futura uita intelligere, in qua palam de patre annunciat, id est, palam patrem ostendet electis, quando sicut Apostolus ait, Videbimus eum facie ad faciem. De qua annuntiatione dicit & Ioannes: Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus enim quia cum apparuerit, similes ei erimus: uidebimus enim eum sicuti est. Vbi ueraciter in nomine Iesu petunt electi, dum pro nostra fragilitate intercedunt, quatenus ad suam saluationis fortem pertingamus, a qua adhuc inter insidias hostium peregrinamur in terris, quam sanctorum petitionem aptissime in die futura promissit. Illo inquit, die in nomine meo petetis. In die etenim petunt, quia non inter tenebras pressuratum, ut nostra in praesenti, sed in luce sempiternae pacis, & gloria beatorum spirituum pro nobis intercessio funditur. Possunt autem idem spiritus electorum in illa coelestis ciuitatis petere intelligi: quia uidelicet tempus uniuersalis iudicij & resurrectionis corporum, in quibus pro Domino certauere, uenire desiderat. Vnde & Ioannes ait: Vidi sub altare Dei animas intersectorum propter uerbum Dei, & propter testimonium quod habebant. Et clamabant uoce magna, dicentes: Usquequo Domine sanctus & uerus non iudicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Vbi continuo subinfertur: Et datae sunt illis singulae stolae albae, & dictum est illis ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec implerentur conserui eorum, & fratres eorum. Singulas quippe stolas albas nunc habent animae, cum sola sua felicitate fruuntur: binas tunc accipiunt cum impleto in fine numero fratrum, corporum quoque immortalium receptione latantur.

Et non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis. Quia enim Dominus noster Iesus Christus, & Deus & homo est, modo summa deitatis, modo humanitatis humilia loquendo designat. Quod enim dicit non rogaturum se patrem, de discipulis propter consubstantiali patri diuinitatis suae potentiam dicit, in qua non patrem ipse rogare, sed rogata cum patre consuauit dare. Quod uero Petro ait, Ego autem rogauit pro te, ut non deficiat fides tua, Et de illo Ioannes, Aduocatum, inquit, habemus apud patrem Iesum Christum iustum: propter dispensationem dictum est assumptae humanitatis, cuius cum triumphum patris ostendit oculis, pro nostra infirmitate propitius interuenit. Potest & ita non inconuenienter ac

cipi quod ait, Et non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis, quia non de praesenti rogo, sed de futuro tempore posuit rogabo, quod sanctis in interna pace receptis non opus sit iam aliquid rogari de illis: quia nimirum tanta beatitudine donati sint, quae amplior esse non potest.

Ipsa enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis quia a Deo exiui. Non ita intelligendum est, quasi amor & credulitas discipulorum praecesserit amorem quo illos pater amaret, meritumque humanum prius sit muneribus gratiae coelestis, cum apertissime dicat Apostolus, Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: sed ita potius, quia pater illos gratuito amore prauegerit, atque ad amandum credendumque filium amando sustulerit, & quia ipsi agnitam filij dilectionem ac fidem pio & sollicito corde serauerint, maioribus eos donis paternae dilectionis esse remuneratos. Non autem arbitrandum quia pater sine filio & spiritu sancto amare, uel amoris possit munera dare. Nec rursus aestimandum, quia filius sine patre & spiritu sancto ualeat amari uel credi. Quod ergo ait, ipse enim pater amat uos, intelligendum est unam cum filio & spiritu sancto amare, quos amore dignos iudicat. Et quod adiunxit, quia uos me amastis, eadem ratione sentiendum est: quia quicumque filium recte amat, hunc cum patre & amborum spiritu amaret, quia quorum inseparabilis est natura diuinitatis, horum una eademque sunt dona uirtutis.

Exiui a patre, & ueni in mundum. Iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Exiuit a patre & uenit in mundum, quia mundo uisibilis apparuit in humanitate, qui erat inuisibilis apud patrem in diuinitate. Exiuit a patre, quia non in ea forma qua equalis est patri, sed in assumpta creatura minor apparuit. Et uenit in mundum, quia in forma serui quam accepit, etiam mundi huius amatoribus se uidentem praebuit. Iterum reliquit mundum, & rediit ad patrem, quia ab aspectu amatorum mundi quod uiderant abstulit, & se amatoribus suis aequalem patri esse credendum docuit. Reliquit mundum, & rediit ad patrem, quia humanitatem quam induit, per ascensionem ad inuisibilia perduxit. Haec quidem uerba Domini mystica, & sicut ipse testatur, in prouerbijs sunt dicta: sed discipuli quibus dicebantur, adeo carnales adhuc erant, ut eorum profunditatem minime caperent, & non solum arcana dictorum, sed nec ipsam ignorantiam suam intelligerent, putantes simpliciter & dilucide prolata, quae non intelligentibus prouerbia erant. Vnde continuo responderunt:

Eccene nunc palam loqueris, & prouerbiu nullum dicis. Palam igitur eum loqui autumabant, cuius mysteria dictorum necdum comprehendere ualebant. Quod autem adiungitur,

Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus quia a Deo existi. Aperte ostendunt, quia loquens ad eos Dominus de his maxime disputabat, quae illos delectabat audire, & quae illi interrogare uolebant, haec ipse praueueniens eos

ultrò proferebat. Vnde meritò illum scire omnia quasi Deum, & quasi Dei filium à Deo uenisse credunt & confitentur. Apertum namq; diuinitatis indicium est, cogitationū nosse secreta, Salomone affirmate, qui Deo supplicās ait: *1. Reg. 8. Hiere. 11.* Tu enim solus nosti corda omnium filiorū hominum. Vnde etiam Hieremias ait: Tu autem Domine Sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes, & cor. Neque hæc transeunter, aut negligenter commemoranda, sed solerter inuigilandum est, fratres mei, ut non uerba tantum, & opera nostra, sed ipsa quoque cordium secreta diuinis aspectibus digna reddamus. Non in templo nostri pectoris odiorum flamma, non inuidiæ rubigo resideat, non inde turpis, uel contumeliosi sermonis radix oriatur, non ibi meditatio facti nocētis innascatur: memores simus Domini cōminationis, qua dicitur: Ego enim opera, & cogitationes eorum uenio ut congregē. Et expulsis uitiorum ruderibus, talē cordis nostri paremus mansionem, cuius ipse tenetur inesse mansor, qui eius inuitabilis inspector & iudex est. Sciendum autē, quia triplex est modus cogitationum nequam: unus earum, quæ deliberatione, & proposito peccandi mentem contaminant: alius earum, quæ delectatione quidē peccati mentem perturbant, nec tamē hanc ad peccandi consensum pertrahunt: tertius earū, quæ naturali motu mentem percurrentes, non tamen hanc ad perpetranda uitia illicunt, quā à bonis quæ cogitare debuit, impediunt. ueluti est cum phantasmata rerum, quæ aliquando superuacue gesta uel dicta nouimus, ad memoriā reducimus: quarum crebra retractatio quasi importuna muscarum improbitas, cordis oculos circumuolare, ac spiritalem eius aciem inquietare magis, quàm excæcare consueuit. A cūctis autem his cogitationum nequam generibus castigari, monuit Salomō cum dicit: *Prover. 4.* Omni custodia serua cor tuū, quoniā ex ipso uita procedit. Cuius monita sequentes agamus solliciti, ut si quid consensu perpetradi facinoris in animo deliquimus, scita hoc confessione, & dignis poenitentiae fructibus abstergamus. Si delectatione peccandi nos tentari senserimus, noxiā delectationem crebris precibus ac lachrymis, crebra amaritudinis perpetuæ recordatione pellamus: & si nos solos ad hanc propulsandam sufficere non posse uiderimus, fratrum queramus auxilia, ut quod nostris uiribus nequiuimus, illorum consilio & intercessione sumamus. Multū enim ualet deprecatio iusti assidua: & sicut idē præmisit, oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei. Quia superuacuis cogitationibus ad integrū carere non ualemus, has in quantū possumus, immisione bonarū cogitationū, & maxime frequenti scripturarū meditatione fugemus, iuxta exemplum psalmistę, qui dicit: *Psal. 118.* Quo modo dilexi legē tuā Domine, tota die meditatio mea est. Petamus supernā clementiā, quod est uerē in nomine saluatoris petere, ut & cordis munditiā, & boni operis prestet efficaciam,

& ante omnia illam sedula mente recolamus horam, illam citius uenire optemus, in qua nō iam per scripturas loquatur nobis Dominus, sed palam de patre annunciet nobis, cum quo uiuit & regnat Deus in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

IN LETANIIS MAIORIBVS ET MINORIBVS. Lucæ 11. Matth. 7.

IN illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis: *Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum mediā nocte, & dicet illi: Amice, cōmoda mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et reliqua.*

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADĒM LECTIōNE.

ROgatus à discipulis Saluator, nō modò forā orationibus, sed & instantiā frequentiamq; tradit orandi.

Amicus ergo ad quē mediā nocte uenit, ipse Deus intelligitur, cui in mediā tribulatione supplicare, & tres panes. i. intelligentiā trinitatis, qua præsentis uitæ cōsolētur labores efflagitare debemus. Amicus qui uenit de uia, ipse noster est animus: qui totiens à nobis recedit, quotiens ad appetenda terrena & temporalia foris uagatur. Redit ergo, cœlestiq; alimonia reficid desiderat, cum in se reuersus superna cœperit ac spiritalia meditari. de quo pulchrè qui petierat adiūgit, *non se habere quod ponat ante illum: quoniā animę post seculi tenebras Deum suspiranti, nil præter eum cogitare, nil loqui libet, intueri solum quod recognouit, summę trinitatis gaudia contemplari, atque ad hoc plenius intuendum peruenire satagit.*

Et ille deum respondens, dicit: *Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, nō possum surgere & dare tibi.* Ostium amici diuini est intelligentiā sermonis, quod sibi Apostolus orat aperiri ad loquendum mysterium Christi: clausumq; est tempore famis, cum intelligentiā uerbi non datur. Et illi qui euangelicam sapientiā tanquam panem erogantes, per orbē terræ prædicauerunt, pueri patris familiās, iam sunt in se creta quiete cum Domino, & tamē orando efficitur, ut accipiat desiderās intellectum ab ipso Deo, etiam si homo desit, per quem sapientiā prædicetur.

Et ille si perseverauerit pulsans, dico uobis: & si non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamē eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico uobis: *Petite, & dabitur uobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis.* Comparatio est à minore. Si ergo amicus homo surgit de lecto, & dat non amicitia, sed tadio cōpulsus, quanto magis dat Deus quisine tadio largissimè donat, quod petitur: Dominus etenim Saluator noster ad cœlestis regni gaudia nos peruenire desiderans, & nos eadem gaudia à se petere docuit, & nobis petentibus se hæc daturum esse promisit.

Petite, inquit, & dabitur uobis: querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis.

et aperietur uobis.] Quæ nobis sunt uerba Domini nostri, fratres charissimi, magnopere ac toto ex corde pensanda: quia uidelicet regnum cælorum non ociosis & uacantibus, sed petentibus, quærentibus & pulsantibus dandum, inueniendum & aperiendum esse testatur. Petenda est ergo ianua regni orando, quærenda recte uiuendo, pulsanda perseuerando. Non enim sufficit uerbis tantummodo Dominum rogare, si non etiam quesierimus diligentius qualiter nobis sit uiuendum, ut digni simus impetrare quæ poscimus, ipso attestante qui ait: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Neque aliquid prodest bona inchoasse, si non quisque studeat ea quæ bene inchoauerat, usque ad finem firmiter perducere: quin imò melius erat non cognoscere uiam iustitiæ, quam post cognitionem retrorsum conuerti. Vnde necesse est, fratres mei, ut petamus sedulo sine intermissione oremus, procidamus ante Deum, plorems coram Domino qui fecit nos: & ut exaudiri mereamur, uideamus, solliciti qualiter nos uiuere uelit, quid nos facere iusserit qui fecit nos. Quæramus Dominum & conformemur, quæramus faciem eius semper: & ut hunc inuenire ac uidere mereamur, mundanus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus: quia non nisi casti corpore in die resurrectionis ad cælos subleuari, non nisi mundi corde gloriam ualent diuine maiestatis intueri. Pulsemus infatigabili desiderio æternæ beatitudinis aures pii conditoris, nec deficiamus à cœptis. priusquam illo aperiente de carcere mortis huius mundi eripi, ac portam mereamur cœlestis patriæ ingredi. Nemo sibi blandiatur de innocentia, nullus suis fidens actibus, quasi qui misericordia iusti iudicis non egeat, à precibus cesset: quin potius etiam cum se aliquid boni uisegisse cognouerit, quia qua hoc distractione iudicetur, ignorat, tremens cum Propheta clamer: Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et cum beato Iob: Si iustificare me uolueris, os meum condemnabit me. Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit: memor semper illius Apostolici sermonis. Quia si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus Deum, & uerbum eius in nobis non est. Neque rursus quisquam considerata peccatorum suorum qualitate seu quantitate, à petenda uenia mentem desperando reuocet, neminem uisa suorum putredo uulnerum, sui magnitudo languoris à salute quærenda retrahat. Præbeat magnam obtinendæ sanitatis fiduciam, quod ipse conditor noster, medicus nobis fieri, ipse ad nos uenire in carnem, ipse in firmitates nostras suscipere ut sanaret, dolores nostros ut auferret, portare dignatus est: ipse suum pro uobis sanguinem sudit, suam prouita

nostra mortem obtulit, ipse magnis peccantibus admisis, magna poenitentiarum remedia ostendit, dicens per præcursores suos: Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentia. Et paulo post inquit: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Ipse leuioribus quotidianisque nostris erratibus, sine quibus hæc uita transigi non potest, quotidiana confessionis & intercessionis mutæ medicamenta concessit, dicens per apostolum Iacobum: Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem ut saluemini. Ipse rogari ut præstet, amat, qui animos inopitum ad se rogandum largus donator erigit.

Omnis, inquit, qui petit, accipit, & qui quaerit, inuenit, & pulsanti aperietur.] Non ergo dubitandum quod petentes accipimus, quærentes inuenimus, pulsantibus nobis aperietur, quia nimirum fallere non potuit ueritas quæ promissit. Sed hoc est uigilantius intuumendum, quia non omnes qui coram hominibus orare uidentur, in conspectu æterni arbitri petere uel quaerere, uel cœlestis regni aditum pulsare probantur. Neque enim Propheta diceret, Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate, si non aliquos Dominum inuocare, sed non in ueritate cognosceret. Inuocant quippe Dominum in ueritate, qui in hoc quod orando dicunt, uiuendo non contradicunt. Inuocant Dominum in ueritate, qui suas ei preces oblaturi, primò iussa illius implere satagunt, qui dicturi ei in oratione: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: illud eius mandatum impleuerunt quod dicit, Et cum stabitis ad orandum, remittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in cælis est, dimittat uobis peccata uestra. Vnde & de talibus aptè Propheta subiungit: Voluntatem timentium se faciet, & orationes eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Illi itaque in ueritate Dominum inuocant, qui eum timere comprobantur. Horum ipse cum clamauerint, orationes exaudiet, horum cum ad se suspirauerint, pia desideria perficit, hos cum de hac uita transierint, ad salutem sustollit æternam. At contra sunt qui Dominum, sed non in ueritate inuocant, quos redarguens Iacobus, ait: Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Male namque petunt, qui perseuerantes in peccatis pro eisdem peccatis quæ ipsi minime dimittunt, ut sibi à Domino dimittantur, impudenter exorant, quales ipse per Esaiam reprobatur, dicens: Et cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis. Et cum multiplicaueritis orationem, non exaudietur: manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Quibus adhuc consulendo qua ratione possint impetrare quæ poscerent, ostendit cum subdit: Lauamini, mundes stote, auerte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Male petit, qui uocem Domini iubentis audire obtemperando contemnunt, & nihilominus Dominum suam uocem supplicantiu exaudire miserando deposcunt, quos ipse repellens in euangelio

Lucæ 3.

Ibidem.

Iacobi 5.

Psalm. 144.

Matth. 6.

Marci 11.

Psalm. 144.

Iacobi 4.

Esaiæ 1.

Ibidem.

Luce 6. Iio loquitur: Quid autem uocatis me Domine, domine, & non facitis quae dico? De quibus & Salomon in Proverbij: Qui declinat, inquit, aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Male petunt, qui non supernae mercedis intuitum, sed ad exemplum pharisaeorum humana gratia laudis, longis incubant precibus. de quibus ipse testis & iudex terribiliter protestatur: Quia receperunt mercedem suam. Male petunt & illi, qui terrena magis in oratione, quam coelestia bona requirunt, quorum preces Apostolus in ipsa de qua loquimur sententia, specialiter reprehendit. Cum enim dixit, Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis, adiunxit contumeliosum, Vt in concupiscentijs uestris insumatis. neque autem prohibentur ciues patrie coelestis in terra peregrinantes, pro pace temporum, pro salute corporum, pro ubertate frugum, pro serenitate aurarum, pro ceteris huius uitae necessarijs Dominum petere: si tamen haec non nimie petantur, & si ob id solummodo petantur, ut abundante uia tunc in praesenti, liberius ad futura dona tendatur. Sed quia sunt qui temporalem quietem & prosperitatem a suo creatore requirunt, non qui dem ut eidem creatori deuotionibus animis obediant, sed ut abundantius comestationibus & ebrietatibus uacent, & securius ac licetius suis concupiscentijs, suae carnis seruiant illecebris, merito tales male petere dicuntur. Verum quia omnes huiusmodi petitores, eo quod male petant, accipere non merentur, studeamus dilectissimi & bene petere, & digni obtinenda quae petimus existere. Quod ita fit, si & ea quae Deus iussit orando quaerimus, & quales ipse nos fieri docuit, tales adorandum procedimus, & intenti in precibus donec impetremus, insistimus. Si autem scire cupimus quae ipse nos petere uelit, audiamus illud euangelicum: Quaerite primum regnum Dei & iustitiam eius, & haec omnia adiacentur uobis. Regnum autem Dei & iustitiam eius quaerere, est coelestis patriae dona desiderare, & quibus iustitiae meritis ad haec perueniri debeat, indefinenter inquirere: ne si a uia forte quae illo ducit, aberremus, peruenire quod nitimur, minime queamus. Quod si uerba Domini & Saluatoris nostri, quibus nos de exemplo terreni parentis ad rogandum Deum patrem hortatur, diligenter inspicimus, citius agnoscimus quae sit maxime iustitia, quae iter nobis regni coelestis aperiat.

Quis, inquit, ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Aperta etenim est comparatio haec, & cunctis audientibus ad intelligendum facilima: quia si homo qui libet mortalitatis ac fragilitatis, & peccati adhuc carum ne grauatus, petentibus se filijs quos diligit, quae habet bona, quamuis terrena & fragilia dare non denegat, multo magis pater coelestis petitoribus suis suo timore & amore prae dicit, non defectiua in caelis bona largitur. Sed iuxta typicam intelligentiam panis dilectionem significat, quia sicut ille principalis est, cibus, ita ut

sine eo mensa inops uideatur: ita haec principalis est uirtus, ita ut sine illa uirtute reliquae spiritalis uirtutes esse nequeant. Quia nimirum quicquid boni agitur, in sola dilectione perficitur. Vnde dicit Apostolus: Quia si linguis hominum loqueretur & angelorum, & si haberet prophetiam, & nosset mysteria omnia, & omnem scientiam, & si haberet omnem fidem, ita ut montes transferret, & si distribueret omnes facultates suas in cibos pauperum, & si traderet corpus suum ita ut arderet, charitatem autem non haberet, nihil ei prodesset. Charitas autem uera est, quae Dominum ex toto corde, tota anima, tota uirtute, & proximum tanquam nos ipsos diligere praecipimur. Nec tantum proximis & amicis, uerum etiam inimicis perferendus quisque beneficium dilectionis impendere debet, Domino dicente: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos. Orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in caelis est. In pisce autem fides non ficta exprimitur. Quomodo enim piscis sub tegumento aquarum nascitur, uiuit & alitur, sic & fides quae in Deum est, quae alterius uitae gaudia, per lamenta praesentia fetusque requirit, inuisibiliter in corde gignitur, inuisibilis gratia spiritus per aquam baptismatis consecratur, inuisibile auxilio diuinae protectionis ne deficiat, nutritur, inuisibile praerogatione inuocatur, quaeque ualet, bona operatur, memor illius Apostolici: Quia quae uidentur, temporalia sunt: quae autem non uidentur, aeterna sunt. Possumus & hoc dicere, quia piscis in eo fidei typum tenet, quod sicut ille crebris maris fluctibus tunditur, nec perimitur, ita fides firma quatislibet aduersantis pressuris mundi impugnetur, in concilio uulsa persistat: imo etiam de certamine gloriosior existat, adiuuante illo qui missis ad praedicationem eiusdem fidei dona discipulis ait: In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego uicimundum. Porro per ouum, spei nostrae certitudo figuratur: quia in ouo nondum foetus cernitur, sed futurae uisus foetus speratur. Et fideles quique nec dum id praesenti supernae patriae gloriam quam credunt intuentur, sed futuram sperando praestolantur. Vnde dicit Apostolus: Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Haec igitur sunt fratres charissimi, bona quae principaliter a Domino petere debemus, fides uidelicet, spes & charitas, quia scriptum est: Iustus ex fide uiuit. Sperantes autem in Domino, misericordia circundabit, & Plenitudo legis est dilectio. Omnis enim lex in uno sermone impletur. Diliges enim proximum tuum sicut teipsum. Et iterum: Dilectio proximi malum non operatur. Non est autem metuentum, ne si gratiam dilectionis a Domino pia deuotione quaeramus, si intimo ex corde dicamus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, ille cor nostrum rigore odiorum constringi permittat. Hunc etenim rigorem per duritiam lapidis insinuat, cum dicit:

Quis

Quis autem ex uobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Non est formidandum, ne si fortitudinem fidei contra hostis antiqui tentamēta prece-
Luc 17. muremur toto ex corde dicētes, Domine auge nobis fidem, ille nos infidelitatis sinat interire uen-
enis. Iure enim nomine serpentis uirus infidelitatis, quod per ipsū generi humano asper-
sum est, exprimitur, cum dicitur,

Aut si piscem petit, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Non est timendum, ne si spem cœlestium bonorum, per quam presentia, aduersa simul & prospera contemnere possimus, à Domino postulemus, ille auditum auertat, ac nos desperatione futurorum retro respicere, id est, ea quæ relin-
quimus, patiatur labentis seculi commoda uirulenta requirere. Recte nanque immutatio boni propositi nociua, & concupiscentiæ carnalis repetitio ueneno scorpionis, quod retro, id est, in cauda gestat, comparatur cum dicitur:

Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Hæc itaq; petamus à Domino charissimū, ut scilicet alimentum nobis puræ charitatis, synceræ fidei, certæ spei tribuat, ut duritiam odiorum, ut perfidiæ uirus, ut aculeum nobis desperationis, qui ad caduca retrahere solet, auferat, & absque ulla dubietate quod petimus, accipiamus. Aut enim ueridica uoce Ioannes apostolus: Quia quæcumq; petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos. Sed & ipse Dominus certam nobis fiduciam dat impetrandi quæ recte petimus, cum subiungit:

Si ergo uos cum sitis mali, nobis bona dare filijs uestris, quanto magis pater uester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se? Malos autem uocat discipulos, qui utiq; quantum ad humanum spectat iudicium, boni erant: quia nimirum nemo est qui in hac uita à cunctis ualeat immunis esse delictis, Salo-
mone affirmante, qui ait: Quia non est homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Vnde prouide Dominus, qui grauius peccantium reatibus grauiora pœnitendū medicamēta demonstrat, ipse quotidianos electorum erratus, qui uerbo maxime uel cogitatu contingunt, quotidianis orationum studijs docet de-
bere curari, quos inter alia sic orare præcipit: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimitte debitoribus nostris. Vel certe malos appellat discipulos, quia in comparatione diuinæ bonitatis omnis creatura mala esse probatur, dicente Domino, Nemo bonus, nisi unus Deus, cum tamen participatione eiusdem diuinæ bonitatis rationalis creatura bona fieri posse cognoscitur. Vnde & Dominus pia promissione restatur, Quia pater de caelo dabit spiritum bonum petentibus se: ut profectū ostendar, quia qui ex seipulis mali sunt, per acceptam spiritus gratiam boni possunt effici. Spiritum bonum petentibus dandum à patre pollicetur, quia siue fidem, spem, charitatem, siue alia quælibet bona cœlestia desideramus adipisci, non aliter nobis hæc quam spiritus sancti donum tribuuntur. Hinc est enim quod idem spiritus in Esaiâ,

Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consi-
Eccles. 7.

lū & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, spiritus timoris Domini, & in alio loco spiritus dilectionis & pacis, spiritus gratiæ & precum nominatur: quia nimirum quicquid boni ueraciter habemus, quicquid boni agimus, hoc eodem spiritu largiente percipimus. Quod intel-
ligens propheta cum cordis munditiam quæret, dicens, Cor mundum crea in me Deus, con-
tinuò subiunxit: Et spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Quia si nō interiora nostra spiritus Domini rectus impleuerit, cor in nobis mundum, unde sit non habet. Cum operis boni profectum concupiscens dixisset: Domine ad te confugi, doce me facere uoluntatem tuam, statim quo hunc ordine consequi deberet, ostēdit, cum subdidit, Spiritus tuus bonus deducet me in uiam rectam. Cuius uestigijs iuxta modulum nostrum fratres dilectissimi adherentes, petamus Deum patrem, ut spiritus sui gratia nos in uiam rectæ fidei, quæ per dilectionem operatur, inducat. Et ut optata mereamur obtinere, taliter uiuere studeamus, ne tanto patre simus indigni, quin potius mysterium regenerationis, quo in baptisate filij Dei sumus effecti, illibato semper corpore pariter & mente seruemus. Certum nanque est, quia si summi patris mandata sectamur, remunerabit nos hæreditate sempiternæ benedictionis, quam nobis ante secula parauit, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum eo uiuit & regnat Deus in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

IN DIE ASCENSIONIS DOMINI. Marcii 16.

In illo tempore, Nouissimè recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, ex duritiam cordis, quia his qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et reliqua.

IN DIE ASCENSIONIS DOMINI. Marcii 16.

In illo tempore, Nouissimè recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, ex duritiam cordis, quia his qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Quomodo nouissimè, quasi iam ultra eum nō uiderint? Nouissimū quippe illud est, quo Dominum Apostoli in terra uiderūt, quando ascendit in cœlum, quod factum est quadragésimo die post eius resurrectionem. Nunquid nam tunc exprobraturus erat, quod non credissent eis qui eum uiderant resurrexisse, quando iam & ipsi post resurrectionem toties eum uiderant? Illud ergo accipiamus, post multas demonstrationes eius, quibus per dies quadraginta discipulis suis presentatus est, eum etiam nouissimè recumbentibus illis undecim apparuisse, id est, ipso quadragésimo die. Et quoniam iam erat ab eis ascensurus in cœlum, hoc eis illo die maxime exprobrare uoluisse, quia his qui uiderant eum resurrexisse, non crediderant, antequam eum ipsi uiderent: cum utique post ascensionem suam predicantibus illis euangelium, gentes quæ non uiderunt, fue-

rant credituræ. Post illam quippe exprobrationem secutus, ait idem Marcus:

Et dixit eis, Euntes in mundum uniuersum, predicate euangelium omni creaturæ: qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur.] Hoc ergo prædicatur, quoniam qui non crediderit, condemnabitur, cum id utique non crediderit quod non uidit, non ne ipsi primitus fuerant obiurgandi, quod antequam Dominum uiderent, non crediderint eis quibus Dominus apparuisset. Quod uero dixit eis,

Euntes in mundum uniuersum, predicate euangelium omni creaturæ.] Nunquid sanctum euangelium uel infensatis rebus, uel brutis animalibus fuerat prædicandum, ut de eo discipulis dicatur, Prædicante omni creaturæ. Sed omnis creaturæ nomine potest omnis natio gentium designari. Antea enim dictum fuerat, In uiam gentium ne abieritis: nunc autem dicitur, Prædicante omni creaturæ, ut scilicet prius à Iudea Apostolorum repulsa prædicatio, tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suæ testimoniū superba repulisset.

Qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur.] Fortasse unusquisque apud semetipsum dicat, Ego iam credidi, saluus ero. uerum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quæ in hoc quod uerbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui cōfitentur se nosse Deum, factis autē negant. Hinc Ioannes ait: Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Cum autem dicitur, Qui uero non crediderit, cōdemnabitur, quid hic dicimus de paruulis, qui per aetate adhuc credere non ualent: nam de maioribus nulla quæstio est. In ecclesia ergo saluatori per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea quæ illis in baptismo remittuntur peccata traxerunt.

Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, et bene habebunt.] Nunquid quia ista signa non facimus, minimè credimus? Sed hæc necessaria in exordio ecclesiæ fuerunt: ut enim ad fidem cresceret, miraculis fuerat nutrienda. Quia & nos cum arbuta plantamus, tamdiu eis aquam fundimus, quousque ea in terra conualluisse uideamus. At si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Lingua in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. An non habemus de his signis atque uirtutibus quæ adhuc subtilius considerare debemus? Sancta quippe ecclesia quotidie spiritaliter facit, quod tunc per apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manus credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in eorum mente cōtradunt, quid aliud faciunt, nisi dæmonia eijciunt? Et fideles quique qui iam uitæ ueteris secularia uerba derelinquunt, sancta autem mysteria insonant, conditoris sui laudes & potentiam, quantum præualent narrant, quid aliud faciunt,

nisi nouis linguis loquantur? Qui dum bonis suis exhortationibus maliciam de alienis cordibus auferunt, serpentes tollunt, & dum pestiferas suasiones audiunt, sed tamen ad operationem prauam minimè pertrahuntur, mortiferum quidem est quod bibunt, sed non eis nocebit, qui quoties proximis suos in bono opere infirmari conspiciunt, dum eis tota uirtute concurrunt, & exemplo suæ operationis illorum uitam roborant: qui in propria actione titubant, quid aliud faciunt, nisi super ægros manus imponunt, ut bene habeant? Quæ nimirum miracula tanto maiora sunt, quanto per hæc non corpora, sed animæ sulcitantur.

Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, et sedet à dextris Dei.] Considerandum nobis est, quid est quod Marcus ait, Sedet à dextris Dei: & Stephanus dicit, Video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. Quid est quod Marcus hunc sedentem, Stephanus uero stantem se uidere testatur? Sed scimus quia sedere iudicantis est, stare uero pugnantis uel adiuuatis. Quia ergo redemptor noster assumptus in cœlum, & nunc omnia iudicat, & ad extremum iudex omnium ueniet, hunc post assumptionem Marcus sedere describit, quia post ascensionis suæ gloriam, iudex in fine uidebitur: Stephanus uero in laboris certamine positus, stantem uidit, quem adiutorem habuit, quia ut iste in terra persecutorum infidelitatem uinceret, pro illo de cœlo illius gratia pugnauit. Sequitur:

Illi autem profecti predicauerunt ubique, domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.] Quid in his considerandum est, quid memoria commendandum, nisi quod præceptum obedientiam, obedientiam uero signa secuta sunt? Inter quæ notandum, quod euangelium suum Marcus quanto tardius cæteris inchoauit, tanto in longiora scribendo tempora porrexit. Nam neque de natiuitate ipsius Domini aut præcursoris eius, neque de infantia uel pueritia utriuslibet eorum aliqua commemorans, neque de natiuitate saluatoris alius scribens, excepto quod eum in capite euangelij sui filium Dei nominat, ab initio euangelicæ prædicationis, quod per Ioannem factum est, cœpit, & ad illud usque tempus narrando peruenit, quo Apostoli idem euangelij uerbum totum prædicando disseminauere per orbem. Restat sane quæstio non minima, quomodo scripserit idem euangelista, dixisse angelum mulieribus, Ite dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæam, ibi eum uidebitis sicut dixit uobis, nec tamen ibi uisum à discipulis dominum, in illo post hæc euangelij sui loco retulerit. Et quidem Marthæus abisse discipulos dicit in Galilæam, ibique Dominum uidisse & adorasse, & præceptum ab eo accepisse eundem docendi, baptizandi omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Attamen inspecta aliorum scriptura euangelistarum, docet eum sæpius antea uisum discipulis, maxime ipso die resur-

Tit. 1.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 14.

Act. 7.

30

40

50

60

Marci 16.

Matth. 28.

Luce 24.

resurrectionis eius in Hierosolymis, & in castel-
lo Emaus. Quare ergo specialiter se in Galilæam
præcessurum, & ibi à discipulis uidendum præ-
dixit, cum neq; ibi solum, neq; ibi primum fue-
rit uisus? Videamus ergo cuius mysterij gratia
secundum Matthæum & Marcum resurgens
ita mandauerit, Præcedam uos in Galilæam, ibi
me uidebitis. Quod et si completum est, tamen
post multa completum est, cum mandatum sic
sit, (quanquam sine præiudicio necessitatis) ut
aut hoc solum, aut hoc primum expectaretur
fieri debuisset. Proculdubio ergo quoniam uox
est ista non Euangelistæ narrantis, quod ita fa-
ctū sit, sed angeli ex mandato Domini & ipsius
Domini, Euangelistæ autem narrantis: sed ita
ab angelo, & à Domino dictū sit, prophetiæ di-
ctum accipiendum est. Galilæa namq; interpre-
tatur uel transmigrationis, uel reuelatio. Prius itaq;
secundum transmigrationis significationem, quod
aliud occurrit intelligendum, Præcedet uos in
Galilæam, ibi eum uidebitis sicut dixit uobis, ni-
si quia Christi gratia de populo Israel transmi-
gratura erat ad gentes, quibus Apostoli prædi-
cantes euangelium nullo modo crederentur,
nisi eis ipse Dominus uiam in cordibus homi-
num præpararet: Et hoc intelligimus, præce-
det uos in Galilæam. Quod autem gaudentes
miratur, disruptis & euictis difficultatibus ape-
riri sibi ostium in Domino per illuminationem
fidelium, hoc intelligitur, Ibi eum uidebitis, id
est, ibi membra eius inuenietis, ibi uiuum cor-
pus eius in eis qui uos susceperint, agnoscetis.
Secundum illud autem quod Galilæa interpre-
tatur reuelatio, non iam in forma serui intelli-
gendum est, sed in illa in qua æqualis est patri,
quam promissit apud Ioannem dilectoribus suis
cum diceret: Ego diligam eum, & ostendam il-
li me ipsum. Non utiq; secundum id quod iam
uidebant, & quod etiam resurgens cum cicatri-
cibus non solum uidendum, sed etiam tangen-
dum postmodum ostendit, sed secundum illam
ineffabilem lucem qua illuminat omnem homi-
nem uenientem in hunc mundum, secundum
quam lucet in tenebris, & tenebræ eum non cō-
prehenderunt. Illuc nos præcessit, unde ad nos
ueniens non recessit, & quod nos præcedens nō
deseruit. Illa erat reuelatio tanquam uera Galilæa,
cum similes ei erimus, ibi eum uidebimus
sicuti est. Ipsa erit etiam beatior transmigrationis
ex isto seculo in illam æternitatem, si eius præ-
cepta sic amplectamur, ut ad eius dexteram ag-
gregari mereamur. Tunc enim ibunt sinistri in
combustionem æternam, iusti autem in uitam
æternam. Hinc illuc transmigrabunt, & ibi eum
uidebunt, quomodo non uident impij. Tolle-
tur enim impius ne uideat claritatem Domini,
& impij lumen non uidebunt. Hæc est autem ui-
ta æterna, ut cognoscant te unum uerum Deum,
& quem misisti Iesum Christum, sicut in illa æ-
ternitate cognoscitur, quo suos perducet per
formam serui, ut eum liberi cōtemplentur per
formam Domini. Quod nobis quoque præsta-
re dignetur Iesus Christus, qui cum patre & spi-

Ioan. 14.

Ioan. 1.

1. Ioan. 3.

Matth. 25.

Esaiæ 26.

Ioan. 17.

ritu sancto uiuit & gloriatur Deus per immor-
talia secula seculorum, Amen.

DOMINICA EXAUIDI.
Ioan. 15.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Cum uenerit para-
cletus, quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis, qui à
patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et reliqua.

BEDAE PRÆSBYTERI DE EA-
DEM LECTIONE.

EX multis sancti euangelij locis inuenimus,
quia discipuli ante aduentum spiritus sancti
minus capaces erant, ad intelligenda arcana di-
uine sublimitatis, minus fortes ad toleranda ad-
uersa humanae prauitatis, sed eis adueniente spi-
ritu cum augmento diuinæ cognitionis, data
est etiam constantia uincenda humane perse-
cutionis. Vnde illis Dominica promissione
nunc dicitur:

Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre spi-
ritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibe-
bit de me. Et uos testimonium perhibebitis.] Notandū au-
tem in primis, quod Dominus spiritum uerita-
tis, & à se mittendum esse testatur, & eundem
mox à patre procedere subiungit, non quia idē
spiritus aliter à patre procedit, quam à filio mit-
tatur, aut alio tempore à patre procedit, quam
cum à filio mittitur, sed ideo filius eum à se mit-
ti, & à patre dicit procedere, ut aliam patris, a-
liam esse suam personam designet, atq; in eadē
distinctione personarum unam esse operatio-
nem, ac uoluntatem suam cum patris uolunta-
te, & operatione denunciet. Cum enim eiusdē
spiritus gratia datur hominibus, mittitur profe-
cto spiritus à patre, mittitur & à filio: procedit
à patre, procedit & à filio: quia & eius missio ip-
sa processio est, qua ex patre procedit & filio:
Venit & sua sponte, quia sicut cōequalis est pa-
tri & filio, ita eandem habet uoluntatem cum
patre & filio communē. Spiritus enim ubi uult
spirat. Et sicut Apostolus enumeratis donis cō-
lestibus ait, Hæc autē omnia operatur unus atq;
idem spiritus, diuidens singulis pro ut uult. Ad
ueniēs autem spiritus testimonium perhibuit
de Domino, quia discipulorum cordibus aspi-
rans, omnia quæ de illo erant scienda mortali-
bus, clara illis luce reuelauit: quod uidelicet æ-
qualis & cōsubstantialis erat patri ante secula,
quod consubstantialis nobis factus est in fine
seculorum, quod de uirgine natus, sine peccato
uixit in mundo, quod quando uoluit, & qua uo-
luit morte transiit de mundo, quod ueraciter
resurgendo mortem destruxit, ueram, in qua
passus & resurrexit, carnem ad cœlos ascendē-
do leuauit, atq; in paternæ gloriæ dextera con-
stituit, quod omnia prophetarum scripta illi te-
stimonium perhibent, quod confessio nominis
eius usq; ad fines erat propaganda terrarum,
ceteraq; fidei illius mysteria spiritus sancti testi-
monio sunt reuerata discipulis. Neq; illis tan-

Ioan. 3.
1. Cor. 13.

tummodo, sed & omnibus, qui per uerbum eorum credunt in Dominum, quicquid recte sapient, eiusdem spiritus est munere concessum. Ille ergo, inquit, testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis: quia quæ spiritu intus docente perciperunt, hæc abiectione more pristino foris loquendo & alijs ministrabant. Ipse namque spiritus corda eorum & scientia ueritatis illustrauit, & ad docenda quæ nosserent culmine uirtutis erexit: unde recte apud

Esai. 11. Esaiã spiritus idem fortitudinis & scientiæ nuncupatur. Est enim spiritus scientiæ, quia per ipsum quæ recte agere, uel etiã cogitare debeat, mus agnoscimus: est & fortitudinis, quia etiã per ipsum, ut quæ bene nouimus operemur, accipimus, ne aduersitate aliqua à bonis, quæ cepimus repellamur.

Act. 1. Et uos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio meum estis. Cum data spiritus gratia etiam hoc fiducia discipulorum iuuit, quod ab initio erant cum Domino, ideoque quæ apud illum uiderunt & audierunt, absque ulla ambiguitate prædicare ualebant. Vnde bene Petrus alium pro Iuda ordinare uolens Apostolum, non hunc neophytum, sed probatum ex tempore curabat eligere, dicens: Oportet ergo ex his uiris, qui nobiscum congregati sunt in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Hinc ipse gentibus Christum euangelizans, confidenter aiebat: Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis. Sed quia crescentibus electorum meritis statim crescere solet antiqui hostis inuidia, qua uel per seipsum latenter, uel per homines suæ malignitati subditos patenter, in choata pietatis germina conetur obruere, recte Dominus promissa discipulis prædicandi fiducia persecutionem quoque eorum, qui eidem prædicationi resisterent, pariter exorturam ostendit dum subdidit:

Eccles. 1. Hæc locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Absque synagogis facient uos. Curauit namque pius magister futura discipulis prauorum bella prædicere, quominus hæc eos uenientia possent offendere, quia solent nimis leuiter ferri aduersa, quæ possunt ante prænosci. Nam quæ imparato ac non præuidentis animo mala ingeruntur, grauius hunc sæpe ab integritatis suæ statu deiciunt. Vnde bene Salomon admonet dicens: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iusticia & timore Domini, & præpara animam tuam ad tentationem. Non solum uero discipulos Saluator à contri-bulionis societate pellendos, sed ab eis etiã mortis pericula passuros fuisse præmonuit. Nã sequit:

Rom. 10. Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se prestare Deo. Arbitrabantur autem obsequium se Deo prestare Iudæi in eo, quod ministros noui testamenti odij insequerentur & moribus: quia sicut illis testimonium perhibet Apostolus, emulationem Dei habent, sed non secun-

dum scientiã. Et de seipso loquitur: Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere, quod & feci Hierosolymis. Prædictis ergo pressuris aduersantium repete quasi consolans discipulos adiungit:

Act. 26. Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se prestare Deo. Ac si aperte dicat: Bella quidem tribulationum à contri-bulibus uestris estis passuri, sed eo tolerabilius hæc suscipite, quo non tam odio uestri, quã diuinæ legis emulatione uobis ingerentur. Cuius memor admonitionis beatus martyr Stephanus flexis genibus pro his, qui se interficiebant pia uoce supplicabat, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Arbitrabatur ergo legis emulator obsequium se prestare Deo, dum præconibus gratiæ necessiterent: sed frustra legem quæ per famulum data est, defendunt, qui gratiam quam ipse filius offert, accipere renuunt. Incassum se Deo patri placere æstimant, qui Dei filium contemnere, imò etiam persequi ac blasphemare laborant. Vnde recte subiungitur:

Ioan. 14. Hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem, neque me. Quia enim filius in patre, & pater est in filio, & qui uidet filium, uidet & patrem, patet profectio quia quicumque filij credulitati obstinata mente resistunt, nec patrem nosse probantur. Vnde etiam idem Ioannes ueritatem diuinæ unitatis insinuas, ait: Omnis qui negat filium, nec patrem habet: qui confitetur filium, & patrem habet. Et iterum: Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus est ex eo. Verum quia discipuli, qui patrem bene nouerant, & filium multa pro eiusdem scientiæ defensione ac propalatione fuerant passuri, prouida Dominus admonitione subiungit:

1. Ioan. 2. Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uenerit hora eorum renouiscamini, quia ego dixi uobis. Magnopere pensandam est, quod ait, Ego dixi uobis, ego qui pro uestra uita ac salute moriturus sum, qui uos meo sanguine redempturus, qui uos in tribulatione semper adiuturus, qui eterna uobis præmia post tribulationem daturus sum Magnum quippe certantibus leuamen, magnam consolationis gratiam præstat, quando ille certamina eadẽ futura prædixisse reminiscitur, qui & milites suos ne uinci possent adiutare, & ne incassum uincant immortalẽ post prælia solet repẽdere palmam. Qui enim hic horam persecutionis uenturam præmonuit, ipse paulo post in eadẽ persecutione suam fidelibus auxiliũ pollicetur, dicens: In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego uici mundum. ipse alibi legitime certantibus coronã uitæ repromittit, dicens: Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiã, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hæc de euãgelica lectione, fratres charissimi, breuiter explanando transcurramus, nunc libet de ipsa, quam colimus, quinquagesimæ solennitate subtilius aliquid loqui. Sicut enim imminente solennijs paschalibus quadragesimam ieiuniorum obseruantia celebrauimus, sic eisdem peractis, quinquagesimam non sine certis causis mysterij festa

festa deuotione agimus. Nā quia sancta ecclesia in quibusdam suis membris adhuc pro aeterna requie laborat in terris, in quibusdam uero omni finito labore cum Christo iam regnat in caelis, in memoriam utriusque uitae cōstituere patres nostri gemina haec congruae religionis solennia, quadragesimam uidelicet afflictionis & ieiuniorum, instante iam Dominicā resurrectionis tempore, gaudijsq; paschalibus, ut per eam nobis sapius ad memoriā reuocarent: quia per labores & continentiam, per uigilias & orationes, & per cetera, quae Apostolus cōmemorat, arma iustitiae, ad uitae immortalis praemia debeamus attingere. Porro quinquagesimam ab ipso Dominicā resurrectionis die inchoare, & gaudijs potius laudibusq; diuinis, quam ieiunijs uoluerunt esse celebrem, quatenus annuis eius festis dulcius admoneremur, desiderium nostrum ad obtinenda festa, quae non sunt annua sed continua, non terrena sed caelestia semper accendere, fixumq; tenere, quia nō in tempore mortalitatis huius, sed in aeternitate futurae incorruptionis uera nobis quaerenda felicitas, uera est inuenienda solēnitās, ubi cessantibus cunctis languoribus tota in Dei uisione ac laude uita geritur. Iuxta hoc quod propheta corde pariter & carne in Deum uiuim exultans, aiebat: Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorū laudabunt te. Vnde merito quinquagesimae diebus in memoriam huius nostrae quietissimae ac felicissimae actionis crebrius ac festiuius Alleluia canere solemus. Alleluia namque Hebraeus sermo est, & interpretatur Latine, Laudate Dominum. Deniq; in psalmis ubi nos canimus, Laudate Dominum, pro hoc uerbo apud Hebraeos semper Alleluia canitur: quod euāgelista Ioannes in Apocalypsi sua caelestium agmina uirtutum cantantia se audisse perhibet. Sed & uenerabilis ille Tobias ex uisione angelica intelligens, qualis supernorum ciuim gloria, quanta ipsius Hierusalē caelestis sit claritas, haec mystica uoce dicebat: Ex lapide precioso & mūdo omnes plateae eius sternentur, & per uos eius Alleluia cātabitur. Rectissime autem & pulcherrime generalis sanctae ecclesiae mos inoleuit, ut hoc diuinā laudationis carmē, propter reuerentiam primae autoritatis, à cunctis per orbē fidelibus Hebraea uoce cāteretur. Quod ideo fit, ut per talis consonantiā deuotionis omnino admoneatur ecclesia, quia & nunc in una fidei confessione, ac dilectione Christi consistere debeat, & ad illam in futuro patriā festinare, in qua nulla diuersitas mentium, nulla est dissonantia linguarum. Nam quomodo in Hierosolymis quondā multitudinis credentium erat cor unum & anima una: & erant illis omnia communia, ita in illa summā pacis uisione multitudinis uidentium Deū: erit cor unū & anima una, uidelicet diligēdi ac laudādi eū, cuius se gratia uiderint esse saluatos: & ibi ueraciter erunt omnino oīa cōmunia, quia sicut Apostolus ait, Erit Deus omnia in omnibus. In cuius typū temporis ac laudabundae nostrae quietis ultimi septem

psalmi, qui specialiter in Dñi laudē canuntur, Alleluia titulo pnotatur. Septima quippe dies sabbati, id est, requiei, per legē uocari & haberi praecipitur. Et apte liber psalmodorū post tanta caelestium praceptorū instituta, tot arcanorū spiritaliū mysteria decantata, tantas saluberrimae cōfessionis ac deprecationis humilimae uoces editas, semper Alleluia titulis finitur: quia quicquid in hac uita boni gerimus, quicquid in obsequio redemptoris nostri lingua exultate profecerimus, quicquid pro aeternae patriae desiderio cogitamus, cuncta haec nimirum ea nobis mercede recompensantur, ut in requie sempiterna & audire uocem laudis eius, & ipsi cum sanctis eum benedicere, gloriā regni eius dicere, & potentiam uirtutis eius loqui mereamur. Idcirco autē plures magistri ecclesiae decantationē Alleluia tempore quadragesimae intermittendā esse sanxerunt, quamuis in ecclesia nunquā à diuina laude cessatur, sed alijs uerbis, quae id ipsum perfecte significant, eius quotidie dona canuntur, ut non uia eius repetitio maiorē gratiorēq; paschalibus solēnijs honorificentia reddat & splendore. Sed & hoc in eo mysteriū maximē designare uoluerunt, quod in huius exilij peregrinatione, sicut ex parte nouimus, & ex parte prophetaemus, ita etiā ex parte Dominū laudamus, dicentes cū propheta: Quomodo cātabimus canticū Domini, in terra aliena? Cum uero nostram patriam, terram scilicet uiuentium, domumq; regni caelestis nobis olim à Domino repromissam intrare meruerimus, tunc ut illum & perfecte inueneri, sic etiā perfecte ualebitus laudare, iuxta illud Psalmistae: Et in templo eius omnes dicent gloriā. Vnde & alibi dicit: Coeli enarrat gloriā Dei. Coelos quippe caelestis patriae ciues appellat. Et quidē terrigenae gloriā Dei inarrare possunt, nō autē hanc enarrare nisi coeli ciues sufficiunt, qui quo hanc uicinius uident, eo certius ualent eloqui. Vtranq; sanē hanc solēnitatem, scilicet & quadragesimae & quinquagesimae, nō quorumlibet hominū, sed ipsius Domini ac Saluatoris nostri patriam nobis sanxit autoritas: quadragesimā uidelicet in eo, quod quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit in deserto, uictaq; tentatoris uersutia, ministerijs fruebatur angelicis: ubi suo nos informauit exemplo, quia per macerationē carnis aduersarij spiritalis machinas euitare, & ad angelorū debeamus peruenire cōfortium. Porro quinquagesimae nobis gaudia in eo seruanda monstrauit, quod post resurrectionē seipsum discipulis uiuū in multis argumētis per dies quadraginta praebuit, apprensus eis, & loquens de regno Dei & conuescens, ut in eorū actibus legitur, quia illos sua frequētia uisitationis laetabundū hoc tempus habere fecit ac festiuū. Sed & in caelū ascendens ne quaquam eis praesentiae dulcedine abfuit, sed eandem potius promisso spiritali charismate cumulauit. Deniq; cū promitteret eos spiritu sancto baptizandos post dies nō multos, eisq; benedicens ascenderet ac ferretur in caelum, quadragesimo utiq; die suae

2. Cor. 5.

Psalm. 87.

Apoc. 19.

Tob. 13.

Actu. 4.

1. Cor. 15.

1. Cor. 13.

Psalm. 136.

Psalm. 28.

Psalm. 118.

Matth. 40.

Luc. 40.

Marc. 10.

Actu. 10.

Ibidem.

resurrectionis, mox illi adorantes regressi sunt
 in Hierusalē cum gaudio magno, & erant sem-
 per in templo laudantes & benedicentes Deū.
 Hoc quoque nobis gaudio, ac laude, & benedi-
 ctione coelesti, qua spiritus sancti praestolabatur
 aduentum usque ad diem quinquagesimū, quem
 Graeci Pentecosten appellāt, solennitatis huius
 leticiam docuerunt esse prorelandam. Inter hec
 uerō solertius intuentum fratres charissimī,
 quod Dominus hac quadraginta dierum con-
 uersatione cum discipulis, nō solum futuri secu-
 li gaudia, quae cū illō sumus habituri praesigna-
 uit, uerum etiam in ineffabile circa nos suae pieta-
 tis ostendit affectū, qui deposita iam infirmita-
 te corporis, imō finita, & per resurrectionis uir-
 tutem in coelestem gloriam commutata, digna
 tur tamē adhuc discipulorū interesse conuiuiō,
 ut eos socios habere possit in caelo, ut praee-
 pta quibus ad regnū Dei perueniant, uiuacius
 ipsa familiaritate commendet. Quid enim fra-
 tres mei, quid sibi uult horum cōiunctio uerbo-
 rum, qua dicitur, Apparens eis & loquēs de re-
 gno Dei, & conuēscēs, nisi quia patenter osten-
 ditur, quod ob hoc maxime conuictui sociaba-
 tur eorum cum de regno Dei loqueretur, ut ter-
 renas inter eos epulas sumens, quibus coeleste
 corpus monstrabat, arctius eos uinculis suae cha-
 ritatis obligaret, atque illius tēporis memoria ro-
 boraret, de quo eis ante passionē suam promit-
 tendo praedixerat: Et ego dispono uobis, sicut
 disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis &
 bibatis super mensam meā in regno meo. Meri-
 to ergo sacrosanctis diebus his nos quoque maio-
 ribus epulis atque hymnis coelestibus uacamus,
 ob reuerentiā nimirum Dominicae resurrectio-
 nis, ob memoriam Dominici conuictus cum di-
 scipulis, simul ob spem futurae nostrae quietis ac
 uitae immortalis. Sed & genu in oratione inimi-
 cū iuxta morē fleuimus, quia pro certo genuū
 inflexio poenitentiae & luctus indicium est. Quod
 etiam in omnibus Dominicis diebus obseruan-
 dum propter eiusdem resurrectionis, uel Domi-
 nicae uel nostra sacramenta patres instituerunt.
 De sacramento autē quinquagenarij uel qua-
 dragenarij numeri multipliciter a patribus di-
 sputatum est. Sed quia nos in lōgum duximus
 sermonē, breuiter modo fraternitati uestrae di-
 cere sat est, quod recte ieiuniorum ceremoniae
 quadragenario dierum numero obseruantur:
 ut scilicet per hoc insinuetur, quod toto huius
 uitae tempore pro aeternae uitae perceptione la-
 borare debeamus. Quater enim deni quadra-
 ginta sunt, & uita praesens cōgrue quaternario
 numero figuratur, uel quia quatuor annuis tē-
 poribus tota uariatur, uel quia mundus ipse in
 quo uiuimus, quatuor elemētis subsistit, uideli-
 cet igne, aere, aqua & terra. Futurae autem uitae
 beatitudo denario numero nō incōuenienter
 exprimitur. Hinc est enim quod Dominus ope-
 rarios uinea denario remuneratos esse perhibet.
 Operarij quippe uinea, cultores sunt san-
 ctiae ecclesiae. Denarius autē uitae coelestis perfe-
 ctionē designat, in qua gloria Dei, summi uideli-

cet regis, specularantes, in eandem imaginē tras-
 formamur, nō solum in eo quod regis imaginē
 habet & inscriptionē, uerum etiam in eo quod de-
 cem obolis, qui perfectus est numerus constat,
 unde & nomen accepit. Recte ergo quadrage-
 nario, hoc est, quater denario dierū numero, iei-
 unium annuē celebramus; ut per hoc specialius
 admoneamur, quia quā diu uiuimus in mun-
 do, pro coelestium premiorum adoptione semper
 laborare debeamus. Recte etiā quinquagenari-
 o dierum numero statum futurae nostrae beati-
 tudinis in imaginē ueneramur, ieiunia uideli-
 cet relaxando, Alleluia canendo, stantes oran-
 do, quae sunt aptissima perpetuae quietis, resur-
 rectionis, & laudis praesagia. Septies enim se-
 ptem, quadraginta nouē faciunt. Et quidem per se-
 ptem saepe requiē designari luce clarius est. Se-
 ptem uerō septies ducta, eiusdem requiē perfe-
 ctionem insinuant, quae nullo unquā sine claudi-
 tur, nulla labe maculatur, sed ubi dies iudicij u-
 niuersalis ac resurrectionis aduenerit, ampliori
 corporū receptorū gratia perficitur. Quod er-
 nim ad septē septimanas monas additur, id est,
 ipsa dies Dominica Pentecostes, qua spiritum
 sanctum accepit ecclesia primitiua, & ita quin-
 quagenarius numerus perfectē completeret, &
 ipsum iudicij & resurrectionis omnium tēpus o-
 stendit, quando sanctarū requies ansmarū, quae
 nunc in illa uita geritur, etiā corporū immorta-
 lium receptione geminabitur, & ille Apostoli
 sermo adimplebitur: Quod si spiritus eius qui
 suscitauit Iesum a mortuis, habitat in uobis, qui
 suscitauit Iesum a mortuis, uiuificabit
 & mortalia corpora uestra, per inhabitantē spi-
 ritum eius in uobis. Verū hoc quoque quod non
 statim peracta die quinquagesima genu ad ado-
 randum curuamus, sed & illa adhuc septimana
 stātes Domino supplicamus, & quamuis inter-
 missa reperentes ieiunia, tamen Alleluia quoti-
 die personamus, nemo absque discretionē apta
 & cōgrua ratione mysterij putet acitari. Quia
 enim spiritus sancti septiformis est gratia, iure
 solennitas aduentus eius per septē dies laude
 hymnorū debita, simul & missarum celebratio-
 ne colitur. Quia tempore Pentecostes ecclesia
 toto orbe nouos semper Deo populos per aquā
 regenerationis aggregare consueuit, merito sa-
 luti eorū congaudentes, quousque albis induun-
 tur stolis, & nitorē purificatae mentis splēdore
 habitus praemonstrant, hymnum Deo deuotae
 laudis offerimus, iuxta praecēptū ipsius pijsimī
 pastoris ac redemptoris nostri, quo ait: Congra-
 tulamini mihi, quia inueni ouem meā quae per-
 rierat. Merito etiā tunc stātes oramus, ob signifi-
 cantiam uidelicet liberationis eorundē, quia
 per donum spiritus sancti de morte animae ad ui-
 tae resuscitari ac resurgere meruerunt: cuius do-
 nante gratia, etiam carnis immortalitate nos
 in nouissimo die uestēdos, atque ad gaudia bea-
 tae resurrectionis perducendos esse speramus,
 iuxta hoc quod paulo antē Apostolo teste do-
 cuimus. Quod uerō inter hec ieiuniorū castiga-
 tio repetitur, de ipsorum Apostolorū exemplo
 sumptum

2. Cor. 3.

Rom. 8.

Luc. 15.

Rom. 8.

sumptū credere debemus, qui accepto spiritu quo perfectius noua coelestium bonorū suauitate fruebantur, eo altius mentem à memoria deliciarū, abstulere terrestriū. Iā enim aduenit tēpus illud, de quo Dominus prādidit, quia discipuli ipso secum conuersante ieiunare non possent, ablato autem eo ieiunarent. Nam cum interrogarent eum discipuli Ioannis, dicentes, *Quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* ait illis, Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Quia ergo & ante passionē & post resurrectionē Dominicam propter ipsius Domini presentiam lugere ac ieiunare nequiuērāt, cōstat profectō quia post ablationē eius spontaneis sese subdidere ieiunijs. Namq; ubi sancti spiritus sunt acceptio, ne recreati, sicut à ceteris mundalibus illecebris, sic & ab epularū appetitu mētem profus auerterāt: animā potius quam corporis alimonia gaudentes, & prae memoria patriæ coelestis orationibus, ac lachrymis insistentes salubribus. Deniq; Luca referente, cognouimus de illis tribus milibus uirorū, qui ipso die Pētecostes Petro predicante crediderunt, quā parco uictu cōtenti fuerint, quā sobriam, coelestemq; in terris egerint uitā. Et erant, inquit, perseverantes in doctrina Apostolorū, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Et paulo post: Quotidie quoq; perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panē, sumebāt cibū cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deū, & cetera huiusmodi. Ad quorum nos exemplū, uitā, moresq; solerter aptare necesse est, quia perfectū uitę magistrū est, ecclesie primitiuae semper actus imitari: illamq; aedificij spiritualis normā ad finē usq; seruare, quam ab ipsis Apostolis in fundamēto fidei liquet esse propositā. Nec dubitandū, quia quorū nunc uestigia sequimur, ad eorū in futuro sumus praemia peruerturi. Et quidē, fratres mei, pulcherrimam etiā in praesenti futurae beatitudinis figuram gerimus, de qua modō aliquanta perstrinximus: sed ita nobis uiuēdū est, ut quae exterius in imagine colimus, ante interni arbitri oculos ueraci corde seruemus. Perseueremus ergo & nos in doctrina sanctorū, ut uidelicet discēdo, & operibus exercendo quę docēt, orationibus incumbamus assiduis, Dominici panis cōmunionē digni satagamus existerē, unanimiter in ecclesia horis perlistamus canonicis, panē indigentī proximo, uel quicquid ualeamus piæ consolationis porrigamus, & ita cibum corpori indulgeamus, ut memoria uiui panis potius mentis intima latificet, simplicitatē cordis in omnibus teneamus, quod est sola intētionē supernae retributionis bona operari: & quod praesentia festa maximē decet, hymnum diuinæ laudis cōsona uoce simul & mēte personemus. Sic enim solummodo Deo nostro iucunda fit laudatio, si quod ore canimus, non impugnamus opere: si cum labijs Alleluia proferimus, à turpi & mali

Bedae tom. 7.

gna cogitatione praecordia casta gestamus. Ea tamen ratione suauis erit ei laudatio nostra, si nō in reb. caducis & infimis, sed delectemur in Domino. Quod ipse praestare dignetur, qui tanta nobis tamq; praecleara beneficiorum pignora per paschalia sacramenta praerogauit Iesus Christus Dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

IN FESTIUITATE SANCTA
Pentecostes. Ioan. 14.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclētū dabit uobis, ut maneat uobiscū in aeternū, spiritum ueritatis, quem mūdus nō potest accipere: quia non uidet eum, nec scit eum. Et reliqua.

BEDAE PRESEBYTERI DE EARUM
DEM LECTIONE.

Quia sancti spiritus hodie, fratres charissimi, celebramus aduentū, debemus ipsi cōgruere solennitati quam colimus. Hoc etenim ordine tantū festiuitatis huius dignē gaudia celebramus, si nos quoq; Domino opitulante aptos reddiderimus, ad quos spiritus sanctus aduenire, & in quibus habitare dignetur. Ea autē solummodo ratione aduentu & illustratione sancti spiritus apti existimus, si & corda nostra diuino amore repleta, & corpora sint Dominicis mancipata praecceptis. Vnde in exordio lectionis huius euangelicę discipulis ueritas ait:

Si diligitis me, mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium paraclētum dabit uobis. Paraclētus quippe consolator interpretatur. Et spiritus sanctus recte paraclētus uocatur, quia corda fidelium ne inter huius seculi aduersa deficiant, coelestis uitę desiderijs subleuat ac reficit. Vnde in actibus Apostolorū crescente sancta ecclesia dicitur: Et edificabatur ambulans in timore Domini, & cōsolatione sancti spiritus replebatur. Quod ergo ait, *Si diligitis me, mandata mea seruate,* Et ego rogabo patrem, & alium paraclētum dabit uobis: in ipsis quidem discipulis, qui eū uerē dilexissē, uerē mandatis eius obedissē non dubitantur, hodierna die completū est, quando illis in cœnaculo orantibus, repenti spiritus S. in linguis apparuit, eosq; & in ore per diuersitatem linguarū docuit, & in corde per amoris sui consolationem roborauit. Habebāt autem & prius paraclētum, ipsum uidelicet Dominū secum in carne commorantem, cuius & miraculorum dulcedine, & ope predicatōnis, ne infidelium persecutione scandalizari possent, erigi & confortari solebant. Verū quia ille post resurrectionē ascendens in cœlum eos corporaliter deseruit, quibus tamen diuinæ praesentia maiestatis nunquā absuit, recte de hoc paraclēto, id est, spiritu sancto subiunxit:

Ut maneat uobiscum in aeternum. In aeternum namq; manet cum sanctis, quos & in hac uita semper inuisibiliter intus illustrat, & in futuro ad cōtemplan-

templādū perpetuū speciē suę maiestatis intro ducit. Sed & nos, fratres charissimi, si Christū perfectē diligimus, ita ut eiusdē dilectionis ue ritatem mādatōrum eius obseruatione probe mus, rogabit etiam pro nobis patrē, & alium paraclētum dabit nobis pater. Rogabit patrē per humanitatem, qui dabit cum patrē per diu nitatem. Neq; enim putandū est, quia antē pas sionem suam tātūmodo pro ecclesia rogauer it, & non etiam nunc post ascensionem roget, cū dicat de illo Apostolus: Qui est ad dexterā Dei, qui etiā interpellat pro nobis. Habemus autē & nos paraclētum Dominum nostrum Ie sum Christū, quem et sic corporaliter uidere ne quimus, ea tamen quę in corpore gessit & do cuit, in euangelijs scripta tenemus. Et si his au diendis, legendis, inuicem cōferendis, corde & opere conseruādīs curam impendimus, constat nimirum quōd ærumnas seculi facillimē, quasi Domino nobiscum perpetuū commorante ac nos consolāte, uincamus. Si ergo hunc paraclē tum diligimus, eiusq; mandata seruamus, roga bit patrē, & alium paraclētum dabit nobis, id est, spiritus sui gratiam nostris cordibus clemē ter infundet, quę nos inter aduersa præsētis exilij, patrię cōlestis expectatione letificet, ita ut cum propheta possimus dicere: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo paraclēses, id est, consolationes tuę Domine le tificauerunt animam meam. Alium ergo, inquit, paraclētum dabit uobis, ut maneat uobi scum in æternum. Et addidit:

Rom. 8.

Psalm. 93.

Psalm. 21.

Spiritu ueritatis, quem mundus non potest accipere. Mū dum autē appellat homines mundi huius amo ri deditos, sicut ecōtrā sancti qui cōlesti deside rio flagrant, cōeli rectē uocantur, dicente Psal mista: Et annuntiabūt cōeli iustitiam eius popu lo qui nascetur. quod est aperte dicere: annun ciabunt excelli mente, uoce, actione, doctores iustitiā eius populo, qui ad fidem ueniendo nup er in illo nasci desiderat. Quisquis igitur cōso lationem foris in mundi rebus inquit, hic diu nę consolationis munere inuis reformari non ualet. Quisquis in finis delectationibus inhiat, nō potest accipere spiritum ueritatis. Fugit enim spiritus ueritatis cor quod uanitati subdi tum cernit, solosq; hos quos mandata ueritatis per dilectionē operari conspiciunt, aduentus sui luce reficit. Vnde bene cum diceret, Quē mun dus non potest accipere, mox addidit dicens:

Quia non uidit eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit, et in uobis erit. Dominū nanq; Saluatorem, & infideles ante passionē in car ne uiderunt, sed quia Dei filius esset, quia para clētus a Deo missus in mundum, nō nisi fideles scire potuerunt. Spiritum autem sanctum neq; oculis uidere infideles, neq; animo ualebāt cog noscere, quia nō indutus humanitate discipu lis apparuit, sed ita ad eos uenire, ita apud eos maluit manere, ut in ipsis eorum cordibus gra tissimam sibi sedem consecraret. Hęc est enim quod ait, Vos autē cognoscetis eū, quia apud

uos manebit, & in uobis erit. Qui autē inuisibi liter in hac uita manet cum electis, inuisibiliter utique eis gratiam suę cognitionis exhibet.

Non relinquam uos orphanos, ueniam ad uos. Videba tur in fidelibus, quia moriens in cruce Domi nus discipulos relinqueret orphanos: sed non reliquit orphanos, quibus & prębuit uitium post passionem suam in multis argumētis per dies quadraginta, & post dies decē assumptio nis suę, hoc est, hodierna die, spiritus sancti il los de cōelo charismate donauit. Vbi ipsum Christū ad eos uenisse nullus ambigit, qui inseparabilem sanctę trinitatis naturam, uirtu tem, & operationē esse cognouit. Quod ipsum latius exequens, quantum causa illorum de grę te non sancta sit discreta denunciat.

Act. 1.

Adhuc modicum, et mundus me iam non uidet. Vos autem nō detis me, quia ego uiuo, et uos uiuetis. Nam quia hęc ad passionem iturus loquebatur, modicum erat usque ad tempus expletę passionis, ex quo il lum reprobi nunquā uidere ualebant. Soli ete nim iusti qui morte illius erant contristati, gau dium resurrectionis eius uidere meruerūt. At qui uisa morte eius exultabant, nequaquam in pti uisa eius resurrectione latari, sed audita con turbari ac dolere prout decebat, habebant.

Vos autem uidetis me, inquit, quia ego uiuo, et uos uiuetis. Ego uiuo præsētis temporis uerbo posuit, & uos uiuetis futuri, quia nimirum in proximo esse cernebat: ideoq; quasi præsētem nōmina bat horam, in qua ipse morte destructa in æternam resurgeret uitam: illorum uerō uitam in futurum nouerat esse differendam, quos & us que ad præsinitum mortis suę tempus singulos pro ingressu uitę perennis agonizari, & usque ad finem seculi resurrectionem sui corporis ex pectare oportebat. Ait ergo: Adhuc modicum, & mundus me iam non uidet: uos autem uide tis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis. Ac si aper tē dicat: Adhuc modicum, & mundi amatores me mortalem ultra uidere desistunt, resurgē tem uerō a mortuis cerne nequeunt: quia il lam nesciunt uitam, cuius soli amatores glo riam meę resurrectionis merētur inueniri. Vos autem ideo me post hęc uidere ualetis, quia & ego uiuo resuscitatus a mortuis, & uos digni er stis meę resurrectionis exemplo cōfortari, qui & ipsi ad perpetuam uitam, & beatę resurre ctionis estis gaudia uenturi.

In illo die uos cognoscetis, quia ego in patre meo, et uos in me, et ego in uobis. Nouerant etiam tunc Aposto li Christum esse in patre per unitatem indiu iduę diuinitatis, nouerant se esse in Christo per susceptionem fidei & sacramentorum er ius, nouerant in se esse Christum per dilectio nem & obseruantiam mandatorum eius. Di xit enim eis ipse: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniēmus, & mansionem apud eum faciemus. Hęc utique & tunc imbuti a Christo nouerant Apostoli, & nunc apostolicis imbuta lit eris, nouit omnis ecclesia Christi, sed in illo

nimis

nimirum die quo ueraciter uiuere incipiunt. Longe melius ea iusti cognoscunt, hoc est, in die resurrectionis. quando eo perfectius cuncta quae scienda sunt sciunt, quo ipsum scientiae fontem uicinius sine fine conspiciunt. Quod etiam de quibusdam perfectioribus sanctis, & ante tempus resurrectionis fieri dubium non est, illis uel delictet, qui fiducia bonorum operum dicere cum Apostolo ualent: Cupio dissolui, & esse cum Christo: mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum. Hac quidem omnia Dominus quasi Apostolis specialiter dicere uidetur, sed ne putaremus eum illis solummodo, & non etiam nobis, si illorum exempla sequeremur, beatitudinem diuinae cognitionis polliceri, generalem post haec sententiam subintulit, & omnibus se diligentibus eadem suae uisionis & cognitionis praemia promittit, dicens:

Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligitur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.] Vbi omni intentione considerandum, quia Christum uere diligere, est non ipsam dilectionem labijs profiteri, sed mandata Christi quae discendo habemus, operando seruare. Vnde & Ioannes admonens, ait: Filii mei, non diligamus uerbo neque lingua, sed opere & ueritate. Omni gaudio amplectendum est, quia merces uerae nostrae dilectionis illa erit, qua esse maior nulla poterit, nos scilicet a patre & filio diligi, nobis contemplandam perpetuo filij Dei gloriam reuelari. Non autem dubitandum, quia quibus gloria filij reuelabitur, eisdem quoque patris, & spiritus sancti liceat adesse conspiciui: quia quorum una est diuinitas, una utriusque & inseparabilis uisio est. Hinc etenim dicit: Qui me uidet, uidet & patrem. Et notandum, quia cum praesentis temporis uerbo diceret, Qui autem diligit me, adiecit de futuro, diligitur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Diligit namque etiam nunc dilectiores suos cum patre filius, sed nunc diligit ad hoc, ut recte uiuant ex fide, quae per dilectionem operatur: tunc ad hoc diligit, ut perueniant ad uisionem ueritatis, quam per fidem gustauerant, & pro qua ad mortem usque certauerant. Non autem frustra cum additamento ait, Et manifestabo ei meipsum. Se enim cunctis hominibus, seipsum uero solis manifestabit electis. Nam & reprobi in iudicio Christum uidebunt, sed sicut scriptum est, Videbunt in quem transfixerunt, soli autem regem in decore suo uidebunt oculi iustorum. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Haec de lectione euangelica fraternitati uestrae charissimi, prout Dominus dedit, exponendo diximus. Videtur autem opportunum de solennitate adhuc hodierna breuiter aliqua differere. In primis autem sciendum est, quod haec solennitas non euangelicis tantum consecrata charissimatis, uerum etiam iam olim legalibus praesignata est mysterijs, ac Domino iubente, per omnes annos sacris ob-

seruata caeremonijs. Hodierna etenim die, ut nouimus, positus in coenaculo discipulis, factus est repente de caelo sonus, & spiritus sanctus in uisione ignis apparens, scientiam illis omnium linguarum tradidit. Facta autem hac uoce, conuenere uiri religiosi, qui de diuersis nationibus Hierosolymam Paschalis festiuitatis gratia confluxerant, stupebantque mirantes, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes magnalia Dei. Exponentibus autem discipulis quia spiritus sancti esset gratia, quam cernebant, olim quidem uoce prophetarum promissa, tunc autem Christi munere missa, crediderunt ex eis tria milia uirorum, & baptizati acceperunt etiam ipsi donum spiritus sancti. Haec est diei huius annua celebritas, haec gratia celestis semper grata festiuitas. Ob huius memoriam fidelium cordibus arctius imprimendam pulcherrimus sanctae ecclesiae mos inoleuit, ut annis singulis in ea baptismatis mysteria celebrentur, ablutisque fonte salutari credentibus, superuenienti spiritu sancto templum uenerabile pareatur. Ac per hoc non solum ueteris facti recordatio, uerum etiam in nouos adoptionis filios nouus in ea spiritus sancti celebratur aduentus. Attendat ergo charitas uestra, fratres mei, qualiter huic nostrae festiuitati legalis festi typus & figura concinat. Liberati de Aegyptiaca seruitute filij Israel, per immolationem agni paschalis exierunt in desertum, ut ueniret ad terram repromissionis, perueneruntque ad montem Sinai: & descendens Dominus in igne super montem, comitante sonitu buccinae, tonitruis ac fulgoribus quinquagesimo die peracti Paschae, legis decalogum eis aperta uoce disposuit, atque in memoriam datae legis statuit, eodem die per annos singulos sacrificijs sibi nouum de frugibus eiusdem anni, panes uel delictet primitiarum duos ad altare deferri. Quae autem sit agni paschalis immolatio, quae Aegyptiacae seruitutis absolutio, cunctis legentibus liquet, quia uidelicet Pascha nostrum immolatus est Christus, & ipse uerus est agnus, qui abstulit peccata mundi, qui sui sanguinis precio nos a peccatorum seruitute redemit, suae resurrectionis exemplo nobis spem uitae & perpetuae libertatis ostendit. Quinquagesimo uero die post occisionem agni data est lex, descendente Domino super montem in igne, & quinquagesima eque die post resurrectionem nostri redemptoris, quae est hodie, data est gratia spiritus sancti discipulis in coenaculo constitutis, quae apparente foris igne uisibili, inuisibiliter eorum peccata luce scientiae irradiauit, ac inextinguibili charitatis ardore succendit. Et hic autem altitudo coenaculi, & ibi cacumen montis, sublimitatem praeceptorum & donorum indicat constitutum: & quia nemo infimis adhuc desiderijs inherens, uel diuinis obtemperare mandatis, uel supernis possit dignus existere donis, sed hic in maioris signum perfectionis omnes qui accipiebant spiritum, in coenaculo erant positi: illic ad designanda infirmorum corda auditorum,

rum, populus quidem omnis infra montem stabat, at pauci seniorum montis partem conscenderant. Solus autem Moyses in ipsum eius uerticem, ubi in igne & caligine diuina maiestas praefulgebat, ascendit: quia nimirum altiora & intima legis arcana perfectiores solum capere & seruare nouerunt, populus uero carnalis litera superficie contentus, quasi exterius & infra positus uerbi coelestis astabant auditui: at nunc data latius gratia sancti spiritus, ad intelligenda sublimius simul & implenda perfectius sancti Euangelij dicta, fidelium corda subleuantur. Ibi inter flammam ignium & micantia fulgura, fragor quoque tonitruorum, & clangor sonabat buccinae: hic cum ignearum uisione linguarum sonitus pariter de caelo tanquam spiritus uehementis aduenit. Sed cum in utraque datione, & legis uidelicet & gratiae, foris audiretur sonitus, hic tamen ampliori miraculo cum auditu sonitus adfuit uirtus doni coelestis, quae intus sine sonitu discipulorum corda doceret. Ibi auditus legalibus edictis, respondet omnis populus una uoce, dicens: Omnia uerba quae locutus est Dominus, & audiemus & faciemus. Hic accepta illustratione spiritus nascentis ecclesiae, coetus omnium nationum linguis Dei magnalia loquebatur, certe utique discretionis gratia: quia legis obseruatio uni tantum genti iudaeae data sit, uerbum uero euangelij cunctis per orbem gentibus praedicandum, cunctorum linguis populorum Christianae fidei essent praecognita dicenda, impleta prophetia quae dicit: A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini, excelsus super omnes gentes Dominus. Sed & hoc quod in uenerationem acceptae legis omnibus annis sacrificium nouum Domino die Pentecostes offerri iustum est, in nostra quoque festiuitate spiritualiter agi ex acceptae gratiae tempore nunquam desijt. Nouum quippe in ea sacrificium offert ecclesia, cum fabricato incipientis sanctae Pentecostes, nouum adoptionis populum per baptismum Domino consecratu uere de centesimo, sicut & supra monuimus, ut non solum populis Christianis ueteris facti memoria innouetur, sed & in nouam renatorum sobolem, noua paracliti a patre missio celebretur. Nouum in ea sacrificium Domino ipsi quoque apostoli, mox accepto dono spiritus obtulerunt, cum euangelizantes his qui conuenerant, plurimos conuerterunt ad fidem, & hos fonte baptismatis renatos, ac spiritus gratia sanctificatos uiuas utique noui testamenti primitias ad communionem Domini altaribus obtulerunt. Bene autem duo panes primitiarum de nouis frugibus iubebantur offerri, quia nimirum ecclesia de utroque populo, iudaeorum scilicet & gentium colligit, quos in nouam suo redemptori familiam consecrat. Inter haec uero solertius intuendum est, quod non sine magno mysterio quinquagenarius numerus in datione uel legis, uel gratiae obseruatus est. Nam quinquagesima die Paschae, & illa in morte populo data, & haec discipulis in coenaculo

missa est. Sed hoc nimirum numero perpetuitas futurae quietis ostenditur, in quo recte uel legis decalogus mandatur, uel spiritus sancti gratia datur hominibus, ut aperte monstraretur, quia quicumque diuinae legis iussa iuuant spiritus gratia perficiunt, ad ueram profectioem quietem tendunt. Quia enim quinquagesimus annus in lege iubilaeus, id est, dimittens siue mutatus appellari iustus est, in quo populus ab omni operatione quiesceret, omnium debita laxarentur, serui liberi redirent, annus ipse maioribus solennijs ac laudibus diuinis eminentior ceteris existeret, merito per hunc numerum illa summa pacis tranquillitas indicatur: quando, sicut Apostolus ait, Canente nouissima turba mortui resurgent, & nos immutabimur in gloriam: ubi cessantibus huius seculi laboribus & aerumnis, dimissis omnium culparum debitis, in sola diuinae uisionis contemplatione cunctus electorum populus in aeternum gaudebit, impleto illo desiderabili Domini ac saluatoris nostri mandato, Vacate & uidete, quoniam et ego sum Deus. Ad quam profectioem uacationem & uisionem incommutabilis ueritatis, quia non nisi per obseruantiam praecceptorum coelestium ac spiritus sancti donum pertingitur, recte & legem decalogi, & eiusdem spiritus gratiam in eodierum numero qui requiem designaret, dari decebat. Neque hoc praetereundum, quod ideo numerus quinquagenarius significationi internae quietis aptatur, quia ex septem septimanis & monade perficitur. Sex quippe diebus in lege populus operari, septima quiescere: sex annis arare & metere, septimo iustus cessare: quia & Dominus sex diebus mundi ornatum perfecit, septimo ab opere suo cessauit. Quibus omnibus mystice admonemur, quod hi qui in hoc seculo, quod sex aetatibus constat, bonis operibus pro Domino instant, in sabbatum in futuro, id est, in requiem a Domino inducuntur aeternam. Quod autem septem dies uel anni septies ducuntur, multiplicem eiusdem requiem abundantiam designant, in qua praemium illud sublime datur electis, de quo Apostolus ait, Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se. Cuius praemij cognitionem quia in cor hominis, id est, humana adhuc sapientis ascendere non posse testatur, aperit subsequenter unde hoc diligentibus Deum possit ostendi: Nobis autem, inquit, reuelauit Deus per spiritum suum. Per spiritum ergo reuelatur praemij magnitudo perennis, quia dum ipse corda quae implet appetitu inuisibilium inflammat, eadem bona inuisibilia quam sint praecleara, quam terrenis omnibus praeferenda manifestat. Unde bene eiusdem spiritus gratia septiformis a propheta describitur, quia nimirum & per eius inspirationem ad requiem peruenitur, & in eius plena perceptione ac uisione requies uera possidetur. Porro ipse dies uel annus quinquagesimus, qui septem septimanis superest, & maiore praeter ceteris erat sollemnitate uenerabilis,

Exo. 19. 24

Psal. 112.

Leuit. 23.

Leuit. 25.

1. Cor. 15.

Psal. 45.

Exod. 23.

Genes. 2.

Esa. 64.

1. Cor. 2.

Ibidem.

bilis, tempus futuræ resurrectionis indicat, in quo illa requies qua nunc animæ fruuntur electorum, corporum quoque receptorum gloria cumulabitur. Vbi sollicitius intuemus fratres mei, quia spiritus sanctus non solum in futuro perfectam, sed & in presenti maximam iustis quietem tribuit, cum eorum mentes celesti igne charitas accendit. Dicit nanque Apostolus: Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Et hæc est uera, imò hæc est sola in hac uita requies animarum, diuina dilectione repleti, spe supernæ retributionis prospera mundi simul & aduersa cõtemnere, terrena à se desideria funditus extirpare, concupiscentiis renuciare secularibus, illatis pro Christo contumeliis & persecutionibus gaudere, & cum Apostolo dicere posse: Et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei: non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Nam qui in rerum mundanarum delectationibus, & opulentia se requiescere posse confidit, fallitur: etenim & creberrimis eiusdem mundi perturbationibus, & ipso sine conuincitur, quia super arenam fundamentum suæ quietis posuerit. At quicumque sancto afflato spiritu, suauissimum illud Dominicæ dilectionis iugum super se leuauerint, atque exemplo illius mites esse & humiles corde didicerint, nonnulla etiam in presenti futuræ quietis imagine fruuntur, dum à cõturbatione hominum secularium tota mente secreti, uultum sui conditoris semper reminisci gaudent, atque ad perfectam eius contemplationem pertingere sitiunt, dicentes sibi cum apostolo Ioanne: Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, uidebimus enim eum sicuti est. Ad cuius premium uisionis si peruenire desideramus, oportet, fratres charissimi, ut huius Euangelicæ lectionis perpetuo memores, à mundi nos illecebris immunes exhibeamus, quatenus ad percipiendam spiritus sancti gratiam, quam mundus non potest accipere, digni existere ualeamus. Diligamus Christum, eiusque mandata quæ habemus incipiendo, seruemus perseverando. Fit enim iusta mercede, ut illum diligendo diligi amplius mereamur à patre, sed & ipse maiorem dilectionis suæ gratiam præstare dignetur in futurum. Dat enim nunc diligendo nos, ut credentes speremus in eum: tunc autem ut uideamus eum facie ad faciem, manifestabitque seipsum nobis, hoc est in claritate, quam habuit priusquam mundus esset apud patrem, cum quo uiuit & regnat Deus in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

IN OCTAVA PENTECOSTES. Ioan. 13.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

Homiliam Bedæ presbyteri super eodem euangelio, require Dominica post Ascensionis.

ITEM IN OCTAVA PENTECOSTES. Ioannis 3.

In illo tempore, Erat homo ex phariseis Nicodemus nomine, princeps iudeorum. Et reliqua.

Homiliam eiusdem require ipso die Inventionis sanctæ crucis.

DOMINICA PRIMA POST Trinitatis. Lucæ 16.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & uocabatur quotidie splendide. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Purpuram regij habitus esse colorem marinis & conchylis tinctam, nemo fere qui dubitet. Nam cõchylia ferro circuncisa, lachrymas purpurei coloris quibus lana tingatur, emittunt. Byssum uero genus est quoddam lini, mium candidi & mollissimi, quod Græci *μαριλιν* uocant. Admonuerat ergo Dominus supra facere amicos de mammona iniquitatis, qui cum ab hac uita defecerimus, recipiant nos in æterna tabernacula, quod audientes pharisei deridebant. Verum ille quæ proposuerat, exemplis adstruens, ostendit ideo diuitem purpuratum irremediabiliter apud inferos tortum, quia pauperem Lazarum, à quo in uita tabernacula recipi posset, amicum sibi facere neglexerat. Nonnulli autem putant præcepta ueteris testamenti districtiora esse quam noui, sed hi nimirum improvida consideratione falluntur. In illo enim non tenacia, sed rapina multatur, sibi res iniuste sublata restitutione quadrupli punitur: hic autem diues iste non abstulisse aliena reprehenditur, sed propria non dedisse: nec dicitur quod ut quempiam oppressit, sed quia in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo, hinc summopere colligendum est, quæ pœna multandus sit, qui aliena diripit, si inferni damnatione percutitur, qui propria non largitur. Et sunt nonnulli qui cultum subrilium preciosorumque uestium non putant esse peccatum: quod si uidelicet culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam uigilanter exprimeret, quod diues qui torquetur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset. Nemo quippe uestimenta præcipua nisi ad inanem gloriam querit, uidelicet ut honorabilior cæteris esse uideatur. Quam culpam possumus melius etiam ex diuerso colligere, quia si abiectio uilis indumenti uitæ non esset, Euangelista uigilanter de Ioanne non diceret, Erat indutus pilis capri elorum. Sed notandum nobis magnopere est, in ore uerita-

Matth. 3.
Marci 1.
Lucæ 3.
Ioan. 1.

ueritatis de superbo diuite, & de humili pau-
pere, quantum sit ordo narrationis. Ecce enim
dicitur, Homo quidam erat diues, & protinus
subiungitur:

Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus. Certe in
populo plus solent nomina diuitum, quam pau-
perum sciri. Quid est ergo quod Dominus de
paupere & diuite uerbum faciens, nomen pau-
peris dicit, & nomen diuitis non dicit, nisi quod
Deus humiles nouit atque approbat, & super-
bos ignorat? Unde & quibusdam de miracu-
lorum uirtute superbientibus in fine diciturus
est: Nescio uos unde sitis: disceditis à me om-
nes operarij iniquitatis. At contra Moyfi dicitur,
Nouit te ex nomine tuo. At ergo de diuite,
Homo quidam: ait de paupere, Egenus nomi-
ne Lazarus. Ac sic aperte dicat: Pauperem hu-
mitem scio, superbum diuitem nescio: illum co-
gnitum per approbationem habeo, hunc per iu-
diciū reprobationis ignoro.

*Qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus, cupiens satia-
rari de micis quæ cadebant de mensa diuitis. Sed et canes uenie-
bant, et lingebant ulcera eius.* Plenus ulceribus men-
dicus Lazarus ante ianuam diuitis iacet. qua de
re una Dominus duo iudicia expleuit. Habuis-
set enim fortasse aliquam excusationem diues,
si Lazarus pauper & ulcerosus ante eius ianuam
non iacuisset, si remotus fuisset, si eius ino-
pia non esset oculis importuna: rursus si longe
esset diues ab oculis ulcerosi pauperis, minor
rem tolerasset tentationem pauper in animo.
Sed dum egenum & ulceratum ante ianuam di-
uitis & delicijs affluentis posuit, in una eademque
re, & ex uisione pauperis non miserenti diuiti
cumulum damnationis intulit, & rursus ex ui-
sione diuitis tentatum quotidie pauperem pro-
bauit. Cui certe poterat ad poenā sufficere pau-
pertas, etiamsi sanus fuisset: rursus suffecisset
ægritudo, etiamsi subsidium adesset. Sed ut pro-
baretur amplius pauper, simul hunc & pauper-
tas & ægritudo tabefecit: atque insuper uide-
bat procedentem diuitem obsequentibus can-
neis fulciri, & se in infirmitate & inopia à nul-
lo uisitari. Nam quia nemo ei ad uisitandum
aderat, testantur canes qui licenter uulnera lin-
gebant. Ex una ergo re omnipotens Deus duo
iudicia exhibuit: dum Lazarum pauperem an-
te ianuam diuitis iacere permisit, ut & diues im-
pius damnationis sibi augeret ultionem, & ten-
tatus pauper crederet ad remunerationem.

*Factum est autem ut moreretur mendicus, et portaretur ab
angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem diues, et se-
pultus est in inferno.* Sinus Abraham requies est
beatorum pauperum, quorum est regnum cœ-
lorum, quo post hanc uitam recipiuntur. Sep-
ultura inferni poenarum profunditas, quæ su-
perbus & immisericordes post hanc uitā uorat.

*Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis, uidebat
Abraham à longe, et Lazarum in sinu eius: et ipse clamans, di-
xit: Pater Abraham, miserere mei, et mitte Lazarum ut intin-
gat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam,
quia crucior in hac flamma.* O quanta est subtilitas
iudiciorum Dei, o quam districte agitur bono-

rum actuum malorumque retributio. Certe su-
perius dictum est, quia in hac uita Lazarus ca-
dentes micæ de mensa diuitis quærebat, & ne-
mo illi dabat: nunc de supplicio diuitis dicitur,
quia de extremo digiti Lazari destillari aquā
in os suum concupiscit. Qui ergo mensæ suæ
uel minima dare noluit, in inferno positus us-
que ad minima quærenda peruenit. Sed notan-
dum ualde est, quid sit, quod diues in igne posi-
tus, linguam suam refrigerari petit. Mos qui-
pe est sacri eloquij, ut aliquando aliud dicat, sed
ex eodem dicto aliud innuat. Superius autem
hunc superbum diuitem Dominus non loqua-
citati uacantem dixerat, sed superflue conui-
uantem. Neque hunc de loquacitate narrauit,
sed cum elatione & tenacia de edacitate pec-
casse. Sed quia abundare in conuiujs loquaci-
tas solet, is qui hic male conuiuatus dicitur, apud
inferos grauius in lingua ardere perhibetur.
Sed cum graui ualde pauore pensandum
est hoc quod sequitur:

*Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in
uita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur,
tu uero cruciaris.* Ecce enim dum dicitur, Recepti-
sti bona in uita tua, indicatur & diues iste boni
aliquid habuisse, ex quo in hac uita bona reci-
peret. Rursumque dum de Lazaro dicitur, quia
recepit mala, profectio monstratur & Lazarum
habuisse malum aliquod quod purgaretur. Sed
mala Lazari purgauit ignis inopia, & bona di-
uitis remunerauit felicitas transeuntis uitæ.

*Et in his omnibus inter uos et nos chaos magnum firma-
tum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, ne-
que inde huc transire.* Qua in re ualde quæren-
dum est quomodo dicatur, Hi qui uolunt ad uos
transire non possint. Quod enim hi qui in in-
ferno sunt, ad beatorum sortem transire cupi-
unt, dubium non est: qui uero iam in beatitu-
dinis sortem suscepti sunt, quo pacto dicitur,
quia transire ad eos qui in inferno cruciantur,
uolunt? Sed sicut transire reprobi ad electos cu-
piunt, id est, à suppliciorum suorum afflictio-
ne migrare, ita ad afflictos atque in tormentis
positos transire iustorum est, mente ire per mi-
sericordiam, eosque uelle liberare. Sed qui uo-
lunt de beatorum sede ad afflictos atque in tor-
mentis positos transire, non possunt: quia ius-
torum animæ quamuis in suæ naturæ bonita-
te misericordiam habeant, iam tunc autoris
sui iustitiæ coniunctæ tanta rectitudine con-
stringuntur, ut nulla ad reprobos compassio-
ne moueantur. Sed postquam ardenti diuiti
de se spes tollitur, eius animus ad propinquos
quos reliquerat, recurrit: quia reproborum men-
tem poena sua quādoque inutiliter erudit ad cha-
ritatem, ut iam tunc etiam suos spiritaliter dili-
gant, qui hic dum peccata diligerent, nec se ama-
bant, unde nunc sequitur:

*Et ait, Rogo te ergo pater, ut mittas eum in domum patris
mei: habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi ue-
niant in locum hunc tormentorum.* Qua in re notandū
est, ardenti diuiti quanta ad supplicium cumu-
lantur, Ad poenā namque suā ei & cognitio ser-
uatur

uatur & memoria. Cognoscit enim Lazarum quē despexit, fratrum quoque suorum meminit quos reliquit. Perfecta quippe ei ultio de paupere non esset, si hunc in retributione nō cognosceret: & perfecta poena in igne non esset, si nō hoc quod ipse patitur, etiam suis timeret. Vt ergo peccatores amplius in supplicio puniantur, & eorum uident gloriam quos contempserunt, & de illorum etiam poena torquētur; quos inuulniter amauerunt. Credendū uerō est quōd ante retributionē extremi iudicij iniusti in requie quosdam iustos conspiciunt, ut eos uidentes in gaudia non solum de suo supplicio, sed etiā de illorum bono crucientur. Iusti uerō in tormentis semper intuentur iniustos, ut hinc eorum gaudium crescat, quia malum conspiciūt, quod misericorditer euaserunt, tantoq; maiores ereptori suo gratias referant, quāto euidentius uident in alijs quid ipsi perpeti, si essent neglecti, potuerunt: quia qui creatoris sui claritatē uident, nihil in creatura agit, quod uidere nō possint.

Et ait illi Abraham: Habent Moſen & prophetas, audiant illos. Sed qui uerba Dei despexerat, hęc audire non posse suos sequaces aestimabat. Vnde & respondit diues:

Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis uerit ad eos, poenitentiam agent. Cui mox ueraci sententia dicitur:

Si Moſen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis surrexerit, credent. Quia nimirum qui uerba legis despiciunt, redemptoris praecepta qui ex mortuis surrexit, quanto subtiliora sunt, tanto hęc difficiliius implebunt. Et nimirum constat quia cuius implere dicta renuūt, ei proculdubio credere reculant. Quem uerō iuxta allegoriam diues iste qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, nisi Iudaicū populum significat: qui cultum uitae exterius habuit, qui acceptae legis delicijs ad nitorem usus est, nō ad utilitatem. Quem autem Lazarus uulceribus plenus, nisi gentilem populum figurat: liter exprimit: qui dum cōuersus ad Deum, peccata sua confiteri non erubuit, huic uulnus incute fuit. In cutis quippe uulnere uirus a uisceribus trahitur, & foras erumpit. Quid est ergo peccatorum confessio, nisi quaedam uulnere ruptio: quia peccati uirus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferē latebat in mente. Sed Lazarus uulneratus cupiebat saturari de micis, quae cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: quia gentilem quēq; ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despiciebat, qui dum doctrinam legis non ad charitatem habuit, sed ad elationem, quasi de acceptis opibus tumuit, & quia ei uerba defluebant de scientia, quasi micae cadebant de mensa. At contra facientis pauperis uulnera lingeabant canes. Nonnunquam solent in sacro eloquio per canes praedicatores intelligi. Canum etenim lingua uulnus dum lingit, curat: quia & doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruant, quasi uulnus mentis per linguam tangunt: & quia nos loquendo à peccatis eripiūt, quasi tangendo uulnera ad salutem reducunt.

Vnde & bene Lazarus aditus interpretatur, quia ipsi hunc ad ereptionem uiuant, qui eius uulnera per linguae correptionem curant. Contigit uerō ut uterque moreretur: diues qui induebatur purpura & bysso, sepultus in inferno: in sinu uerō Abrahāe Lazarus ab angelis ductus est. Quid Abrahāe sinus, nisi secretam requiem significat patris: de qua ueritas, *Multi*, inquit, uenient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac & Iacob in regno caelorum, filij autem regni huius eijciuntur in tenebras exteriores. Qui enim purpura indutus dicitur, recte filius regni uocatur. Qui de longinquo ad uidendum Lazarum oculos leuat, quia dum per damnationis suae supplicia infideles in imo sunt, fideles quosque ante diem extremi iudicij super se in requie attendunt, quorum post gaudia contemplari nullatenus possunt. Longe uerō est quod conspiciūt, quia illuc per meritum non attingunt. In lingua autem amplius ardere ostenditur, cum dicit: *Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam*, quia crucior in hac flamma. Infidelis populus uerba legis in ore tenuit, quae opere seruare cōtemplit. Ibi ergo amplius ardebit, ubi se ostendit scire quod lacere noluit. Ab extremo digiti se tangi desiderat, quia aeternis supplicijs datus operat operatione iustorum uel ultima participari. Cui respondetur quōd in hac uita bona receperit, quia omne suum gaudium, felicitatem transitoriam putauit. Habere iterum possunt & iusti bona, nec tamen hęc in recompensatione recipere: quia dum meliora, id est, aeterna appetunt, eorum iudicio quaelibet bona adfuerint, cum sanctis desiderijs astant, bona minime uidentur. Inter hęc uerō notandum est quod ei dicitur, *Memento fili. Ecce enim Abraham filium uocat, quem tamen à tormento nō liberat*, quoniam huius infidelis populi praecedentes patres fideles, quia multos à sua fide deuiasse considerant, eos nulla compassione à tormentis eripiunt, quos tamen per carnem filios recognoscunt. In tormentis autem diues positus, quinque fratres habere se perhibet, quia superbus idem Iudaicus populus qui ex magna iam parte damnatus est, sequaces suos quos super terram reliquit, quinque sensibus corporis deditos nouit. Quinario ergo numero fratres quos reliquerat exprimit, quia eos ad spiritalem intelligentiam non assurgere, in inferno positus gemit. Petit ut ad eos Lazarus mittatur, cui quōd Moſen & prophetas habeant, dicitur. Sed ait quōd non credunt, nisi quis ex mortuis surrexerit, cui protinus responderetur: *Si Moſen & prophetas non audiunt, neq; si quis à mortuis surrexerit, credent et.* Certē de Mose ueritas dicit: *Si crederetis Moſi, crederetis utique & mihi, de me enim ille scripsit.* Impletur ergo quod per Abrahāe responſionem dicitur. Ex mortuis enim Dominus resurrexit, sed Iudaicus populus quia Moſi credere noluit, ei etiam qui resurrexit ex mortuis, credere

*Matth. 8. 11.
Luce 13.*

Ioan. 5.

re contempsit: cumq; Mosi uerba spiritaliter intelligere renuit, ad eum, de quo Moses locutus fuerat, non peruenit.

DOMINICA SECUNDA POST
Trinitatis. Lucæ 14. Matth. 22.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis similitudinem hanc: Homo quidam fecit cenam magnam, & uocauit multos. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIÓNE.

Qvis est iste homo, nisi ille de quo per prophetam dicitur: Et homo est, & quis cognoscit eum? Qui fecit cenam magnam, quia fatietate nobis internæ dulcedinis præparauit. Qui uocat multos, sed pauci ueniunt, quia non nunquam ipsi qui ei per fidem subiecti sunt, æterno eius conuiuio male uiuendo contradicunt.

Et misit seruum suum hora cœne dicere inuitatis ut ueniret, quia iam parata sunt omnia.] Quid hora cœnæ nisi finis est mundi: in quo nimirum nos sumus sicut iam dudum Paulus testatur, dicens: Nos sumus, in quos fines seculorū deuenerunt. Si ergo iam hora cœnæ est cum uocamur, tanto minus debemus excusare conuiuio Dei, quanto propinquasse iam cernimus finem seculi. Idcirco autem hoc conuiuium Dei non prandium, sed cœna nominatur, quia, post prandium cœna restat, post cœnam uerò conuiuium nullum restat. Et quia æternum Dei conuiuium nobis in extremo præparabitur, rectum fuit ut hoc non prandium, sed cœna uocaretur. Sed quis per hunc seruum qui à patrefamiliâ ad inuitandum mittitur, nisi prædicatorum ordo signatur? Ad repellendum autem fastidium nostrum iam patrata sunt omnia, quia ad abstergendum mentis nostræ teporem in cœna Dei ille nobis singularis agnus occisus est, qui tulit peccata mundi.

Et cœperunt simul omnes excusare.] Offert Deus quod rogari debuit, non rogatus dare uult quod uix sperari poterat. Quia dignaretur largiri postulat, contemnitur uerò paratus, delicias refectionis æternæ denunciat, & tamen simul omnes excusant. Sed dicunt aliqui, excusare nolimus: ad illud enim supernæ refectionis conuiuium & uocari & peruenire gratulamur. Qui uerum profectio dicunt, si non plus terrena quam cœlestia diligunt, si non amplius rebus corporalibus quam spiritalibus occupantur. Unde hic quoq; ipsa excusantium causa subiungitur, cum protinus subinfertur:

Primus dixit ei, Villam emi, & necesse habeo exire & uidere illam: rogo te, habe me excusatum.] Quid per uillam nisi terrena substantia designatur? Exit ergo uidere uillam, qui sola exteriora cogitat propter substantiam.

Et alter dixit: Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.] Quid in quinque iugis bouum, nisi quinque corporis sensus accipimus? qui recte quoq; iuga uocati sunt, quia in utroq; sensu geminatur. Qui uidelicet corporales sensus, quia

comprehendere nesciunt interna, sed sola exteriora cognoscunt, & deserentes intima ea quæ extra sunt, tangunt, recte per eos curiositas designatur. Graue namq; curiositatis est uitium, quædam cuiuslibet mentem ad inuestigandam uitam proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit. Propter hoc namq; & de eisdem quinque iugis bouum dicitur, eo probare illa: quia uidelicet aliquando pertinere probatio ad curiositatem solet. Sed notandum quod & is qui propter uillam, & is qui propter probanda iuga bouum, à cœna sui inuitatoris excusat, uerba humilitatis permiscet, dicens:

Rogo te, habe me excusatum.] Dum enim dicit rogo, & tamen uenire contemnit, humilitas sonat in uocē, superbia in actione. Et ecce hoc diiudicat præuus quisq; cum audit, nec tamen ea quæ diiudicat, agere desistit. Nam dum cuiuslibet per uerse agenti dicimus, Conuertere, Deum sequere, mundum relinque, ubi hunc nisi ad Dominicam cœnam uocamus? Sed cum respondet, Ora pro me, quia peccator sum, hoc facere non possum, quid aliud agit nisi rogat & excusat? dicens namque, Peccator sum, humilitatem insinuat: subiungens autem, Conuertere non possum, superbiam demonstrat.

Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum uenire.] Quid per uxorem, nisi uoluptas carnis accipitur? Nam quamuis bonum sit coniugium, atq; ad propagandam sobolem prouidentia diuina constitutum, nonnulli tamen non per hoc fecunditatem prolis, sed desideria expetunt uoluptatis: & ideo per rem iustam significari potest non incongrue res iniusta. Ad cœnam nos ergo æterni conuiuii summus paterfamiliâs inuitat, sed dum hunc terrena cura occupat, illum alieni actus sagax cogitatio deuiastat, alterius etiam mentē uoluptas carnalis inquinat, fastidiosus quisq; ad æternæ uitæ epulas non festinat.

Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamiliâs, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos introduce.] Ecce qui terrene substantiæ plus iusto incubat, uenire ad Dominicam cœnam recusat: qui labori curiositatis insudat, præparata uitæ alimenta fastidit: qui carnalibus desiderijs inhæret, spiritalis conuiuii epulas respuit. Quia ergo uenire superbi renuunt, pauperes eliguntur. Cur hoc? quia iuxta Pauli uocem, Infirma mundi eligit Deus,

ut confundat fortia. Pauperes autem & debiles dicuntur, qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Nam pauperes & quasi fortes sunt, qui & positi in paupertate superbiunt: cæci uerò sunt, qui nullum ingenij lumen habent: claudi quoq; qui rectos gressus in operatione non habent. Sed dum morum uita in membrorum debilitate signantur, profectio liquet: quia sicut illi peccatores fuerunt qui uocati uenire noluerunt, ita hi quoq; peccatores sunt, qui inuitantur & ueniunt: sed peccatores superbi respuuntur, & peccatores humiles eliguntur. Hos itaq; eligit quos despicit mundus, quia plerumq; ipsa despictio hominem reuocat ad semetipsum. Pauperes &

1. Cor. 1.

res &

res & debiles, caeci & claudi uocantur, & ueniunt, quia infirmi quique, atq; in hoc mudo de specti, plerunq; tato celerius uocē Dei audiūt, quanto & in hoc mundo non habent ubi delectetur. Sed ductis ad cenam pauperibus, quid puer subiungat audiamus:

Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est.] Multi tales ad Dominicam cenam ex Iudaea collecti sunt, sed multitudo quae ex Israelitico populo credidit, locum superni conuiuij non impleuit. Intrauit iam frequentia Iudaeorum, sed adhuc locus uacat in regno, ubi suscipi debeat numerositas gentium. Vnde & eidē seruo dicitur:

Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.] Cum de uicis & plateis ad cenā Dominus inuitat, illum uidelicet populum designat, qui tenere legem sub urbana conuersatione nouerat. Cum uerō conuiuas suos colligi ex uijs & sepibus praecipit, nimirum agrestem populum colligere, id est, gentilem querit. Notandum uerō quod in hac inuitatione tertia nō dicitur inuita, sed cōpelle intrare. Nam sunt nōnulli qui bona facienda intelligunt, sed hāc facere desistunt. His, ut superius diximus, plerunque cōtingit, ut eos in carnalibus desiderijs suis mundi huius aduersitas feriat. Saepē namq; aut longa aegritudine tabescunt, aut afflicti iniurijs concidunt, aut percussī grauioribus damnis affliguntur, sed ipsos in suis desiderijs reprehendentes ad Dominum corda conuertit. Qui ergo huius mundi aduersitatibus fracti, ad Deum rediunt, atq; a praesentis uitae desiderijs corriguntur, quid illi nisi compelluntur ut intrent? Sed ualde est tremenda sententia, quae protinus subinfertur. Ait enim:

Dico autem uobis, quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cenam meam.] Ecce per se uocat, per angelos uocat, per patres uocat, per prophetas uocat, per apostolos uocat, per pastores uocat, plerunq; per miracula uocat, plerunq; per flagella uocat, aliquādo per huius mundi prospera uocat, aliquando per aduersa, nemo contemnat: ne dum uocatus excusat, cum uoluerit intrare, non ualeat.

DOMINICA III. POST TRINITATIS. LUCÆ 15. MATTH. 18.

In illo tempore, Erant appropinquantēs ad Iesum publicani & peccatores, ut audirent illum, & murmurabāt pharisaei & scribae, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIōNE.

Quia non solum iustus peccare per inertiam, sed & peccator per solertiam relapsere potest, postquam sal infatuatum foras miti debere narratum est, mox poenitentium cohors intus admissa describitur, qui ad audiendum Dei uerbum appropinquantēs, non solum ad colloquendum, sed etiam ad conuiscendum recepti

Bedae tom. 7.

sunt. Quod uidentes pharisaei, dedignati sunt: quia uera iustitia compassionem habet, & falsa iustitia dedignationem, quamuis & iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbiae, aliud quod zelo disciplinae. Sed qui aegri erant, ita ut agros se esse nescirent, quatenus quod erant agnoscerent, caelestis eos medicis blandis fomētis curat, benignum paradigma obijcit, & in eorum corde uulneris tumorem premit. Ait namq;:

Quis ex uobis homo, qui habet centum oves, & si perdidit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & uadit ad illam quae perierat, donec inueniat illam?] Ecce miraculosa dispensatione pietatis similitudinem ueritas dedit, quam & in se ipse homo recognosceret, & tamen haec specialiter ad ipsum autorem hominum pertineret. Quia enim ceterarius numerus est perfectus, ipse centum oves habuit, cum angelorum substantiam & hominum creauit. Sed una ovis tunc perijt, quando peccando homo pascua uitae dereliquit: dimisit autem nonagintanouem oves in deserto, quia illos summos angelorum choros reliquit in caelo. Cur autē caelum desertum uocatur, nisi quod desertum dicitur derelictum? Tunc autem caelum homo deseruit, cum peccauit. In deserto autem nonagintanoue oves remanserant, quando in terra Dominus unam quarebat, quia rationalis creaturae numerus, angelorum uidelicet & hominum, quae ad uidendum Deum condita fuerat, pereunte homine erat imminutus, & ut perfecta summa ouium integraretur in caelo, homo perditus quarebatur in terra.

Et cum inuenit illam, imponit in humeros suos gaudens.] Ouem in humeris suis imposuit, quia humanam naturam suscipiens, peccata nostra ipse portauit.

Et ueniens domum conuocat amicos & uicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quae perierat.] Inuenta oue ad domum redijt, quia pastor non ster reparato homine ad regnū caeleste redijt. Ibi amicos & uicinos inuenit illos uidelicet angelorum choros, qui amici eius sunt, quia uoluntatem eius cōtinuē in sua stabilitate custodiūt: uicini quoq; eius sunt, quia claritate uisionis illius sua assiduitate periruntur. Et notandum quod non dicat congratulamini oui inuenta, sed mihi: quia uidelicet eius est gaudiū uita nostra, & cum nos ad caelum reducimur, solennitatem laetitia illius implemus.

Dico uobis, quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore poenitentiam habente, quam super nonagintanouem iustis, qui non indigent poenitentia.] Plus de conuersis peccatoribus, quam de stantibus iustis gaudium erit in caelo, quia plerunq; hi, qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in uia iustitiae, nulla illicita perpetrant, sed tamen ad caelestem patriam anxie non anhelant, tantoq; sibi in rebus licitis usum praebent, quanto se perpetrasse illicita nulla meminerunt: & plerunq; pigri remanent ad exercenda bona praecipua, quia ualde securi sunt, quod nulla commiserint mala grauiora. At contra nonnunquam hi, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso

ipso suo dolore compuncti, inardescunt ad amorem Dei, seseque in magnis uirtutibus exercent. Maius ergo de peccatore conuerso, quam de stante iusto gaudium fit in cœlo: quia & dux in prelio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quam illum qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter fecit. Sed inter hæc sciendum est, quia sunt plerique iusti in quorum uita tantum est gaudium, ut eis qualibet peccatorum poenitentia præponi nullatenus possit. Nam multi & nullo rùm sibi malorum sunt conscij, & tamen in tantæ ardoris afflictione se exerunt ac si peccatis omnibus angustentur, cuncta etiã licita respuit, ad despectum mundi sublimiter accinguntur, lamentis gaudent, in cunctis semetipsos humiliant, & sicut nonnulli peccata operum, sic ipsi peccata cogitationum deplorant. Hinc ergo colligendum est, quantum Deo gaudium faciat, quãdo humiliter plangit iustus, si facit in cœlo gaudium, quando hoc quod male gessit, per poenitentiam damnat iniustus.

Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & querit diligenter donec inueniat? Qui signatur per pastorem, ipse & per mulierem. Ipse enim Deus, ipse & Dei sapientia. Et quia imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perdidit, quando homo qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando à similitudine sui conditoris recessit. Sed accendit mulier lucernam, quia sapientia Dei apparuit in humanitate: lucerna quippe lumen in testa est, lumen uero in testa est diuinitas in carne. Accensa autem lucerna euertit domum, quia mox ut eius diuinitas per carnem claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Dominus namque euertitur, cum cõsideratione reatus sui humana conscientia perturbatur. Euerfa uero domo inuenitur drachma, quia dum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris.

Et cum inuenierit, conuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram.] Quæ amicæ uel uicinæ, nisi illæ potestates sunt cœlestes iam superius dictæ, quæ tanto superne sapientiæ iuxta sunt, quanto eis per gratiam cõtinuæ uisionis appropinquant. Sed intuentium cur ista mulier decem drachmas habuisse perhibetur. Angelorum quippe & hominum naturam ad cognoscendum se Dominus condidit, quam dum consistere ad aternitatem uoluit, eã proculdubio ad similitudinẽ suam creauit. Decem uerò drachmas habuit mulier, quia nouẽ sunt ordines angelorum: sed ut completeretur electorum numerus, homo decimus creatus est, qui à conditore suo nec post culpam periit: quia hinc aeterna sapientia per carnem miraculis coruscans, ex lumine testæ reparauit.

Ita dico uobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore poenitentiam agente.] Poenitentiam agere est, & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhuc poenitentiam agere aut

ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata quis luxuriæ debeat, & tamen adhuc auariciæ astibus anhelet? Aut quid prodest si iræ culpas iam lugeat, & tamen adhuc inuidiæ facibus tabescat? Sed minus est ualde quod dicimus, ut qui peccata deplorat, ploranda minime committat. Nam cogitandum summopere est, ut qui se illicita meminit commisisse, à quibusdã etiã licitis studeat abstinere: quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, ut qui commisit prohibita, sibi metipsum abscondere debeat etiam commissa.

DOMINICA IIII. POST TRI-
nitatis. Lucae 6.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA-
DEM LECTIONE.

HOc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi ut ea facta quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod enim scriptum est, Ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri, sicuti sunt stupra, uel blasphemia, uel furta, uel ebrietas, & si qua sunt talia, de quibus nobis iudicare permittitur. De genere autem ciborum, quia possunt bono animo & simplici corde sine uitio concupiscentiæ quicunque humani cibi indifferenter sumi, prohibet Apostolus iudicari eos, qui carnibus uesciebantur, & uinum bibebant, ab eis qui se ab huiusmodi alimentis temperabant. Qui manducat, inquit, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet. Ad hoc pertinet etiam illud, quod alio loco dicit: Nolite ante tempus quicquam iudicare, quoad usque ueniat Dominus & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis. Sunt ergo quædam facta media, quæ ignoramus quo animo fiant, quæ & bono & malo fieri possunt, de quibus temerarium est iudicare, maxime ut condemnemus. Horum autem ueniet tempus ut iudicentur, cùm Dominus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis. Duo sunt autem in quibus temerarium iudicium cauere debemus, cum incertum est quo animo quidque factum sit, uel cum incertum est qualis futurus sit, qui nunc uel malus uel bonus apparet.

Dimittite, & dimittentur: date, & dabitur uobis.] Dimittere nos iniurias, dare beneficia iubet, ut & nobis peccata dimittantur, & uita detur aeterna. Qua sententia breui sed eximia, cuncta quæ latissime de conuersando cum inimicis mandauerat, comprehendendo concludit:

Mensuram bonam, conseruam & coagitatam & superfluentem dabunt in sinum uestrum.] Huic simile est quod alibi dicit, Ut & ipsi recipiant uos in eterna tabernacula. Non enim pauperes ipsi, sed Christus

merces

mercedem his qui eleemosynam fecere, redditurus est. Quam tamen in sinum dare dicuntur, quia promerendæ illius occasionem debere, cū uel egentes miserè, uel improbè fauientes fortiorum sunt & tolerati patientiā, & beneficentiā sustentati, & ad ipsam aliquoties fidem dulci gratia prouocati.

Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis.] Et Apostolus ad eleemosynā Corinthios hortans, inter alia dicit: Hoc autem dico, qui parçè seminat, parçè & metet. Et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Potest autem & de omnibus que mente, manu, lingua gerimus accipi, Quia tu reddes singulis, inquit, secundum opera eorum.

Psalm. 51.

Dicebat autem illis & similitudinem, Nunquid potest cæcum cæcum ducere? nōne ambo in foueam cadent? Sensus huic sententiæ pendet ex superioribus, ubi de danda eleemosyna & iniuria dimittenda præcipitur. Si te, inquit, ira contra uiolentū, & contra petentem philargyria cæcauerit, nunquid tua mente uitiosa uitium eius curare poteris? Aut ille solus qui iniuriā fecit, & non tu etiam qui ferre nesciebas, reus deputaberis? At si mitem te tranquilliq; peccatoris eius improbitas inuenerit, & ille ad pœnitentiā mouebitur, & tu patientiæ præmio donaberis, quia cæcum uidentem oculo, hoc est, corde sereno, ducere curabas ad lumen.

Non est discipulus super magistrum; perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.] Si magister, qui utrique quali Deus potuit, non suas ultum ire iniurias, sed ipsos maluit inscultores patiēdo reddere mitiores, eandem necesse est discipuli, qui puri homines sunt, regulā perfectionis sequatur.

Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, trabem autem que in oculo tuo est, non consideras? Et hoc ad superiora respicit, ubi cæcum à cæco duci, id est, peccantem à peccatore castigari non posse præmonuit. Multi enim superbia uel odio, philargyria uel auaritia, uel alio quolibet crimine præuenti, leuia hæc aut nulla iudicantes, acerrimè corripunt eos, quos subita uiderint ira turbatos, oculum mentis à solito puritatis statu quasi festuca irruente mutasse, atque immemores Dominici præcepti quo ait, Nolite condemnare, & non condemnabimini, magis amant ut tuperare & damnare, quàm emendare atque corrigere.

Et quomodo potes dicere fratri tuo: frater sine eiiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non uidens? Hæc eū fratre agis, si (uerbi gratia) quod ira ille peccauit, tu odio reprehendis. Quantum autem inter festucam & trabem, quali tātum inter iram distat atq; odium. Odium est enim ira inueterata, quasi quæ uetustate ipsa tantum acciperit, ut merito appelletur trabes. Fieri autem potest, ut si irascaris hominī, uelis eum corrigi: si autem oderis hominem, non potes eum uelle corrigere. Et ideo impossibile dicitur, ut festucam fratris oculo demat, qui suo trabē gestat in oculo.

Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.] Id est, pri-

Bedæ tom. 7.

mò abs te expelle odium, & deinceps poteris iam eum quem diligis emendare. Et est uere multum cauendum & molestum hypocritarū, id est, simulatorum genus, qui cum omnium uitiorum accusationes, odio & liuore suscipiant, etiam consultores uideri se uolunt. Et ideo pie cauteq; uigilandum est, ut cum aliquem reprehendere uel obiurgare necessitas cœperit, primò cogitemus utrum tale sit uitium, quod nunquā habuimus, uel quo iam caruimus. Et si nunquam habuimus, cogitemus & nos homines esse, & habere potuisse. Si uero habuimus & habemus, tangat memoriā communis infirmitas, ut illam reprehensionem aut obiurgationem non odium, sed misericordia præcedat: ut siue ad correctionem eius, propter quem id facimus, siue ad peruersionem ualuerit (nam incertus est exitus) nos tamen de simplicitate oculi nostri securi simus. Si autē cogitantes nosmetipsos inuenerimus in eo esse uitio, in quo est ille quem reprehendere parabamus, non reprehendamus neq; obiurgemus, sed tamen cōgemiscamus, & non illum ad obtemperandum nobis, sed ad pariter conandum inuitemus. Ratio ergo & magna necessitate obiurgationes adhibendæ sunt, ita tamen ut etiam in his ipsis non nobis, sed Deo ut seruiamus instemus: ipse enim est finis, ut nihil duplici corde faciamus, auferentes trabem de oculo nostro in uidentiam, uel maliciā, uel simulationis, ut uideamur eijcere festucam de oculo fratris.

DOMINICA QUINTA POST
Trinitatis. Lucae quinto.

In illo tempore, cum turba irruerēt ad Iesum ut audirent uerbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM
DEM LECTIONE.

STagnū Genesareth idem dicunt esse, quod mare Galilææ, uel mare Tiberiadis: sed mare Galilææ ab adiacente prouincia dictum, mare Tiberiadis à proxima ciuitate, quæ olim Chennereth uocata, sed ab Herode tetrarcha instaurata, in honorem Tiberij Cæsaris Tiberias est appellata. Porrò Genesas à lacu ipsius natura, qua crispantibus aquis de seipso sibi excitare auram perhibetur, Græco uocabulo, qua si generans sibi auram dicitur. Neq; enim in stagni morem sternitur aqua, sed frequentibus auris spirantibus agitatur, haustu dulcis & ad potandum habilis. Sed Hebrææ linguæ consuetudine omnis aquarum congregatio, siue dulcis, siue salsa, mare nuncupatur. Qui lacus interfluente Iordane centum quadraginta stadijs in longitudinem, & quadraginta extēdit in latitudinem. Quia ergo stagnum siue mare præfens seculum designat, Dominus secus mare stat postquam uitæ labentis mortalitatem deuincens in ea, qua passus est carne, stabilitatē perpetuæ quietis adiit. Turbarum conuentus ad eum,

Esai. 2. eum, gentium in fide concurrentium typus est, de quibus Esaias: Et fluent, inquit, ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent: Venite & ascendamus ad montem Domini.

Et uidit duas naues stantes secus stagnum.] Duae naues secus stagnum posita circumfessionem & preputium figurant: quas bene Iesus uidisse perhibetur, quia in utroque populo natus Dominus qui sunt eius, eorumque cor a fluctibus seculi huius ad futurae uitae tranquillitatem quasi ad soliditatem litoris uidendo, hoc est, misericorditer ut sitando prouehit.

Piscatores autem descenderant, & lauabant retia.] Piscatores sunt ecclesiae doctores, qui nos rete fidei comprehensos, & de profundo ad lumen elatos quasi pisces litori, sic terrae uiuentium aduehant. Quasi enim quaedam retia piscantium sunt complexa praedicantium dictiones, quae eos quos ceperint in fide non amittant: unde & retia quasi retinentia sunt uocata. Sed haec retia modo laxantur, in capturam modo lora plicantur: quia non omne tempus est habile doctrinae, sed nunc exerenda lingua doctori, nunc sui met cura gerenda.

Ascendens autem in unam nauem, quae erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de nauicula turbas.] Nauis Simonis est ecclesia primitiua, de qua Paulus ait: Qui enim operatus est Petro in apostolatum circumfessionis, operatus est & mihi inter gentes. Bene una dicta, quia multitudine credentium erat cor unum & anima una. De qua docebat turbas, quia de autoritate ecclesiae docet usque hodie gentes.

Gala. 2.

Actu. 4.

Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam.] Quod primo rogauit Simonem nauem a terra reducere pusillum, significat temperate utendum uerbo ad turbas, ut nec terrenam eis praecipiantur, nec sic in terrenis in profunda sacramentorum recedatur, ut ea penitus non intelligant, uel prius in proximis regionibus gentibus praedicandam, ut quod dicit tunc Petro, Duc in altum, & laxate retia uestra in capturam, ad remotiores gentes quibus postea praedicatum est, pertineat.

Et respondens Simon, dixit illi: Praeceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus, in uerbo autem tuo laxabo retia.] Nisi Dominus aedificauerit domum, in uanum laborant qui aedificant eam: nisi Dominus cor illustrauerit auditorum, doctor in nocte laborat: nisi in uerbo gratiae supernae laxata fuerint instrumenta disputationum, frustra uocis suae praedicator iaculum mittit. Quia fides populorum non sapientia uerbi compositi, sed diuina uocationis munere prouenit.

Psal. 126.

Et cum hoc fecissent, conuenerunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum.] Prae multitudinem piscium reterumpebatur, quia nunc ad confessionem fidei etiam cum electis reprobi tantum intrant, qui ipsam quoque ecclesiam haereticis scindant. Rumpitur autem rete, sed non labitur piscis, quia stros Dominus etiam inter persequentium scandala seruat.

Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, ut uentrent.

adiuarent eos.] Alia nauis, ut praediximus, est ecclesia de gentibus, quae & ipsa non sufficiente una nauicula piscibus impletur electis: quia non uis Dominus qui sunt eius, & apud ipsum certus est suorum numerus electorum. Dumque totum in Iudaea credituros non inuenit, quos ad fidem uitamque praedestinatos nouit aeternam, quasi alia nauis receptacula piscibus querens suis, corda quoque gentium fidei gratia replet. Et bene rupto rete socia nauis aduocatur, quoniam ante Iudas proditor, ante Simon magus pisces nequisissimi capti sunt, ante Ananias & Saphira fidei rete subdole tentabant ingredi: ante, ut Iohannes testatur, multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant: ac deinde Barnabas & Paulus ad gentium sunt apostolatium segregati.

2. Tim. 2.

*Actu. 8.
Actu. 5.
Ioh. 6.
Actu. 13.*

Et uenerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut mergerentur.] Harum impletio nauium usque in finem seculi crescit: sed quod impletum merguntur, hoc est, in subuersione premuntur (non enim submersae, sed tamen sunt periclitatae) Apostolus exponit, dicens: In nouissimis diebus erunt tempora periculosa, & erunt homines seipsum amantes, &c. Nam mergi naues, est homines in seculum, ex quo elati per fidem fuerant, morum prauiitate relabi. Quales & ipse Petrus adhuc in infirmitate positus, hoc loco demonstrat. Unde sequitur:

2. Tim. 3.

Quod cum uideret Simon Petrus, prociuit ad genua Iesu, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum Domine.] Quia carnales quoque in ecclesia regimen spirituum, in quibus maxime Christi persona eminet, a se quodammodo repellunt. Non enim hoc uoce lingue dicunt bonis ministris Dei, ut eos a se repellant, sed uoce morum & actuum suorum suadent a se recedi, ne per bonos regantur, & eo uementius quo deserunt eis honorem, & tamen factis suis a se recedere admonent, ut honorificentiam eorum significauerit Petrus cades ad pedes Domini: mores autem in eo quod ait, Exi a me Domine, quia peccator homo sum. Quod tamen quia non fecit Dominus, non enim recessit ab eis, sed eos subductis nauibus ad litus perduxit, significat in bonis & spiritibus uiris non esse oportere hanc uoluntatem, ut peccatis turbatum commoti, quo quasi securius tranquillusque uiuant, minus ecclesiasticum deserant.

Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere.] Confortat Dominus timorem carnalium, animosque fragillius consolando erigit, ne quis uel de suae conscientiae culpa tremens, uel de aliorum innocentia stupens, sanctitatis iter formidet aggredi. Quod autem sequitur,

Ex hoc iam homines eris capiens.] Ad ipsum Petrum specialiter pertinet. Exponit enim ei Dominus quid haec captura piscium significet, quod uidelicet ipse sicut nunc per retia pisces, sic aliquando per uerba sit capturus homines: totusque facti huius ordo quid in ecclesia, cuius ipse typum tenet, quotidie geratur ostendat. Quod uero subiungitur,

Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.]

euu.] Potest significare finem temporis quo ab huiusmodi fallo, qui Christo inheferint, penitus recessuri sunt. Sciendum est autem hanc eandem non esse lectionem, qua Matthæus & Marcus binos de nauiculis piscatores, primò Petrum & Andream, deinde filios Zebedei à Domino narrant esse uocatos. Non enim eos Lucas nunc à Domino uocatos, sed tantum Petro fuisse prædictum, quod homines esset capturus, insinuat. Quod non ita dictum est, quasi iam pisces nunquam esset capturus: nam & post resurrectionem Domini legimus eos esse piscatos. Vnde datur intelligi, eos ad capturam piscium ex more remeasse, ut postea fieret, quod Matthæus & Marcus narrant, quando eos binos uocauit. Tunc enim non subductis ad terram nauibus tanquam cura redeundi, sed ita eum secuti sunt, tanquam uocantem ac iubentem ut sequerentur.

Matth. 4.
Marc. 1.

Ioan. 21.

DOMINICA SEPTIMA POST
Trinitatis. Mar. 8. Matth. 15.

In illo tempore, cum multa turba esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis ait illis: Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducant. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE BA/
DEM LECTIONE.

In hac lectione consideranda est in uno eodemque redemptore nostro distincta operatio diuinitatis & humanitatis: atque error Eutychetis, qui unam tantum in Christo operationem dogmatizare præsumit, procul à Christianis finibus expellendus. Quis enim non uideat hoc, quod super turbam miseretur Dominus, ne uel in media uel uitæ longioris labore deficiat, affertum esse & compasionem humanæ fragilitatis? Quod uero de septem panibus, & pisciculis paucis quatuor hominum milia saturauit, diuinæ opus esse uirtutis? Mystice autem hoc miraculo designatur, quod uitæ seculi præsentis aliter in columes transire nequimus, nisi nos gratia redemptoris nostri alimento uerbi sui reficiat. Hoc uero typicè inter hanc refectionem & illam quinque panum ac duorum piscium distat, quod ibi litera ueteris instrumenti spiritali gratia plena esse signata est: hic autem noui ueritas ac gratia testamenti fidelibus ministranda monstrata est. Sanè utraq; resectio in monte celebrata est, ut aliorum euangelistarum narratio declarat: quia utriusque scriptura testamenti rectè intellecta altitudinem nobis cœlestium & præceptorum mandat & præmiorum: utraq; altitudinem Christi, qui est mons domus Domini, in uertice montium consona uoce prædicat. Qui enim ædificatam super se ciuitatem siue domum Domini, id est, ecclesiam in altum honorum extollit operum, & cunctis manifestam gentibus exhibet, ipse hanc ab infimis delectationibus abstractam panem cœli refectis, atque

Ioan. 6.

Matth. 15.

Bedæ tom. 7.

que ad appetitum supernæ suauitatis dato pigrore cibi spiritualis accendit.

Misereor, inquit, super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducant. Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in uia.] Quare triduo turba Dominum sustinuerit, Matthæus exponit plenius, qui ait: Et ascendens in montem, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos. Turba ergo triduo Dominum propter sanationem infirmorum suorum sustinet, cum electi quinque fide sanctæ trinitatis lucidi Domino pro suis suorumque peccatis, animæ uidelicet languoribus, perseverant instantia supplicant. Item turba triduo Dominum sustinet, quando multitudo fidelium peccata quæ perpetravit, per poenitentiam declinans ad Dominum se in opere, in locutione, atque in cogitatione conuertit. Quos dimittere ieiunos in domum suam Dominus non uult, ne deficient in uia: quia uidelicet conuersi peccatores in præsentis uitæ uia deficiunt, si in sua conscientia sine doctrinæ sanctæ pabulo dimittantur. Ne ergo lassentur in huius peregrinationis itinere, præscendi sunt sacra admonitione. Valde autem pensanda est pia sententia, quæ processit ex ore ueritatis, qua dicitur:

Matth. 15.

Quidam enim ex eis de longè uenerunt.] Est enim qui nihil fraudis & nihil carnalis corruptionis expertus ad omnipotentis Dei seruitium festinauit. Ille de longinquo non uenit, quia per corruptionem & innocentiam proximus fuit. Alius nulla impudicitia, nullis flagitijs inquinatus, solum autem coniugium expertus ad ministerium spiritale conuersus est. Neque iste uenit è longinquo, quia usus coniunctione concessa per illicita non errauit. Alij uero post carnis flagitia, alij post falsa testimonia, alij post facta furta, alij post illatas iniurias & uolentias, alij post perpetrata homicidia ad poenitentiam redeunt, atque ad omnipotentis Dei seruitium conuertuntur: hi uidelicet ad Dominum de longinquo ueniunt. Quanto enim quisque plus in prauo opere errauit, tanto ab omnipotente Domino longius recessit. Dentur ergo alimenta eis etiam qui de longinquo ueniunt, quia conuersis peccatoribus doctrinæ sanctæ cibi præbendi sunt, ut in Deum uires reparent, quas in flagitijs amiserunt. Item Iudæi quicumque in Christo crediderunt, de prope ad illum uenerunt, quia legis & prophetarum erant literis edocti de illo. Credentes uero ex gentibus de longè utique uenerunt ad Christum, quia nullis paginarum sanctorum monumentis de eius erant fide præmoniti.

Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem.] Bene septem panes in mysterio noui testamenti ponuntur, in quo septiformis gratia spiritus sancti plenius fidelibus cunctis & credenda reuelatur & credita datur. Neque horum deacei fuisse produntur, sicut illi quinque de quibus sunt quinque hominum milia saturata: ne iterum sicut in lege uitale animæ alimentum

d 3 corpo

corporalibus sacramentis obtegeretur. Hordei enim medulla tenacissima palea tegitur.

Et præcepit turbæ discumbere super terram.] *Supra in refectioe quinque panum turba super foenum uiride discumbebat, nunc ubi septem panibus reficienda est, supra terram discumbere præcipitur: quia per scripturam legis carnis desideria calcare & comprimere iubemur. Omnis enim caro foenum, & omnis gloria eius tanquã flos foeni. In nouo autem testamento ipsam quoque terram, ac facultates temporales derelinquere præcipimur. Vel certe quia mōs in quo turba Dominicis panibus reficiebatur, altitudinem, ut supra diximus, redemptoris nostri significat, ibi super foenum, hic super terram reficitur. Ibi enim celsitudo Christi propter carnales homines, & Hierusalem terrenam carnaliter cupido in desiderio regitur: hic autē remota omni cupiditate carnali conuiuas noui testamenti spei permanentis firmamentum tanquam ipsius montis soliditas nullo sceno interposito, continebat.*

Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis ut apponerent, & apposuerunt turbæ.] Dominus accipiens panes dabat discipulis, ut ipsi acceptos turbæ apponerent: quia spiritualis donæ scientiæ tribuens Apostolis, per eorum ministerium uoluit ecclesiæ suæ per orbem uitæ cibaria distribuere. Quod autem fregit panes quos discipulis daret, apertionem designat sacramentorum, quibus ad perpetuam salutem nutriendus erat mundus. Cum enim ait ipse Dominus, Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare, quid nisi panem uitæ nobis per se apertum demonstrauit, ad cuius interiora ceruenda per nos ipsos penetrare nequiuimus? Cui contra propheta miserabilem quorundam famem deplorans, aiebat: Paruuli petierunt panem, nec erat qui frangeret eis. Quod est alijs uerbis dicere: Indocti quaesierunt pabulum uerbi Dei, quo ad uirtutem bonæ operationis conualescerent refici, nec erat magistris deficientibus, qui eis scripturarum arcana patefaceret, eosque ad uiam ueritatis institueret. Acceptis autem ad frangendum panibus Dominus gratias agit, ut & ipse quantum de salute generis humani congaudeat, ostendat, & nos ad agendas semper Deo gratias informet, cum uel terreno pane carnem, uel animam cœlesti superna gratia largiente reficimus.

Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit, & iussit apponi.] Si in panibus septem scriptura noui testamenti designatur, in cuius lectione per gratiam sancti spiritus internas mentium epulas inuenimus, quid in pisciculis quos benedicens pariter Dominus turbæ iussit apponi, nisi sanctos accipimus illius temporis, quo eadem est condita scriptura, uel quorum ipsa scriptura fidem, uitam & passionem continet: Qui de turbulentis huius seculi fluctibus erepti, ac diuina benedictione consecrati, refectioem no-

bis internam, ne in huius mundi transeuntis excursu deficiamus, exemplo suæ uel uitæ præbere uel mortis.

Et manducauerunt, & saturati sunt.] Manducant de panibus Domini ac piscibus, & saturantur, qui audientes uerba Dei, & exempla intuentes ad profectum uitæ correctionis per hæc excitari atque assurgere festinant. Quibus apte congruit illud Psalmistæ, Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum, uiuet cor eorum in seculum seculi. Quod est aperte dicere: Audient humiles uerbum Dei, & facient, & ad laudem non suam, sed superni largitoris cuncta, quæ bene gerunt referent. Vnde merito ad uitam interioris hominis æternam, utpote pane uitæ saturati peruenient. Cui contra tardis auditoribus per prophetam exprobratur: Manducastis, & non estis saturati. Manducant namque, & non saturantur, qui panem uerbi Dei audiendo degustant, sed non faciendo quæ audiunt, nihil ex his internæ dulcedinis, quo cor ipsorum confirmetur, in uentrem memoriæ recipiunt.

Et sustulerunt, quod superauerat de fragmentis septem sportas.] Quod turbis saturatis superat, Apostoli sustollunt, & septem sportas implent, quia sunt altiora perfectionis præcepta uel potius exhortamenta & consilia, quæ generalis fidelium multitudo nequit seruando & implendo attingere. Quorum executio illos proprie respicit, qui maiore sancti spiritus gratia pleni generalem populi Dei conuersionem mentis atque operis sublimitate transcendunt, quilibet dicitur: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, & cetera. Vnde bene sportæ, quibus Dominicorum sunt condita fragmenta ciborum, propter septiformem spiritus gratiam septem fuisse memorantur. Nam quia sportæ iunco & palmarum folijs solent contexti, merito in sanctorum significatione ponuntur. Iuncus quippe super aquas nasci consueuit, palma uero uicticem ornat manum. Et iuncois uasis recte comparantur electi, cum radicem cordis ne forte ab amore æternitatis areseat, in ipsius uitæ fonte collocant. Assimilantur & eis quæ de palmarum sunt folijs contexta, cum indefectiuam æternæ retributionis memoriam puro in corde retinent. Et bene turba, quamuis reliquias Domini prandij non caperet, manducasse tamen & saturata esse narratur: quia sunt nonnulli qui etiam omnia sua relinquere nequeunt, neque explere hoc quod de uirginibus dicitur, Qui potest capere capiat, ceteraque huiusmodi: tamen esurientes & sitientes iusticiâ saturantur, cum audiendo mandata legis Dei ad uitam perueniunt æternam.

Erant autem qui manducauerunt quasi quatuor milia, & dimisit eos.] Bene quatuor milia, ut ipso etiam numero doceret euangelicis se pastos esse cibarijs.

DOMI/

DOMINICA VIII. POST Trinitatis. Lucae 4. Matth. 7.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus sunt autem lupi rapaces. Non est enim arbor bona, quae facit fructus malos. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Contra hypocritam quae coeperat Christus Iesus saluator noster, exequitur. Si ueram, inquit, & non fictam uis habere iustitiam, quae uerbis ostentas, etiam factis compensare curato, ut bona existens arbor, bonis orneris & fructibus. Quia etsi se fingat hypocrita, non est bonus qui tacit opera mala: etsi reprehendat in fontem, non ideo malus est qui facit opera bona.

Vnaqueque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Qui sit fructus, quo mala bona uel dinosci debeat arbor, Apostolus ostendit, dicens: Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, irae, irix, dissensiones, haereses, inuidia, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia quae praedico uobis sicut praedixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia. Ceterum elemosyna, uel oratio, uel ieiunium, fructus quidem est proprie bonorum, sed nonnunquam simulat etiam usurpat a malis, de quibus Dominus ait: Quia receperunt mercedem suam. Et alibi: Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Sed non ideo debent oues ostendere uentum suum, quod plerumque illo se occultant lupi, dum aliud ostentant ad decipiendum, aliud exerunt ad depradandum uel interficiendum eos, qui sub isto uestitu ouino lupos uideri non possunt. Hic ergo non est fructus de quo cognosci arborem monet, sed ille qui est supra monstratus.

Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo uindemiunt uuam. Spinis reor & rubum seculi curas & punctiones esse uitiorum, de quibus peccanti homini dictum est: Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi. Ficus uero & uuam dulcedinem conuersationis nouae, quam Dominus in nobis effurit, & feruorem dilectionis qui iustificat cor hominis: de quibus Euangelio coruscante uox turturis in terra longe lateque resonabat, ficus protulit grossos suos, uineae florentes dederunt odorem. Non autem de spinis ficus, non uua de rubo colligitur, quia mens adhuc ueteris hominis consuetudine depressa simulare potest, sed fructus noui hominis ferre non potest. Quod si quis obijcere uoluerit ac dicere, quod & Moyses de rubo uindemiari uuam, quando à cognato gentili consilium uti-

le suscepit: & de spinis collegerint ficus hi, qui bus dictum est de pharisaeis, Quae dicunt facite, quae autem faciunt, facere nolite. sciat quia sicut uerax nonnunquam palmes sepi inuoluta recumbit, portansque fructum spina non suum uibus seruat humanis: sic dicta uel acta malorum, si quando bonis profunt, non hoc ipsi faciunt mali, sed fit de illis superno prouidentate consilio.

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo profert malum. Idem thesaurus cordis, quod radix est arboris: & quod de corde profertur, idem est quod arboris fructus. Qui ergo thesaurum in corde patientiae persequens habet amoris, optimos nimirum fructus effundens diligit inimicum, benefacit odienti, benedicit maledicenti, orat pro calumniante, percutienti se uel despolianti non reluctatur, omnipetenti tribuit, sua ablata non repetit, non iudicare, non condemnare desiderat, errantem patienter amanterque corrigit, & caetera quae supra saluator edocuit. At qui nequam thesaurum corde seruat, odit amicum, maledicit diligenti, maledicit benedicens, & caetera quae Dominus sermo redarguit, bono thesauro contraria peragit. Qui se sibi frustra blandiretur, ex eo quod sequitur:

Ex abundantia enim cordis os loquitur. Quasi non fructus arboris, sed folia. hoc est, uerba iorum, & non magis opera, uel ueri Christiani, uel hypocritae quarantur, consequenter Dominus adiungit:

Quid autem uocatis me, Domine, domine, & non facitis quae dico? Ac si alij uerbis ita diceret: Quid tanta uel confessionis uos germinare iactatis, qui nullus operis boni fructus ostenditis? Unde Apostolus preciosum à uili separaturus: hoc est, bonum thesaurum à malo, bonam arborem à mala, perfectum boni magistri discipulum ab hypocrita, ducem uidentem à caeco secreturum, ait: Veniam autem ad uos, si Dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Per oris ergo locutionem Dominus uniuersa, quae uel actu, uel fatu, uel cogitatu de corde proferimus, insinuat, quae magis quam hominibus dicta nuda & aperta sunt oculis eius. Nam & moris est scripturarum, uerba pro rebus ponere, unde Psalmista: Dic, inquit, animae meae salus tua ego sum, & Ezechias. Non fuit uerbum, quod non ostenderim eis. Qui utique rerum, & non uerborum Chaldaeis reueiari at cana. Itemque Apostolus, Et nemo dicit dominum Iesum, nisi in spiritu sancto: pro eo ut diceret, Nemo Dominum Iesum intellectu cernit, nemo uoluntate amplectitur, nisi per gratiam spiritus sancti.

DOMINICA NONA POST Trinitatis. Lucae 16.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum, & sic diffamatus

Matth. 23.

Luce 6.

Matth. 5.

1. Cor. 4.

Psal. 34.

Esa. 39.

4. Reg. 20.

1. Cor. 12.

Exod. 18.

matus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuæ. Iam enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se: Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me uillicationem? Fodere non ualeo, mendicare erubescio. Scio quid faciam, ut cum amotus fuerò à uillicatione, recipiant me in domos suas. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADĒM LECTIÖNE.

In uillico hoc quem Dominus efficiebat de uillicatu, & laudauit eum quod in futurum sibi prospexerit, non omnia debemus ad imitandum sumere. Non enim aut Domino nostro facienda est in aliquo fraus, ut de ipsa fraude eleemosynas faciamus: aut eos à quibus recipi uolumus in tabernacula æterna, tanquam debitores Dei & Domini nostri fas est intelligi, cum iusti & sancti significentur hoc loco, qui eos introducant in tabernacula æterna, qui necessitatibus suis terrena bona communicauerint. De quibus etiam dicit, Quod si quis alicui eorum calicem aquæ frigidæ dederit tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam. Sed etiam è contrario dicuntur istæ similitudines, ut intelligamus si laudari potuit ille à Domino, cui fraudem faciebat, quanto amplius placeant Domino Deo, qui secundum eius præceptum illa opera faciunt. Sicut etiam de iudice iniqui-
Matth. 10. tatis qui interpellabatur à uidua, comparationem duxit ad iudicem Deum, cui nulla ex parte iudex iniquus conferendus est. Villici sanè uocabulo discimus eos, qui pecunias habent, non iam dominos suæ, sed alienæ potius rei dispensatores esse putandos. Qui si iuxta huius serui exemplum sedulo finiendæ uillicationis ac rationis reddendæ tempus præuiderint, facile terrenorum omnium delectatione simul & dilectione nudati, plus sibi de amicis conquirendis in futuro, quàm diuitijs in præsentibus ligendis prospicere curabunt. Qui multa secum anxius pertractando, Quid faciam, inquit, fodere non ualeo, mendicare erubescio. Abiata quippe uillicatione fodere nõ ualemus, quia finita hac uita in qua tantum licet operari, nequaquam ultra bonæ conuersationis fructum ligone deuotæ compunctionis licet inquirere. Mendicare, cõfusions est: illo scilicet pessimo genere mēdicandi, quo uirgines illæ fatuæ mendicasse referuntur, quæ ingruente tempore nuptiarum, oleo uirtutum deficiente, sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur, & de quo Salomō ait: Propter frigus piger arare nõ uoluit: mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei.

Matth. 25.
Prouer. 20. Cõuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum cados olei. Dixitq; illi, Accipe cautionē tuam, & sede cito, scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu uerò quantum debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Cadus Græca amphora est, continens urnas tres: corus uerò modios triginta complectitur.

Quod autem de centum cadis olei quinquaginta scribi fecit à debitore, & de centum coris tritici octoginta; ad nihil aliud ualere arbitror, nisi ut ea quæ similiter in sacerdotes atq; in Leuitas Iudæus quisq; operatur, in Christi ecclesia abundet iustitia eius, super scribarum & phariseorum, ut cum illi decimas darēt, isti dimidias dent, sicut non de fructibus, sed de ipsis bonis suis fecit Zachæus: aut certè duplicet decimas, ut duas decimas dando superet impendia Ludæorum. Nisi forte quis simpliciter accipiendum putet, quod omnis qui indigentiam cuiuslibet pauperis sanctorum, uel ex dimidia, uel certè ex quinta parte, quantum uiginti, uel quinquaginta ad centum sunt, alleuiauerit, certa suæ misericordiæ sit mercede donandus.

Lucæ 19. Et laudauit Dominus uillicum iniquitatis, quia prudenter fecisset. Quia filij huius seculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Audiant sapientes huius seculi, ut stultam sapientiam deserere, & sapientem Dei stultitiam discere queant, quanti eorum sapientiam diuina equitas estimauerit, quos non uerè prudentes, sed in generatione sua prudentes esse commemorat, iuxta hoc quod alibi dicitur: Væ qui sapientes estis in oculis uestris, & corā uobismet ipsis prudentes. Nec non & amatores æternæ uitæ filios lucis appellando, non aliud eos qui sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt, quàm filios arguit esse tenebrarum. Filij autem lucis & filij huius seculi uocantur, quomodo filij regni & filij perditionis. Cuius enim quisq; agit opera, eius cognominatur & filius.

Esaia 5.
Hier. 4. Et ego uobis dico, Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Mammonam iniquitatis ob hoc appellat ista pecuniam, quam possidemus ad tempus, quia mammona diuitiæ interpretantur. Nec sunt istæ diuitiæ nisi iniquis, qui in eis constituunt spem atq; copiam beatitudinis suæ. A iustis uero cum hæc possidentur, est quidem ista pecunia, sed non sunt illis diuitiæ nisi cœlestes & spirituales, quibus indigentia suam spiritualiter superplentes, exclusa egestate miseræ beatitudinis copia ditabuntur. Si autem hi qui præbent eleemosynam, de iniquo mammonæ faciunt sibi amicos, à quibus in æterna tabernacula recipiantur, quanto magis hi qui spirituales largiuntur epulas, qui dant conseruis cibaria in tempore suo, certissima debent spe summæ retributionis erigere.

Qui fidelis est in minimo, & in maiore fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiore iniquus est. Sunt qui uiscera pietatis & opera misericordiæ, quæ proximis debentur, ignorantes, merito tamen se castitatis, uigiliarum, longe orationis, plene fidei, ieiuniorum, cæterarumq; uirtutum quæ Dei dilectione gignere solet, ueraciter fideles existimant: sed in pro iudice attestate, qui fidelis est in minimo, id est, in pecunia cum paupere participanda; & in maiore fidelis est, illo uidelicet actu, quo specialiter adherere creatori, & unus cum eo spiritus effici desiderat. At qui temporalia quæ possidet,

det, recte dispensare dissimulat, æternorum sibi gloriam de qua tumet euacuat. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, Deum quem non uidet, quomodo potest diligere? Et sicut *ibidem* 3. idem dicit, Qui habuerit substantiam mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauferit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

Si ergo in iniquo mammoni fideles non fuistis, quod uestrum est, quis credet uobis? De iniquo mammoni quod diuitias malorum significet, supra explanatum est. Quarum mentionem saluator faciens alibi dicit, Quia fallacia diuitiarum suffocat uerbum. Veras autem diuitias uel ipsa æternæ uitæ gaudia, de quibus scriptum est, quæ diuitiæ hæreditatis eius in sanctis, uel uirtutum spiritualium, quibus ad uitam peruenitur, copiam significat, de

quibus dicit Esaias: Diuitiæ salutis, sapientia & scientia: timor Domini, ipse thesaurus eius.

Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis? Alienæ sunt à nobis huius seculi facultates, id est, extra naturam sitæ. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Nostra autem possessio, regnum cælorum: nostra uita Christus est: nostræ opes sunt spiritualium operum fructus, de

quibus Salomon ait: Redemptio animæ uiri, propriæ diuitiæ eius. Arguit ergo phariseos fraudis & auaritiæ, qui quoniam in facultatibus suis fideles non fuerunt, communia conditoris bona priuatiuim habere malentes, nec Christum accipere meruerunt, quem publicanus ille, cuius paulo ante memini, Zachæus, ut acquirere posset, dimidiã partem bonorum suorum obtulit.

DOMINICA DECIMA POST
Trinitatis. Luca 19. Matthæi
24. Marcii 13.

In illo tempore, cum appropinquasset Iesus Hierusalem, uidentem ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua que ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circumdabunt te inimici tui uallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

Quod flente Domino illa Hierosolymorum subuersio describatur, quæ à Vespasiano & Tito Romano principibus facta est, nullus qui historiam euerisionis eiusdem legit, ignorat. Sed querendum prius est, quid sit quod dicitur:

Videns ciuitatem fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu. Fleuit etenim pius redemptor ruina nam perfidæ ciuitatis, quam ipsa sibi ciuitas non cognoscebat esse uenturam. Cui à flente Domino recte dicitur, Quia si cognouisses & tu, subaudis fleueras, quæ modò, quia nescis quod imminet, exultas, unde & subditur:

Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi. Cum er-

nim carnis uoluptatibus se daret, uentura mala non prospiceret, in die sua quæ ad pacem ei esse poterat, habebat. Cur uero bona presentia ad pacem habuerit, manifestatur cum subditur:

Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Si enim cordis eius oculis mala quæ imminerent, abscondita non essent, læta in presentibus prosperis non fuisset. Cuius mox etiam pœna quæ de Romanis, sicut prædixi, principibus imminebat, adiuncta est, cum dicitur:

Quia uenient dies in te, & circumdabunt te inimici tui uallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique; & ad terram profuerunt te, & filios tuos qui in te sunt. Hoc quoque quod additur,

Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Etiam ipsa iam eiusdem ciuitatis transmigratio restatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam Dominus crucifixus fuerat, prior illa Hierusalem funditus est euerfa: cui ex qua culpa euerisionis sue pœna fuerit illata, subiungitur:

Eo quod non cognoueris tempus uisitacionis tue. Creator quippe omnium per incarnationis mysterium hanc uisitare dignatus est, sed ipsa timoris & amoris illius recordata non est. Unde etiam per prophetam increpatione cordis humani aues cœli ad testimonium deducuntur, dum dicitur: Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium Domini.

Et ingressus in templum, cepit eijcere uendentes in illo ementes, dicens illis, Scriptum est: Quia domus mea domus orationis est. Qui enarrauit mala uentura, & protinus templum ingressus est, ut de illo uendentes & ementes eijceret, profectio innotuit quia ruina populi maximè ex culpa sacerdotum fuit. Euerisionem quippe describens, sed uendentes & ementes in templo feriens, in ipso effectu sui operis ostendit, unde radix prodit perditionis.

Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Qui ad accipienda munera in templo residebant, profectio quia quibusdam non datibus, læsiones exquirerent, dubium non erat. Domus ergo orationis spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo adstiteret nouerant, ut aut non dantes munera studerent corporaliter persequi, aut dantes spiritaliter necare. Quia uero redemptor noster prædicationis uerba nec indignis & ingratis subtrahit, postquam discipline uigorem eijciendo peruersos tenuit, donum mox gratiæ ostendit, nam subditur:

Et erat docens quotidie in templo. Hæc iuxta historiam breuiter tractando transcurramus, nunc eadem morali intellectu discutienda repetamus. Videns ciuitatem fleuit super illam, dicens, Quia si cognouisses & tu. Hoc semel erigit, cum perituram ciuitatem esse nunciavit: hoc quotidie redemptor noster per electos suos agere nullatenus cessat, cum quosdam ex bona uita ad mores reprobos peruenisse considerat. Plangit enim eos, qui nesciunt cur plangantur: quia iuxta Salomonis uerba, Latantur cum male fecerint,

Hierc. 8.

Prouerb. 2.

cerint, & exultant in rebus pessimis. Qui si damnationē suam quæ eis imminet, agnouissent, semetipsos cum lachrymis delictorum plange-
rent. Et quidem in hac die tuā quæ ad pacem tibi. Suam hīc diem habet anima peruersa, quæ
transitorio gaudet in tempore, cui ea quæ ad-
sunt, ad pacem sunt: quia dūm ex rebus tempo-
ralibus lætatur, dum honoribus extollitur, dum
in carnis uoluntate resoluitur, dum nulla uen-
tura pœnæ formidine terretur, pacem habet in
die sua quæ graue damnationis suæ scandalum
die habebit aliena. Ibi enim affligenda est, ubi
iusti lætabantur. Nunc autem abscondita sunt
ab oculis tuis. Peruersa anima rebus presenti-
bus dedita, in terrenis uoluptatibus resoluta,
abscondit sibi mala sequentia: quia præuidere
futura refugit, quæ præsentem lætitiā pertur-
bent: dumq; in præsentis uitæ oblectatione se
deserit, quid aliud quàm clausis oculis ad ignē
uadit? Quia uenient dies in te, & circumdabūt
te inimici tui uallo. Qui unquam sunt humanæ
animæ maiores inimici, quàm maligni spiritus:
qui hanc à corpore exeuntem obsident, quam
in carnis amore positam deceptoris delectatio-
nibus fouent. Quam uallo circumdant, quia an-
te mentis eius oculos, reductis iniquitatibus
quas perpetravit, hanc ad societatem suæ dam-
nationis trahentes coarctant. Et circumdabunt
te, & coangustabunt te undique. Maligni spi-
ritus undique animam coangustant, quando ei
non solum operis, uerum etiam locutionis atq;
insuper cogitationis iniquitates replicant, ut
quæ prius se per multa dilatauit in scelere, ad
extremum de omnibus angustetur in retribu-
tione. Et ad terram consternent te, & filios tuos
qui in te sunt. Tunc anima per cognitionem
reatus sui ad terram consternitur, caro quam
uitam suam credidit, redire ad puluerem urge-
tur. Tunc in morte filij illius cadunt, cum cogi-
tationes illicitæ quæ modo ex illa prodeunt, in
extrema uitæ ultione dissipantur, sicut scriptū
est: In illa die peribunt omnes cogitationes eo-
rum. Quæ scilicet duræ cogitationes intelli-
gi etiam per lapidum significationem ualēt, nam
sequitur: Et non relinquent in te lapidem super
lapidem. Peruersa etenim mens cum peruersæ
cogitationi adhuc peruersiorem adijcit, quid
aliud quàm lapidem super lapidem ponit? Sed
in destructa ciuitate super lapidem lapis non
relinquitur, quia cum ad ultionem suam ani-
ma deducitur, omnis ab illa cogitationum sua-
rum constructio dissipatur. Eo quod nō cogno-
ueris tempus uisitationis tuæ peruersam quo-
que animam omnipotens Deus modis multis
uisitare conseruit. Nam assidue hanc uisitat
præcepto, aliquando autem flagello, aliquan-
do uero miraculo, ut & uera qui nesciebat, au-
diat, & tum adhuc superbiens atque contem-
nens, aut dolore compuncta redeat, aut bene-
ficijs deuicta, malum quod fecit, erubescat. Sed
quia uisitationis suæ tempus minime cogno-
scit, illis in extremo uite inimicis traditur, cum
quibus in æterno iudicio damnationis suæ so-

cietate colligatur. Et ingressus in templum, coe-
pit eicere uendentes in illo & ementes. Sicut
templum Dei in ciuitate est, ita in plebe fide-
lium uita religiosorum. Et sæpe nonnulli religionis
habitum sumunt; sed dum sacrorum ordinum
locum percipiunt, sanctæ religionis officium,
commercium terrenæ negotiationis tribuunt.
Vendentes quippe in tēplo sunt, qui hoc quod
quibusdam iure competit, ad præmium largi-
untur. Iustitiam enim uendere est, hanc pro præ-
mij acceptione seruare. Ementes uero in tem-
plo sunt, qui dū hoc persoluere proximo quod
iustum est nolunt, dumq; rem iure debitam fa-
cere contemnunt, dato patronis præmio, emunt
peccatum. Quibus bene dicitur, Domus mea
domus orationis est: uos autem fecistis eam spe-
luncam latronum. Quia dum nonnunquā per-
uersi homines locum religionis tenent, ibi ma-
litiæ suæ gladijs occidunt, ubi uiuificare proxi-
mos orationis suæ intercessione debuerunt. Tē-
plum quoque & domus Dei est ipsa mens atq;
conscientia fidelium, qui si quando in læsione
proximi peruersas cogitationes profert, quasi
in spelunca latrones resident: & simpliciter gra-
dientes interficiunt, quando in eos qui in nullo
rei sunt, læsionis gladios defigunt. Mens enim
fidelium non iam domus orationis, sed spelun-
ca latronis est, quando relicta innocētia & sim-
plicitate sanctitatis, illud conatur agere, un-
de ualeat proximis nocere. Sed quia contra
peruersa hæc omnia, uerbis redemptoris no-
stri per sacras paginas indefinēter instrui-
mur, nunc usque hoc agitur quod factum fuisse per-
hibetur cum dicitur:

Et erat docens quotidie in templo. Cum enim men-
tem fidelium ad cauēda mala subtiliter erudit,
quotidie ueritas in templo docet.

*Principes autem sacerdotum & scribæ, & principes plebis
querēbant illum perdere, & non inueniebant quid facerēt illi.*
Vel quia quotidie docebat in templo, uel quia
latrones eiecerat de templo, uel quia uentēs il-
lo quasi rex & Dominus, à tanta credentiū tur-
ba laudem hymni cœlestis accepit; inuidi prin-
cipes eum perdere querēbant.

Omnis enim populus suspensus erat audiens illum. Duo
bus modis potest intelligi, quia uel timētes po-
puli tumultum non inueniebant quid facerent
Iesu, quem perdere disposuerunt: uel ideo Ie-
sum perdere querēbant, quia suo magisterio ne-
glecto, plures ad eum audiendum confluere cer-
nebant. Libet interea paucis intueri quàm pul-
chrè legalis umbra Pasche, nostro uero Pasche,
in quo immolatus est Christus, non tantum my-
sterij, sed & temporis ratione concordet. Deci-
ma, inquit, die mensis primi, tollat unusquisq;
agnum per familias domus suæ. Iuxta quem ritum
tolletis & hæc dicitur, & seruabitur eum usque
ad quartum decimū diem eiusdem mensis. De-
cima enim die mensis primi, id est, ante quinque
dies Paschæ, sicut Ioannes euangelista testa-
tur, egrediens omnis populus in montem Oli-
uarum, tulit inde Dominum. Qui agnus est,
quia uenit ut peccata tolleret, & peccatum in
eo non

Exod. 12.

Ioan. 12.

Ioan. 1.

eo non est: hœdus, quia peccati insimulatus est. Agnum domi intulerunt, qui gaudentes canebant, Benedictus qui uenit rex in nomine Domini: hœdum, qui contra zelantes aiebant: Magister, increpa discipulos tuos. Agnum, populus omnis qui suspensus erat, audiens illum: hœdum, principes qui eum perdere cupiebant. Quinque autem dies ante pascha, id est, à decima luna usque ad quartam decimam, agnum siue hœdum immolaturi seruabant. Quia licet etiam tunc eius sanguinem sitirent, nemo tamen in eum misit manus, quia necdum uenerat hora eius. Agnum seruabant, qui libenter eius dictis auscultabant: hœdum, qui insidiantes querebant capere aliquid ex ore eius ut accusarent eum. At uero à quartadecima die completa, id est, declinata in uesperam, postquam corporis & sanguinis suis celebranda discipulis sacramenta contradidit, uenientibus qui eum comprehensum uincirent, cepit impleri quod sequitur: Et immolabit eum omnis multitudo filiorum Israël ad uesperam. Stabant enim iuxta crucem Iesu non solum impij qui mortem eius deriderent, sed etiam sancti qui lugerent.

DOMINICA XI. POST
Trinitatis. Lucæ 18.

In illo tempore dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent: unus phariseus, alter publicanus. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

Quia parabolam Dominus qua semper orare & non deficere docebat, ita conclusit, ut diceret ueniente iudice, difficile fidem in terra reperiendam, ne quis sibi forte de superuacua fidei cognitione, uel etiam confessione blandiretur, mox altera iuncta parabola diligentius ostendit à Deo fidei non uerba examinanda, sed opera: inter quæ nimirum opera maxime regnat humilitas. Vnde & supra quum fide grano sinapis minuto quidem, sed ex contritio ne flagranti compararet, quasi exponendo subiunxit: Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus. Cui contra superbi cum nequaquam omnia, sed modicum quid eorum quæ præcepta sunt faciant, non solum mox de sua iustitia præsumunt, sed & infirmos quosque despiciunt, atque ideo quasi fide uacui, cum orauerint, non exaudiuntur.

Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent: unus phariseus, & alter publicanus. Publicanus humiliter orans, ad illa præfata uidua, hoc est, ecclesiæ membra pertinet, de quibus supra dicitur: Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se: Phariseus autem merita iactans, ad ea de quibus terribilis in conclusione sententia subditur: Veruntamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra?

Phariseus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Quatuor sunt species, quibus omnis tumor arrogantium demonstratur, cum bonum aut à semetipsis habere se aestimant, aut si sibi datum de super credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant: aut certe cum iactant se habere, quod non habent: aut despectis ceteris, singulariter uideri appetunt habere quod habent. Quia phariseus iste iactantia peste laborasse deprehenditur, qui idcirco de templo absque iustificatione descendit, quia bonorum operum merita sibi quasi singulariter tribuens, oranti publicano se prætulit.

Ieiuno bis in sabbato, decimas de omnibus quæ possideo. Ezechiel propheta de ostensis sibi cœli animalibus scribit: Et totum corpus plenum oculis, in circuitu ipsorum quatuor. Corpora quippe animalium idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est, bona desiderabiliter prouidens, mala solenter cauens. Sed nos sæpe dum alijs rebus intendimus, sit ut alia negligamus: & ubi negligimus, ibi proculdubio oculum non habemus. Nam ecce phariseus ad exhibendam abstinentiam, ad impendendam misericordiam, ad referendas Deo gratias oculum habuerat, sed ad humilitatis custodiam non habebat. Et quid prodest quod contra hostium insidias penè tota ciuitas cautè custoditur, si unum foramen apertum relinquitur, unde ab hostibus intratur?

Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suam, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quanta ueniam fiduciam dignè penitentibus præbet, quod publicanus qui reatu suæ nequitia perfecte cognouit, fleuit, confessus est, & si iniustus ad templum uenit, iustificatus à templo rediit. Typicè autem phariseus Iudeorum est populus, qui ex iustificationibus legis extollit merita sua: publicanus uero gentilis est, qui longè à Deo positus, confitetur peccata sua. Quorum superbiendo unus recessit humiliatus, alter lamentando appropinquare meruit exaltatus.

Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Et de utroque populo præfato, & de omni superbo uel humili rectè potest intelligi, sicut & illud quod alibi legimus: Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur. Quapropter & de uerbis elati pharisei quibus humiliari meruit, possumus ex diuerso formam humilitatis qua sublimemur assumere: ut sicut ille consideratis & peiorum uitijs & suis uirtutibus est elatus ad ruinam, ita nos non nostra solùm peccata, sed & meliorum uirtutibus inspectis humiliemur ad gloriam, quatenus unusquisque nostrum hæc apud se supplex ac summissus obsecret: Deus omnipotens, miserere supplicii tuo, quia non sum sicut innumeris serui tui, contemptu scilicet sublimes, iustitia merito gloriosi, castitatis laude angelici, uelut etiam multi illorum, qui post flagitia publica poenitendo tibi meruerunt esse

Lucæ 19.
Ibidem.

Ioh. 7.

Exod. 12.

Ioh. 19.

Ezech. 1.

Lucæ 17.

Ibid. 18.

Proverb. 15.
et 16.

esse deuoti. Qui etiam si quid boni tua gratia largiente fecero, quo sine hoc faciam, qua uea te districtione pensetur, ignoro.

DOMINICA XII. POST
Trinitatis. Marci 7.

In illo tempore, exiens Iesus de finibus Tyri, uenit per Sidonem ad mare Galilee inter medios fines Decapoleos. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

Surdus ille & mutus, quem mirabiliter curatum a Domino modo cum euangelium legetur, audiuius, genus designat humanum, in his qui ab errore diabolice deceptionis diuina merentur gratia liberari. Obscurum namque homo ab audiendo uitae uerbo, postquam mortifera serpentis uerba contra Deum tumidus audiuit: mutus a laude conditoris effectus est, ex quo cum seductore colloquium habere praesumpsit. Et merito clausit aures ab audienda inter angelos laude creatoris, quas ad audiendam eiusdem creatoris uituperationem sermonibus hostis incautus aperuit. Merito clausit a praedicanda cum angelis laude creatoris, quod uelut ad meliorandum eiusdem opus creatoris, cibi uertiti praeruaricatione superbus impleuit. Et heu miser generis humani defectus, quod in radice uitiosum germinauit, uitiosius multo dilatari cepit in propagine ramorum, ita ut ueniente in carne Domino, exceptis paucis de Iudaea fidelibus, totus penes mundus ab agnitione & confessione ueritatis surdus erraret & mutus. Sed ubi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Venit namque Dominus ad mare Galilaeae, ubi nouerat aegrotare quem sanaret. Venit suae gratia pietatis ad tumentia, turbida, & instabilia gentium corda, in quibus nouerat esse qui ad suam gratiam pertinerent. Et bene inter medios fines Decapoleos ad mare Galilaeae, ubi aegrotum sanaret, uenisse perhibetur, quia relicto ob perfidiam populo, qui decalogi mandata acceperat, exteras uenit ad gentes, ut sicut Ioannes ait, Filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum.

Et adducunt, inquit, ei surdum & mutum, & deprecantur eum, ut imponat illi manum. Quia ipse surdus saluatorem agnoscere, mutus rogare nequibat, adducunt eum amici, & pro eius salute Domino supplicant. Sic nimirum, sic in spiritali necesse est curatione geratur, ut si quis humana industria ad auditum confessionemque ueritatis conuerti non potest, diuinae pietatis offeratur aspectibus, atque ad sanandum eum supernae manus flagitetur auxilium. Nec tardat coelestis misericordia medici, si intenti precantum non haesitat, nec deficit oratio, unde statim subinfertur:

Quia apprehendens aegrotum Iesus de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius. Digitos quippe surdo in auriculas mittit ut audiatur, cum per dona gratiae spiritalis diu non cre-

dentis ad auditum sui uerbi conuertit. Expuens, linguam muti ut loqui ualeat, tangit, cum per ministerium praedicationis rationem fidei, quam confiteri debeat, praestat. Per digitos namque Domini spiritus sancti dona significari & ipse docet dicens, Si ego in digito Dei eicio demonia: quod alius euangelista manifestius ponit, Si ego in spiritu Dei eicio demones: & Psalmista ubi ait, Quoniam uidebo sanctos non suae merito uirtutis, sed tui munere spiritus a terrenis suspensos, & coelesti factos conuersione sublimes. Sputum quoque capitis & oris Domini uerbum est euangelij, quod ex inuisibili diuinitatis arcano sumptum, uisibiliter mundo ut sanari posset, ministrare dignatus est. Notandum sane quod Dominus priusquam auriculas linguamque sanandi tangeret aegroti, apprehendens eum seorsum duxit e turba. Prima namque salutis spes est, quemlibet assuetos uitiorum tumultus turbasque deferere, & sic ad suscipienda sanitatis munera humiliter caput inclinare. Neque ullatenus saluari putandus est, quamdiu quis inordinatis moribus adherere, superuacuis uerbis delectari, turbulentis cogitationibus non timet deuastari, ut qui miserante & adiuuante Domino turbidam praesae conuersionis uitam mutauit, qui inspirationem diuinae gratiae corde concepit, qui uerbo doctrinae coelestis confessionem uerba didicit fidei, restat ut confestim optata sanitatis gaudia consequatur. Unde bene postquam de turba segregat infirmum Dominus, postquam mittit digitos in auriculas, postquam sputo tangit linguam illius, subinfertur:

Suspiciens in caelum ingemuit, & ait illi, Ephpheta, quod est adaperire: & statim aperte sunt aures eius, & solum est uimculum linguae eius. Et recte sanaturus aegrotum Dominus suspicit in caelum & ingemuit, ut ubi non his speranda salus, & qua compunctionis uel lachrymarum sit deuotione quaerenda, ac petenda significet. Suspiciens in caelum ingemuit, quia nos quos ad coelestia possidenda creauit, longe in terrestria deiectos esse doluit. Suspiciens in caelum ingemuit, ut nobis qui a coelestibus gaudijs per terrena oblectamenta discelsimus, ad haec per gemitus & suspiria insinuaret esse redeundum. Quod autem ait ephpheta, id est, adaperire, propter aures dicit sanandas, quas surditas diutina clauserat, sed ad audiendum iam tacitus patefecit ipsius, unde credo mos increbuerit ecclesiae, ut sacerdotes illius his quos percipiendis baptismi sacramentis praeparant, prius inter caetera consecrationis exordia de salua oris sui nares tangant & aures, dicentes ephpheta saluam quidem oris sui, gustum quo in initia di sunt supernae sapientiae delignant: per tactum uerbo narium, ut abiectis delectationibus noxijs, solum Christi semper amplectantur odorem, de quo dicit Apostolus: Christi bonus odor sumus Deo in omni loco, & ut meminerint se iuxta exemplum beati Iob, Donec superest halitus in eis, & spiritus Dei in naribus eorum, non loqui iniquitatem labijs, nec lingua mendacium meditari

Luce 11.
Matth. 12.
Psal. 3.

Rom. 5.

Ioan. 11.

50

60

2. Cor. 2.

Iob 27.

meditari debere. Porro per tactū aurium, ut res
 licto auditu linguæ ne quā audiant uerbi Christi
 & faciant ea, similes uiro prudenti, qui ædifi
 cauit domum suam supra petram. Et unusquisq;
 nostrum, fratres charissimi, qui baptisma Christi
 ritē suscepit, hoc ordine consecratus est. Om
 nes quidem qui salutare lauacrū uel proximo
 hoc paschæ tempore, uel aliquando alias ritē
 suscepturi sunt, ipso sunt ordine cōsecrati. Un
 de multum necesse est, ut quod Dominus in no
 bis propitijs ablueret & sanctificare dignatus
 est, ipsi passim contaminare, & pro nihilo pro
 fanare timeamus. Sed etsi qui in cœnum nequi
 tiæ sordidantis incidimus, festinemus rursum
 lachrymarū & pœnitentiæ fonte mundari. Re
 nouemus aurium puritatem, quam nobis auditu
 fidei diuinitus constat fuisse collatam, cauē
 tes illud Apostoli, quod quibusdā exprobrans,
 ait: Et à ueritate quidem auditum auertent, ad
 fabulas autem conuertentur. Cohibeamus lin
 guam à malo, quæ confessione fidei sanctificata
 est, timeamus in ipsa qua benedicimus Deum,
 & patrem maledicere homines, qui ad imagi
 nem Dei facti sunt. Qui enim putat se religio
 sum esse nō refrenans linguam suam, huius ua
 na est religio. Ecce enim dicitur, quia aperte
 sunt aures eius, & solutum est uinculum lingue
 eius, & loquebatur recte. Qui ergo recte loqui
 baptismatis nostri tempore didicimus, corde
 credendo ad iustitiam, ore autem confessionē
 faciendo ad salutem, curādum summopere est,
 ne post baptismum ad iniustitiam & noxia uerba de
 clinemus. Si enim ipso iudice attestante, omne
 uerbum ociosum quod locuti fuerint homines,
 reddent rationem de eo in die iudicij, quid pu
 tamus fieri de illis, qui non solum ociosa, sed &
 criminosa loquuntur, qui impudicitie, iactantiæ,
 blasphemie, & quod maxime minus libet de
 tractionis sermonibus seruire non timent, qui
 proferunt mendacia, testes fallaces, qui semi
 nāt inter fratres discordias? Non solum autem
 à malis aures linguāq; satis est castigare loque
 ris, si nō etiam iuxta Psalmistam inclinemus au
 rem nostram in uerbo oris Dei, si non os nostrū
 loquatur sapiētiam, & meditatio cordis nostri
 prudentiam. Sed & cunctos simul interioris ex
 teriorisq; hominis nostri sensus, qui cuncti in
 baptismo abluti sunt, oportet mundos ac bo
 nis operib; seruemus insuper semper ornatos.
 Curato autē surdo & muto, uideamus qd sequit.

Et præcepit, inquit, illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis
 præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admi
 rabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, &
 mutos loqui. Quare fratres charissimi, hæc acta
 credamus? Nunquid non æstimādum est, quod
 unigenitus Dei filius signum faciens, & absco
 di hoc uoluerit, & contra uoluntatem illius sit
 patefactum in turbas, nec potuerit silentio si
 gnum tegere si uellet, quod potuit facere cum
 uoluit? An fortē nobis exemplum dare uoluit,
 ut uirtutum opera facientes, uitium iactantiæ
 per omnia gloriamq; uitemus humanam, ne bo
 na nostra actio, per inanem uulgi fauorem su

Bedæ tom. 7.

pernæ retributionis munere priuetur? Et tamē
 sciamus opera nostra si digna imitatione sunt,
 nullatenus posse celari, sed ad utilitatem frater
 næ correctionis ipso dispensante patefieri, qui
 dicit: Non potest ciuitas abscondi super montē
 posita. Et alibi: Quoniam quæ in tenebris dixit
 stis, in lumine dicetur. Et reuera ita omnimode,
 ita intelligenda est Dominici dispensatio præ
 cepti. Quod non ita tamē dictum quis æstimet,
 quasi bona facientes fraternos cauere debeat
 mus aspectus, cum Dominus dicat. Luceat lux
 uestra coram hominibus, ut uideant opera ue
 stra bona: sed ut per opera quæ fratribus ostē
 dimus, non laudem ab illis, sed profectum quæ
 ramus, hoc est enim quod sequitur: Et glorifi
 cent patrem uestrum, qui in cœlis est. Nam qui
 ea intentione bona ostendunt opera, ut ipsi so
 lum laudentur, non autem ut laudātes in bono
 proficiant, neq; ut pater qui in cœlis est glorifi
 cetur, tales sunt nimirum illa terribili increpa
 tione plectendi, qua dicitur: Amen amen dico
 uobis, receperunt mercedem suam. Sed & hoc
 dicendum, quia si illi uirtutes Dominicas tace
 re nequeūt, qui tacendi præceptum acceperūt,
 multo amplius sit nobis diuinæ gratiæ præco
 nijs semper insistendum, qui quotidianis inui
 cē nos uerbis ac cœlestibus alimonijs reficere
 præcipimur, dicente apostolo Ioanne: Qui au
 dit dicat, ueni, id est, qui gratiam supernæ aspi
 rationis mente concepit, qui uerbum exhorta
 tionis, quo utiliter proximū confortare ualeat,
 dicit; nequaquam quod nouit silentio abscon
 dat, sed ipsum protinus fratribus aperiendo cō
 municet. Si enim ea quæ nouimus benignè pro
 ximis dicere bona non negligimus, aderit ille
 in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scienti
 æ absconditi, & quod nunc ex parte cognouim
 us, ad perfectum nobis lumen ueritatis inti
 mare dignabitur Iesus Christus, Dominus nos
 ter, unigenitus patris, qui cum eo uiuit & re
 gnat in unitate spiritus sancti Deus per omnia
 secula seculorum, Amen.

DOMINICA DECIMATERTIA
 post Trinitatis. Lucæ 12. Matth. 15.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi, qui uide
 dent quæ uos uidetis. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EA
 DEM LECTIONE.

Non oculi scribarum & pharisæorū, qui cor
 pus tantū Domini uidere, sed illi beati ocu
 li, qui eius possunt cognoscere sacramenta, de
 quibus dicitur: Et reuelasti ea paruulis. Beati
 oculi paruulorum, quibus & se & patrem filius
 reuelare dignatur.

Dico enim uobis, quod multi prophete & reges uoluerunt
 uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt; & audire quæ auditis,
 & non audierunt. Abraham exultauit ut uideret
 diē Christi, & uidit & gauisus est: Elafas quoq;
 & Micheas & multi alij prophete uiderunt glo
 riam

Matth. 7.

2. Cor. 4.

Iacob. 3.

Iacob. 14.

Rom. 10.

Matth. 12.

Proverb. 6.

Psal. 77.

Matth. 5.

Luce 12.

Matth. 5.

Matth. 6.

Apoc. 22.

Colo. 2.

Luce 10.

Ioan. 8.

Esaiæ 6.

3. Reg. 22.

riam

riam Domini, quæ & propterea uidentes sunt appellati. Sed hi omnes à longè aspicientes, & salutantes per speculum, & in ænigmate uiderunt. Apostoli autem impræsentiarum habentes Dominum, conuiescentesq; ei, & quæcumq; noluisse interrogando discentes, nequaquã per angelos, aut uarias uisionum species opus habebant doceri. Quos uerò Lucas multos prophetas & reges dicit, Matthæus apertius prophetas & iustos appellat. Ipsi sunt enim reges magni, quia tentationum suarum motibus nõ contenti succumbere, sed regendo præ se nouerunt.

Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans eum, & dicens: Magister, quid faciendi uitam eternam possidebo?] Legisperitus qui de uita æterna Dominum tentans interrogat, occasionem ut reor tentandi de ipsis Domini sermonibus scripsit, ubi ait: Gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. Sed ipsa sua tentatione declarat, quã uera sit illa Domini confessio qua patri loquitur: Quod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

At ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est? Quomodo legis? ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum.] Dñi legisperito respondet, perfectũ nobis saluator iter uitæ cœlestis ostendit: cui primò de dilectiõne Dei & proximi legis scripta proponenti, dicit:

Respondeisti: hoc fac, & uiues.] Deinde post inductam parabolam respondenti illũ fuisse proximum uulnerato, qui fecit misericordiam in illum, adjicit: Vade, & tu fac similiter: id est, talis misericordiæ studio proximũ tuum necesse habentem, diligere & sustentare memento: apertissime declarãns, solã esse dilectionem, & ipsam non uerbotenũs ostentatam, sed operis executione probatam, quæ perpetuam ducat ad uitã.

Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?] Quanta inanis glorię dementia: legisperitus ob uulgi fauorem captadum, quo sapienter respondisse iactaretur, primum se legis fatetur ignorare mandatum, uerè iuxta saluatoris sententiam, sapiens & prudens in lege: sed quia nõ humiliari cum paruulis Christi, sed seipsum iustificare desiderat, beatos oculos columbarum innocentiæ lacte lotarum, quibus Christi arcana uidere posset, accipere recusans. Cui profectò Dominus ita responsum temperauit suum, ut omnem qui misericordiam faceret, cui libet proximum doceret: & tamen hæc eadem parabola specialiter ipsum Dei filium, qui nobis per humanitatem proximus fieri dignatus est, designaret. Neq; enim ita proximũ, quem sicut nos diligere iubemur, super Christo interpretari debemus, ut moralia mutę fraternitatis instituta sub allegoriæ regulis extenuare, & auferre conemur.

Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidam ab Hierosolymis descendebat in Hiericho.] Homo iste Adã intelligitur in genere humano: Hierusalem ciuitas pacis illa cœlestis, à cuius beatitudine lapsus in hanc

mortalem miseramq; uitam deuenit: quam bene Hiericho, quæ luna interpretatur, significat, uarijs uidelicet defectuum laboribus, erroribusq; semper incertam.

Et incidit in latrones.] Latrones diabolum & angelos eius intellige, in quos quia descendebat, incidit. nam nisi prius intumesceret, foris tētatus tam facillè non caderet. Vera est enim factis sententiã, quæ dicit: Ante ruinam enim exaltatur cor.

Qui etiam despollauerunt eum.] Gloria uidelicet immortalitatis & innocentie ueste priuarunt. Hæc est enim prima stola, quæ iuxta aliam parabolam luxuriosus filius per pœnitentiam rediens ornatur, & qua protoplasti amissa cognouerunt esse se nudos, tunicasq; pelliceas natura mortalis induti sunt.

Et plagis impostis, abierunt semiuiuo relicto.] Plagæ peccata sunt, quibus naturæ humanæ integritatem uiolando, seminarum quoddam, ut ita dicam, augendæ mortis felsis indidere uisceribus. Abierunt autem non ab insidijs aliquate nus cessando, sed earũdem insidiarum fraudes occultando. Semiuiuum reliquerunt, quia beatitudinem uitę immortalis exuere, sed non sensum rationis abolere ualuerunt. Ex qua enim parte sapere & cognoscere Deũ potest, uiuus est homo: ex qua uerò peccatis contabescit, & miseria deficit, mortuus idẽ lethiferocq; est uulnere fœdatus.

Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia, & uiso illo præteriiuit. Similiter & Leuita, cum esset secus locum & uideret eum, transiit.] Sacerdos & Leuita, qui uiso saucio transierunt, sacerdotium & ministerium ueteris testamenti est, ubi per legis decreta mudi languentis uulnera monstrari tantum, non autem curari poterant: quia impossibile erat, ut Apostolus ait, sanguine uitulorum & agnorum & hircorum auferri peccata.

Samaritanus autem quidam iter transiens, uenit secus eum: & uidens eum, misericordia motus est.] Samaritanus qui interpretatur custos, Dominum significat, cui reclusissime propheta, ne hos latrones posset incurrare, supplicat: Custodi me, inquit, à latro quo quem statuerunt mihi, & à scandalis operantibus iniquitatem. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendens de cœlo, uitæ præsentis iter arripuit, & uenit secus eum qui uulneribus tabescebat inflictis: id est, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, compassionis nostræ susceptione finitimus, & misericordiæ factus est consolatione uicinus.

Et appropians alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum.] Peccata quæ in hominibus inuenit, redarguendo cohibuit, spem uenię pœnitentibus, terrorem pœnæ peccantibus incutiens. Alligat enim uulnera, dum præcipit, Pœnitentiã agite: infundit oleum, dum addit, Appropinquare quabit enim regnum cœlorum: infundit & uinum, dum dicit, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.

Et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, &

Matth. 13.

Lucæ 10.

Ibidem.

Deut. 6.

Cantic. 5.

Prouerb. 10.

Lucæ 15.
Genes. 3.

Heb. 10.

Psal. 140.

Philip. 2.

Matth. 3.

Ibidem.

1. Petr. 2. *curam eius egit.*] Iumentum eius est caro, in qua
 Lucæ 15. ad nos uenire dignatus est: in quo saucium im-
 posuit, quia peccata nostra ipse portauit in cor-
 pore suo super lignum: & iuxta aliam parabo-
 lam inuentam quæ errauerat ouem, humeris
 suis impositam reportauit ad gregem. Itaque
 imponi iumento, est in ipsam incarnationem
 Christi credere, eiusque mysterijs initiari, simul
 & ab hostis incurfione tutari. Stabulum autem
 est ecclesia præfens, ubi reficiuntur uiatores,
 de peregrinatione hac in æternam patriam re-
 deunt. Et bene iumento impositum duxit in
 stabulum, quia nemo nisi baptizatus, nisi cor-
 pori Christi adunatus ecclesiam intrabit.

Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, &
 ait: Curam illius habe.] Altera dies est post Domini
 resurrectionem. Nam & ante quidem per euan-
 gelij sui gratiam illuminauerat his qui in tene-
 bris & umbra mortis sedebant, sed potior re-
 surrectione celebrata perpetuæ lucis splendor
 effulsit. Duo denarij sunt duo testamenta, in qui-
 bus æterni regis nomen & imago continetur.
 Rom. 10. Finis enim legis Christus. Qui altera die pro-
 lati dantur stabulario, quia tunc aperuit illis
 Lucæ 24. sensum, ut intelligerent scripturas. Altera die
 stabularius denarios, quorum precio uulnera-
 tum curaret, accepit: quia spiritus sanctus ad-
 ueniens docuit apostolos omnem ueritatem,
 quo gentibus erudiendis instare, atque euan-
 gelium prædicare sufficerent.

Et quodcumque supererogaueris, ego cum rediero reddam ti-
 bi.] Supererogat stabularius quod in duobus
 denarijs non accepit, cum dicit Apostolus: De
 uirginibus autem præceptum Domini non ha-
 beo, consilium autem do. Itemque: Et Dominus
 ordinauit his qui euangelium annunciant de
 euangelio uiuere: sed non uti sumus hac pote-
 state, ne quem uirum grauaremus. Cui rediens
 quod promiserat debitor reddet, quia ueniens
 in iudicio Dominus dicit: Quia super pauca
 Math. 25. fuisti fidelis, super multa te constituam. Intra
 in gaudium Domini tui.

Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi, qui in-
 cidit in latrones? At ille dixit: Quis fecit misericordiam in il-
 lum.] Iuxta literam manifesta est Domini sen-
 tentia, nullum nobis amplius quam qui mise-
 reatur esse proximum, si Hierosolymitæ cui
 non sacerdos, nõ Leuita ex eadem gente, imò
 in eadem urbe nati & nutriti, sed extræ gen-
 tis accola, quia magis misertus est, factus est
 proximus. Sacratione autem intellectu, quo-
 niam nemo magis proximus quam qui uulne-
 ra nostra curauit, diligamus eum, quasi Domi-
 num Deum nostrum: diligamus quasi proxi-
 mum: nihil enim tam proximum, quam caput
 membris: diligamus etiã eum qui imitator
 est Christi. Hoc est enim quod sequitur.

Et ait illi Iesus: Vade & tu fac similiter.] Id est, ut ue-
 re te proximum sicut te ipsum diligere manife-
 stes, quicquid uales in eius uel corporali
 uel spiritali necessitate suble-
 uanda deuotus ope-
 rare.

Beda tom. 7.

DOMINICA QUARTA DE
 cima Lucæ 17.

In illo tempore, dum iret Iesus in Hierusalem, transibat per me-
 diam Samariam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, ope-
 currerunt ei decem uiri leprosi. Et reliqua.

BEDA PRESBYTERI DE BA/
 DEM LECTIONE.

Leprosi nõ absurde intelligi possunt, qui sciẽ-
 tiam ueræ fidei non habentes uarias doctri-
 nas profitentur erroris. Non enim uel abscon-
 dunt imperitiam suam, sed pro summa peritiam
 proferunt in lucem, & iactantiam sermõnis o-
 stentant. Nulla porò falsa doctrina est, quæ
 non aliqua uera intermiscet. Vera ergo falsis
 inordinate permixta, in una disputatione uel
 narratione hominis, tanquam in unius corpo-
 ris colore apparentia, significant lepram tan-
 quam ueris falsisque colorum locis humana cor-
 pora uariantem atque maculantem. Hi autem
 tam uitandi sunt ecclesiæ, ut si fieri potest lon-
 gius remoti, magno clamore Christum inter-
 pellent. Vnde & aptè subiungitur:

Qui steterunt à longe & leuauerunt uocem, dicentes: Iesu
 præceptor, miserere nostri.] Et bene ut saluentur, Ie-
 sum præceptorem nominant. Quia enim in e-
 ius uerbis se errasse significat, hunc saluandi hu-
 militer præceptorem uocant: cumque ad cogni-
 tionem præceptoris redeunt, mox ad formam
 salutis recurrunt. Nam sequitur:

Quos ut uidit, dixit: Ite, ostendite uos sacerdotibus. Et fa-
 ctum est, dum irent mundati sunt.] Nullum Dominus
 eorum quibus hæc corporalia beneficia præ-
 stitit, inuenitur misisse ad sacerdotes nisi lepro-
 sos: quia uidelicet sacerdotium Iudæorum fi-
 gura erat futuri sacerdotij regalis, quod est in
 ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes
 ad corpus Christi summi & ueri principis sa-
 cerdotum. Et quisquis uel hæretica prauitate,
 uel superstitione gentili, uel Iudaica perfidia,
 uel etiã schismate fraterno, quasi uario colore
 per Domini gratiam caruerit, necesse est ad ec-
 clesiam ueniat, coloremque fidei uerum quem
 acceperit, ostendat. Cætera uero uitia, tanquam
 ualerudinis & quasi membrorum anime atque
 sensuum, per seipsum interius in conscientia &
 intellectu Dominus sanat & corrigit. Deni-
 que & Paulus uoce Domini audita, Quid me
 persequeris? Et ego sum Iesus quem tu perse-
 queris, ad Ananiam tamen missus est, ut illo sa-
 cerdotio quod in ecclesia constitutum est, sacra-
 mentum doctrinæ fidei perciperet, & uerus e-
 ius approbaretur color: non quia nõ potest per
 seipsum Dominus omnia facere (nam quis a-
 lius hæc facit etiã in ecclesiis) sed ut ipsa so-
 cietas congregatorum fidelium approbando
 in inuicem atque communicando ueræ fidei
 doctrinam, in omnibus que dicuntur uerbis uel
 signantur sacramentis, tanquam unam speciem
 ueritatis coloris obducatur. Cornelius etiã cum &
 eleemo-

Actu, 9.

Actu, 10.

e 2 eleemo-

eleemofynæ eius acceptæ, & preces eius audita illi ab angelo nuncientur, propter doctrinæ tamen sacramentorumq; unitatem ad Petrum iubetur mittere, tanquam illi & suis diceretur, Ite, ostendite uos sacerdotibus. nam & cum irent, mīdati sunt. Iam enim ad eos uenerat Petrus, sed tamen ipsi nondum accepto baptis-
 10 matis sacramento, nondum spiritualiter ad sacerdotes peruenierant, & tamen infusione spiritus sancti, & admiratione linguarum eorum mundatio declarata est.

Vnus autem ex illis, ut uidit quia mundatus est, regressus est eum magna uoce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens.] Vnus iste qui magnificans Deum regressus est, unius ecclesiæ deuotam Christo humilitatem significat: qui bene cadēs ante pedes Domini gratias egit. Ille enim uere Deo gratias agit, qui repressis præsumptionis suæ cogitationibus, quam in semetipso infirmus sit humiliter uidet, qui nihil sibi uirtutis tribuit, qui bona quæ agit esse de misericordia conditoris agnoscit. Vnde & recte subiūgitur:

Et hic erat Samaritanus.] Samaritanus quippe interpretatur custos. Quo nomine ille populus apertissime significatur, qui gratias agendo ei à quo accepit, tribuit omne quod accepit, quodammodo cantans illud de psalmo: Fortitudi-

Psal. 58.

nem meam ad te custodiam, quia tu Deus susceptor meus es, Deus meus misericordia eius præuenit me. Cadit autem in faciem, quia ex malis quæ se perpetrasse meminit, erubescit: ibi enim cadit homo ubi confunditur. Vnde & Paulus quasi quibusdam in facie iacentibus dicebat: Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? At contra de ascensione equi, id est, de eo qui in huius mundi gloria elatus est, dicitur: Vt cadat ascensor eius retro. Rursumq; de persecutoribus Domini scriptum est: Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Quid est hoc, quod electi in faciem, & reprobi retrorsum cadūt, nisi quod omnis qui post se cadit, ibi procul dubio cadit ubi non uidet: qui uero ante se ceciderit, ibi cecidit ubi uidet? Iniqui ergo quia in inuisibilibus cadunt, post se cadere dicuntur, quia ibi corruunt ubi quid eos tunc sequatur, modo uidere non possunt. Iusti uero quia istis inuisibilibus semetipsos sponte deiciunt, ut in inuisibilibus erigantur, quasi in faciem cadunt, quia timore compuncti uidentes humiliantur.

Rom. 6.

Gen. 49.

Ioan. 18.

Respondens autem Iesus dixit: Nōne decem mundati sunt, & nouem ubi sunt?] Vnum si addatur ad nouem, quædam effigies unitatis impletur: quo fit tanta complexio, ut ultra non progrediatur numerus, nisi rursus ad unum redeatur, & hæc per infinitatem numeri regula custodiatur. Nouem itaque indigent uno, ut quædam unitatis forma coagulentur, & decem sint: unum autem non eis indiget, ut custodiat unitatem. Quamobrem ut unus ille qui gratias egit, unice ecclesiæ significatione approbatus atque laudatus est, ita illi nouem qui gratias non egerunt reprobi effecti, à consortio unitatis exclusi sunt. Ideoq;

tales in nouenario numero tanquam imperfecti remanebunt. Et merito eos Saluator quasi ignotos ubi sunt inquit: scire enim Dei eligere, nescire reprobare est.

Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.] Secundum corpus quidem facile est uidere posse hominem non habere lepram, & tamen animi esse non boni: secundum significationem autem huius miraculi, conturbat considerantem, quomodo mundus dici possit ingratus. Sed iam facile est etiam illud uidere, fieri posse ut quisque in ecclesiæ societate doctrinam integram ueramq; assequatur, & omnia secundum catholicæ regulam differat, distinguat à creatore creaturam, eaq; manifestetur uarietate mendaciorum tanquam lepra caruisse, & tamen ingratus sit Deo & Domino mundatori suo: quia elatus superbia gratiarum agendarum pia humilitate non sternitur, similisq; efficitur eis, de quibus dicit Apostolus: Qui cum cognouissent Deum, non ut Deum magnificauerunt, aut gratias egerunt. Quod enim dicit eos Deum cognouisse, ostendit quidem à se præ fuisse mundatos, sed tamen statim accusat ingratos.

Rom. 1.

Et ait illi: Surge, uade, quia fides tua te saluum fecit.] Qui deuotus ante Dominum cecidit, surgere & ire præcipitur: quia qui infirmitatem suam subtiliter cognoscens humiliter iacet, per diuini uerbi consolationē surgere ad fortia opera, & crescentibus quotidie meritis ad perfectiora passim proficere iubetur. Si autem fides saluum fecit eum quem ad agendas Saluatori & emundatori suo gratias inclinauit, ergo perfidia perdidit eos, qui de acceptis beneficijs Deo gloriam dare neglexerunt. Quapropter & hæc lectio superiori ea ratione coniungitur, quod ibi fidem per humilitatem augeri debere parabola data decernitur: hic autem manifestius ipsis rebus ostenditur, non fidei tantum agnitam rationem, sed executam fidei operationem esse, quæ saluum faciat credentem, detq; gloriam patri qui est in cælis, Amen.

DOMINICA QVINTADECIMA
 post Trinitatis. Luce 16. Matth. 6.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nemo seruus potest duobus Dominis seruire. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM
 DEM LECTIONE.

Quia non ualet simul transitoria & æterna diligere. Si enim æternitatem diligimus, cuncta temporalia in usu, non in affectu possidemus.

Aut enim unum odiet, & alterum diligit: aut uni adheret, & alterum contemnet.] Hæc uerba diligenter consideranda sunt. Nam qui sint duo Domini, consequenter exponit, dicens:

Non potestis Deo seruire & mammonæ.] Audiat hoc auarus, audiat qui censetur uocabulo Christiano, non

no, non posse simul mammonæ, hoc est, diuitijs Christoq; seruire. Et tamen non dixit, Qui habet diuitias: sed, Qui seruit diuitijs. Qui enim diuitiarum seruus est, diuitias custodit ut seruus. Qui autē seruitutis excusit iugum, distribuit eas ut Dominus. Sed qui seruit mammonæ, illi utiq; seruit, qui rebus istis terrenis merito suæ peruersitatis præpositus, princeps huius seculi à Domino dicitur. Ergo aut unum odiet & alterum diliget, ut fieri debet: odiet scilicet diabolum, diliget Deum. Aut uni adhærebit, & alterum cõtemnet: adhærebit scilicet diabolo, cum quasi eius præmia temporalia sectatur: contemnet autem Deum, non dixit odiet, sed sicut solent minas eius postponere cupiditatibus suis, qui de bonitate eius ad impunitatem sibi blandiuntur. Quibus per Salomonē dicitur: Fili ne adicias peccatum super peccatum, & dicas, misericordia Dei magna est.

10. ad 14.

Eccles. 5.

Audiebant autem omnia hæc pharisei, qui erant auari, & deridebant illum.] Monebat quidē Dominus scribas & phariseos non superbe sapere, nō de sua iustitia præsumere, sed & peccatores publicanosq; recipere pœnitentes, & sua quæ forte inciderent elemosynis peccata redimere: sed illi præceptorem misericordiæ, humilitatis & parsimonix duas maxime deridebant ob causas. Quia scilicet uel minus utilia, neq; unquam faciendā quasi noxius imperaret: uel certe utilia, sed à se iam facta superfluis ingereret.

Et ait illis: Vos estis qui iustificatis uos coram hominibus, Deus autem nouit corda uestra. Quia quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum.] Iustificant se coram hominibus, qui peccatores quidem quasi infirmos desperatosq; contemnunt, se autem ipsos quasi perfectos in omnibus cunctaq; fragilitatis expertes elemosynarū remedio opus habere nō credūt. Sed hæc noxii tumoris altitudo q̄ sit iuste dānada, uidet ille qui illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordiū.

Lucæ 16.

1. Cor. 4.

DOMINICA DECIMASEXTA
post Trinitatis. Lucæ 7.

IN illo tempore, ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim, & ibant cum illo discipuli eius, & turba copiosa. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EA
DEM LECTIONE.

Naim ciuitas est Galilææ in secundo milario Tabor montis contra meridiem iuxta Aendor, qui est uicus grandis in quarto milario eiusdem montis ad meridiem.

Et ibant cū illo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autē appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ.] Defunctus hic qui extra portā ciuitatis multis est intuentibus elatus, significat hominē lethali criminum funere soporatus, eandemq; insuper animæ mortem non cordis adhuc cubili regentem, sed ad multorum notitiam per locutionis operis uel indicium quasi per suæ ciuitatis ostia propalantem. Qui bene

Bedæ 10m. 7.

filius unicus matri suæ fuisse perhibetur, quia licet è multis collecta personis una sit perfecta & immaculata uirgo mater ecclesia, singuli qui que tamen fidelium uniuersalis se ecclesia filios rectissime fatentur. Nam & electus quilibet, quando ad fidem imbuitur, filius est: quando alios imbuit, mater. An non materno erga paruulos agebat affectu, quait: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis? Portam ciuitatis qua defunctus efferebatur, puto aliquem de sensibus esse corporeis. Qui enim seminat inter fratres discordias, qui iniquitatem in excelsum loquitur, per oris portam extrahitur mortuus. Qui uidet mulierē ad concupiscendum eam, per oculorum portam suæ mortis indicia profert. Qui fabulis ociosis, obscenis uel carminibus, uel detractionibus aurem libenter aperit, hanc animæ suæ portam mortis efficit, ceterosq; qui non seruat sensus, mortis sibi ipse reddit aditus. Obsecro Domine Iesu, cunctas meæ ciuitatis portas iustitiæ facias, ut ingressus in eas cõstet nomini tuo, tuæq; maiestati cum ministris cœlestibus eam crebrius inuisenti, non foetor elati cadaveris occurrat, sed occupet salus muros illius, & portas eius laudatio.

Gal. 4.

Prouerb. 6.

Psalm. 62.

Matth. 8.

Et hæc uiduā erat, & turba ciuitatis multa cum illa.] Viduam esse ecclesiam; omnis anima quæ sponsi dominicq; sui se morte redemptam meminit, agnoscit. Diuino autem nutu multa Dominum turba multa uiduam comitabatur, ut uiso tanto miraculo multi testes, multi Dei fierent laudatores.

Quam cum uidisset Dominus, misericordiam motus super eam, dixit illi: Noli flere.] Desiste, inquit, quasi mortuum flere, quem mox resurgere uidebis. Vbi mysticè Nouati dogma confunditur, qui de sua munditia superbe gloriatus, humilem pœnitentium mundationem euacuare conatur, ueramiq; matrem ecclesiam de natorum suorum spiritali extinctione plorantem, spe uitæ redonandæ negat consolari debere. Et pulchrè Euangelista Dominum prius misericordia motum esse super matrem, ac sic filium suscitare testatur: ut in uino nobis exemplum imitandæ pietatis ostenderet, in altero fidē mirandę potestatis astrueret.

Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt.] Loculus in quo mortuus effertur, male secunda desperati peccatoris cõscientia est. Qui uerò sepeliendum portant, uel immunda desideria, quæ hominem rapiunt in interitum, uel leuocinā blandiētium sunt uenenata sociorum, quæ peccata nimirum dum fauoribus tollunt, accumulānt, peccantesq; contemptu quasi agere terræ obruunt. De quibus alibi dicitur: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos quippe mortui sepellunt, cum peccatores quicq; sui similes alios nociuo fauore demulcent, congestaq; pessimæ adulationis mole, & ne qua aliquando spe resurgendi portantur, opprimunt. Domino ergo loculum tangenti funeris baiuli steterunt, quia superni formidine iudicij attracta conscientia, & carnalium sepe as-

Matth. 8.

e 3 fluen

fluentiam uoluptatum, & iniuste laudantium turbam coercens, ad seipfam reuertitur, uocantibus ad uitam festina, respondet Saluatori. Unde recte sequitur:

Et ait: Adulescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cepit loqui, & dedit illum matri suae. Resedit quippe qui erat mortuus, cum interna compunctione reuiuiscit peccator: incipit loqui, cum re ducis iudicia uitae cunctis qui peccatum luxuriant, ostendit: redditur matri, cum per sacerdotales decreta iudicij communioni sociatur ecclesiae.

Acceptit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes: Quid propheta magnus surrexit in nobis. Quanto desperator animae mors ad uitam reuocatur, tanto plures eodem corriguntur exemplo. Uide de Dauid prophetam, uide apostolum Petrum, quorum quo gradus altior, eo casus grauior: quo autem grauior casus, eo pietas erigentis gratior: quo uero gratior in eis Domini pietas apparuit, eo certior cunctis poenitentibus spes salutis apparuit, ut iure omnes qui audiunt dicant:

Quia Deus uisitauit plebem suam. Non tantummodo uerbum suum semel incorporando, sed etiam nostra hoc ut suscitari debeamus, semper in corda mittendo.

DOMINICA DECIMASEPTIMA
ma post Trinitatis. Lucae 14.

In illo tempore, cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE BADEM
LECTIO.

Hydropis morbus ab aquoso humore uocabulum trahit: Graece enim ὕδωρ aqua uocatur. Est autem humor subcutaneus de uitio uesciae natus, cum inflatione turgente, & anhelatu foetido: propriumque est hydropici, quanto magis abundat humore inordinato, tanto amplius sitire. Et ideo recte comparatur ei quem fluxus carnalium uoluptatum exuberans aggrauat: comparatur diuiti auaro, qui quanto est copiosior diuitijs, quibus non bene utitur, tanto ardentius talia concupiscit.

Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos & phariseos: Licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Quod dicitur respondisse Iesus, ad hoc respicit quod praemissum est: Et ipsi obseruabant eum. Dominus enim nouit cogitationes hominum. Sed merito interrogati tacent, qui contra se dictum quicquid dixerint uident. Nam si licet sabbato curare, quare Saluatorem ac cures obseruant: si non licet, quare ipsi sabbato pecora curant?

Ipse uero apprehensum sanauit ac dimisit. Prouida dispensatione Dominus ante legisperitos & phariseos hydropicum curat, & mox contra auaritiam disputat, ut uidelicet per huius aegritudinem

corporis, in illis exprimeretur aegritudo cordis. Denique post multa disputationis eius hortamenta, subiunctum est: Audiebant autem omnia haec pharisei, qui erant auari, & deridebant illum. Hydropicus quippe quo amplius biberit, amplius sitit. Et omnis auarus sitim multiplicat, qui cum ea quae appetit adeptus fuerit, ad appetenda alia amplius anhelat.

Et respondens ad illos dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadit, & non continuo extrahet illum die sabbati? Sic obseruatores sui phariseos conuincit, ut eodem etiam auaritia condemnet. Si uos, inquit, in sabbato asinum, aut bouem, aut aliud quodlibet animal in puteum decidens eripere festinatis, non animali, sed uestra auaritia consulentes: quanto magis ego hominem, qui multo melior est pecore, de uo liberare? Congruenterque hydropicum animal, quod cecidit in puteum comparauit: humore enim laborabat. Sicut illam mulierem quam decem & octo annis alligatam dixerat, & ab eadem alligatione soluebat, comparauit summo quod soluitur, ut ad aquam ducatur. Et bene utroque loco bouem posuit & asinum, quia siue sapientes quosque & hebetes, siue ut supra dictum est, utrunque populum eos significare sentiamus, eum uide licet cuius ceruicem iugum legis attriuit, atque eum quem quilibet seductor reperit, quasi brutum animal, & nullaratione renitens, quo uoluit errore subtraxit, omnes Saluator adueniens, satanae uinculum adstrictos, omnes in uero concupiscentiae puteo demersos inuenit. Non est enim distinctio, omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco. Aperta quidem ad literam est haec admonitio Saluatoris, docens humilitatem non solum apud Deum, sed etiam apud homines esse laudabilem: sed quoniam hanc euangelista non frustra parabolam uocat, breuiter intuentum quid etiam mystice signet. Nuptias appellari Christi & ecclesiae coniunctionem, multis locis apparet. E quibus unum est: Nunquid possunt filij nuptiarum, quamdiu sponsus cum illis est ieiunare? Aliud: Simile factum est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. Has ergo nuptias quisquis inuitatus adierit, id est, ecclesiae se membris fidei gratia coniunxerit, non discumbat in primo loco, hoc est, non se de meritis gloriando, quasi ceteris sublimior extoliat. Et quidem studeat iuxta alterius loci parabolam ueste nuptiali uestitus, hoc est, uirtutum fulgore coruscus apparere, sed ipsarum habitum uirtutum loco deuotae humilitatis adornet.

Ne forte honorator te sit inuitatus ab eo, & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Honoratori post inuitato locum dat ille, qui de longae suae conuersa,

Luc. 16.

Luc. 13.

Rom. 3.

Marc. 2.

Matth. 22.

Matth. 22.

conuersationis confidentia securior factus, ci-
ta illorum qui se in Christo secuti sunt, agilita-
te praetur. Et cum rubore nouissimum tenet,
quando de alijs meliora cognoscens, quicquid
de sua operatione celsum sentiebat, humiliat di-
cens cum propheta: Egens sum ego, & in labo-
ribus à iuuentute mea, exaltatus autem humi-
liatus sum & confusus.

Psal. 87.

*Sed cum uocatus fueris, uade, & recumbe in nouissimo lo-
co.]* Quanto magnus es, inquit, humiliat in
omnibus. Et Psalmista gloriatur: Humiliatus
sum usqueaque, Domine uiuifica me secun-
dum uerbum tuum. Manifestè significans ita se
à Domino posse uiuificari, si de suis ipse uirtuti-
bus humilia sentiret.

Eccles. 3.

Psal. 118.

Matth. 8.

*Vt cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende su-
perius.]* Veniens Dominus quem humilem in-
uenerit, amici nomine beatificans, superius a-
scendere praecipiet. Quicumque enim humi-
liauerit se sicut paruulus, hic est maior in re-
gno caelorum.

Prouer. 20.

Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus.] Pul-
chre dicitur, Tunc erit tibi gloria, ne nunc que-
rere incipias quod tibi seruatur in fine: quia sic-
ut Salomon ait, Haereditas ad quam festinatur
in principio, in nouissimo benedictione care-
bit. Potest autem & in hac uita intelligi, qui in
nouissimo loco recumbens inuenitur Domino
ueniente sublimatus: quia quotidie Dominus
suas nuptias intrat, quotidie mores, sedes, habi-
tus conuiuantium diiudicat, & superbos despi-
ciens humilibus saepe tanta sui spiritus munera
praestat, ut eos merito simul discumbentium, hoc
est, in fide quiescentium coetus unanima admi-
ratione glorificet, stupensq; in autoris sui lau-
dationem prolisat dicens: Mihi autem nimis
honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.

Psal. 138.

*Quia omnis qui se exultat, humiliabitur: & qui se humiliat,
exaltabitur.]* Et ex hac conclusione manifestè
claret, praecedentem Domini sermonem typi-
cè intelligendum. Neque enim mox omnis qui
se coram hominibus exultat, humiliabitur, aut
qui se in conspectu hominum humiliat, exalta-
bitur ab eis: sed è contrario nonnunquam qui
se uel in apice dignitatis, uel in alia qualibet ac-
quirenda gloria subleuat, usque in finem exal-
tari non cessat. Similiter & humilis quilibet ac
uerecundus in sua qua contentus est usque ad
uitae terminum mediocritate perseverat. Et
deo quia iuxta ueritatis sententiam, omnis qui
se incaute de meritis alleuat, humiliabitur à do-
mino: & qui prouide se de beneficijs humiliat,
exaltabitur ab eo, in eundem proculdubio sen-
sum praemissus sermo redemptoris, quo primos
in nuptijs accubitus quæri uetat, congruit.

*Dicebat autem & ei, qui se inuitauerat: Cum facis prandium
aut coenam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cog-
natos, neq; uicinos diuites.]* Fratres, amicos, & diui-
tes, alterutrum conuiuia celebrare, non quasi
scelus interdicit, sed sicut cætera necessitatis
humanæ commercia, ubi & peccatores pecca-
toribus foenerantur, ut recipiant æqualia, ad

promerenda uitæ coelestis præmia nil ualere or-
stendit, deniq; subiungit:

Ne forte & ipsi te reuoluerint, & fiat tibi retributio.] Non
ait, & fiat tibi peccatum, sed & fiat, inquit, tibi
retributio. Cui simile est quod alibi dicit: Et si
benefeceritis ijs qui uobis benefaciunt, quæ uo-
bis est gratia? Neque hic dicit, peccatum est
uobis, sed quæ uobis est gratia. Siquidem &
peccatores hoc faciunt. Quamuis sunt quædã
mutua fratrum, amicorum, cognatorum, uici-
norumq; diuitum conuiuia, quæ non solum in
praesenti retributionem, sed & damnationem
percipiunt in futuro: deniq; ab Apostolo inter
opera tenebrarum adnumerantur. Sicut in die,
inquit, honestè ambulemus, non in comesta-
tionibus & ebrietatibus. Comestiones quip-
pe sunt luxuriosa conuiuia, quæ aut collatione
omnium celebrantur, aut uicibus solent à con-
tubernalibus exhiberi, ut neminem pudeat in-
honestè aliquid dicere aut facere: quia ad hoc
conuenitur, ut foeda illic gerantur copia uini,
& incitetur libidinis diuersa uoluptas.

Lucæ 6.

Rom. 13.

*Sed cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, ce-
cos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuatur
enim tibi in resurrectione iustorum.]* Resurrectionem
iustorum dicit, qui etsi omnes resurgant, eorum
tamen non immerito quali propria cognomina-
natur, qui in hac se beatos non dubitant esse fu-
turos. Ergo qui pauperes ad conuiuium uocat,
in futuro præmium percipiet: qui amicos, fra-
tres & diuites uocat, recipit mercedem suam.
Sed & si hoc propter Deum facit in exemplum
filiorum beati Iob, sicut cætera fraternæ dile-
ctionis officia, ipse qui iussit, remunerat. Qui
gulosos ac luxuriosos propter lasciuiam inui-
tat, poena in futuro plectetur æterna.

Iob 1.

*Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit ei:
Beatus qui manducabit panem in regno Dei.]* Panis qui
manducatur in regno Dei, non iuxta Cerin-
thum corporalis intelligendus est cibus, sed ille
uique, qui ait: Ego sum panis uiuus, qui de coe-
lo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pa-
ne, uiuet in æternum: id est, si quis meæ in-
carnationis sacramento perfectè incorporatus
meæ diuinæ maiestatis uisione frui merue-
rit, hic perpetua uitæ immortalis beatitudi-
ne gaudebit.

DOMINICA XVIII. POST

Trinitatis. Marci 12. Lucae

10. & 20. Matthæi 22.

*In illo tempore accessit unus de scribis, & interrogauit Iesum,
quod esset primum omnium mandatum. Et reliqua.*

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

DVæ erant hæreses in Iudeis, una pharisæo-
rum, & altera Sadducæorum. Pharisæi tradi-
tionum & obseruationum, quas illi deuterofis

uocant, iustitiam preferabant, unde & diuisi uocabantur à populo. Saducæi autē qui interpretantur iusti, & ipsi uendicabant sibi quod nō erāt. Prioribus & corporis & animæ resurrectio nem credentibus confidentibusq; & angelos & spiritus, sequentes iuxta acta Apostolorum omnia denegabant.

Act. 23.

Et accessit unus de scribis, qui audierat illos conquirentes, & uidens quoniam bene illis responderit, interrogauit eum, quod esset primum omnium mandatum. Iesus autem respondit ei quod primum omnium mandatum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua. Hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Primum omnium & maximum mādatum dicit, hoc est, quod ante omnia debeamus intimo in corde singuli, quali unicum pietatis fundamentum locare. Quod apertius in conclusione demonstrauit, cum ait:

Deut. 6.

Maius horum aliud mandatum non est. Primum ergo omnium & maximum mandatū est, cognitio atq; confessio diuinæ unitatis cum executione bonæ operationis. Bona autem operatio in dilectione Dei & proximi perficitur, quam breuiter alijs uerbis commendat Apostolus, dicens: In Christo enim Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur.

Gal. 5.

Et ait illi scriba: Bene magister in ueritate dixisti, quia unus est Deus, & non est alius præter eum: & ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustis & sacrificijs. Ostenditur ex hac responsione scribæ, grauem sapē inter scribas & pharisæos quæstionem esse uersatam, quod esset mandatum primum siue maximum diuinæ legis, quibusdam uidelicet hostias & sacrificia laudantibus, alijs uerò maiore autoritate fidei & dilectionis opera præferētib; eo quod plurimi patrum ante legem absque omni uictimarum & sacrificiorum consuetudine ex fide tantum, quæ per dilectionem operatur, placerent Deo, summiq; apud ipsum loci haberentur: nemo autem unquam absq; fide ac dilectione per holocausta solum, & sacrificia Deo placuisse inueniretur. In qua sententia scriba iste etiam se fuisse declarauit.

30

Iesus autem uidens quod sapienter responderet, dixit illi: Nō es longē à regno Dei. Non longē fuit à regno Dei: quia sententiæ illius, quæ noui testamēti & euāgelicæ perfectionis est propria, fautor extitisse probatus est. unde solertius quærendum, quomodo dicat Matthæus, quod scriba hic, siue legis doctor (ut ipse appellat) tentans Dominum de mādato primo siue maximo interrogauerit, quem secundum hunc euangelistam Dominus non longē esse à regno Dei asseuerat, cum constet eos qui tentando sapientiam quærunt, hanc inuenire non posse: ideoq; nec regni cœlestis, quæ sapientibus solū panditur, appropinquare ianuæ. Dicit enim scriptura, Et in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab ijs,

Matth. 22.

Sapient. 1.

qui non tentāt illum. Nisi forte dicamus, quod tentaturus quidem Dominum adierit, sed audito eius responso correptus, mox ad pietatis gratiam redierit: & quem prius tentando decipiendum putabat, postmodū amplectendo sequēdū esse cognouerit. Aut certē ipsam tentationem non accipiamus malam, tanquam decipere uolentis inimicum: sed cautam potius, tanquā ex periri amplius uolētis ignotum. Neq; enim frustra scriptum est, Qui facile credit, leuis est corde, & minorabitur.

Eccles. 19.

Et nemo iam audebat eum interrogare. Pharisei & Saducæi, & ceteri principes Iudæorū, quærentes occasionem calumniæ, & uerbum aliquod inuenire quod pateret insidijs: quia in sermonibus confutati sunt, ultrā non interrogant, sed apertissime comprehensum Romanæ tradunt potestati, ex quo intelligimus, uenena inuidiæ posse quidem superari, sed difficile conuiuiscere.

20

Et respondens Iesus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt scribæ Christum filium Dauid esse: ipse enim dicit in spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Do nec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse enim Dauid dicit eum dominum, & unde est filius eius? Interrogatio Iesu nobis proficit usq; hodie contra Iudæos. Et hi enim qui contententur Christum esse uenturum, hominem simplicem & sanctum uirum afferunt de genere Dauid. Interrogemus ergo eos docti à Domino, si simplex est homo, & tamē filius Dauid, quomodo uocet eum Dauid dominū suum, non erroris incerto, nec propria uolūtate, sed in spiritu sancto. Non autem reprehenduntur quia Dauid filium dicunt, sed quia filium Dei eum esse non credunt. Siquidē ipse & Dominus Dauid est, Deus ante tempora manendo, & filius Dauid apparuit homo in temporis fine nascendo. Quod autem à patre subiiciuntur ei inimici, non infirmitatem filij, sed unitatem naturæ, qua in altero alter operatur, significat. Nam & filius subiicit inimicos patri, quia patrem clarificat super terram.

Psal. 110.

DOMINICA XIX. POST TRINITATIS. Marci 2. Matth. 9. Luc. 5.

In illo tempore intrauit Iesus iterum Capharnaum post dies octo, & audiuit est, quod in domo esset. Et conuenerunt multi, ita ut non caperent neq; ad ianuam. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Saluator omnium Dominus salutari omnia lustrat incessu. Et nunc in desertis, nunc in ciuitate, nunc ad mare doctrinæ cœlestis & uirtutum dona turbis ministrat, nunc in monte solus orat, nunc laborantes in mari ne perire debeant, adiuuat. Ubique munera salutis imperit, ut omnes gradus ac conditiones ad suam gratiam pertinere demonstraret. Iuxta mysticum uerò intellectum post factum in ciuitate miraculum, se cedit in desertum, ibique conuenientes ad se turbas benigna pietate susci-

susci-

fuscipit, ut ostendat se magis quietam, & à seculi curis remoram diligere uitam, atq; ob huius appetitum se sanandis curam adhibere corporibus. Et quidem more humano quasi frequentiam se quarentium declinans, nolēbat manifeste in ciuitatē introire. Sed allegoricē docebat, quia tumultuosis carnalium mentibus apertam sui manifestationē ueritas non exhibet, sed quoscūq; ab illecebris rerum temporalium uiderit esse discretos, ihs suorum lucem donorum largitus infundit. Verum quia nec carnales superna pietas deserit, quin etiam ihs gratiam suā uisionis, per quam & ipsi spirituales effici ualeant, indulget, post desertum Dominus in ciuitatem redit, multisq; eodem conuenientibus loquitur uerbum, ac sanato paralytico pluribus occasionem internae sanationis quae est in fide tribuit. Quod uerò docente Domino in domum multi conuenerunt, ut non caperent neq; ad sanuam, nostram propriē saluationē, qui de gentibus ad fidem uenimus, designat: quia praedicante in Iudaea Domino, necdum intrare ad audendum ualuimus. Ad quos tamē, et si foris positos, uerba suae doctrinae fecit peruenire: quia nos ipse per sanctorum ora praedicatorum collegit, & quāuis extra synagogā in qua ipse praedicabat, in uerōs euangelij sui fecit esse participes.

Et uenerunt ferentes ad eum paralyticum, quia quatuor portabatur. Curatio paralytici huius saluationem designat animae: post diurnam illecebrae carnalis inertiam ad Christum suspirantis, qui primo omnium ministris qui eum subleuent, & Christo asserant, id est, bonis doctoribus qui spem sanationis operumq; intercessionis suggerant, indiget. Qui bene quatuor fuisse referuntur, siue quia quatuor sancti Euangelij libri omnium praedicantium uirtus, omnis sermo firmatur: seu quia quatuor sunt quae uirtutes, quibus ad promerendam sospitatem fiducia mentis erigitur, de quibus in aeterna sapientiae laude dicitur: Sobrietatem enim & sapientiam doctae, & iustitiam & uirtutem, quibus utilius nihil est in uita hominibus: quas nonnulli diuersis nominibus prudentiam, fortitudinem, temperantiam, & iustitiam nuncupant. Et cum non possent offerre eum illi praeturbam, nudauerunt tectum ubi erat. Desiderant paralyticum Christo offerre, sed turbam interposita ab omni parte intercluduntur, quia saepe anima post infimi corporis desiderium ad Deum respiciens, supernae gratiae remedio cupiens innouari, praesentis consuetudinis obstaculo retardatur. Saepē inter ipsas orationis secretae dulcedines, & quasi suaue cum Domino colloquium, turbam cogitationum interueniens aciem mentis ne Christus uideatur impedit. Et quid inter haec agendum? Non utiq; infimis exterius qua turbam tumultuatur remanendū, sed tectum domus in qua Christus docet ascendendum: id est, sacrae scripturae sublimitas est appetenda, lexq; Domini cum Psal-

Psal. 1.
Psal. 118.

mista die noctuq; meditanda. In quo enim corrigitur iunior uiam suam: In custodiendo, inquit, sermone tuos. Et patet facientes sub miserunt gra-

batum in quo paralyticus iacebat. Patet factio tecto aeger ante Iesum submittitur: quia referatis mysterijs scripturarum ad notitiam Christi peruenitur, hoc est, ad eius humilitatem fidei pietate descenditur. Et bene domus Iesu, iuxta alterius Euangelistae narrationē, tegulis esse coniecta reperitur, quia sub contentibili literarum uelamine si adsit, qui referet diuina, spiritualis gratiae uirtus inuenietur. Denuotatio etenim tecti in domo Iesu aperta est in uilitate litterae sensus spiritualis, & arcanorum coelestium. Quod autē cum grabato deponitur infirmus, significat ab homine in ista adhuc carne constituto Christum debere cognosci. Cum uidisset autem Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata. Curaturus hominem à paralyti Dominus, primo peccatorum uincula dissoluit, ut ostenderet eum ob nexus culparum artuum dissolutione fuisse damnatum, nec nisi his relaxatis membrorum posse recuperatione sanari. Sic & illi paralytico qui iuxta probaticam piscinam diu motum aquae frustra praestolabatur, sanato à Domino dicitur: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Fili, inquit, dimittuntur tibi peccata. O mira humilitas. Despectum & debilem totisq; membrorum compaginibus dissolutum filium uocat, quem sacerdotes non dignarentur attingere. Aut recte Deo filium, quia dimittuntur ei peccata sua. Intuedum sanē quantū propria cuiusq; fides apud Deum ualeat, ubi tanti ualuit aliena, ut totus homo repente, hoc est, exterius interiorisq; iam saluatus exurgeret, aliorumq; merito alijs laxarentur errata.

Erant autem illic quidam de scribis sedentes & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? Blasphemāt. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Verum dicunt scribae, quod nemo dimittere peccata nisi Deus potest, qui per eos quoq; dimittit, quibus dimittēdi tribuit potestatem. Et ideo Christus uere Deus esse probatur, quia dimittere peccata quasi Deus potest: uerū Deo testimonium reddūt, sed personam Christi negando falluntur. Erant itaq; Iudaei, qui cum Christo & Deum esse, & peccata dimittere posse credant, Iesum tamen Christum esse non credunt. Sed multo demētius errant Arriani, qui cum Iesum & Christum esse, & peccata posse dimittere euangelij uerbis deusci negare non audeant, nihilominus Deum negare non timent. At ipse perfidos saluare desiderās, & occultorum cognitione & uirtute operū Deū se esse manifestat. Nā sequitur:

Quo statim cognito, Iesus spiritu suo quia se cogitarent in aeter se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus uestris? Ostendit se Deū, qui potest cordis occulta cognoscere, & quodammodo tacēs loquitur: Eadem maiestate & potētia qua cogitationes uestras intueor, possum & hominibus delicta dimittere. Ex uerbis intelligitur, quid paralyticus consequatur. Quid est facilius dicere paralytico, dimittuntur tibi peccata: an dicere, surge & tolle grabatū tuū & ambula? Inter dicere & facere multa distantia est. Uerū sicut paralytico peccata dimissa, solus

nouerat

nouerat qui dimittebat. Surge autem & ambula, tam ille qui surgebat, quam is qui surgentem uidebant, approbare poterant. Fit ergo carnale signum ut probetur spiritale, quāquam eiusdem uirtutis sit, & corporis & animæ uirtia dimittere. Et datur nobis intelligentia propter peccata plerasq; euenire corporum debilitates. Et idcirco forsā prius peccata dimittuntur, ut causis debilitatis ablatis sanitas restituatur. Quinque siquidem sunt differentiæ causarum, pro quibus in hac uita molestiis corporalibus affligimur. Aut enim ad merita augenda per patientiam iusti corporis infirmitate grauamur, ut beati patres Iob & Tobias, & innumerī martyres in utroq; testamento. Aut ad custodiam uirtutis perceptorum, ne superbia tentare dispereant, sicut apostolus Paulus, cui ne magnitudine reuelationum extolleretur, datus est stimulus carnis suæ angelus satanæ qui eum colaphizaret. Aut ad intelligenda & corrigenda peccata nostra, sicut Maria soror Aaron in eremo ob uerba temeritatis & superbiæ lepra percussa est. Vel sicut paralyticus de quo tractamus, qui non nisi dimissis primò peccatis potuit ab infirmitate curari. Aut ad gloriam Dei saluantis, siue per seipsum, siue per famulos suos, sicut cæcus natus in euangelio, qui neq; ipse peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestarentur opera Dei in illo: sicut Lazarus, cuius infirmitas non fuit ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificaretur filius Dei per eam. Aut ad inchoationem damnationis aternæ, quod reproborum est & proprium: sicut Antiochus & Herodes, qui utriusque suo tempore aduersum Deum repugnantes, quod tormentorum in gehenna perpetuò passuri essent, presentium afflictionum miseria cunctis ostendebant. quibus congruit illud propheta: Et duplici contritione conterere eos. unde necesse est in omnibus quæ temporaliter aduersa patimur, cum humilitate Domino gratias agamus, & infirmitatis nostræ conscij de collatis nobis remedijs gratulemur. Necesse est ut ad conscientiam nostram reuersi solerter opera nostra simul & cogitationes exploremus, & quicquid nos peccasse deprehendimus, digna castigatione purgemus, quicquid de his quæ nos rectè fecisse credebamus, uitio in nobis elationis perisse comperimus, & hoc humili satisfactione castigemus. hæc enim nobis sapius sit causa flagellorum. Cæterum innocentes & iustos ob augmenta præmiorum flagellari perfectiorum est, & donum speciale uirorum: uerbis autem temporalibus ad aterna tormenta compelli, impenitentium est pœna reproborum.

Ut autem sciatis quia potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico surge, tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam.] Si & Deus est iuxta Psalmistam, qui quantum distat oriens ab occasu, elongauit à nobis iniquitates nostras, & filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata: ergo idem & ipse Deus & filius hominis est, ut & homo Christus per diuinitatis suæ potentiam peccata dimittere possit,

& idem Deus Christus per humanitatis suæ fragilitatem pro peccatoribus mori. Spiritualiter autem de grabbato surgere, est animam se à carnalibus desiderijs ubi ægra iacebat, abstrahere. Grabbatum uerò tollere, est ipsam quoq; carnem per continentiae frena correptam, spe cœlestium præmiorum à delicijs segregare terrenis. Sublato autem grabbato domum ire, ad paradysum redire est. Hæc etenim uera est domus nostra, quæ hominem prima suscepit, non iure amissa, sed fraude: tandem restituta per eum qui fraudulento hosti nihil debuit. Aliter fanus qui languerat domum; reportat grabbatum, cum anima remissione accepta peccatorum, ad internam sui custodiam cum ipso se corpore refert, ne quid post ueniam unde iterum iuste feriat, admittat.

Et statim ille surrexit, & sublato grabbato, abiit coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes: Quia nunquam sic uidimus.] Quam miranda diuinæ potentiae uirtus, ubi nulla temporis interueniente morula, iussu saluatoris salus festina committatur. Merito qui aduersat damnatis blasphemiam iaculis, ad laudem tantæ maiestatis stupentia corda conuertunt.

DOMINICA XXIII. POST
Trinitatis. Matthæi 22. Marci 12. Lucæ 20.

In illo tempore miserunt pharisei insidiatores qui se iustos stimularent, ut caperent Iesum in sermone, & traderent illum principum & potestati præsidis. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

Querentes Dominum comprehendere principes sacerdotum & scribæ timuerunt populum, atq; ideo quod per se non poterant, prelidis manibus efficere tentabant, ut uelut ipsi à morte eius uiderentur immunes. Nuper enim sub Casare Augusto Iudæa subiecta Romanis, quando in toto orbe est celebrata descriptio stiptendaria, facta fuerat: & erat in populo magna seditio, dicentibus alijs pro securitate & quiete, qua Romani pro omnibus militarent, debere tributa persolui. Phariseis uerò qui sibi applaudebant iustitiam, e contrario nitentibus, non debere populum Dei qui decimas solueret, & primitiua daret, & cætera quæ in lege scripta sunt, humanis legibus subiacere. Cuius seditionis adeò fomes inualuit, ut post Domini passionem insistētibus sibi Romanis, patriam, gentem & regnum, nobile illud cum sua religione templum, imò ipsam lucē perdere, quàm tributa pendere maluerint. Et interrogauerunt illum, dicentes:

Magister, scimus quia rectè dixisti, & doces: & non accipis personam, sed in ueritate uiam Dei doces. Licet nobis tributum dare Casari, an non?] Blanda & fraudulenta interrogatio illuc prouocat respondentem, ut magis Deum quàm Casarem timeat, & di-

Exod. 22.
Deut. 12.

Matth. 22. & dicat non debere tributū solui, ut statim au-
Marci 12. dientēs ministri praesidis, qui iuxta alios euan-
 gelistas adfuisse leguntur, seditionis contra Ro-
 manos principem teneant.

Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me ten-
 tatis? Ostendite mihi denarium, cuius habet imaginem & inscri-
 ptionem? Sapiētia semper sapiēter agit, ut suis
 potissimum tentatores sermonibus confuten-
 tur. Ostendite mihi, inquit, denarium. Hoc est
 genus nummi quod pro decem nummis impu-
 tabatur, & habebat imaginem Caesaris. Qui au-
 tem putant interrogationem saluatoris igno-
 rantiam esse, & non dispensationem, discant ex
 praesenti loco quod utiq; potuerit scire Iesus, cu-
 ius imago esset in nummo: sed interrogat, ut ad
 sermonem eorum competenter respondeat.

Respondentes, dixerunt Caesaris. Et ait illis: Reddite ergo
 quae Caesaris sunt, Caesaris: & quae Dei sunt, Deo. Caesarē
 non putemus Augustum, sed Tiberium signifi-
 cari, priuignum eius, qui in loco successerat ui-
 trici, sub quo & passus est Dominus. Omnes au-
 tem reges Romani à primo Caio Caesare, qui
 imperiū arripuerat, Caesares appellati sunt.
 Porro quod ait, Reddite quae sunt Caesaris Cae-
 sari, nummum, tributum & pecuniam: & quae
 sunt Dei Deo, decimas, primitias, oblationes
 ac uictimas sentiamus. Quomodo ipse & red-
 dit tributa pro se & Petro, & Deo reddit quae
 Dei sunt, patris faciens uoluntatē. Aliter: Red-
 dite quae Caesaris sunt Caesari, & quae Dei sunt
 Deo. Quem admodum Caesar à uobis exigit im-
 pressionem imaginis suae, sic & Deus, ut quem
 admodum illi redditur nummus, sic Deo ani-
 ma lumine uultus eius illustrata atq; signata. un-
 de Psalmista: Signatum est, inquit, in nobis lu-
 men uultus tui Domine. Hoc quippe lumen est
 totum hominis, & uerum bonum quod non or-
 culis, sed mente conspicitur. Signatum autem
 dixit in nobis, tanquam denarius signatur rei-
 gis imagine. Homo enim factus est ad imaginē
 & similitudinē Dei, quam peccando corrup-
 pit. Bonum ergo eius est uerum atque aeternū,
 si renascendo signetur.

Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe:
 & mirati in responsis eius, tacuerunt. Qui credere
 debuerant ad tantam sapientiam, mirati sunt
 quod calliditas eorum insidandi non inuenis-
 set locum.

DOMINICA XXIII. POST
 Trinitatis. Matthaei 9. Marci
 5. Lucae 8.

In illo tempore cum transcendisset Iesus in nauim rursus trans-
 fretum, conuenit turba multa ad eum. Et uenit quidam de ara-
 chisynagogis, nomine Iairus, & uidens eum, prociudit ad pedes
 eius, & deprecabatur eum multum. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
 EADEM LECTIONE.

In hac lectione ubi archisynagogus saluare fi-
 liam petit suam, sed pergente ad domum eius

Domino praecipuas hemorrhoiſſa mulier praeripit
 sanitatem, ac deinde filia archisynagogi
 ad optatam peruenit sanitatem, imò de morte
 reuocata est ad uitam: salus ostenditur generis
 humani, quae Domino in carne ueniente ita di-
 spensata est, ut primò aliqui ex Israel ad fidem
 uenirent, deinde plenitudo gentium intraret,
 & sic omnis Israel saluus fieret. Quis ergo archi-
 synagogus iste, qui ad Dominum pro filia ro-
 gaturus aduenit, melius quàm ipse Moyses in-
 telligitur? Vnde bene Iairus idem illuminans
 siue illuminatus uocatur, qui accepit uerba ui-
 tae dare nobis, & per haec caeteros illuminat, &
 ipse à spiritu sancto quo uitalia monita scribere
 uel docere possit, illuminatus est. Qui uidens
 Iesum prociudit ad pedes eius, quia prauidens
 in spiritu uenturum in carne Dominum, humili
 corde se eius potentiae subdidit, quem ita cir-
 ca finem seculi hominem incarnandum esse co-
 gnouit, ut aeternum ante omnē seculum Deum
 existere non dubitaret. Si enim caput Christi
 Deus, pedes eius quid aptius quàm assumpta
 humanitas qua terram nostrae mortalitatis teri-
 git, accipiendi sunt? Et prociudere archisynago-
 gum ad pedes Iesu, est legislatorem cum tota
 progenie patrum mediatorem Dei & hominū
 longè sibi dignitatis gloria preferendum esse
 cognoscere, & confiteri cum Apostolo, quia
 quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

Et deprecabatur eum multum dicens: Quoniam filia mea in
 extremis est, ueni impone manus super eam, ut salua sit, & ui-
 uat. In euangelio Lucae ita scriptum est: Quia
 filia unica erat illi fere annorum duodecim, &
 haec moriebatur. Filia ergo archisynagogi, ipsa
 est synagoga, quae sola legali institutione com-
 posita, quasi unica Moyſi nata erat. Et haec uel
 ut duodecimo aetatis anno, hoc est, tempore pu-
 bertatis appropinquante, moriebatur, quia no-
 biliter à prophetis educata, postquam ad intel-
 ligibiles annos peruenerat, postquam spirita-
 lem Deo sobolem generare debebat, subito er-
 rorum languore costernata, spiritalis uitae uias
 ingredi desperabiliter omisit: & si non à Christo
 succurreretur, horrendam per omnia corruisset
 in mortem.

Et abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa, & compri-
 mebant illum. Ad puellam pergens sananda Do-
 minus à turba comprimitur, quia genti Iudaeae
 salutaria monita praebens, quibus agram uitae
 eius conscientiam erigeret, noxia carnalium
 populorum est consuetudine grauatus.

Et mulier quae erat in profluuio sanguinis duodecim annis
 & caetera. Mulier sanguine fluens, sed à Do-
 mino curata, ecclesia est congregata de gen-
 tibus, quae ingenito carnalium delectationum
 polluta fluxu, atque à coetu iam fuerat se-
 gregata fidelium: sed dum uerbum Dei Iu-
 daeam saluare decerneret, illa paratam iam
 promissam quae alijs praeripuit spe certa salu-
 rem. Notandum quae quod & archisynago-
 gi duodennis sit filia, & mulier haec ab annis
 duodecim sanguine fluxerit, hoc est eodem
 quo

Rom. 11.

1. Cor. 11.

1. Cor. 7.

Luc. 8.

quo hæc nata sit, tempore illa cœperit infirma-
ri. Vna enim penè eademq; seculi huius ætate,
& synagoga in patriarchis nasci, & gentiũ exte-
rarum natio per orbem cœpit idololatrię sanie
fœdari. Nam & fluxus sanguinis bifariam, hoc
est, & super idololatrię pollutione, & super ijs
quę carnis ac sanguinis delectatione geruntur,
potest rectè intelligi.

Et fuerat multa perpeffa à compluribus medicis, & erogauit
rat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius ha-
bebat.] Medicos, siue falsos intellige theologos,
siue philosophos legumq; doctores secularium,
qui multa de uirtutibus uirtusq; subtilissimè di-
sputantes, utilia uiuendi credendiq; instituta se
mortalibus dare promittebant, seu certè ipsos
spiritus immundos, qui uelut hominibus consu-
lendo, sese pro Deo colendos ingerebant. Qui-
bus certatim audiendis gentilitas quanto ma-
gis naturalis industrię uires expenderat, tanto
minus potuit ab iniquitatis suę sorde purgari.
Sed hæc ubi populum Iudæorum ægotasse, ue-
rumq; de cœlo cognouit adesse medicum, cœ-
pit & ipsa languoris sui sperare pariter & inqui-
rere remedium.

Cum audisset de Iesu, uenit in turba retro, & tetigit uestimen-
tum eius. Dicebat enim, Quia si tetigero uestimentum eius, salua
ero. Et confessum secatus est fons sanguinis eius.] Venit,
& Dominũ tangit ecclesia, cum ei per fidei ue-
ritatem appropinquat. Venit autem retro, siue
iuxta id quod ipse ait: Si quis mihi ministrat,
me sequatur. Et alibi præcipitur: Post Dominũ
Deum tuum ambulabis. Siue quia præsentem
in carne Dominum non uidentem, peractis iam sa-
cramentis incarnationis illius, ad fidei & agni-
tionis eius gratiam peruenit. Sicq; dum partici-
patione sacramentorum eius saluari à peccatis
meruit, quasi tactu uestimentorum eius fontem
sui sanguinis siccauit. Fons quippe sanguinis
est origo peccati. Cuiusq; fons sanguinis est im-
mundæ primordium cogitationis, ex quo pec-
catum omne nascitur. Sed Dominus cum uer-
bis Euangelicis non solum opera & uerba ma-
la compescere, sed & cogitationum nequam ra-
dicem extirpare curauit, cum hæc utraq; sacra-
mentis Euangelicis emundari donauit, quasi
uirtutem exiccandi fontis obsceni suis uesti-
mentis indidit.

Et statim Iesus cognoscens in semetipso uirtutem quæ exie-
rat de eo, conuersus ad turbam aiebat: Quis tetigit uestimenta
mea?] Non ut ipse quæ nesciat doceatur inter-
rogat, sed ut uirtus quam bene nouerat, imò
quam ipse dederat, in muliere declararetur, &
declarata agnitæq; uirtute fidei, multi ad salu-
tem perueniant.

Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te,
& dicis quis me tetigit?] Quem turba passim comi-
tans comprimit, una credula mulier Dominum
tangit: quia qui diuersis inordinatè glomeran-
tium hæresibus, siue peruersis moribus graua-
tur, solo catholicæ ecclesiæ fideliter corde uene-
ratur. Nam licet quidam uidentes non uident,
& audientes non audiunt, ita etiam tangentes
non tangunt, qui non simplici, sed dubio uel si-

mulato corde Christum tangunt. Vnde cuidã
amanti quidem, sed nondum plenè credenti, di-
xit ipse: Noli me tangere, nondum enim ascen-
di ad patrem meum. Apertè dicens, quid sit
ipsum ueraciter tangere, patri scilicet aqua-
lem credere.

Et circumspiciebat uidere eam quæ hoc fecerat.] Non
obliuiscitur filiorum suorum Dominus, nec in
se sperantes intueri desistit, sed omnes qui salua-
ri merentur, suo dignos intuitu ac miseratione
iudicat. Iste autem pauper clamauit, & Domi-
nus exaudiuit eum.

Mulier autem timens & tremens, sciens quod factum esset in
se, uenit & prociuit ante eum, & dixit ei omnem ueritatem.]
Ecce quò interrogatio Domini tendebat, ut ui
delicet confitente palàm muliere ueritatem suę
diutina infirmitatis, subitæ credulitatis, diui-
næ propitiationis, ac donatæ sibi sanationis,
& ipsa certius confirmaretur in fide, & pluri-
bus salutis & uitæ præberetur exemplum. De-
nique sequitur:

Ille autem dixit: Filia, fides tua te saluam fecit, uade in pace,
& esto sana à plaga tua.] Ideo filia, quia fides tua te
saluam fecit. nec dixit, Fides tua te saluam factu-
ra est, sed saluam fecit. In eo enim quod credidi-
sti, iam salua facta es.

Ahuc eo loquente, ueniunt ad archisynagogum dicentes:
Quia filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum?] Sa-
nata à profluio sanguinis muliere, mox filia
archisynagogi mortua nunciatur: quia dum ec-
clesia à uitiorum labe mundata, & ob fidei me-
ritum filia est cognominata, continuò synago-
ga perfidie simul & inuidiæ luctu soluta est. Per
fidei quidem, quia in Christo credere noluit: in
uidiæ uerò, quia ecclesiam credere doluit. Scri-
ptum nanq; est in Actibus apostolorum: Sequē-
ti autem sabbato penè uniuersa ciuitas conue-
nit audire uerbum Domini. Videntes autè tur-
bas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant
his quæ à Paulo dicebantur, maledicentes. Et
quod aiebant nunciij archisynagogi, Quid ul-
tra uexas magistrum: per eos hodieq; dicitur,
qui a deo destitutum synagoga statum uident,
ut restaurari posse non credant: ideoq; pro resu-
scitatione illius supplicandũ esse non æstimēt.
Sed quæ impossibilia sunt apud homines, possi-
bilia sunt apud Deum: unde aptè sequitur,

Iesus autem uerbo quod dicebatur audito, ait archisynago-
go: Noli timere, tantummodo crede.] Archisynagogus
cœtus doctorum legis accipitur, de quo Domi-
nus ait: Super cathedram Moysi sederunt scri-
bæ & pharisæi. Qui si credere ipse uoluerit, etiã
subiecta ei synagoga salua erit.

Et ueniunt in domum archisynagogi, & uident tumultum, et
flentes & euulantes eum.] Et latentur, inquit, om-
nes qui sperant in te, in aternũ exultabũt & in-
habitabis in eis. Quia uerò synagoga lætitiã
hanc Dominicã inhabitationis merito infideli-
tatis amisit, quasi inter flentes & euulantes mor-
tua iacet. Nec tamẽ superna pietas funditus eã
relinquit, sed secundum electionem gratiæ sa-
luti & uitæ restituit, unde aptè subiungitur:

Et in-

1041.20.

Psal. 33.

1041.12.

4. Reg. 17.

Act. 17.

Marci 10.

Matth. 23.

Psal. 5.

Ibid. 5.

Et ingressus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis? Puella nō est mortua, sed dormit.] Homini- bus mortua, qui suscitare nequiu- erant; Deo dormiebat, in cuius dispositione & anima recepta uiuebat, & caro suscitanda quiescebat. Vnde mos Christianus obtinuit, ut mortui qui resurrecturi esse non dubitantur, dormientes uocentur: sicut Apostolus, *Nolumus, inquit, uos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Sed & in parte allegorice cum anima, quae peccauerit ipsa moriatur, tamē ea quam Dominus resuscitandam atq; ad uitam aeternam prauidit esse uenturam, nobis quidem mortua fuisse, sed ei obdormiuisse dici non incongrue potest.*

1. Thes. 4.

Exerch. 18.

Et iridebant eum. Ipse uerò eiecit omnibus, assumit patrem & matrem puellae, & cetera.] Quia uerbum resuscitantis irridere, quam credere malebant, merito foras excluduntur, utpote indigni qui potentiam resuscitantis ac resurgentis mysterium uiderent. Item foras turba eiecit, ut puella susci- tetur, quia si nō prius à secretioribus cordis expellitur importuna secularium multitudo cura- rum, anima quae intrinsicus iacet mortua, non resurget. Nam dum se per innumeras terreno- rum desideriorum cogitatione spargit, ad con- siderationem sui sese nullatenus colligit.

Et tenens manum puellae, ait illi: Tabitha, cumi, quod est interpretatum: Puella, tibi dico, surge.] Quarat diligens lector, quare uerax euangelista dictum Salua- toris exponēs interposuerit de suo, Tibi dico, cum in Syro sermone quem posuit, non plus sit dictum, quam puella surge. Nisi forte propter exprimendam uim Dominicae iusionis, hoc a- gendum putauit, magis sensum loquētis, quam ipsa uerba suis curas intimare lectoribus. Nam & familiare cōstat esse euangelistis atq; aposto- lis, cū de ueteri testamēto testimonia assumunt, magis sensum propheticum ponere curare, q̄ uerba. Tenens autem manū puellae Dominus, suscitauit eam: quia nisi prius munditiae fuerint manus Iudaeorum, quae sanguine plenae sunt, sy- magoga eorum mortua non confurget.

Et confestim surrexit puella, & ambulabat.] Bene sur- rexit, & ambulabat. Quemcunq; enim peccatis mortuum supernae manus miserationis re- suscitatura tetigerit, nō solum à sordibus & ue- terno scelerum exurgere, sed & in bonis conti- nuò proficere debet operibus, uidelicet iuxta *Psalmistam, ingrediens sine macula, & opera exercens iustitiae.*

Psalm. 14.

Et obstupuerunt stupore maximo. Et praecepit illis uehemen- ter, ut nemo id sciret: & iussit dari illi manducare.] Ad testi- monium quidem ueræ resuscitationis dari puel- lae manducare praecepit, ne nō ueritas, sed phā- tasma quod apparebat ab incredulis putare- tur. Sed etsi quis à spiritali morte surrexerit, ce- lesti necesse est mox pane satiatur, & diuini sci- licet uerbi & sacrosancti altaris particeps effe- ctus. Nam iuxta morem in intellectum trās illi mortui quos Saluator in corporibus suscitauit, tria genera resurrectionis animarū significant.

Bedæ tom. 7.

Siquidem nonnulli consensum male delectatio- ni praebendo latente tantum cogitatione pec- cati sibi mortem consciscunt. Sed tales se uiuifi- care significans Saluator, resuscitauit filiam ar- chisynagogi nō dum foras elatam, sed in domo mortuam, quasi uitium secreto in corde regen- tem. Alij non solum noxiae delectationi consen- tiendo, sed & ipsum malum, quo delectatur ex- empla mortuum suum quasi extra portas esse- runt. Et hos se si poeniteant resuscitare demon- strans, suscitauit iuuenem filium uiduae extra portas ciuitatis elatum, & reddidit matri suae: quia respicientem à peccati tenebris animam unitati restituit ecclesiae. Quidam uerò non so- lum cogitando uel faciendo illicita, sed & ipsa peccandi consuetudine se quasi sepeliendo cor- rumpunt. Verum nec ad hos erigendis minor sit uirtus & gratia Saluatoris, si tamē adint cogitationes sollicitae, quae super eorum salutem ue- lut deuota Christo sorores inuigilent. Nam ad hoc intimandum resuscitauit Lazarū quatuor dies in monumento habentem, & sorore atte- stante iam fortentem, quia nimirū pessima no- xios actus solet fama comitari. Notandum au- tem, quòd quanto grauior anima mors ingru- erit, tanto acrius necesse est, ut resurgere merea- tur, poenitentis seruior insistat. Nam leuiore & quotidiani erratus leuioris poenitentiae possunt remedio curari. Quòd occultè uolens ostende- re Dominus iacentem in conclauis mortuam, sa- cilima ac breuissima uoce resuscitat dicēs: Puel- la surge. Quam etiam ob facilitatem resuscitan- di iam mortuam fuisse negauerat. Delatum au- tem foras iuuenem mortuum, pluribus ut reui- uiscere debeat dictis corroborat, cum ait: Iuue- nis, tibi dico, surge. Quatriduanus uerò mor- tuus ut longa prementis sepulchri claustra eua- dere posset, fremuit spiritu lesus, turbauit sei- psum, lachrymas fudit, rursum fremuit, ac ma- gna uoce clamauit: Lazare, ueni foras. Et sic tã- dem qui erat desperatus, discusso tenebrarum pondere uitae luciq; redditur. Sed & hoc notan- dum, quòd quia publica noxa publico eget re- medio, leuita autem peccata leuiori & secreta- queunt poenitentia deleri: puella in domo sa- cens pacis arbitris exurgit, eisdemq; uehemen- ter ut nemini id manifestent praecipitur. Iuue- nis extra portam turba multa comitante atque intuente suscitatur: Lazarus de monumēto uo- catus in tantum populis innotuit, ut ob eorum qui uidere testimonium, plurimae Domino tur- bae cum palmis occurrerent, & multi propter illum abirent ex Iudaeis, & crederent in Iesum. Quartum uerò mortuum nunciante discipulo Dominus audiuit: sed quia qui pro eius excita- tione precarentur uiui defuerant, Dimitte, in- quit, ut mortui sepeliant mortuos suos, id est, mali malos noxijs laudibus grauent, & quia non adest iustus qui corripiat in misericor- dia, oleum peccatoris impinguet caput eorum.

Lucæ 7.

Iohn. 11.

Matth. 8.

Psalm. 140.

D. O. M. I.

DOMINICA VICESIMA QVINA
ta post Trinitatis. Ioan. 6.

In illo tempore, cum subleuasset oculos Iesus, et uideret quia multitudo maxima uenit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde est memus panes, ut manducent hi? Et reliqua.

Homiliam Bedae inuenies in Dominica
Latate, super euangelio eodem.

IN SEPTEMBRI FERIA QVARTA
Iquatour temporum. Marc. 9. Matth.
17. & Lucae 9.

In illo tempore, respondens unus de turba dixit ad Iesum, Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum muti. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

Narratur in praecedenti sancti huius euangelij capitulo, quia ueniens ad discipulos suos Dominus, uidit turbam multam circa se, & scribas conquirentes eum illis. Et coeque omnis populus uidens eum stupefactus est, & expaue- runt, & occurrentes salutabant eum. Notanda est in omnibus locis distantia mentis scribarum & turbae. Erat autem cum discipulis turba, erat & scribae, sed adueniente Domino mox omnis turba stupefacta expauit, eumque salutans occur- rit: scribae nihil deuotionis, fidei, humilitatis & reuerentiae ei exhibuisse narrantur. Quid autem cum discipulis Domini turbae siue scribae conquirent, euangelista non dicit. Potest uero, si talis, apte intelligi de hoc quaestionem fuisse motam, quare ipsi cum essent discipuli Saluatoris, saluare daemoneum, qui in medio erat positus, non possent, quod ex sequentibus euangelij uerbis potest conijci, dum dicitur.

Et interrogauit eos: Quid inter uos conquiritis? Et respondens unus de turba dixit: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum, qui ubique eum apprehenderit, allidit eum, & spumat & stridet dentibus & arescit. Et dixi discipulis tuis ut eiecerent illum, & non potuerunt. Notandum autem quod semper loca rebus congruunt. In monte Dominus orat, transformatur, discipulis arcana suae maiestatis aperit: in inferiora descendens turbae occursum excipitur, miserorum fletu pulsatur: sursum discipulis mysteria regni referat, deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat: sursum patris uocem ihs, qui sequi se poterant, pandit, deorsum spiritus malos ab his, qui uexabantur expellit. Qui etiam nunc pro qualitate meritum alijs ascendere, alijs uero non desistit descendere. Nam carnales adhuc & incipientes, quasi ima petens confortat, docet, castrigat: perfectos autem quorum conuersatio in caelis est, sublimius extollendo glorificat, liberius de aeternis instruit, & saepe quae a turbis ne audiri quidem ualeant, docet. Demoniacum autem hunc, quem descendens de monte Dominus sanauit, Marcus quidem surdum mutumque, Matthaeus uero lunaticum fuisse commemorat.

Matth. 17.

Significat autem eos de quibus scriptum est: Stultus ut luna mutatur. Qui nunquam in eodem statu permanentes nunc ad haec, nunc ad illa uita mutati, crescunt atque decrescunt. Qui muti sunt non confitendo fidem, surdi nec ipsum aliquatenus ueritatis audiendo sermonem. Spumant autem, cum stultitia tabescunt. Stultorum namque & languentium atque hebetum est spumas saluarum ex ore dimittere. Strident dentibus, cum iracundiae furore flammescunt. Arescunt cum ocio torpent, languescunt, & nulla uirtutis industria confortati, eneruiter uiuunt. Quod autem ait, Et dixi discipulis tuis ut eiecerent illum, & non potuerunt, late ter apostolos accusat, cum impossibilitas curandi interdum non ad imbecillitatem curantis, sed ad eorum qui curandi sunt, fidem referatur, dicente Domino: Fiat tibi secundum fidem tuam.

Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quamdiu apud uos erit? quamdiu uos patietur? Non quo tepido superatus sit mansuetus ac mitis, qui non aperuit sicut agnus coram tondente os suum, nec in uerba furoris erupit: sed quo in similitudinem medici si egrotum uideat, contra sua praeccepta se gerere, dicat: Usquequo accedam ad domum tuam? quo usque artis meae perdam industriam, me aliud iubente, & te aliud perpetrante? In tantum autem non est iratus homini, sed uitio; & per unum hominem Iudaeos arguit infidelitatis, ut statim intulerit:

Afferre illum ad me. Et attulerunt, inquit, eum. Et cum uidisset illum, statim spiritus conturbauit eum, et elisus in terram uolutabatur spumans. Allatum Domino puerum spiritus conturbat & elidit, quia sepe dum conuertit ad Dominum post peccata conamur, maioribus nouisque antiqui hostis pulsamur insidijs. Quod ob id utique callidus facit aduersarius, ut uel gradum uirtutis incutiatur, uel expulsionis suae uindicta dicat iniuriam. Hinc est enim (ut de specie traesamus ad genus) quod ecclesiae sanctae primordijs tot grauissima inferebat certamina persecutio num, quot suo regno dolebat subito animarum illata fuisse dispendia.

Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est, ex quo hoc ei accidit? At ille ait: Ab infantia, & frequenter eum & in ignem & in aquas misit, ut eum perderet. Erubescat Iulianus, qui dicere audet omnes homines absque uulsa peccati contagione nasci in carne tanquam innocentes per omnia, quam fuit Adam quando creatus est. Quid enim habuit iste puer, ut ab infantia daemone uexaretur acerbissimo, si non ullo originalis peccati uinculo tenebatur, quem constat nullum adhuc proprium potuisse habere peccatum? Confitetur catholicus, quia nemo immunis a noxa primae praeuocationis nascitur, & inuocet gratiam Dei, qua liberetur de corpore mortis per Iesum Christum Dominum nostrum. Intelligat scriba doctus in regno caelorum, in hoc daemoneo a Domino curato saluationem omnium fidelium esse designatam, qui originalis culpa reatu astricti ueniunt in mundum, nec nisi unius redemptoris Iesu Christi fide sunt & gratia saluandi. Quod autem dicitur est, & frequenter eum & in ignem & in aquas misit, maxima humanae uocordiae facinora de-

Eccles. 27.

Matth. 9.

Esaias 53.

ra designat. Ignis namq; ardor ad feruorem iracundia referendus est: aqua ad uoluptates carnis, quæ dissoluere mentem per delicias solent. Vel certè in ignem fertur dæmoniacus quo aduulterantiū corda succēsa sunt, & in aquas quæ solent extinguere charitatem.

Sed si quid potes, adiuua nos, miserus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia credenti. Aptum Dominus responsum reddit petenti. Ipse enim ait: Si quid potes, adiuua nos. Et Dominus: Si potes, inquit, credere, possūm uos miserus adiuuare: quia fides non ficta omnia, quæ salubriter petit impetrare meretur. Cui contra leprosus, qui fideliter clamabat, Domine si uis, potes me mundare, congruum suæ fidei accepit responsum Volo, mundare.

Matth. 8.

Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Nemo repēte summus, sed in bona cōuersatione à minimis quisq; inchoat, ut ad magna perueniat. Alia nāque sunt uirtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio. Si enim & ipsa fides ad perfectionē suam nō quibusdā gradibus ducēretur, iste in terrogatus an crederet nō responderet, Credo Domine, adiuua incredulitatē meam. Si enim credebat, cur incredulitatem dicebat? Si uerō incredulitatē habere se nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratiæ meritorum suorum gradibus fides crescit, uno eodemq; tēpore is, qui necdū perfectē crederat, simul & credebat & incredulus erat.

Et cum uideret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surge & mute spiritus, ego tibi præcipio, exi ab eo, & amplius ne introcas in eum. Comminatio Domini diuini est uirtus imperij. Non autē puerō qui uim patiebatur, sed dæmoni qui inferebat comminatus est. Quia qui peccantem emendare desiderat, uitium utiq; increpado & execrando debet exterminare, sed hominem amando resouere. Bene autē Dominus, qui spiritum immundū pellit ab homine, simul ne amplius in eum ingrediatur imperat. Quia ille ueraciter à Dæmoniacā dōminatione liberatur, qui ad peccata à diabolo semel pœnitendo mundatus est, uitat male uiuendo reuertī.

Et exclamans, & multum discernens eum, exiit ab eo. Exiit tūrtis ab homine spiritus immundus discernit eum, ac furenti clamore terruit intuētēs. Quia plerunq; diabolus dū de corde expellitur, acriter in eo tentationes generat, quā prius exci-tauerat, quando hoc quietus possidebat.

Et factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerēt, quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit illum, & surrexit. Quē hostis impius sã fugere compulsus strauit, ac mortuo simili reddidit, hūc pius Saluator mitti suæ dexteræ tactu leuauit. Qui sicut uerū se esse Deū potentia saluandi docuit, ita etiã uerā se habuisse carnis naturā more tactus humani declarauit. Negat nāq; Manichæus infānus ueraciter eū carne indutū fuisse, sed ipse cū totā gūtes suo tactu erexit, mūdauit, illuminauit, hæresim illius & antequā nata esset damnauit.

Et cum introisset in domum, discipuli eius secretò interrogauerunt eum.

Bedæ tom. 7.

bant eum: Quare nos non potuimus eicere eum? Et dixit illis: Hoc genus demoniorū in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Dum docet apostolos quomodo dæmon equissimus debeat expelli, omnes instituit ad uitam: ut scilicet nouerimus grauissimā quæq; uel immundorū spiritū uel hominū tentamenta ieiunijs & orationibus esse superanda. Iram quoq; Domini, cum in ultionem nostrorum scelerum fuerit accensa, hoc remedio singulari posse placari. Ieiunium autem generale est non solum ab ecclis, sed à cunctis illecebris abstinere carnalibus: imò ab omnibus uitiorū cōtinere passionibus. Sic & oratio generalis non in uerbis solum est quibus diuinā clementiā inuocamus, uerum etiā in omnibus, quæ in obsequium nostri conditoris fidei deuotione gerimus, teste Apostolo qui ait: Semper gaudentes sine intermissione orate. Quomodo enim quis omnibus horis atq; momentis sine intermissione Deum potest inuocare sermonibus? Sed tunc sine intermissione oramus, cum ea solum opera gerimus, quæ nos pietati nostri commendent autoris. Quō nimirum ieiunio, & qua oratione iuante Domino cunctas antiqui hostis debellabimus ac propulfabimus insidias.

i. Theof. 5.

FERIA SEXTA QUATVOR
temporum. Luca 18.

In illo tempore dicebat Iesus parabolā hanc ad discipulos suos: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum nō timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum dicens: Vindica me de aduersario meo, & nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominem reuereror, tamen quia molestus est mihi hæc uidua, uindico illam, ne in nouissimo ueniēs suggillet me. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EA
DEM LECTIONE.

Parabolas Dominus aut secundū similitudinem aliquam ponit, sicut de homine qui habebat duos filios, maiorem in agro sibi propinquā, minorem autem in longinquo luxuriantē: aut ex ipsa dissimilitudine aliquid probat, ueluti est illud: Quod si fornum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic uestit, quanto magis uos modicæ fidei. Itaq; illud superius genus his uerbis adiungi potest: Sicut illud, ita & illud. Hoc autē posterius, his uerbis: Si illud, quāto magis illud? Aut si illud, quāto minus illud? Sed alicubi obscure, alicubi aperte ista ponuntur. Hic ergo iniquus iudex non ex similitudine, sed ex dissimilitudine adhibitus est. Non enim ullo modo ille iniustus iudex personam Dei allegoricè sustinet, sed tamē quāto Deus, qui bonus & iustus, cur et deprecātes se, huic conijci Dominus uoluit, quod nec iniustus homo eos qui illum assidue precibus tundunt, uel propter tardium deuitandū potest contemnere. Nam hoc est quod ait, Ne ueniēs suggillet me. Ipsa uerō uidua potest habere similitudinem

Lucæ 18.

Matth. 6. &
Lucæ 12.

f. 2. milicū

militudinem ecclesiæ, quod desolata uidetur donec ueniat Dominus, qui tamen in secreto est iam nunc curam eius gerit.

Ait autē Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, et patientiam habebit in illis? Dico uobis quia citō faciet uindictam illorum.] Si quem mouet cur electi Dei se uindictari deprecetur, quod etiā in Apocalypsi Ioannis de martyribus dicitur, cū aper-
tissime moneamur, ut pro nostris inimicis & persecutoribus oremus, intelligendum est eam uindictam esse iustorum, ut omnes mali pereāt. Pereunt autem duobus modis, aut cōuersione ad iustitiam, aut amissa per supplicium potestate, qua nūc aduersus bonos; quāditu hoc ipsum bonis expedit uel temporaliter aliquid ualent. Quem finem iusti cum uenire desiderāt, quamuis pro inimicis suis orent, tamen non absurde uindictam desiderare dicuntur.

Veruntamen filius hominis ueniens putat inueniet fidem in terra.] Quamuis omnipotens conditor semper electos suos ad se clamantes sit uindicare paratus, in die tamen iudicii quod tremēti est corde retinendum, cum idem conditor in forma filij hominis apparuerit, tanta erit raritas electorum, ut non tam ob clamorem fidelium iniuste damnatorum, quam ob eorum torporem iuste damnandorū totius iam mundi sit acceleranda ruina. Quod autem Dominus quasi dubitatuē dicit, Putat inueniet fidem, non dubitat, sed arguit. Verbo quippe dubitationis increpat in fidelitas, nō opinatur diuinitas. Nam & nos ali quādo de rebus quas certas habemus, increpatuē uerbum dubitationis ponimus, cum corde non dubitemus. Velut si indigneris seruo tuo, & dicas: Contēnis me, considera, forsitan Dominus tuus sum. Et Apostolus ad quosdā contemp-
tores suos: Puto autē, inquit, quod & ego spiritū Dei habeo. Qui dicit puto, dubitare uidet: sed ille increpabat, nō dubitabat. Ita ergo & Dominus scit quidē omnia, per quē facta sunt omnia, & tamē dubitatio increpat infidelium corda.

IN SEPTEMBRI SABBATO QUARTOR temporum. Luca 13, Matth. 21, Marc. 11.

In illo tempore, dicebat Iesus turbis similitudinem hanc: Arborum ficum habebat quidam plantatam in uinea sua, et uenit quaerens fructum in illa, et non inuenit. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EARUM LECTIONE.

Potest quidem hæc arbor ficus generis humani designare naturā, quæ bene plantata, hoc est, ad autoris sui similitudinem creata est. Sed Deo quaerente per triennium fructum dare negauit, quia ante legem, sub lege, sub gratia obedire despexit. Verum si ad superiora respexeris, animaduertes eam etsi generaliter omnium, specialiter tamen synagogæ typū portare. Nam cum præmissa illa terribili tremendaque sententia, Si non pœnitentiam egeritis, omnes simul

peribitis, mox de infœcunda atque eradicanda arbore parabolam subiungit, apertissime docet eos quibus loquebatur instar infructuosæ ficus, si non pœnituerint, esse succidendos. Uinea ergo Domini Sabaoth; domus Israel est, ut Esaiæ cantico docemur: synagoga autem in eadē domo condita, ficus est arbor in uinea. Sed qui uineam suam permisit à uiatoribus deripi, hic etiam ficum iussit excidi.

Et uenit quaerens fructum in illa, et non inuenit. Ipse qui synagogam per Moysen instituit, Dominus in carne natus apparuit, & crebrius in synagoga docens, fructum fidei quaesuit, sed in pharisæorum mente non inuenit.

Dixit autē ad cultorē uineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo uenio quaerens fructum in ficulnea hac, et non inuenio.] Per cultorem uineæ Apostolorum doctorumque ordo exprimitur, quorum precibus ac monitis assidue plebi Dei cura suggeritur. His etenim Dominus sapissime de infructuosa Iudæorum gente querebatur, quod per tres annos suæ uisitatoris, hoc est in legalibus edictis, in prophetis contestationibus, & in ipsa coruscantis euāgelij gratia negligens extiterit.

Succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat?] Non ab Apostolis, sed à Romanis gens Iudæa succidenda, & à terra repromissionis electa est. Sed succide, inquit, illam, succissionis ei uenturæ cladē pœnitentiam suadendo proponere. Quæ iusto iudicio terram cum regno perdidit, pro cuius amore cœli ciues persequi, ipsumque cœli & terræ regem occidere non metuit, dicens per suos pontifices & pharisæos: Si dimittimus eum, sic omnes credent in eum, & uenient Romani, & tollent nostram & locum & gentem. Potest etiam per terram sterili ficu occupatam Iudæicæ plebis turba figurari, quæ noxia præpositorum umbra ne ueritatis lumē recipere posset pressa, & ne supernæ dilectionis sole calefieret, ex plo est eorum prauitatis impedita, iuxta quod eisdem alibi Saluator: Væ, inquit, uobis scribæ & pharisæi hypocrite, qui clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.

At ille respondens, dixit illi: Domine dimitte illam, et hoc anno usque dum fodiam circa illam.] Vox Apostolorum est, qui post passionem Domini pro Iudæis sumopere precabantur, ne ab impœnitentibus Dominicæ crucis ultio peteretur. Vtque dum fodiam, inquit, circa illam, id est, radicē infructuosæ mentis ligone bis acutæ inuentionis humiliat, & præsentium uidelicet pressurarum, & horrorem perpetuæ damnationis incutiens. Omnis quippe fossa in imo est. Et nimirum increpatio dum mentem sibi demonstrat, humiliat.

Et mittam stercora.] Id est maiorū, quæ fecit abominationē ad animum reducā, & cōpunctionis gratiam, quasi de putredine stercoreis exuscitē.

Et si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.] Cum diceret, Et si quidem fecerit fructum, non subiunxit aliquid, sed suspendit sententiā: cum uerō adderet, Sin autem, continuo iudicium uenturæ damnationis adnexuit dicens: In futurum succides eam.

Apoc. 6.
Matth. 6.
Matth. 3.
Luc. 6.

1. Cor. 7.

20

30

40

Esai. 3.

Ioan. 11.

Matth. 23.

Luc. 13.

rum succides

rum succides eam, quia uidelicet multo procliuiore ad negandū, quam ad confitendū Deū synagogā uidebat. Vnde & alibi rebus eandē figuram, quam hic uerbis agens, infœcundam ficum æternæ sterilitatis maledictione dānauit: ostendens uidelicet eam etsi fodiant Apostoli corripiedo, etsi sterus aduehāt peccata improperādo, nulla tamē pœnitentiæ fruge cumulan-
dā, sed districtæ bipennis feueritate tollendam.

Erāt autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo. [Dicit de ficu parabola, Dominus in synagoga docuisse narratur, ut uidelicet intimetur non aliō parabolam tendere, sed hoc esse fructum in ficulnea querere, & non inuenire, uerbum synagogæ commodare, nec recipi. Quam tamen ne totam funditus ob culpam sterilitatis extirpandam putares, sed reliquias per electionē gratiæ scires esse saluandas, mox ibidem ecclesiæ primitiæ sanatio sub incuræ mulieris specie subsequitur: quæ bene decem & octo annis fuit curuata, qui numerus ternario sexies ducto perficitur: quia uidelicet eam, quæ in testimonio legis, in uaticinio prophetiæ, & in reuelatione gratiæ per infirma opera langueret, ostēdit. Senarius enim numerus, in quo mundi est creatura perfecta, operum perfectionem significat. Tria uerō sunt, ut dixi, tempora Dominiç utilitatis, in quibus Iudæa, quia terrena magis quam cœlestia nouerat operari, quali decem & octo annis à suæ mentis erat rectitudine curuata.

Et erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quia terrena sapiens, infirma requirrens, cœlestia cogitare nondum sciebat, audiens per prophētā, Si uoueritis & audieritis me, bona terra manducabitis. Cui contra membrīs ecclesiæ dicit Apostolus: Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

Quam cum uidisset Iesus, uocauit ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. [Vidit prædestinando per gratiam, uocauit illustrando per doctrinam, imposuit manus spiritalibus donis adiuuādo, erexit ad glorificandum Deum, in operibus bonis usq; in finem firmam prouehendo. Quos, inquit, prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit.

Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari, in his ergo uenite & curamini, & nō in die sabbati. [Sabbato curauit Iesus, ostendens iam esse tempus ut secundum prophetiam Cantici canticorum aspiraret dies, & remouerentur umbræ. Sed ne sciebat archisynagogus, uel hoc uel illud multo excellentius sacramentum, quod sabbato curādo Dominus intinabat: quia scilicet post sex seculi huius ætates perpetua uitæ immortalis erat gaudia daturus. In cuius figuram Moses sabbato non à bona, sed à feruili, hoc est, noxia præfigurans, quo secularia nostra opera, nō autem religiosa, hoc est, Deum laudandi acta ces-

sarent. Fallitur ergo & fallit archisynagogus, quia lex in sabbato nō hominē curare, sed onera ferre, hoc est, peccatis grauari prohibuit.

Respondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocrite, unusquisque uestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum à præsepio, & ducit ad aquas? [Infidelitatis quidem arguit principes synagogæ, & meritō hypocritarum, id est, simulatorum nomine notat, quos cū magistri plebium uideri appeterent, hominis sanationem pecoris curæ postponere non puderet. Sed altiori sensu bouis & asini uocabulo Iudæum Græcumq; significat. De quorum uocatione scriptum est: Bos cognouit possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Qui uterq; peccati uinculis absolutus, sitim æstumq; mundi huius Domini fontis haustu deposuit.

Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit satanas decem & octo annis, non oportuit solui à uinculo isto die sabbati? [Filia Abrahæ est anima quæq; fidelis, filia Abrahæ ecclesia de utroque populo ad fidei unitatem collecta, quæ tempore legis & Dominiç resurrectionis impleto per gratiam spiritus sancti septiformem uincula longæ captiuitatis erupit. Nam & hoc modo fortasse mysterium sabbati, decemq; & octo annorum potest non inconueniēter intelligi. Idem est ergo mysticè bouem uel asinum solutos à præsepio potum agi, quod est filiam Abrahæ à uinculo noxiæ inclinationis erigi, ecclesiam uidelicet ex Iudæis gentibusq; congregatam laqueis peccatorum per aquam baptismatis absoluti, atq; ad cœlestia speranda sublimari. Notandum sanè quod infandissima hæresis ex eo quod Dominus ait, Mulierem alligatam à satana, conatur astruere corporum humanorum uitia non ad Deum autorem, sed potius ad diabolum pertinere: quasi diabolus cum habeat semper cupiditatem nocendi, nocere cuiquam possit, nisi ab omnipotente acceperit potestatem. Nam quid aliud non solum in libro beati Iob, quem memorata hæresis cum cæteris ueteris instrumenti libris, & cum ipso Deo qui dedit, quasi maligno mundo principe uesanus exufflat, sed etiam in Euangelio declaratur, ubi dæmonia nec in porcos irent, nisi hoc illis ipse concederet, sicut & supra docuimus.

Et cum hæc diceret, erubescerant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat in uniuersis quæ gloriose fiebant ab eo. [Qui de dictis Saluatoris erubescunt, sicut ne sterili se iure comparandos ostendunt. Qui gaudent de miraculis eius, ad filiam Abrahæ Deum de sua erectione glorificantem, hoc est, ad ecclesiam fidei pietate se pertinere declarant.

HOMILIARVM BEDÆ PRES-
byteri æstiuatum de tempore
re Finis.

f 3 BEDÆ

Matth. 21.
& Marc. 11.

Esai. 1.

Colo. 3.

Rom. 8.

Exod. 23.

Cantic. 2.

Esai. 1.

Marc. 9.

60

BEDAE PRESBYTERI
 HOMILIAE DE SANCTIS AESTI-
 uales, ac de dedicatione altariū & tem-
 plorum, nec non Commu-
 ne sanctorum.

IN FESTO INVENTIONIS
 sanctae crucis. Ioan. 3.

IN illo tempore, erat homo ex pharisaeis, Nicodemus nomine,
 princeps Iudaeorum. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE HA-
 DEM LECTIOE.



SCILICET ex lectione sancti eu-
 gelij, fratres charissimi, audi-
 stis, princeps Iudaeorum ue-
 nit ad Dominum nocte, cur-
 piens secreta eius allocutio-
 ne plenius discere mysteria
 fidei, cuius aperta ostensione
 signorum aliquatenus iam rudimenta percepe-
 rat. Qui quoniam prudenter ea quae ab illo fieri
 uidebat, intelligere curauit, sublimiter ea quae
 ab illo querebat, inuestigare promeruit.

Rabbi, inquit, scimus, quia à Deo uenisti magister. Nemo enim potest haec signa facere quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. A Deo igitur Iesum uenisse ad magistrum celestem mundo adhibendum confessus est, Deum cum illo fuisse miraculis prodentibus intellexit, necdum tamē ipsum Deum esse cognouit. Sed quia quem magistrum nouerat ueritatis, studiose docendus adiit, meritō ad agnitionem diuinitatis eius perfecte doctus subijt, meritō utriusque natiuitatis eius, diuinā scilicet & humanā, sed & passionis atque ascensionis ipsius arcana percepit: necnon etiam modum secundae generationis, & ingressum regni caelestis, aliaque per plura doctrinae euangelicae sacramenta Domino reuelante didicit.

Respondit etenim Iesus, et dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnū Dei. Quae sententia tanto apertius cunctis fidelibus luget, quanto constat, quia sine huius luce fideles esse nequeunt. Quis etenim sine lauacro regenerationis remissionem peccatorum consequi, & regnum ualet intrare caelorum? Sed Nicodemus qui nocte uenit ad Dominum, necdum lucis mysteria capere nouerat. Nam & nox in qua uenit, ipsam eius qua premebatur ignorantiam designat. Necdum enim eorum numero sociatus erat, quibus ait Apostolus, Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino: sed inter eos potius remanebat, quibus loquitur Esaias, Surge, illumina Hierusalem, quia uenit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.

Ephes. 5.

Esai. 60.

Respondit ergo Domino, et ait: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Nunquid potest in uentrem matris suae iterato introire et nasci? Quia enim secundae natiuitatis adhuc nescius perseuerabat, de salute autē sua

iam sollicitus extiterat, necessariō de una quam nouerat natiuitate, an possit iterari, uel quo ordine regeneratio posset impleri, querebat: ne huius expertus remanendo, uitae caelestis participes esse nequiret. Notandum autem quia quod de carnali dixit, hoc etiam de spiritali est generatione sentiendum, nequaquam uidelicet eam postquam semel expleta fuerit, posse repeti. Siue enim haereticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisque in confessione sanctae trinitatis baptizet, non ualet ille, qui ita baptizatus est, à bonis catholicis rebaptizari, ne confessio uel inuocatio tanti nominis uideatur annullari. Et quia Nicodemus ad primam Domini responsionem sollicitus, quomodo sit intelligenda diliger inquiri, meretur iam planius instrui, & quia secunda natiuitas non carnalis, sed spiritalis sit, audire.

Respondit namque illi Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu, non potest introire in regnum Dei. Cuius natiuitatis modum subsequenter exponens, prorsusque à carnali distinguens ait:

Quod natum est ex carne, caro est: et quod natum est ex spiritu, spiritus est. Natura spiritus inuisibilis, carnis uisibilis est: atque ideo carnalis generatio uisibiliter administratur uisibilibus incrementis: qui in carne nascitur, per aetatum momenta proficit: spiritalis autem generatio tota inuisibiliter agitur. Nam uidetur quidem baptizandus in

fontem descendere, uidetur aquis intingi, uidetur de aquis ascendere: quid autem in illo lauarum regenerationis egerit, minime potest uideri. Sola hoc fidelium nouit pietas, quia peccator in fontem descendit, sed purificatus ascendit: filius mortis descendit, sed filius resurrectionis ascendit: filius prauaricationis descendit, sed filius reconciliationis ascendit: filius irae descendit, sed filius misericordiae ascendit: filius diaboli descendit, sed filius Dei ascendit. Sola

haec ecclesia mater, quae generat nouit: ceterum oculis inspicientium uidetur talis exire de fonte, qualis intrauit, totumque ludus esse quod agitur. Vnde in fine uidentes gloriam sanctorum dicent gementes in tormentis: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem impropertij. Quomodo ergo computati sunt inter filios Dei? Et apostolus Ioanes: Charissimi, inquit, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Quod ergo natum est ex spiritu, spiritus est: quia qui ex aqua & spiritu regeneratur, inuisibiliter in nouum hominem mutatur, & de carnali efficitur spiritalis. Qui ideo recte non solum spiritalis, sed etiam spiritus uocatur, quia sicut substantia spiritus inuisibilis est nostris aspectibus: ita is qui per gratiam Dei renouatur inuisibiliter, sit spiritalis & Dei filius, cum uisibiliter omnibus caro & filius hominis appareat. Sequitur:

Non mireris quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult, spirat, et uocem eius audis: sed non scis unde ueniat, aut quod uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Spiritus ubi uult, spirat, quia ipse habet in potestate, cuius cor gratia suae uisitationis illustrat. Et uocem eius

Sapient. 5.

1. Ioan. 3.

Non mireris quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult, spirat, et uocem eius audis: sed non scis unde ueniat, aut quod uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Spiritus ubi uult, spirat, quia ipse habet in potestate, cuius cor gratia suae uisitationis illustrat. Et uocem eius

eius

eius audis, cum te presente loquitur is, qui spiritu sancto repletus est. sed non scis unde ueniat, & quod uadat: quia etiam si te presente quempiam spiritus ad horam impleuerit, non potes uidere quomodo in eum intrauerit, uel quomodo redierit, qui natura est inuisibilis. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Et ipse enim inuisibiliter agente spiritu incipit esse quod non erat, ita ut infideles nesciant unde ueniat, aut quod uadat: id est, quia a gratia regenerationis uenit in adoptionem filiorum Dei, & uadit in perceptio nem regni caelestis. Quarete autem adhuc Nicodemo, quomodo possent fieri: subiungit dominus dicens, *Tu es magister in Israel, & haec ignoras?* Non quasi insultare uolens ei qui magister uocetur, cum sit signarius sacramentorum caelestium: sed ad humilitatis illum uiam prouocans, sine qua ianua caelestis non potest inueniri.

Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixero uobis caelestia, credetis? Terrena illis dixit, ut in superiori lectione inuenimus, cum de passione ac resurrectione sui corporis, quod de terra assumperat, loqueretur dicens: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Non tamen credebant uerbo quod dixit, sed ne hoc quidem intelligere uolebant, quia non de alio quam de templo corporis sui diceret. Qui ergo terrena audientes non capiebant, quanto minus ad caelestia, id est, diuinae generationis capienda mysteria sufficiunt. Addit autem adhuc Dominus & de caelestibus sacramentis, & de terrenis instruere eum, quem uidet sapienter ac diligenter his quae audit intendere. Caelestis namque est ascensio eius ad uitam sempiternam, terrena uero exaltatio eius ad mortem temporalem. Dicit ergo de caelestibus:

Et nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo. Subiungit uero de terrenis:

Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Merito autem quaeritur, quomodo dicatur filius hominis uel descendisse de caelo, uel eo tempore quo haec loquebatur in terram, iam fuisse in caelo. Nota est namque confessio fidei catholicae, quia descendens de caelo filius Dei, filium hominis in utero uirginali suscepit, eumque completa dispensatione passionis suae resuscitauit a mortuis, & assumpsit in caelum. Non ergo caro Christi descendit de caelo, neque ante tempus ascensionis erat in caelo. Et qua ratione dicitur, nisi qui descendit de caelo filius hominis qui est in caelo, nisi quia una Christi persona est in duabus existens naturis? Atque ideo filius hominis recte dicitur & descendisse de caelo, & ante passionem fuisse in caelo: quia quod in sua natura habere non potuit, hoc in filio Dei a quo assumptus est, habuit: sicut propter eandem unius Christi personam quae ex duabus extat naturis, Apostolus ait: Vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Neque enim Deus in sua substantia, sed in homine assumpto sanguinem quem pro ecclesia funderet, habuit. Hinc etiam Psalmista dicit: Ascendit Deus in iubilatione. Quomodo enim

Deus nisi in homine ascenderet, qui in sua natura maiestatis semper ubique praesens adest? Sed & hoc quaerendum, quomodo dictum sit, Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo: cum omnes electi ueraciter confidant ascensuros se in caelum, promittente sibi Domino, Quia ubi ego sum, illic & minister meus erit. Cuius tamen nodum quaestiones apertissima ratio soluit, quia uidelicet mediator Dei & hominum homo Christus Iesus electorum omnium caput est: itaque omnes electi eiusdemque capitis membra sunt, dicente Apostolo, Et ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam: & rursum, Vos enim estis corpus Christi, & membra de membro. Nemo ergo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo: quod est aperte dicere: Nemo ascendit in caelum, nisi Christus in corpore suo, quod est ecclesia, qui in ipso quidem primis cernentibus apostolis eminentioribus nimirum membris suis ascendit, & exinde in membris suis quotidie ascendens se colligit in caelum. Hinc est enim quod ipsum corpus eius inter aduersa praesentis seculi deprehensum gloriatur & dicit, Nunc autem exaltauit caput meum super inimicos meos, ac si patenter dicat: Qui occisum a ludais Christum, caput uidelicet meum suscitauit a mortuis, ac frustratis omnium inimicorum insidias subleuauit in caelum, spero quod me etiam de praesentibus periculis eruis meo capiti iungat in regno. Quia ergo nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, quisquis in caelum ascendere desiderat, ei qui descendit de caelo, et est in caelo, seuera fidei dilectionisque unitate coniungat: aperte intelligens, quia nullo alio ordine, nisi per eum qui descendit de caelo, potest ascendere in caelum, unde alias ipse dicit: Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Haec ideo Nicodemo, ideo cunctis dicitur catechumenis, ut discant eius membris renascendo incorporari, per quem possint ascendere in regnum Dei. Et quia ascensio uel ingressus regni caelorum non potest fieri absque fide et sacramentis diuinae passionis, recte subiunfertur: *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam aeternam.* Mira magisterij caelestis arte Dominus magistrum legis Mosaicae ad spiritalem legis eiusdem Iesum inducit, recordans historiae ueteris, & hanc in figuram suae passionis atque humane saluationis factam edisserens. Narrat quippe liber Numerorum, quia pertaxus in eremo populus Israel itineris longi ac laboris, murmurauerit contra dominum & Moysen, ideoque Dominus immiserit in illum ignitos serpentes: ad quorum plagas & mortes plurimorum, cum clamarent ad Moysen, & ille oraret pro eis, iussit eum Dominus facere serpentem aeneum, & ponere pro signo: Qui percussus, inquit, aspexerit in eum, uiuet: & ita factum est. Plague igitur serpentium ignitorum, uenena sunt incertiuauitiorum, quae animam quam tangunt, spiritali morte plimunt. Et bene mururas contra Dominum populus serpentium morsibus sternebatur, ut ex ordine flagelli exterioris agnosceret, quam intus percussio murmuratio pateretur. Exaltatio autem serpentis aenei quem dominus percussus aspiceret, sanabatur, passio nostrum

Apost. 20.

Psalm. 45.

Ioh. 12.

Ephes. 1.

1. Cor. 12.

Psalm. 25.

Ioh. 14.

Numer. 21.

redem
VINVALENTIA

redemptoris est in cruce, in cuius solum fide re-
gnū mortis & peccati superatur. Recte etenim
per serpentes peccata quae animā simul & cor-
pus ad interitum trahunt, exprimentur: non so-
lum quia igniti, quia uirulenti, quia ad perimē-
dum sunt astuti, uerū etiam quia per serpentē
primi parentes nostri ad peccādō mortales esse
cōt. Recte per serpentē aneum Dominus osten-
ditur, qui uenit in similitudine carnis peccati,
quia sicut aneus serpens effigiem quidem igni-
tis serpētibus similem, sed nullū prorsus in suis
membris habuit ardorē ueneni nocentis, quin
potius percussos a serpentibus sua exaltatione
sanabat: sic nimirum, sic redemptor humani ge-
neris non carnem peccati, sed similitudinem in-
duit carnis peccati, in qua mortē crucis patien-
do credentes in se ab omni peccato, & ab ipsa
etiam morte liberaret. Sicut ergo Moyses exal-
tauit serpentem in deserto, ita, inquit, oportet
exaltari filiū hominis: quia sicut illi qui exalta-
tur pro signo serpentem aneum aspiciebant,
sanabatur ad tempus a corporali morte & pla-
ga, quā serpentium morsus intulerat: ita & qui
mysterium dominicae passionis credendo, con-
fitendo, synceriter imitando aspiciunt, saluan-
tur in perpetuum ab omni morte, quam peccā-
do in animo pariter & carne contraxerant, un-
de recte subiungitur: Vt omnis qui credit in i-
pso, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Cu-
ius quidem uerbi pater sensus, quia qui credit in
Christum, non solum perditionem euadit pœ-
narum, sed & uitam percipit aeternam. Et homo
inter figuram distat & ueritatem, quia per illā
uita protelabatur corporis, per hanc uita dona-
tur sine fine mansura. Sed curandum solerter
est, ut quod intellectus bene sentit, operatio cō-
digna perficiat, quatenus cōfessio recte nostrae
fidei pie & sobrie conuersando ad perceptionē
promissae nobis uitae mereatur attingere. Verū
quia haec de filio hominis dicuntur qui exaltari
in cruce, & mortem potuit pati, ne putaret Ni-
codemus filium tantū hominis esse eum, a quo
uita esset expectanda perpetua, curauit ei Do-
minus etiam diuinitatis suae patefacere sacra-
mentum, unumq; & eundem filium Dei & filiū
hominis mundi ostendere saluatorem. Nam se-
quitur: Sic enim dilexit Deus mundū, ut filium
suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in
eum, non pereat, sed habeat uitam aeternā. Vn-
de notandum quod eadem de filio Dei unigeni-
to replicat, quae de filio hominis in cruce exal-
tato praemiserat, dicens: Vt omnis qui credit in
eum, nō pereat, sed habeat uitam aeternā. Quia
profecto idem redemptor noster filius Dei an-
te secula existens, filius hominis factus est in fi-
ne seculorum, ut qui diuinitatis suae potētia nos
creauerat, ad perfruendam uitae beatitudinem
perennis, ipse per fragilitatem humanitatis no-
strae, nos restauraret, ad recipiendam quā perdi-
dimus uitam. unde nobis satagendū est, fratres
charissimi, ut diuinis beneficijs uicē rependen-
tes, diligamus toto corde, tota anima, tota uir-

tute Deū patrem, qui nos tanto amore prior di-
lexit, ut proprio suo filio non parceret, sed pro
nobis omnibus traderet illū. Diligamus ipsū
filium, qui cum in forma Dei esset, nostra liber-
tatis & uitae gratia formā serui accepit, factusq;
est obediens usq; ad mortē, mortem autem cru-
cis: & sicut de eo dicit Ioānes apōstolus, Qui di-
lexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in san-
guine suo. Diligamus sanctū eiusdem patris &
filij spiritū, cuius gratia renati, cuius unctione
signati sumus in die redemptionis, qui ubi uale
spirat: & ubicūq; spirat, continuō flamma eius-
dem diuinā dilectionis accendit. Credamus i-
psū patrē, & filium & spiritū sanctum unum
esse Deum & dominum nostrum, ac debitis lau-
dibus exaltemus nomē eius in inuicem, cui est
gloria, imperium & potestas, &c.

IN FESTO DIUI IOANNIS

Euangelistae ante portā Latinā.

Matth. 20. Marci 10.

In illo tempore accedunt ad Iesum Iacobus & Ioannes filij Ze-
bedae, dicentes: Magister, uolumus ut quodcumq; petierimus,
facias nobis. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

Matthaeus scribit haec matrem filiorū Zebe-
dai Dominū postulasse pro illis: sed Mar-
cus ipsorū desiderium atq; consilium uolens a-
perire legentibus, tacet de interueniente matre,
& ipsos potius dicit postulare, quod ipsorum
rogatu per matrem nouerat esse postulatum.
Deniq; Dominus secundum utrunq; euangeli-
stam, non matri, sed ipsis respondit:

Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibo
aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei,
Possumus. Nesciunt quid petant, qui sedem glo-
riae a Domino quam nondum merebantur, in-
quirunt. Iam enim delectabat eos cultū hono-
ris, sed prius uitā habebant exercere laboris: de-
siderabant regnare sublimiter cum Christo, sed
prius erat pati humiliter pro Christo. Nomine
enim calicis siue baptisimi, passionem designat
martyrii, qua & ipsum, & illos decebat cōsum-
mari. Vnde & alibi de sua passione loquitur:
Baptismo autem habeo baptizari, & quomo-
do coarctor usq; dum perficiatur. Et eidem pas-
sioni appropians orabat, dicens: Pater, si uis,
transfer calicem istum a me.

Iesus autem ait eis: Calicē quidem quem ego bibo, bibetis, &
baptismo quo ego baptizor, baptizabimini. Queritur quo
modo calicē martyrii Zebedaei filij, Iacobus ui-
delicet & Ioannes biberint: aut quomodo ba-
ptismo Dñi fuerint baptizati, cū scriptura nar-
ret Iacobū tm̄ apōstolū ab Herode capite trūca-
tū, Ioannes autē propria morte uitā finierit. Sed
si legamus Ecclesiasticas historias, in quibus ser-
tur quia & ipse ppter martyriū sit missus in fer-
uētis olei dolū, & inde ad suscipiendā coronā
Christi athleta processerit, statimq; exilio re-
legatus

Gen. 3.

10

10

30

40

50

60

Rom. 8.

Philip. 2.

Apo. 1.

Luc. 12.

Ibid. 26.

A. 11.

Lib. 3. cap. 16.

legatus in Pathmos insula sit, uidebimus martyrio animum non defuisse, & bibisse Ioannem calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt, licet persecutor non fuderit sanguinem. Quod autem subiungit,

Dan. 3.

Sedere autem ad dexteram meam uel ad sinistram, non est meum dare uobis, sed quibus paratum est.] Sic intelligendum est: Regnum caelorum non est dantis, sed accipientis. Non est enim personarum acceptio apud Deum, sed quicumque talem se praebuerit, ut regno caelorum dignus sit, hic accipiet quod non personae, sed uitae paratum est. Si itaque tales estis, qui consequamini regnum caelorum, quod pater meus triumphantibus & uictoribus preparauit, uos quoque accipietis illud. Item, Non est meum dare uobis, sed quibus paratum est. Non est meum dare superbis, hoc enim adhuc erat. Sed si uultis accipere illud, nolite esse quod estis. Alijs paratum est, & uos alij estote, & uobis paratum est. Quid est, alij estote? Prius humiliamini, qui iam uultis exaltari.

Afl. 10.

Et audientes decem, ceperunt indignari de Iacobo & Iohanne.] Decem apostoli non indignantur matri filiorum Zebedaei, nec ad mulierem audaciam referunt postulationis, sed ad filios, qui ignoantes mensuram suam immodica cupiditate exarserunt. Quibus & Dominus dixerat, Nescitis quid petatis.

Iesus autem uocans eos, ait illis: Scitis quia hi qui uidentur principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in uobis, &c.] Humilis magister & mitis, nec cupiditatis immodicae duos arguit postulantes, nec decem reliquos indignationis increpat & liuoris: sed tale ponit exemplum, quo doceat eum maiorem esse qui minor fuerit, & illum dominum fieri qui omnium seruus sit. Frustra igitur aut illi immoderata quaesierant, aut isti dolent super maiorum delirio, cum ad summum uirtutum non potentia, sed humilitate ueniatur. Denique sui proponit exemplum, ut si dicta paruipenderent, erubescerent ad opera. Et dicit,

Nam & filius hominis non uenit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.] Nota quod crebro diximus, cum qui ministraret filium hominis appellari: & dare animam suam redemptionem pro multis, quando formam serui accepit, ut pro mundo sanguinem funderet. Et non dixit dare animam suam redemptionem pro omnibus, sed pro multis, id est, pro eis qui credere uoluerunt.

IN VIGILIIS SANCTI IOHANNIS
ANNIS BAPTISTAE. Lucae.

Fuit in diebus Herodis regis iudaeae sacerdos quidam, nomine Zacharias. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIOE.

Venturus in carne dominus & redemptor
nostre multos dispensationis suae testes pre-

misit & nuncios, qui diuersis temporibus diuersis Israeliticae plebis tribubus orti, non diuersa fide, sed uno eodemque per omnia sensu, eiusdem incarnationis mysterium prophetando praedicerent. Horum ultimus & quasi limes quidam legis & euangelij, figura & ueritatis Ioannes apparuit, domino attestante qui ait: Lex & propheta usque ad Ioannem, ex eo regnum dei euangelizatur. Vnde etiam plusquam propheta dicitus est, quia quem ceteri a longe prophetado solum praedixerant, ille & primo uenturum prophetando signauit, & mox ueniensem ostendendo monstrauit. Qui certe gratia dispensationis non solum iustis, sed & de pontificali stirpe ortis parentibus natus asseritur.

Matth. 11.

Fuit enim sacerdos sicut ex lectione euangelica audiuius, nomine Zacharias, de uice Abia, & uxor illi de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem iusti ambo ante dominum.] Iustis quippe parentibus est genitus, ut eo confidentius iusticiae praecipua populis daret, quo haec ipse non quasi nouititia didicisset, sed uelut haereditario iure a progenitoribus accepta serualet. De sacerdotali profapia ortus est, ut eo potentius imitationem sacerdotij praconaretur, quo ipsum ad sacerdotale genus pertinere claresceret. Redemptor etenim noster in carne apprensus, sicut rex nobis fieri dignatus est regnum caeleste tribuendo, ita etiam pontifex factus est semetipsum pro nobis offerendo deo hostiam in odorem suauitatis. Vnde scriptum est: Iurauit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Melchisedech quippe, ut legimus, sacerdos dei summi, longe legalis sacerdotij temporis praecessit, offerens deo panem & uinum. Et ideo redemptor noster sacerdos esse dicitur secundum ordinem Melchisedech, quia ablati uictimis legalibus, idem sacrificij genus in mysterio sui corporis & sanguinis in nouo testamento offerendo instituit. Quis ergo congruentius translationem legalis, ut substitutionem euangelici sacerdotij, quam summi iuxta legem sacerdotis filius prophetaret? Qui cum & ipse summus sacerdos secundum legem existeret uideretur posse, maluit docente intrinsecus incommutabili ratione ueritatis noui sacerdotis praeco, quam successor & haeres existere ueteris. Maluit doctus in spiritu uocatus in desertum populis noui testamenti sacramenta praedicare, quam ad se ueniens in templum, gloriosissimo illo tunc temporis sacerdotij ueteris officio praesse. Praetulit longam solitudinis sitim & esuriam continuis hostiarum solennijs, pilis camelorum & cinctui zone pelliceae, auro textas pontificum postposuit stolae. Ut quid enim haec, fratres mei, nisi ut is qui merito iustitiae perfectioris auctoritatem sibi praedicandi asseruerat, ipse etiam neglecto ordine, paterni pontificatus ostenderet, quia non dubie melioris pontificatus praeco & praecursor existeret? Si uero fraternitatem uestram audire delectat, quis sit Abia, de cuius uice Zacharias genus duxisse perhibetur.

Psal. 109.

Gen. 14.

1. Pet.

hic temporibus David regis summus erat sacerdos. Siquidem iubente Domino per Moysen, primò unus in lege pontifex Aaron est constitutus, post cuius mortem Eleazar filius eius sacerdotium suscepit. Et hoc quoque mortuo, Phinees filius eius sacerdotij successor extitit, & sic usque ad tempora David per annos circiter quadringentos septuaginta, unus post unum extiterere pontificatus hæredes. At uerò David cum magno feruens studio religionis templum Domino condere desiderasset, Dominus autem magis hoc per filium eius Salomonem uellet impleri, nihilominus ipse David omnia quæ ad futuram eiusdem templi constructionem uel reuerentiam pertinerent, sollicitus preparare curauit. Unde etiam cantores statuit, qui tempore sacrificij quotidie psalmos cum melodia resonarent, atque animos populi circumstantis ad memoriam amoremque celestium, non solum sublimitate uerborum quæ dicebantur, sed etiam suauitate sonorum qua dicebantur, erigerent. Volensque ut crescente cultu & magnificentia templi, decus quoque ministerij illius & ministrantium crederet cœtus, conuocauit omnem progeniem filiorum Aaron, & eos uidelicet qui de Eleazar, & illos qui de Ithamar stirpe descenderant, diuisitque hos in partes uiginti quatuor, ac de his singulis singulos pontifices eligens, ceteros qui in partibus erant sacerdotij minoris, qui nunc presbyteratus uocatur, officio fungi præcepit, ea uidelicet prouisione, ut dum quilibet pontificum uita decederet, quicumque in eius parte optimus putaretur, ei in pontificatu succederet. Quas uidelicet partes taliter ordinauit, ut singuli pontifices cum subiectis sibi sacerdotibus, per octonos dies, hoc est à sabbato usque ad sabbatum, ministrarent. Et cum omnes gradu sacerdotali essent æquales, unus tamen in eis qui dignior uideretur, speciali reuerentia ac potestate præminens, summi sacerdotis nomen habere. Qui autem ordo partium earundem seruari deberet, missa coram David rege & principibus familiarum sacerdotalium, & Leuitarum sorte quæ rebatur. In quarum distributione fortium, Abia de cuius uice & genere Zacharias oritur, octauo loco positus inuenitur. Et recte præco noui testamenti, in quo gloria resurrectionis mundo declaratur, loco octauæ fortis nascitur: quia & Dominus noster una sabbati, quæ est à die conditionis octaua, resurrexit à mortuis, & nobis post sex huius seculi ætates, ac septimam quietis animarum, quæ est in alia uita, octaua iam ætas perpetuæ resurrectionis promittitur in fine.

Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Sæpe contingit, ut hi qui iam perfecti hominum estimatio, ne iudicentur, adhuc in oculis interni arbitri, minus aliquid perfectionis habeant: & rursus euenire solet, ut nonnulli quibusdam uirtutum operibus immoderatus studendo, dum sine scientia Deo placere appetunt, proximorum oculis offendant. A qua utraque reprehensione parentes beati Ioannis immunes esse declaratur,

de quibus cum dictum esset, Erant autem iusti ambo, continuò subnectitur, Ante Deum: & cum adiunctum esset, Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini, mox inferitur, Sine querela. Ac si aperte dicatur, Adeo se in actibus pariter & cogitationibus suis circumspecte agebant, ut & diuinis obtutibus in occulto, & humano foris iudicio placerent, iuxta illud Apostoli: Prouidemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.

Et non erat illis filius, eo quod esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Diuinitus est procuratum, ut sterili matre & utroque parente procreatoris ætatis Ioannes nasceretur, quatenus etiam ipse ortus eius miraculo patefceret, uirum magnæ uirtutis futurum esse qui nascebatur, ubi desinente omni lasciuia concupiscentiæ carnalis constaret: quia nulla in conceptione causa uoluptatis, sed sola cogitata sit spiritalis gratia prolis. Sic Isaac filius promissionis, qui in figuram redemptoris nostri factus est obediens patri usque ad mortem, de ueteranis parentibus & sterili diu matre natus est: sic Iacob & Ioseph patriarchæ, sic Samson fortissimus quicumque, & prophetarum eximius Samuel steriles diu corpore, sed fecundas semper uirtutibus habuere genitrices, ut miraculo natiuitatis, natorum dignitas nosceretur, & probarentur sublimes in uita futuri, qui in ipso uitæ exortu conditionis humanæ iura transcenderent. quod uerò sequitur, Factum est autem, cum sacerdotioungeretur Zacharias in ordine uicis ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, forte exijt ut incensum poneret, ingressus in templum Domini. Claret quidem omnibus, quia iam redeunte ex ordine septimana uicis suæ, quæ ei de uice Arabia contigerat, templum ministraturus intrauit: sed forte aliquibus obscurum est, quia scriptura tacere uidetur, quo hæc sint anni tempore gesta. Quibus intimandum, quia nec hoc scriptura prætermisit, sed ex eo quod addidit, latenter innuit.

Et omnis, inquit, multitudo erat populi orans foris hora incens. Vna etenim tantum modo per annum solennitas erat, in qua pontifice ad orandum sancta sanctorum intrante, nullum prorsum hominum intra fores templi remanere liceret, sed omnes tempore oblationis exterius iuberentur orare. Hæc autem erat statuta solennitas septimo Paschæ mense, decima die mensis, quæ dies propitiationis siue expiationis uocabatur: quia uidelicet oblati in altari holocausti uictimis, sanguis in sancta sanctorum ad expiandum inferebatur. Nec solum sanguis ibi aspergebatur, sed & thymama adolebatur, quod in presentilectione Zacharias fecisse memoratur. Dicit ergo de hac solennitate Dominus Moyse: Mense septimo, decima die mensis affligetis animas uestras, nullumque facietis opus. Expiabit autem pontifex sanctuarium, & tabernaculum testimonij, atque altare, sacerdotes quoque & uniuersum populum: eritque hoc uobis legitimum sempiternum, ut oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno.

Et

ibidem. Et paulo superius, cum ritum eiusdem expiationis doceret, ait inter alia: Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex ingreditur sanctuarium, ut roget pro se, & pro domo sua, & pro uniuerso coetu Israel, donec egredatur. Locus est de singulis huius diei ceremonijs scripturæ testimonia ponere, longius multo singula sufficienter, quomodo nunc spiritualiter in ecclesia agatur, exponere. Vnde hoc maxime libet uestra fraternitatis auribus intimare, quam conuenienter electum sit tempus, in quo præcursoris Domini natiuitas, & uirtus futura nunciaretur. Septimus quippe mensis, & decima huius dies sacratissimo huic oraculo dedicatur, quia nimirum ille nasciturus prædicabatur, qui consummationem obseruantia legalis, & euangelica gratia prædicaretur: quia ortus monstrabatur illius, qui primus omnium & uenire, & iam adesse ostenderet Dominum saluatorem, de quo scriptum est: Finis enim legis Christus ad iustitiã omni credenti. Nam & septenario propter sabbatum, & denario numero propter decalogum, legis adimpletio recte figuratur. Dies hæc propitiationis erat & expiationis, in qua populus omnis ab operibus uacare, & per orationes atque abstinentiam affligi & castigari preceptus est. Quod beati Ioannis & uite & prædicationi multum congruit, qui & ipse à mundanis uacans operibus, cœlestibus solum studijs ac desiderijs animum dabat, & conuenientes ad se turbas à malis operibus abstinere, ac per penitentiam fidemque expiari, & Christo consecrari docebat: quia tempus iam diuine propitiationis instaret, in quo cunctis pie querentibus, regni cœlestis pateret ingressus. Quod autem hac die pontifex sanctuarium & tabernaculum testimonij, atque altare, sacerdotes quoque & uniuersum populum expiare iussus est, Ioannes ipse quis sit iste pontifex, quæ hæc expiatio manifestat, cum illo ueniente ad baptismum suum loquitur, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quæ uidelicet expiatio semel in anno celebrari statuta est, quia sicut Apostolus ait, Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. Quod autem pontifice ad rogandum ingrediente sanctuarii, nemini hominum in tabernaculo esse licebat donec exiret, infirmitatem sanctæ ecclesiæ designat, quæ pro fide eius pati necdum erat idonea. Quod in ipsis patefactum est apostolis, qui inchoata eadem passione illius, omnes relictos eo fugerunt. Egrediebatur autem expleta expiatione pontifex, ut & alij tabernaculum intrandi facultas daretur: quia perfecto suæ sacrificio passionis, apparuit discipulis Christus: & data spiritus sancti gratia, ad offerendas Deo hostias non solum deuoti operis & orationis, sed & proprii sanguinis, eorum quoque corda roborauit. Hæc de obseruantia festiuitatis legalis latius exposuimus, ut agnosceret charitas uestra, quam congruenter in ea noua gratia præconia sumpserint exordium, in qua tam multipliciter

opus eiusdem gratia & totius mundi redemptionis significabatur.

Apparuit autem oranti Zacharia angelus, stans à dextris altaris incensii. Quo notandum quod non solum uirtute sermonum quos protulit, uerum etiam statu temporis, & loci situ in quo apparuit, gratia quam euangelizare uenerat, testimoniū perhibet. Tempore quippe oblationis sacerdotij apparuit, ut uerum se eternumque pontificem, uerum pro mundi salute hostiam uenturam prædicare signaret. Stabat iuxta altare incensii, ut noui testamenti præconem se uenisse doceret. Duo namque altaria erant in templo, quæ duo testamenta significant in ecclesia. Primum altare holocausti ære coopertum, & ante fores templi ad offerendas uictimas & sacrificia positum, quod carnales ueteri testamenti cultores significat. Deinde altare incensii auro tectum, propter ostium sancti sanctorum, ad adolenda thymiamata erat statutum; quod interiorē perfectiorēque noui testamenti & cultorum illius gratiam designat. Stabat etiā à dextris eiusdem altaris, ut non terrena & infima, sed gaudia cœlestis & sempiternæ beatitudinis, quæ per dexteram solent figurari, hominibus se promittere monstraret: illis maxime qui per cordis sui mundiciam ipsi altare aureum effici, qui prope ingressum regni cœlestis sedula cogitatione assistere, qui aromata orationum per ignem amoris Deo incendere, qui dicere possunt cum Propheta, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, quod autem ait Zacharia:

Quia exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elizabeth pariet tibi filium. Non est arbitrandum, quod pontifex qui pro populo oraturus intrauerat, mutato repente animo pro priuatis negocijs cœperit rogare, maxime pro liberis, à quorum generatione in tantum homo senex ac decrepitus spem totam auerterat, ut neque angelo promittente crederet nasci sibi filium posse. Sed hoc certissime sciendum, quia pro populi saluatione rogabat, quæ & maximo peccatorum languore uexatus, & insuper alienigenæ regis dominio pressum nouerat. Vnde de angelico oraculo & se exauditiū cognouit à Domino, & quo ordine salus quam querebat esset ad uentura didicit: quia uidelicet nasceretur sibi filius, qui propheta & doctor eximius existens, eum de populū ad uiam ueritatis, spiritusque promerendæ salutis conuerteret, & mox sequeretur ipse saluator, qui regni cœlestis gaudia præstaret.

Et uocabis, inquit, nomen eius Ioannes, & erit tibi gaudium & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Magnæ laudis est & uirtutis indicium, quoties in scripturis hominibus à Deo nomen imponitur uel mutatur. Bene autem præcursor redemptionis nostri Ioannes uocari iubetur, Ioannes quippe Domini gratia, siue in quo est gratia dicitur: quia & ipse specialem præ ceteris sanctis eiusdem præcursoris gratiam accepit, & inauertam eatenus mundo cœlestis ingressus gratiam prædicare aduenit. Qui ergo & gratia plenus extitit, & ceteris Dei gratia euangelizauit, recte præconium gratia ipso etiā suo nomine signauit. Merito quæ in eius natiuitate multis

exult.

Rom. 10.

1 Cor. 1.

Hebr. 9.

Math. 26.

1 Cor. 1.

Exod. 38.

ibidem 30.

Psal. 140.

exultandum prædicitur, per quem suæ regene-
rationis mundo autor ostenditur.

Erit enim magnus coram Domino.] Notandū quod
idem laudis præconium Ioāni ab angelo, quod
ab euangelista parentibus fertur illius. Et illi e-
nim iusti ante Deum, & hic corā Domino ma-
gnus esse perhibetur. Quā magnus autē co-
ram Domino fuerit, ipse qui solus uirtutem ma-
gnitudinis eius & donauit & nouit, Dominus
insinuat, dicens: Non surrexit inter natoſ mu-
lierum maior Ioanne Baptista. Sed & angelus
multifariam eius coram Domino magnitudinē
subsequenter exposuit,

*Et uinum, inquit, & ficeram non bibit, & spiritu sancto
replebitur adhuc ex utero matris suæ, & multos filiorum israel
conuertet ad Dominum Deum ipsorum.]* Siquidem in eo
quod illum a uino & sicera, id est, ab omni quod
inebriari potest, continentiam habiturum asse-
ruit, patenter indicauit, quia ab omnibus uitijs
& mundi illecebris, quæ statum mentis solent
euertere, futurus esset immunis. In eo autē quod
illū adhuc ex utero matris spiritu sancto replen-
dū esse memorauit, profecto quia natus in mun-
dum, cunctis uirtutum fructibus esset clarifican-
dus ostendit. Quid enim uiuenti & conuersan-
ti inter homines poterat deesse uirtutis, qui est
ut homo in iniquitatibus conceptus est, contra-
morem tamen humanæ conditionis non in de-
licitis eum præuarcationis, sed in gratia remis-
sionis mater sua peperit. Neque enim dubitandū
est, quia spiritus sanctus qui eum repleuit, etiā
à peccatis omnibus absoluit. Constat quippe
ueridicam patrum sententiam, quia lege non strin-
gitur spiritus sancti donum. Et propterea qui
Cornelium & domum eius ante perceptionem
baptismi sua gratia consecrauit, ipse utiq; Ioan-
nem non solum ante circumcisionem, sed & an-
te natiuitatem eiusdem gratiæ munere perfur-
dit, ita ut officium suæ præcurſionis Domino
adhuc in utero positus, quia loquendo nondū
poterat, iam gratulando præberet, quando sic
ut sequentia sancti Euangelij testantur, intran-
te beata Dei genitrice, & salutante Elizabeth,
exultauit in gaudio infans in utero eius. Sed &
in eo quod illum multos filiorum Israel ad Do-
minum Deum ipsorum conuersurū asseuerat,
manifeste angelus quoniam magnus corā Do-
mino esse futurus indicat, quem optimo gene-
re cōuerſandi uitam peracturum esse declarat.
Quæ enim inter homines sublimior, & Deo gra-
tior esse conuersatio potest, quam eorum qui se
castigant à uitijs, qui uirtutum studijs animum
subiugant, insuper etiam alios quotidiano exer-
citiō ad autoris sui gratiam student conuertere
& crebra animarum fidelium acquisitione, gau-
dium semper patriæ cœlestis augere?

Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Helie.]
Ioannes in spiritu & uirtute Helie Dominum
præcedere dicitur, quia sicut Helias in magna
uirtute spiritus secundum, eius aduentum præ-
ueniet, ita Ioannes non minore spiritus poten-
tia præditus præuenit primum. Sicut ille præ-
cursor futurus est iudicis, ita iste præcursor sa-

cius est redemptoris. Nec solum aduentus ordi-
ne, sed doctrinæ quoq; similitudine Ioannes in
spiritu & uirtute Helie Dominum præcessit.
Nam sicut de Ioanne angelus subiungit,

*Ut conuertat corda patrum in filios, & incredibiles ad pru-
dentiam iustorum.]* Ita & Dominus per propheta
non disparē de Helie prædicatione sententiā
protulit, dicens: Ecce ego mittam uobis Helia
prophetam, antequam ueniat dies Domini ma-
gnus & horribilis, & conuertet corda patrum
ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Vnū
igitur atq; idem utriusq; opus est, fidem scilicet
atq; intellectum, quem habuere patres, filiorū
mentibus prædicando infundere. Nam patres
& iusti appellātur ueteres sancti, de quibus sal-
uator ait discipulis: Multi propheta & iusti cu-
pierunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderūt.
Filij uerō & incredibiles illius aui hominēs,
quo uel Helias prædicaturus est, uel Ioānes præ-
dicabat, uocantur. Conuertit autē Ioannes cor-
da patrum in filios, quia sapientiam quam ha-
buerunt patres Christum credentes ac deside-
rantes in carne uenire, transfudit in filios docē-
do eos credere & gaudere, Christum in carne
uenisse. Conuertit incredibiles ad prudentiam
iustorum, quia eos quos sine fide Christi inue-
nit de operibus legis frustra gloriantes, docuit
credere in Christum, eiusq; se gratiæ tota inten-
tione submittere, ac præcedentium iustorum
imitari prudentiam, qui & legem perficere dili-
gentissimè studebant, & nihilominus in gratia
Domini Iesu, non autem in operum suorum iu-
stitia, salutem sperare didicerant. Hinc nanque
unus ex eis dicit, Iustus autem ex fide uiuit. un-
de & aperte subiungitur:

Parare Domino plebem perfectam.] Hęc etenim pul-
cherrima Dominicæ plebis perfectio est, quā
& Ioannes suo tempore prædicando parabat,
& nunc Dominus ipse donando per orbem la-
tius adimplet, cum nos euāgelicis & uerbis in-
stituti & imbuti mysterijs eandem fidem ac di-
lectionem habere discimus, quā legalibus præ-
ceptis edocti patres habuisse probantur. Hoc
perfectissimum sanctæ ecclesiæ decus est, cum
ad eadem quæ illos intrasse constat, supernæ pa-
cis gaudia suspiramus; atq; ut hæc etiam nos in-
trare mereamur, cœlestem in terris exercere ui-
tam contendimus, cum eorum exemplo nulla
quæ facimus uel percipimus, bona nostris meri-
tis adscribimus, sed ad autoris nostri per om-
nia gratiam respicimus. De quo illorum quoque
testimonijs edocemur, quia ipse est Deus, ipse
fecit nos & non ipsi nos, non solum scilicet ut
homines simus, uerum etiam ut sancti & beati
homines simus. Cuius dona gratiæ si puro sem-
per & infatigabili corde sectamur, ipse iuxta
eorundem patrum promissa propitius sit omni-
bus iniquitatibus nostris, ipse satiat in bonis de-
siderium nostrum, ipse non in operibus iustitiæ,
quæ ex nobis habere potuimus, sed in misera-
tione & misericordiā quā ipse donauit, nos in
uitā coronet aternā, qui uiuit & regnat cum pa-
tre in unitate spiritus sancti Deus, &c.

Math. 11.

10

Malach. 4.

Math. 13.
Luc. 10.

10

30

40

Act. 10.

Luc. 1.

50

60

Psal. 94.

Psal. 103.

IN SOLENNITATE DEIPARAE
uirginis Marię, quando salutauit
Elizabeth. Luca 1.

In illo tempore, exurgens Maria abijt in montana cum sistina
tione in ciuitatem Iuda, et intrauit in domum Zacharie, et
salutauit Elizabeth. Et reliqua.

B E D A E P R E S B Y T E R I D E
E A D E M L E C T I O N E .

Lectio sancti euangelij, quam audiuius, &
redemptionis nostre nobis semper ueneran
da primordia prædicat, & salutaria semper imi
tanda humilitatis remedia commendat. Nam
quã pestē superbie attacum genus humanum
perierat, decebat ut medicamentum humilita
tis quo sanaretur, prima mox incipientis salu
tis tempora præterderent. Et quia per temerita
tem seducta mulieris mors in mundum intro
ferat, congruum fuerat ut in indicium uitæ re
uertentis mulieres se deuota humilitatis inui
cem ac pietatis præuenirent obsequijs. Prior er
go nobis beata Dei genitrix, ad sublimitatem
patris celestis iter ostendit humilitatis, non mi
nus religionis, quã castitatis exemplo uene
rabilis. Siquidem gloria uirginis & intemerati
corporis qualis sit uita supernæ ciuitatis, ad
quam suspiramus, insinuat, ubi neq; nubent ne
que nubetur, sed sunt sicut angeli Dei in cœlis,
ac uirtutem mentis eximiam, qua ad hanc per
tingere debeamus, indicat. Namq; sicut præce
dente sancti euangelij lectione cognouimus,
postquam angelica uisione & allocutione me
ruit sublimari, postquam se cœlesti onustadã
partu didicit, nequaquã se de donis cœlestibus
quasi à se hæc essent extulit: sed ut magis ma
gisq; donis esset apta diuinis, in custodia humi
litis gressum mentis fixit, ita euangelizanti
sibi archangelo respondens: Ecce ancilla Do
mini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Vi ue
ro ex hodierna lectione audiuius eãdem, quã
angelo exhibuerat humilitatem, hominibus
quoque curauit exhibere, & quod maioris est
uirtutis, hoc etiam minoribus. Quis enim ne
sciat uirginem Deo consecratã, muliere Deo
dedita gradum habere potiolem: Quis dubi
tet matrem regis aterni, iure matri militis præ
ferendam: Autamen ipsa memor scripturæ præ
cipientis, Quãto magnus es, te in omnibus hu
milia: mox, ut angelus qui loquebatur ei ad cœ
lestia redijt, surgit ac montana conscendit, ge
stansq; in utero Deum, seruatorum Dei habitacu
la petit, ac requirit alloquia. Et apte post uisio
nem angeli in montana subijt, quæ gustata sua
uitate supernorum ciuitum humilitatis gressi
bus ad uirtutum alta se transtulit. Intra ergo
domum Zachariæ atque Elizabeth, quam ser
uum ac præcursolem Domini parituram noue
rat, salutatur, non quasi dubia de oraculo quod ac
ceperat, sed ut congratulatur de dono, quod
conferuam accepisse didicerat: non ut uerbum
angeli mulieris attestacione probaret, sed ut
Bedæ tom. 7.

mulieri prouectæ ætatis uirgo iuencula minia
sterium sedula impenderet.

*Vi autem salutationem Maria Elizabeth audiuit, exultauit
insans in utero eius, et repleta est spiritu sancto Elizabeth.]*
Aperiente os ad salutandum beata Maria, re
pleta est mox spiritu sancto Elizabeth, reple
tus est & Ioannes: atq; uno eodemq; spiritu am
bo edocti, illa salutantem quæ esset agnouit, &
ut matrem Domini sui debita cum benedictio
ne uenerata est, ille ipsum Domini esse, qui in
utero uirginis portaretur intellexit: & quia lin
gua necdum ualuit, animo exultate salutauit,
officiumq; suæ præcurSIONIS quã deuote, quã
libenter iuuenis esset impleturus, & antequam
nasceret adueniente Domino quibus ualebat
indicijs intimauit. Aderat namq; tẽpus quo im
pleretur angeli sermo quem dixerat, quia spiri
tu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.

*Repleta est ergo spiritu sancto Elizabeth, et exclamauit uo
ce magna.]* Recte uoce magna, quia magna Dei
dona cognouit: recte uoce magna, quia illum
quem ubiq; præsentem nouerat, etiam corpo
raliter adesse sentiebat. Magna etenim uoce nõ
tam clamosa, quã deuota intelligendum est.
Neq; enim modica uocis deuotione Domini
laudare ualebat, quæ spiritu sancto plena flagra
bat: quæ & illum in utero gestabat, quo in natis
mulierum maior nemo est: & eum aduenisse
gaudebat, qui conceptus ex carne matris uir
ginis filius altissimi uocaretur, & esset.

*Exclamauit autem, et dixit: Benedicta tu inter mulieres, et
benedictus fructus uentris tui.]* Non solum benedicta
inter mulieres, sed inter mulieres benedictas
maiori benedictione specialiter insignis. Bene
dictus fructus uentris tui. Nec ipse generali san
ctorum more benedictus, sed sicut Apostolus ait,
Quorum patres & ex quibus Christus secundum
carnem, qui est super omnia Deus benedictus
in secula. De huius ortu fructus Psalmista mysti
co sermone testatur, dicens: Etenim Dominus
dabit benignitatẽ, & terra nostra dabit fructum
suum. Dedit quippe Dominus benignitatem,
quia genus humanum à reatu præuariatationis
per unigenitum suum liberare disposuit: dedit
benignitatem, qui eius ingressui uirginis ute
ri templum spiritus sancti gratia consecrauit. Et
terra nostra dedit fructum suum, quia eadem uir
go quæ de terra corpus habuerat, filium genuit
diuinitate quidem Deo patri coæqualem, sed
sibi carnis ueritate consubstantialem. De hoc
& Esaias humanæ redemptionis tempus in
tuens, ait: In illa die erit germen Domini in ma
gnificentiã & gloria, & fructus terræ sublimis.
Germen namq; Domini fuit in magnificentiã &
gloria, cum sempiternus Dei filius in carne tẽ
poraliter apparens, magnitudine uirtutum cœ
lestium mundo clarus effulit. Fructus quoq; ter
ræ sublimis effectus est, quando carnem quam
de nostra natura Deus mortalem susceperat,
uirtute resurrectionis immortalem iam redditã
ad cœlos sublimauit. Recte ergo dicitur, Bene
dicta tu in mulieribus, & benedictus fructus uẽ
tris tui. Benedicta est enim incomparabiliter,
g quæ

Gen. 3

Matth. 22.

Eccles. 3.

Luc. 1.

Rom. 9.

Psalm. 84.

Esai. 40.

quæ & diuini germinis suscepit gloriam, & coronâ integritatis seruaui. Benedicta inter mulieres, per cuius partum uirgineum à natis mulierum maledictio primæ matris exclusa est. Benedictus fructus uentris illius, per quem & semen incorruptionis, & supernæ hæreditatis, quam perdidimus in Adam, fructum recepimus. Et uerè ac singulariter benedictus, qui nõ nostro more postquam natus est, gratiam à Domino benedictionis percepit, sed ipse ad saluandum mundum benedictus uenit in nomine Dñi.

Esaiæ 66. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me?] Quanta in prophetissâ mente humilitas, quam uerus sermo Domini quem dixit, Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum & trementem uerba mea? Matrem quidem Domini, quæ ad se uenerat, mox ut uidit, esse cognouit: sed nihil in se talis meriti reperiens, quo digna fieret à tãta hospite uisitari. Vnde hoc mihi, inquit, ut mater Domini mei ueniat ad me: quia nimirum ipse spiritus, qui ei prophetiæ donum contulit, munus pariter humilitatis præstitit. Prophetico repleta spiritu genitricem ad se aduentasse Saluatoris intellexit, sed humilitatis spiritus circumspiciat minus dignam se eius aduentu deprehendit.

Ecce enim ut facta est uox saluationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio insans in utero meo.] Intellexit Elizabeth eodem quo impleta erat spiritu reuelate, quid illa exultatio sui significasset infantis, hoc est illius uenisse matrem, cuius ipse præcursor ac demonstrator esset futurus. Et quam miranda, quam cita sancti spiritus operatio. Nulla quippe in discendo mora est, ubi spiritus sanctus doctor adest. In uno eodemque momento cum uoce salutatis gaudium nascitur infantis, quia dum uox ad aures peruenit corporales, uirtus spiritalis cor intrauit audientis, nec solum genitricem, sed & sobolem amore Domini aduenientis accendit. Vnde mox eadẽ præcursoris Domini genitrix ea, quæ in occulto cognouerat, his qui simul aderant & audiebant palam euangelizare curauit. Nam subdit:

Et beata quæ credidit, quoniam perficietur in ea, quæ dicta sunt ei à Domino.] Nam & hoc quoque per spiritum didicit Elizabeth, quæ angelus ad Mariam uerba protulerit, quod illa mox euangelizanti crediderit, quod hæc diuina operante potentia absque ulla essent dubietate complèda. Mirumque in modum idem spiritus eam cum repleuit, præsentium simul præteritorum & futurorum scientia instruxit. De præsentibus namque se edoctam monstrauit, cum beatam Mariam matrem Domini sui uocâs, quæ redemptorem humani generis in utero gestaret indicauit. Vnde etiam fructum uentris eius singulariter benedictum esse professâ est. Præteritorum se noticiam accepisse signauit, quæ & uerba angeli ad Mariam, & consensum Mariæ credentis sibi innotuisse prodidit. Sed & futurorum scientiam sibi non negatam intimaui, cum perficienda à Domino, quæ ei dicta essent aperuit. Quis autem fratres mei dicere, quis æstimare sufficiat, quæ tunc

gratia spiritus Dei genitricem repleuerit, cum tanta in matre præcursoris lux doni cœlestis emicuit? Verum audiamus uerba quæ dixit, si forte ex his ualeamus aliquantulum dinoscere quid intus habuerit. Audita ergo repositione Elizabeth, qua eam beatam inter mulieres prædicauit, matrem Domini sui cognominauit, si de forte laudauit, ad cuius ingressum seipsam cum filio spiritu sancto repletam esse signauit, non amplius tacere potuit dona quæ perceperat, sed quæ semper animo gerebat, ubi aptum tempus inuenit, etiam deuota oris professione patefecit. Namque ut uirginalem decebat pudorem, acceptum diuinitus oraculum aliquandiu silentio tegebat, arcanum mysterij cœlestis in sui pectoris abdito uenerabatur occultum, expectabat reuerenter donec ipse donorum distributor quid sibi doni specialis tribuisset, quid secreti reuelasset, quando cunq; uellet ostenderet. At postquam eadem quæ sibi erant charissima præstita per alios spiritu reuelante esse patefacta cernebat, mox ipsa etiam thesaurum cœli quem in corde seruabat, aperuit. At ergo:

Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.] Quibus profecto uerbis primo dona sibi specialiter concessa confitetur, deinde generalia Dei beneficia quibus generi humano in æternum consulere nõ desistit, enumerat. Eius autem anima Dominum magnificat, qui omnes interioris hominis sui affectus diuinis laudibus ac seruitijs mancipat, qui obseruatiã præceptorum Dei semper eius potentiam maiestatis se cogitare demonstrat. Eius spiritus in Deo salutari suo exultat, quem nihil in terris libet, nulla caducarum rerum affluentia emollit, nulla aduersitas frangit, sed sola illius à quo salus speratur æterna, sui conditoris memoria delectat. Quæ cum omnibus perfectis uerba recte conueniant, maxime tamen ea beatam Dei genitricem proferre decebat, quæ meriti priuilegio singularis spiritali ipsius dilectione flagrabat, cuius corporali conceptione gaudebat. Quæ iure in Iesu, id est, in salutari suo speciali præ cæteris sanctis gaudio potuit exultare, quia quem perpetuum salutis autorem nouerat, hunc ipsum temporali ortu de carne sua nasciturum esse sciebat, quatenus in una eademque persona ueraciter & suus filius esset & Dominus. Quæ sequentibus quoque uerbis, quam uisita de seipsa senserit docet, & quod omne quicquid boni meriti habuit, hoc superna gratia largiente perceperit, dicens:

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.] Humilem quippe Christi ancillam suo iudicio se fuisse demonstrat, sed respectu gratiæ cœlestis repente sublimatam pronunciat, atque in tantum glorificatam, ut sua beatitudo præcipua merito cunctarum gentium uoce miretur. Addidit etiam adhuc diuinæ pietatis munera, quæ mirabiliter accepit, digna gratiarum actione collaudans.

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.] Nil igitur suis meritis tribuit, quæ totam magni-

magnitudinem ad illius donum refert, qui essentialiter potens & magnus existens, fideles suos de paruis atque infirmis fortes facere conseruit, & magnos. Bene autem addidit, Et sanctum nomē eius, ut admoneret audientes, imō omnes ad quos eius uerba peruenirēt, instrueret ad fidem, & inuocationem eiusdem nominis aduolare, quatenus & ipsi sanctitatis atterne, ac salutis ueræ possent esse participes, iuxta illud propheticum, Et erit omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Ipsum enim est nomen, de quo supra ait, Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Vnde adhuc apertius addit,

Iob. 2.

Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Progenies autem & progenies uel utriusque populi, Iudæi uidelicet & gentilis appellat, uel certè omnium per orbem nationū, quas in Christo credituras esse præuidebat: quia sicut Petrus ait, Non esse personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Cōcinat autem his beatæ Mariæ uerbis ipsius Domini sermo, quo non tantum matrem, quæ se corporaliter meruit generare, sed & omnes qui sua præcepta seruarent, pronunciauit esse beatos. Cum enim docente illo populum quodam loco, & miracula faciente, omnes sapientiam eius ac uirtutes mirarentur, extollens uocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille testimonium ueritatis prolatum libenter accipiens, continuo respondit: Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud, ut ipsa quoque mulier, imō uniuersi qui audiebant, se beatos fore confiderent, si diuinis uellent obtemperare mandatis. Ac si apertè dicat: Quamuis singulare præuilegium beatitudinis habeat, quæ filium Dei incarnatum uirgo in utero gestare, parere, ac nutrire digna extitit, præcipuum tamen in eadem uita perpetuæ beatitudinis locum & ipsi sunt habituri, qui eius fidem ac dilectionem casto in corde concipiunt, qui sedula in mente præceptorum eius memoriā portant, qui hanc & in mente proximorum solerti exhortatione nutrire satagunt. Verum quia uenerabilis Dei genitrix misericordiam eius omnibus per orbem, qui eum timentes affuturam esse perdocuit, restat ut etiam superbi & contemnentis monita ueritatis, quid mereantur, insinuet.

Actu. 10.

Luce 11.

Fecit, inquit, potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. In brachio suo, in ditione propria uirtutis significat. Non enim alieno ad operandum indiget auxilio, cui sicut scriptum est, subest cum uoluerit posse. Quod ad distinctionem nostræ bonæ operationis dicit, qui nō in nostræ iuribus libertatis, sed in Deo facimus uirtutem, & sicut aliās scriptum est, Et brachia eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio uultus tui. Dispersit autem superbos mente cordis sui, quia initium omnis peccati superbia, ob cuius merisum Dominus genus humanum à stabili habi-

Sapient. 12.

Psal. 59.

Psal. 43.

Eccles. 10.

Bedæ tom. 7.

tatione patriæ cœlestis eijciens, in huius peregrinationem exilij longe, lateq; dispulit: sed & his qui in peccatis perdurare non timent, grauiorē futuræ dispersionis uindictā reseruauit.

Deposuit potentes de sede. Eosdem potentes appellat, quos ante dixerat superbos. Qui ideo nimium superbi uocantur, quia supra mensuram se suæ conditionis extollunt. Potentes autem non quia uerè potentes sunt, sed quia confidentes in uirtute sua, conditoris adiutorium querere detrectant. Illi autem uerè potentes sunt, qui dicere cum Apostolo norunt: Omnia possumus in eo qui nos confortat. De quibus scriptum est, Deus potentes non abiicit, cum & ipse sit potens. Deposuit ergo potentes de sede, & exaltauit humiles, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Quamuis etiam ita rectè possit intelligi, quod nonnunquam illi ipsi, qui merito suæ elationis à Domino fuerant defecti, denudò miserante illo ad humilitatis gratiam redeant, sicq; merito deuotæ humilitatis erigantur ad gloriam. Denique Saulus ad superbiam de sede doctrinæ legalis depositus est, sed mox ob humilitatis subiectionem ad euangelizandā Christi fidem leuatus.

10

20

30

40

50

60

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Qui æterna perfecte nunc esuriunt, atque ad hæc appetenda insatigabili operum iustorum instantia certare non desistunt, satiabuntur utique cum sui redemptoris gloria quam desiderabant, apparuerit. At quicumque cœlestibus diuitijs terrenas præponere gaudent, hi nimium tempore ultime discretionis inanes totius beatitudinis dimittuntur à Domino, ideoque cum diabolo perennis miseræ poenæ plectuntur. Quod etiam in hac uita ex parte non minima uidemus impleri, ut & humiles uidelicet superba bonitatis alimonijs repleantur, uirtutumq; cœlestium largitate ditescant: & qui uel de terrenis diuitijs gloriantes superbiunt, uel de opibus se honorum operum quasi hæc perse habeant, extollunt, intus à lumine ueritatis inanescunt. Singulis autem his uersiculis, quos de diuerso superborum atque humilium statum beata Maria protulit, adiungendum est quod præmissit, A progenie in progenies: quia nimium per omne labentis seculi tempus creator iustus ac misericors & superbis resistere, & humilibus dare gratiam consueuit. Vnde bene post generalem diuinæ pietatis & iustitiæ commemorationem, ad specialem nouæ incarnationis dispensationem, qua mundum redimere dignatus est, confessionis suæ uerba conuertit, dicens:

Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordie sue. Israel quippe uir uidens Deum interpretatur. Quo nomine omnis redemptorum hominum cœtus designatur, propter quos ut Deum uideré ualeant, ipse Deus homo uisibilis inter homines apparuit. Qui suscepit Israel quasi medicus ægrum quem curaret, quasi rex populum, quæ ab hostium incursione defenderet, imō hostes

Philip. 4.
Iob. 36.

Luce 18.

Actu. 9.

Iacob. 4.
1. Petr. 5.

g a prostra

prostrato liberū redderet, ac secum perpetuò regnare donaret. Et bene addidit, Puerum suū, uidelicet humilem obedientemq; significans: quia non nisi per uirtutem humilitatis, quis ad fortem potest redemptionis attingere. Vnde **Matth. 18.** & Dominus ait: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Bene quoq; subiunxit, Memorari misericordiæ suæ, quia quod Deus hominem ut redimeret, assumpsit, non humanæ meritum conditionis, sed diuinæ donū pietatis extitit. Quid enim post culpam præuæricationis, nisi iustam conditoris irā meruimus? Vnde restat, ut quotquot ad salutem uitamq; recuperamur æternā, non hoc nobis, sed eius gratiæ tribuamus, cui dictum est, In ira misericordiæ memor eris.

Abac. 3. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula, Patrum memoriā faciens beata Maria, recte Abraham nominatim exprimit: quia etiam multi patres ac sancti Dominicæ incarnationis testimoniū mysticè protulerunt, ipsi tamen primò manifeste sunt eiusdem incarnationis, ac nostræ redemptionis arcana prædicta: ipsi specialiter dictum est, Atq; in te benedictur uniuersæ cognationes terræ. Quod ad Dominum Saluatorem pertinere nullus fidelium dubitat, qui ad dandam nobis benedictionem perpetuam, de stirpe Abraham ad nos uenire dignatus est. Semen autem Abraham non illos tantò dicit electos, qui ex Abraham progenie sunt

Genes. 12. corporaliter editi, uerum etiam nos qui de gentibus ad Christum congregati, illis fidei societate patribus copulamur, à quibus profaple carnalis origine longè segregamur. Et nos enim semen ac filij sumus Abraham, cum sacramentis nostri redemptoris, qui de genere Abraham carnem assumpsit, renascimur. Nos sumus filij Abraham, cum illum uidere solerti intentione quaerimus, cuius diem ipse Abraham exultaui ut uideret, & uidit & gauisus est. Hinc autem **Ioan. 8.** postolus ait, Si autem uos Christi, ergo semen Abraham estis, secundum promissionem hæredes. Recte autem in conclusione subiungitur, In secula: quia nimirum præfata promissio supernæ hæreditatis nullo unquam fine clauditur. Nam & usque in finem seculi huius non deerunt, qui in Christū credendo semē fiant Abraham, & futuræ beatitudinis eidem semini manebit gloria perennis. Vnde nos necesse est, fratres charissimi, quibus æterna merces à Domino promittitur, indefesso nisu mentis pro eius percēptione lucrari. Oportet enim ut pro obtinendo bono, quod sine fine cupimus habere, sine ulla intermissione donec accipiamus, certa re curemus. Verba igitur euangelicæ lectionis frequenti meditatione reuoluamus, exempla beatæ Dei genitricis Mariæ semper animo retineamus, ut & in conspectu Dei humiles inuēti, & proximis quoque honore debito submissi mereamur unā cum ipsa perpetuò sublimari. Studeamus sollicitè ne nos laudantium indebitè fauor extollat, cum illam uideamus inter uerba ueræ laudationis inconcussam humilitatis

tenuisse constantiam. Si immoderatus temporalium rerum nos appetitus delectat, reminiscamur quia iudex noster diuites dimittit inanes: si temporalis afflictio forte mētem conturbat, recogitemus quia & humiles exaltat. Nunquā de impetrāda admissorum ueniā desperemus, quia misericordiā eius à progenie in progenies timētibus eum. Nulli inter mala quæ fecit grauior impœnitendī culpa surripiat, quia Deus superbis resistit, eosq; à beatorum forte secerne, per uaria pœnarum loca pro peccatorum uarietate dispergit. Fit autem largiente Domino, ut si beatæ Mariæ semper actus & dicta recolamus, semper in nobis & obseruantia castitatis & uirtutis opera perseuerent. Nam & optimus ac saluberrimus in sancta ecclesia mos inoleuit, ut hymnus ipsius quotidie cum psalmodia uespertinæ laudis ab omnibus canatur, quatenus ex hoc animos fidelium & frequentior Dominicæ incarnationis memoriā ad affectum deuotionis accēdat, & recogitata sapius exempla genitricis illius in uirtutum soliditate confirmet. Et hoc opportunè ad uesperas fieri complacuit, ut uidelicet fatigata per diem & distenta diuersis cogitationibus mens nostra, incumbente tempore quietis ad unionem se suæ considerationis colligeret: iamq; salubriter admonita quicquid superfluum uel nociuū diurna negatione contraxisset, totum hoc nocturnis precibus denuò ac lachrymis ex tempore mundaret. Verum nos quia in longū duraximus sermonem, iam conuersi ad Dominum clementiam ipsius postulemus, ut & memoriā beatæ Mariæ congruis ueneremur officijs, & ad celebranda Dominicæ natiuitatis solennia purioribus animis uenire mereamur, adiuuante ipso ad faciēda opera spiritalia, & ad percipiēda dona cœlestia desiderium nostrum, qui pro nobis incarnari, atque inter homines uiuēdi formam dare uoluit unigenitum suum Iesum Christum Dominum nostrum, cum quo uiuit & regnat Deus in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum, Amen.

IN VIGILIIS APOSTOLORVM
Petri & Pauli. Ioan. ultimo.

IN illo tempore dixit Iesus Petro: Simo Ioannis diligis me plus
Ihu? Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

Virtutem nobis perfectæ dilectionis præfens sancti euangelij lectio cōmendat. Perfecta etenim dilectio est, qua Deū ex toto corde, tota anima, tota uirtute, proximum autem tanquā nosmet ipsos diligere iubemur. Et ne ultra harum dilectio sine altera ualet esse perfecta: quia nec Deus uerè sine proximo, nec sine Deo uerè potest proximus amari. Vnde Dominus toties interrogato Petro, an se diligeret, & illo respondente, quod eum ipso teste diligeret, adiun-

Deuter. 6.
Matth. 22.

adiungebat per singula, ita concludens: Pasce oues meas, siue agnos meos. Ac si aperte diceret: Hæc sola & uera est probatio integri in Deum amoris, si erga fratres studueris curam solliciti exercere laboris. Nam quicumque fratri opus pietatis quod ualet, impendere negligit, minus iusto se conditorem diligere ostendit, cuius mandatum in sustentanda proximi necessitate contemnit. Quæ profectio charitas, quoniã sine diuinæ gratiæ inspirationis minime possit haberi, tacite quodãmodo Dominus insinuat, qui Petrum de illa interrogans, Simonem cum Ioannis, quod nusquam alias, cognominat. Simon, inquit, Ioannis diligis me plus his? Vbi quamuis simpliciter mētio facta terreni parentis eius possit intelligi, non tamen ab re est, si quis nomine Ioannis donum supernæ generationis mysticè indicatum uelit accipere, de quo apostolus Ioannes admonendo testatur: Charissimi, diligamus inuicem, quoniã charitas ex Deo est: & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Simon namq; obediens: Ioannes dicitur Dei gratia. Et propterea rectè primus apostolorum, cum de amore suo requiritur, Simon Ioannis, id est, obediens Dei gratiæ uocatur, ut liquet cunctis ostendatur, hoc quod maiore præ cæteris obedientiã Domini iussis obsequitur, quod ardentiori illum charitate amplectitur, non humani meriti, sed muneris esse diuini. Vnde & apostolus Paulus eadē gratiã cōfortatus aiebat, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctū qui datus est nobis. Qui ergo, cæteris flagrantius Dominum amare probatur, filius Ioannis cognominatur: quia nimirum uirtus eiusdem amoris nō nisi per gratiã spiritus percipitur. Qui tamen ipse (notandum) quã cautè & circumspicte testimonium reddat suo amatori, cū Domino sciscitante an se plus alijs diligeret, nō est ausus respondere, Tu scis quia amo te plus his: sed temperata ac simplici uoce, Etiam, inquit, Domine, tu scis quia amo te. Quod est aperte dicere: Scio quidem, quia ipse te, ut tu melius nosti, integro corde diligo: quantum uerò te alij diligant, mihi quidem ignotum, sed tibi omnia sunt nota. Cuius cautela respōsionis nostræ profectio est institutio locutionis simul & cogitationis, ut uidelicet eius exemplo discamus minus de nostræ conscientiæ puritate præsumere, minus temerè de fraternæ conscientiæ occultis iudicare, in dubijs maxime rebus, & quæ qua intētionē uel necessitate gerantur, inspicere nequimus. Nam de apertis fratrum erratibus, non solum potestatem, sed & præceptū iudicandi ut corrigantur habemus, dicente Domino: Si peccauerit frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Ambigua autem eorum gesta, & quæ in quamlibet partē interpretari possunt, diuino potius examine re seruari iubemur. Dicit namq; Apostolus: Noli te ante tempus iudicare, quoad usq; ueniat Dominus, qui & illum abibit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordium. Siquidem &

ipse Petrus idcirco se in hac Dominica interrogatione cautius respondendo cohibebat, quia meminuit se pridè imminere eius passione plus sibi constantiæ tribuisse, quàm haberet: spondendo uidelicet se esse paratum, & in carcerē & in mortem ire cum illo, qui necdum erat idoneus instante periculo saltem confiteri, quia nosset illum, uel quia fuisset aliquando cum illo. Instructus ergo periculo priore cautius loqui cū Domino, quæ bene didicerat humanæ conscientig itatū melius nosse, quàm ipsa se conscientia ullatenus nosse sufficeret. De fraterni quidē cordis occultis nil prorsus audeat definire: de sui autem amoris integritate nō suimet solius, sed & ipsius qui interrogabat, Domini testimonium pandit etiã inquis: Domine tu scis, quia amo te. O quàm felix, & pura conscientia, quæ conditori suo, cuius nuda oculis & aperta omnia nouit, dicere non metuit, Domine, tu scis, quia amo te. Quàm casta & sancta anima, quæ & suã cogitationem Domino parere nō dubitat, & se nil aliud quàm ea quæ Dominus approbat, cogitare non ignorat. Vnde bene in Apocalypsi sanctorū corda phialis aureis comparantur, dicente Ioanne: Et habebant singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorū, quæ sunt orationes sanctorum. Citharas quippe aureas habent electi, quia omnis eorum sermo, omne quod de illorum actibus ad noticiã proximorū famã uulgante personuerit, puræ dilectionis luce rutilū apparet. Phialas quoq; habent aureas, quæ sunt uasa patula amplitudine diffusa, quia corda sua quo uerius solo eiusdem dilectionis sentiunt igne splendescere, eo latius hæc diuinis gaudent pandere cōspectibus. Vnde rectè subiungitur: Plenas odoramentorū, quæ sunt orationes sanctorum. Phiala namq; aurea odoramentorum plenitudine redundat, cum fulgida charitate iustorum præcordia, uirtutum quoq; spiritalium opinione proximis innotescunt. Et pulchrè ipse qui hæc uidebat Ioannes interpretando subdidit, Quæ sunt orationes sanctorum. Odoramēta etenim phialarum sunt orationes sanctorū: quia quicquid boni operantur aut dicunt, qui simplici intentione Deo deseruiunt, totum hoc profectio uitæ pro eis orationis adimplet, quando deuotionem mentis eorum diuinis commendat aspectibus. Neq; aliter uerò apostolicum illud præceptum quo ait, Sine intermissione orate, perficere ualeamus, nisi omnes actus, sermones, cogitatus, ipsa etiam silentia nostra ita Domino donante dirigamus, ut singula hæc cum timoris illius respectu temperentur, cuncta perpetuè nostræ saluti proficua reddantur. Prouida autem pietate Dominus, tertio Petrū an se diligat, interrogat, ut ipsa trina confessio uincula, quæ illum ter negando ligauerant, absoluat: & quotiens terrensus eius passione, quod eum nosset, negauerat, totiens eius resurrectione recreatus, quod illum toto amet corde testetur. Prouida dispensatione tertio consenti amorem, tertio quæ pascendas suas oues commendat: quia decebat, ut quoties

1. Ioan. 4.

Rom. 5.

Matth. 18.

1. Cor. 4.

Apoc. 4.

1. Tim. 5.

in pastoris fide titubauerat, rotiens est renouata fide pastoris membra quoque eiusdem pastoris iubeatur curare. Quod enim hic dicit ei, *Pasce oves meas*, hoc est utique quod ei ante passionem aperit dixerat, Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirmas fratres tuos. Pascere ergo oves Christi est credentes Christo, ne a fide deficiant, confirmare, & ut in fide magis magisque proficiant, instanter operam dare. Quamuis solertius intendum, quod eadem pastio gregis Domini non uniformi, sed multimoda est sollicitudine gerenda. Nam & terrena subsidia necesse est, ut subditis rector ne desint diligenter preuideat, & exempla uirtutis simul cum uerbo predicationis eiusdem sollicitus impendat: & si quos aut spiritalibus, aut etiam communibus eorum commodis aduersantes deprehenderit, horum uolentiam quantum ualeat obstat: ipsos quoque cum forte errauerint subiectos, iuxta Psalmistam uocem, corripit iustus in misericordia & increpet, neque oleo noxiæ confessionis eorum corda demulceat. Et hoc enim ad pii pastoris officium pertinet. Nam qui subditorum errata corrigere, & uulnera in eis peccatorum in quantum sufficit curare neglexerit, inter pastores ouilium Christi qua fronte se annumerare presumit? Sed & hoc pastori est fixo corde tenendum, ut eos quibus preest, non quasi suos proprios, sed ut Domini sui gregem tractare meminerit, iuxta illud quod Petro dicitur: *Si diligis me, pasce oves meas. Meas, inquit, non tuas. Meas tibi oves commendatas scito, & has quasi meas regere, si me perfecte amas, recole: ut meam uidelicet in eis gloriam, meum dominium, mea lucra, non tua propria queras.* Sunt enim qui oves Christi non amore Christi, sed sue uel glorie, uel dominationis, uel quaeritis gratia pascent. Quorum multitudinem dolens apostolus Paulus, ait Philippensibus: *Spero autem in Domino Iesu Timotheum me cito mittere ad uos, ut & ego bono animo sim, cognitis quae circa uos sunt. Neminem enim habeo tam unanimum, qui sincera affectione pro uobis sollicitus sit.* Omnes enim quae sua sunt quaerunt, non quae Iesu Christi. Vnde Dominus in Euangelio tales non pastores, sed mercenarios potius uocat dicens, *Quia lupo ueniēte mercenarius fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.* Veritas autem pastoris, & cui sincera est cura de ouibus, euidens ac speciale indicium est, cum quisquis non solum commodis omnibus uitae temporalis carere, sed ipsam quoque uitam pro grege Christi ponere in promptu habet. Vnde nunc ipse postquam pascedas oves suas Petro, hoc est, plebes docendas gubernandasque commisit, subsequenter addidit, dicens: *Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi uolebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod tu non uis.* In extensione et enim manuum positionem membrorum eius, qua cruci erat aptatus insinuat: in cinctione alterius, impositionem uinculorum quibus a persecutione arcendus erat, exprimit: in du-

ctu quod nolle, ipsam mortem ac passionis acerbam indiget, quam corporalis eius infirmitas horrebat, cuius animi firmitas spiritalis etiam aduersa pro Domino letabatur cuncta sufferere. Neque enim uoluntatem suam, sed uoluntatem quaerebat eius qui misit eum Christi. Praemissa igitur Dominus ouium suarum passione, adiungit mox eisdem primo pastorum etiam passionis suae triumphum, *Extendens, inquit, manus tuas, & alius te cinget & ducet quod non uis.* Ac si patenter dicat: *Quanta me charitate diligas, hinc liquidum probabis, cum pro paruulorum meorum uita usque ad mortem certando pertineris: & ut illi in corpore possint pariter & mente saluari, ipse tormenta corporis omnia, quae aduersarij infligere libet forti mentis constantia toleraueris.* Quod ipse quoque euangelista subsequenter insinuat cum ait:

Hoc autem dicit, significans qui morte clarificaturus esset Deum. Clarificauit quippe Petrus morte sua Deum, quando hoc indicio cunctis quantum Deus esset colendus, amandusque monstrauit, dum ipse data optione mallet crucis subire tormentum, quam a caelestis uerbi predicatione cessare. Qui notandum, quod non solum morte, sed & uita sua & passionibus quaerit mortem preceperat. Deum clarificauit. Clarificauit namque uita Deum, qui per omnia quae gessit non suam propriam, sed conditoris sui uoluntatem laudesque quaerebat. Clarificauit & passionibus, quae a propositis superni amoris obsequijs nulla persecutionum ualuit reuocare pressura. Verum quia cum memoria beati Petri etiam coapostoli eius Pauli hodie natalitia celebramus, uideamus fratres charissimi, utrum & ipse uel uita, uel passionibus, uel morte clarificauerit Deum. Clarificauit utique & ipse. Testatur enim Lucas euangelista, qui librum actuum Apostolorum maxima ex parte, agones ipsius & labores pro Christo describens compleuit: testatur hoc & ipse qui opus scriptorum suorum quod quatuordecim epistolis conclusit, solo ut ita dixerim Christi odore resperlit. Quicquid enim ibi legeris, aut fidei arcana reuelat, aut honorum operum fructus ostendit, aut caelestis regni gaudia promittit, aut quod ipse tribulationum hic praedicans sustinuerit pandit, aut quid inter tribulationes diuinae consolationis acciperit, refert, aut generali exhortatione, quod omnibus qui pie uolunt uiuere in Christo, persecutiones deesse non possunt, insinuat. Testatur quantum uita sua Deum clarificauerit, cum in uinculis positus, & appropinquans passioni, Timotheo per epistolam exemplum sui operis proponit, dicens: *Bonum certamen certauimus, cursum consummauimus, fidem seruauimus. Monstrauit quali morte clarificaturus esset Deum cum premissit, Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis meae instat. O quam preciosa in conspectu Domini mors sancti illius, qui apertissime nouerat, qui libera uoce praedixerat, se occidit pro Domino, non aliud esse quam gratissimam Deo, inuidiosamque hostiam offerri. Clarificauit ergo & Paulus Deum, clarificauerunt & ceteri apostoli, quia & ipsi puro corde Christum diligebant, ipsi sincera*

Lucæ 22.

Psalm. 140.

Ioh. 21.

Philipp. 2.

Ioh. 10.

Ioh. 21.

2. Tim. 2.

2. Tim. 4.

Ibidem.

synccra intētionē oues Christi curabāt. Quod enim Petro dictum est. *Pasce oues meas*, omnibus utiq; dictum est. Hoc naq; erant ceteri apostoli quod fuit Petrus, sed primatus Petro datur, ut unitas ecclesie commendetur. Pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui & ab apostolis omnibus tunc unanimi consensione pascebatur, & deinceps à successoribus eorum communi cura paschitur: quorum plurimi conditorem suum morte, omnes autem uita sua clarificare probantur. Non solum autem maxima illa ecclesie luminaria, sed & reliqua electorū turba, uel uiuendo, uel moriendo Deū suo quae tempore clarificat. Quorum uestigia nos quoq; fratres mei, nostro tempore sequi oportet, & uitae uidelicet nostrae ordinem ad exemplam bonorum dirigendo, & in propolita uitae reuerentia ad mortē usq; persistendo, ut focij conuersationis eorum existentes, socij etiam remunerationis mereamur effici. Hoc autem ita perficemus, si iuxta huius sacratissimae lectionis tenorem, & redemptorem nostrum debito affectu complectimur, & erga proximorum salutē fraternam sollicitudine uigilamus, ipso opitulante quae haec & nos facere iubet, & se facta remunerare pollicetur, Iesu Christo domino nostro, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorū, Amen.

IN DIE SANCTO. MATTH.
16. Marci 8. Lucæ 9.

In illo tempore uenit Iesus in partes Caesaree Philippi, & interrogauit discipulos suos, dicens: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

LECTIO sancti Euangelij, quam modo fratres audistis, tanto intentius cogitanda, ac sine obliuione est iugiter retinenda, quanto constat quia magnam nobis fidei perfectionem commendat, magnum eiusdem perfectae fidei contra omnia tentamenta robur aequē demonstrat. Si enim scire uolumus, quomodo in Christum credi oporteat, quid lucidius eo quod ait ad eū Petrus, *Tu es Christus filius Dei uiui*. Rursus si audire delectat quantum haec fides ualeat, quid apertius eo quod ait Dominus de ecclesia quae super eum aedificanda erat, *Et portae inferi non praeualebunt aduersus eam*. Sed haec suis in locis plenius exponentur. Nunc autem reuertentes ad explanandam ex ordine lectionem Dominicam, primò uideamus de loco in quo habita memoratur.

Venit, inquit, Iesus in partes Caesaree Philippi. *Philippus*, ut Lucas testatur, erat tetrarchia Ituriae & Traconitidis regionis. Hic ergo statuens ciuitatem in loco ubi Iordanis ad radices oritur Libani montis, & est terminus Iudaeae contra septentrionem, appellauit eam Caesaream Philippi, in memoriam uidelicet sui nominis, pariter

que honorem Tiberij Caesaris, sub quo ipse regnabat.

In cuius partes ueniens Iesus, interrogabat discipulos suos, dicens: *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Non autem quasi nesciens sententiam de se, uel discipulorum, uel extraneorum inquit: sed ideo discipulos quid de se sentiant, interrogat, ut confessionem recte fidei illorum digna mercede remuneret. Nam sicut interrogatis generaliter omnibus Petrus respondit unus pro omnibus, ita quod Petro Dominus respondit, in Petro omnibus respondit. Ideo quid alij de se sentiant inquit, ut expositis primò sententijs errantium, discipuli probarentur ueritatem suae confessionis non de opinione uulgata, sed de ipso percipisse Dominicæ reuelationis arcano. Quae, inquit, dicunt homines esse filium hominis? Pulchre homines appellat eos, qui de filio hominis tantum loqui nouerant, quia diuinitatis eius arcana nesciebant. Nam qui diuinitatis eius mysteria capere norunt, merito supra homines esse dicitur, Apostolo attestante, qui ait: *Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus diligentibus se*. Qui cum haec de hominibus, hoc est, humana solum sapientibus corde, aures & oculo praemitteret, mox de se ac de suis similibus, qui generalem humanitatis scientiam transcenderat, adiecit: *Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum*. Cui simile est, quod hic Dominus cum interrogasset discipulos, quae eum dicerent homines esse, & illi diuersas diuersorum opinioniones praemisissent, dicit illis:

Vos autem quem me esse dicitis? Quali ab hominum generalitate illos sequestrans, & deos ac Deifilios per adoptionem factos insinuans, iuxta illud Psalmistae, *Ego dixi, dii estis, & filij excelsi* si omnes.

Respondens Simōn Petrus, dicit: *Tu es Christus filius Dei uiui*. Deum uiuum appellat ad distinctionem saluorum deorum, quos uario delusa errore gentilitas, uel de mortuis sibi hominibus instituit, uel maiore dementia de insensibili materia quos adoraret, creauit, de qualibus canitur in Psalmo: *Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum*. Os habent & non loquentur, &c. Notet autem dilectio uestra, quae miranda distinctione sit factum, ut cum de utraque eiusdem Domini & saluatoris nostri natura ab ipso Domino, & à fidei eius discipulo esset proferenda sententia, Dominus ipse humilitatem assumptae humanitatis profiteatur, discipulus excellentiam diuinitatis aeternitatis ostendit. Dominus de se quod minus est, discipulus de Domino intimat quod maius est. Dominus de se quod factus est propter nos, discipulus declarat de Domino, quia ipse est qui fecit nos. Sic & in Euangelio Dominus multo crebrius se filium hominis, quam filium Dei appellare consueuit, ut nos ad idoneam dispensationis quam pro nobis suscepit. Sed nos necesse est tanto humiliter diuinitatis eius alta uenerari, quanto illum meminimus pro nostra exaltatione ad humanitatis infima descendisse. Si enim inter

sacramenta incarnationis eius quibus redempti sumus, potentiam diuinitatis qua creati sumus, pia semper mente recolimus, sit ut ipsi quoque cum Petro supernæ beatitudinis mercede donemur. Nam confitente illo Christum filium Dei uisui, uideamus quid sequitur:

Respondens autem Iesus, dixit: Beatus es Simon Bar Iona. Constat ergo, quia post ueram Christi confessionem, uera beatitudinis præmia restant. Sed in te amur attentè, quale quantum uel sit nomen illud, quo perfectum sui nominis confessorem glorificat: ut huius etiam nos ueraciter eum confitendo mereamur esse consortes. Beatus es, inquit, Simon Bar Iona. Bar Iona Syriacè, Latine dicitur filius columbæ. Filius autem columbæ rectè uocatur apostolus Petrus: quia uidelicet columba multum simplex est animal, & ipse prouidèti ac pia simplicitate Dominum sequebatur, memor illius præcepti, quod cum suis condiscipulis ab eodem magistro simplicitatis ac ueritatis accepit: *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colubæ.* Vel certè, quia spiritus S. super Dominum in columbæ specie descendit, rectè filius columbæ nuncupatur, qui spiritali gratia plenus extitisse monstratur. Et iusta laude dilectorem confessoremque suum Dominus remunerat, cum eum sancti spiritus filium esse testatur à quo ipse filius Dei uisui asseueratur: quam uis hoc ipsum multum dissimiliter fieri, nullus fidelium dubitat. Dominus enim Christus filius Dei per naturam, Petrus sicut & ceteri electi, filius est sancti spiritus per gratiam. Christus filius us Dei uisui, quia de ipso natus est: Petrus filius spiritus sancti, quia de ipso renatus est. Christus filius Dei ante tempora, ipse est enim Dei uirtus & Dei sapientia quæ dicit: Dominus possedit me ab initio uisum suarum, antequam quicquam faceret à principio. Petrus filius spiritus sancti ex eo tempore, quo ab ipso illuminatus gratiam diuinæ cognitionis accepit. Et quia uoluntas, eadem est operatio sanctæ trinitatis, rectè cū dixisset, Beatus es Simon Bar Iona, id est, filius gratiæ spiritalis, protinus adiunxit:

Quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est. Pater quippe filio columbæ reuelauit: quia una est gratia patris & spiritus sancti, eadem quoque & filij, quod facilis scripturæ probabitur exemplis. Dicit namque de patre Apostolus: *Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra.* Dicit ipse filius de spiritu sancto: *Cū autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre.* Dicit de spiritu sancto Apostolus: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult.* Pater ergo mittit spiritum, filius mittit spiritum: spiritus ipse ubi uult, spirat, quia profecto ut diximus, una est uoluntas & operatio patris, & filij, & spiritus sancti. Et propterea conuenienter dicitur, quia pater qui in caelis est, reuelauerit filio colubæ mysterium fidei, quod ei caro & sanguis reuelare nequibat. Caro autem & sanguis rectè intelliguntur homines sapientia carnis inflati, columbinæ simplicitatis nescij, ideoque à sapientia spiritus omni-

modis auersi. de quibus supra dictum est, quia Christum non intelligentes, alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij uero Ieremiam, aut unum ex prophetis esse dicerent. De qualibus dicit Apostolus: *Carnalis autem homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* Sequitur:

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Petrus qui Simon antea dicebatur, ob fortitudinem fidei, & confessionis suæ constantiam, à Domino Petri nomen accepit: quia uidelicet illi firma ac tenaci mente adhasit, de quo scriptum est, *Petra autem erat Christus.* Et supra hanc petram: id est, super Dominum saluatorem, qui fideli suo cognitori, amatori, confessori participium sui nominis donauit, ut uidelicet à petra Petrus uocaretur: supra quam ædificatur ecclesia, quia non nisi per fidem & dilectionem Christi, per susceptionem sacramentorum Christi, per obseruantiam mandatorum Christi, ad sortem electorum & æternam pertingitur uitæ. Apostolo attestante qui ait: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.*

Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam. Portæ inferi doctrinæ sunt nequæ, quæ seducendo imprudentes ad inferos trahunt. Portæ quoque inferi & tormenta & blandimenta sunt persecutorum, quæ infirmos quosque deterrendo uel emolliendo à stabilitate fidei introitum eis æternæ mortis aperiunt. Sed & praua fidelium opera ineptaque colloquia portæ utique sunt inferi, in quantum suis uel fautoribus uel sequacibus iter perditionis ostendunt. Nam & fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa: & Corrupti sunt bonos mores colloquia mala. Multæ sunt itaque portæ inferi, sed harum nulla ecclesia quæ supra petram fundata est, praualeat: quia qui fidei Christi intimo cordis amore perceperit, omne quicquid exterius periculi tentantis in-gruerit, facillime contemnit. At quicumque credentium fidem uel opere uel negatione deprauatus prodiderit, non hic supra petram Domino cooperante domum suæ professionis ædificasse, sed iuxta alterius loci parabolam, super arenam sine fundamento posuisse credendus est: hoc est, non simplici ac uera intentione Christum sequi, sed terrenam quamlibet fragilemque ob causam habitum præteridisse Christiani. Sequitur:

Et tibi dabo clauis regni caelorum. Qui regem caelorum maiori præ cæteris deuotione confessus est, merito præ cæteris ipse collatis clauibus regni caelestis donatus est, ut constaret omnibus quia absque ea confessione & fide regnum caelorum nullus posset intrare. Clauis autem regni caelorum ipsam discernendi scientiam potentiamque nominat, qua dignos recipere in regnum, indignos secludere deberet à regno. Unde manifestè subiungit:

Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Quæ soluendi atque ligandi potestas, quauis soli Petro uideatur à Domino data, absque ulla tamen dubietate noscendum est, quia & cæteris apo-

Matth. 10.
Matth. 3.
Marci 1.
Lucæ 3.
Ioan. 1.

Proverb. 8.

Gal. 4.
Ioan. 15.
1. Cor. 12.
1. Ioan. 3.

1. Cor. 2.

Ibid. 10.

1. Cor. 9.

Iacobi 2.
1. Cor. 15.

Matth. 7.

apo-

Eoan. 20.

apostolis datur ipso teste qui post passionis resurrectionisq; sue triumphum, apparens eis insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Nec non etiam nunc in episcopis ac presbyteris omni ecclesiae officium idem committitur, ut uidelicet agnitis peccantium causis, quoscunq; humiles ac uere poenitentes aspexerit, hos iam a timore perpetuae mortis miserans absoluat: quos uero in peccatis qui egerint persistere cognouerit, illos perennibus supplicijs obligandos in sinuet. Vnde alias dominus de correpto semel & iterum, ac tertio, sed non poenitente fratre praecipit, dicens: Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et ne leue quisquam putaret ecclesiae iudicio condemnari, mox terribiliter adiunxit: Amen dico uobis, quaecunq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo: & quaecunq; solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Omni igitur electorum ecclesiae iuxta modum culparu uel poenitentiae ligandi ac soluendi datur autoritas. Sed ideo beatus Petrus qui Christum uera fide confessus, uero est amore secutus, specialiter clares regni caelorum & principatum iudicariae potestatis accepit, ut omnes per orbem credentes intelligant, quia quicumq; ab unitate fidei uel societatis illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec uinculis peccatorum absolui, nec ianuam possint regni caelestis ingredi.

Math. 18.

Ibidem.

Vnde nos necesse est tota intentione, fratres charissimi, & fidei quam docuit, sacramenta discere, & congruentia fidei opera demonstrare. Necesse est omni uigilantia multiplices subtilesq; portarum inferi cauere insidias, quatenus iuxta Psalmistae uocem, de his adiuuante Domino eripi, atq; ad annunciandas eius laudes, portas filiae Syon, hoc est gaudia supernae ciuitatis mereamur intrare. Nec sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentium, uel quorumlibet indoctorum fide uel actibus adquamur, quibus in literis sacris unica est credendi pariter & uiuendi regula praescripta: sed quotiescunq; nobis errantium ingeruntur exempla, nos festim auertentes oculos mentis nostrae ne uideant uanitatem, magis quid ueritas ipsa decernit, sedulo corde scrutemur: sequentes exemplum beati Petri, qui spreis errantium sectis, uerae fidei arcanum quod cognouerit, indubitanter confessione protulit, insuperabili cordis cura seruauit. Nam de fiducia confessionis hoc loco cognouimus, de uirtute autem unica in Christum dilectionis ipse alibi testatur: Qui cum discederent ab eo quidam discipulorum eius, diceretq; ille ad duodecim, Nunquid & uos uultis abire? Respondit ei Petrus, dicens: Domine, ad quem ibimus? Verba uita aeternae habes, & nos cognouimus, & credimus quia tu es Christus filius Dei. Huius ergo fratres mei, pro modo nostro exemplum si imitari satagimus, & nos cum illo beati & appellari & esse ualebimus: nobis quoq; Simonis, hoc est, obedientiae Christi,

Psal. 9.

Ibidem.

Ibidem.

sto, nome congruet, nosq; propter simplicitate fidei non fictae, acceptamq; a Domino gratiam, uirtutu filij columbae uocabimur, congaudescq; ipse spiritualibus animae nostrae profectibus dicet: Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, oculi tui columbarum. Sicq; fit, ut nobis supra petram fidei, aurum, argentum, lapides preciosos, hoc est perfecta uirtutum opera conuoluentibus, nil tribulationum ignis detrimenti adferat, nulli tentationum turbines praeualeant: quin potius aduersitatis probatis, accipiamus coronam uitae quam ipse nobis ante secula promisit, qui uiuit & regnat Deus cum patre in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

Cant. 4.

IN NATALI BEATAE MARIAE
Magdalenae. Lucae. 17.

In illo tempore rogabat Iesum quidam Pharisaeus, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisaei, discubuit. Et ecce mulier quae erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod accubuit in domo Pharisaei, attulit alabastrum unguenti. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EAD
DEM LECTIOE.

Alabastrum est genus marmoris candidi, uarijs coloribus interstincti, quod ad uasa unguentaria cauere solent, eo quod optime seruari incorrupta dicatur. Nascitur circa Thebas Aegyptias & Damascum Syriae ceteris candidius, probatissimum uero in India. Quidam dicunt hanc eandem non esse mulierem, quae imminente Dominica passione caput pedesq; eius unguento perfudit: quia haec lachrymis lauerit, & crine pedes terferit, & manifeste peccatrix appelletur: de illa autem nihil tale scriptum sit, nec potuerit statim capite Domini meretricis digna fieri. Verum qui diligentius inuestigant, inueniunt eandem mulierem, Mariam uidelicet Magdalenam, sororem Lazari, sicut Ioannes narrat, bis eodem sanctam fuisse obsequio. Semel quidem hoc loco, cum primo accedens cum humilitate & lachrymis, remissionem meruit peccatorum, Nam & Ioannes hoc, quamuis non ut Lucas, quomodo factum sit, narrauerit: tamen ipsam Mariam commendans commemorauit, ubi de resuscitando fratre eius coepit loqui. Erat autem quidam, inquis, languens Lazarus a Bethania, de castello Mariae & Marthae sororis eius. Maria autem erat quae unxit Dominum unguento, & extersit pedes ei capillis suis. Secundo autem in Bethania (nam prius in Galilaea factum est) non iam peccatrix, sed casta, sancta, deuotaq; Christo mulier, non solum pedes, sed & caput eius unxit: quod & regulis allegoriae pulcherrime congruit. Quia & unaquaeque fidelis anima prius ad Domini pedes humiliata, peccatisq; absoluenta curuatur: dein angelicis per tempora meritis laetae fidei, fragrantia Domini quasi caput odore perfundit aromatatum. Et ipsa unguentum

Ibidem.

Ibidem.

falsis

salis ecclesia Christi in presenti quidem incarnationis eius, quae pedum nomine designatur, mysteria celebrando, deuota redemptori suo reddit obsequia. In futuro autem & humanitatis eius gloriam, & diuinitatis eius aeternitatem, quia caput Christi Deus simul intendo, perperuis confessionum laudibus quali pistica nar-
 do glorificat. Attulit ergo, inquit, alabastrum unguenti.

Et stans retro secus pedes eius, lachrymis coepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.] Liqueat omnibus quod illicitis actibus prius mulier intenta, unguentum sibi pro odore suae carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hos iam per poenitentiam conterens flebat: capillos ad compositionem uultus exhibuerat, sed iam capillis lachrymas tergebat: ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans, hoc in redemptoris sui uestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad uirtutum numerum, numerum criminum, ut totum seruiret Deo in poenitentia, quicquid ex se Deum contempserat in culpa.

Uidens autem Phariseus qui uocauerat eum, ait intra se, dicens: Nisi esset propheta, sciret utique quae & qualis esset mulier quae tangit eum, quia peccatrix est.] Ecce Phariseus ueraciter apud se superbus, & fallaciter iustus, aegram reprehendit de aegritudine, medicum de subuentione, qui ipse quoque de elationis uulnere aegrotabat & ignorabat. Vnde necesse semper est, ut cum peccatores quosque conspiciamus, nosmetipsos prius in illorum calamitate desileamus. Quia fortasse in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus, si lapsi non sumus. Et si censura magistrum debet semper uirtute disciplinae uitia persequi, oportet tamen ut solite discernamus, quia distinctionem debemus uitijs compassiorem naturae. Sed iam iste superbus & arrogans qua sententia conuincatur, audiamus.

Duo, inquit, debitorum erant cuidam sceneratori: unus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque. Quis ergo cum plus diliguit? Respondens Simon, dixit: Aestimo, quia is cui plus donauit.] Qua in re notandum est, quia dum sua sententia Phariseus conuincitur, quasi phreneticus funem portat ex quo ligetur. Enumerantur bona peccatricis, enumerantur mala falsi iusti, cum dicitur:

Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: haec autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit, & cetera.] Post enumerationem uero subinfertur sententia.

Propter quod dico tibi: Remittentur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.] Quid esse dilectionem credimus, nisi ignem? & quid culpas, nisi rubiginem? Vnde nunc dicitur, Remittentur ei peccata multa, quia dilexit multum. Ac si aperte diceretur: Incendit plene peccati rubiginem, quia ardet ualide per amoris ignem. Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur,

quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. Ecce ea quae ad medicum uenerat aegra, sanata est: sed de salute eius adhuc alij aegrotant, nam sequitur:

Et coeperunt qui simul discumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?] Sed coelestis medicus aegros non respicit, quos etiam de medicamento fieri deteriores uidet. Eam quam sanauerat, per pietatis suae sententiam confirmat, dicens:

Fides tua te saluam fecit, uade in pace.] Fides etenim saluam fecit, quia hoc quod petijt, posse se accipere non dubitauit: sed ipsam quoque spei certitudinem iam ab illo acceperat, a quo per se etiam salutem querebat. In pace autem ire precipitur, ut a ueritatis itinere in uitam scandali ulterius non deriuetur. Haec historica expositio, ne dicta sint, nunc mystici intellectus secreta uideamus. Quem namque Phariseus de falsa iustitia praesumens, nisi Iudaicum populum, quae peccatrix mulier, sed ad uestigia Domini ueniens & plorans, nisi conuersam gentilitatem designat? Rogabat autem Phariseus Dominum, ut manducaret cum illo, quia populus idem quem uenientem credere noluit, uenturum sperare non desijt: imò uotis precatorijs ut ueniat optare, dicens: Excita potentiam tuam, & ueni, ut saluos facias nos. Domino quip-

pecum pharisaeo manducare, est de credentis populi deuotione mentis gaudia suscipere. Vnde ipse alibi creditura Samarita discipulis ait: Ego cibum habeo manducare, quem uos nescitis. Illisq; haesitantibus quid diceret, exponens, ait: Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me misit, ut perficiam opus eius. Et ingressus, inquit, domum Pharisei, discubuit. Dominus Pharisei, ipsa legis prophetarumq; custodia est, in qua se populus Iudaeorum mansu-

nem continuae conuersationis habere gloria batur. Quam Dominus ingressus est, quia temporaliter in carne apparens, non uenit soluere legem aut prophetas, sed adimplere. Discubuit autem, quia qui in sublimitate suae maiestatis intelligi non poterat, formae seruili humilitatem qua uideri posset, assumpsit. Cognouit itaque mulier quae erat in ciuitate peccatrix, quod accubuit in domo Pharisei: quia gentilitas immundis prius actibus in seculi conuersatione deuincta, fama sermonis Apostolici dicitur, quod misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret. Atque in domo Pharisei non Phariseus, sed illa iustificatur, dum populus Iudaeorum literam tantum legis, nos autem & gratiam spiritus in lege sequimur. Ille Iesum non esse prophetam, eo quod peccatores recipiat, aestimat: nos uero hunc etiam Deum uerum, qui peccatores iustificare possit, agnoscimus. Attulit autem mulier alabastrum unguenti. Quid in unguento, nisi bonae odoris opinionis exprimitur: unde & Paulus dicit: Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Si igitur recta opera agimus, quibus opinionis

bonae

bono odore ecclesiam respérgamus, quid in Do-
mini corpore nisi unguentum fundimus? sed se-
cus pedes mulier stetit. Contra pedes enim Do-
mini stetimus, cum in peccatis positi eius ite-
ribus retinebamur. Sed si ad ueram pœnitén-
tiam post peccata conuertimur, iam retro secus
pedes stamus, quia eius uestigia sequimur, quæ
impugnabamus. Lachrymis mulier pedes ri-
gat, quod nos quoque ueraciter agimus, si qui-
buslibet ultimis membris Domini per compas-
sionis affectum inclinemur, si sanctis eius in tri-
bulatione compatimur, si eorum tristitiam no-
stram putamus. Capillis mulier pedes quos ri-
gauerat, terfit: capilli quippe superfluum cor-
pori. Et quid abundans terrena substantia, nisi
capillorum speciem tenet? quæ dum ad usum
necessitatis superfluit, etiam abscissa non sentit.
Capillis ergo pedes Domini tergitur, quando
sanctis eius quibus ex charitate compatimur, et-
iam ex his quæ nobis superfluum miseremur,
quatenus sic mens per compassionem doleat,
ut etiam manus larga effectum doloris osten-
dat. Osculatur mulier pedes quos tergit, quod
nos quoque plenè agimus, si studiose diligimus
quos ex largitate continemus, ne grauis nobis
sit necessitas proximi, ne ipsa eius indigentia
quæ sustentatur, fiat onerosa: & cum manus ne-
cessaria tribuit, animus à dilectione torpescat.
Potest quoque per pedes ipsum mysterium in-
carnationis eius intelligi, quo diuinitas terram
tetigit, quia carnem sumpsit. Verbum enim ca-
ro factum est, & habitauit in nobis. Osculamur
igitur pedes redemptoris, cum mysterium in-
carnationis eius ex toto corde diligimus. Un-
guento pedes unguimus, cum ipsam humanita-
tis eius potentiam sacri eloquij bona opinione
prædicamus. Sed hoc Phariseus uidet & inui-
det, quia cum Iudaicus populus gentilitatem
Deum prædicare conspicit, sua apud se malitia
tabescit. Sed redemptor noster facta ei mulier
quasi bona gentilitatis enumerat, ut in quo
malo faceat, agnoscat. Intraui in domum tuam,
aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem
lachrymis rigauit pedes meos. Aqua quippe
extra nos est, lachrymarum humor intra nos.
Quia uidelicet infidelis ille populus, nec ea
quæ extra se erant, unquam pro Domino tri-
buit: conuersa autem gentilitas pro eo non so-
lum rerum substantiam, sed etiam sanguinem
fudit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem
ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes
meos. Osculum quippe dilectionis est signum.
Et infidelis ille populus Deo osculum non de-
dit, quia ex charitate eum amare noluit, cui
ex timore seruauit. Vocata autem gentilitas
redemptoris sui uestigia osculari non cessat,
quia in eius amore continuo suspirat. Oleo ca-
put meum non unxisti. Si pedes Domini my-
sterium incarnationis accipimus, congruè per
caput illius ipsa diuinitas designatur. Vnde &
per Apostolum dicitur: Caput Christi Deus. In
Deo quippe, & non se quali in homine credere
Iudaicus populus fatebatur. Sed Phariseo dici

tur, Oleo caput meum non unxisti, quia ipsam
quoque diuinitatis potentiam, in qua se Iuda-
cus populus credere spondit, digna laude
prædicare neglexit. Hæc autem unguento un-
xit pedes meos, quia dum incarnationis eius
mysterium gentilitas credidit, summa laude
etiam eius imò prædicauit. Duo quoque debito-
res, de quibus Simoni paradigma opponitur,
utrumque populum, Iudeorum scilicet & Gen-
tium designant, qui uno sceleratori, id est, suo
creatori non materialem pecuniam, sed pro-
pria salutis nummum debebant. Conditor et-
enim noster quos ad imaginem & similitudi-
nem suam creauit, quasi commodato ad seruan-
dum sublimauit denario. Nam denarius solet
regis imagine ac nomine formari. Omni autem
cui multum datum est, multum queretur ab eo:
& cui multum commendauerunt, plus petunt
ab eo. Et quidem utriusque populi debitum
per quinarium numerum multiplicatur. Quia
uidelicet quinque sunt sensus, quibus in hac ui-
ta utentes, imaginem quam accepimus nostri
conditoris excolere debemus. Sed minus de-
bet populus, cui legis decalogus per seruum da-
ta est: amplius autem, cui gratia uitæ æternæ
per filium commissa: ideoque huius per denarium,
illius per centenarium numerum scelerum accu-
mulatur, quem ad regni cœlestis quod dextris
dabitur significatione pertinere nemo qui du-
bitet. Neque enim frustra eodem flexu digito-
rum quo denarius in læua, ipse figuratur in dex-
tera. Nisi quia & nunc opera decalogi quæ læ-
tera non poterat, fides perficit, & in futuro red-
det unicuique secundum opera eius, his qui-
dem qui secundum patientiam boni operis, glo-
riam & honorem, & incorruptionem quærenti-
bus uitam æternam. Verum quia neutri no-
stris uiribus, sed illius gratia salui facti sumus
per fidem; recte dicitur: Non habentibus illis
unde redderent, donauit utrisque. Et utique
plus diligit, cui plus donatur: cui autem mi-
nus dimittitur, minus diligit. Quia siue bona
perficiendæ quam accepimus scientiæ, seu ui-
tandæ quam incurrimus, insipientiæ uel in-
telligere, multo utique plus ecclesiæ, quam syna-
gogæ donatur, quæ & scelerati quondam, ut po-
te quam nullus doctor prohibuit, idololatriæ
sorde corrupta est: sed ubi abundauit peccatū,
superabundauit gratia, & maiori nunc est per-
fectionis euangelicæ sublimata præconio. cui
dicitur: Quia multi prophetae & iusti cupierunt
uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & au-
dire quæ auditis, & non audierunt. Congruit sa-
nè huic loco quod Numerorum historia refert,
diuinitatem æqualiter cæcorum Madianitarum spo-
siti, eos quidem qui de pugna uenerunt quingenti
quingentesimum Domino dedisse. Quia & ma-
gna offert, qui se in caltris uirtutum exercendo
tutum ab incurfione conseruat hostili: sed ma-
iora utique, qui gladium uerbi utibrando
innumeras aduersarij exercitus
copias sternit.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

Ephes. 2.
Psal. 61.
Rom. 2.
Matth. 16.

40

30

60

Rom. 5.

Matth. 13.
Lucæ 10.

Num. 34.

1. Cor. 11.

IN NATALI DIVI IACOBI A/
postoli. Matth. 20. Marci 10.

IN illo tempore accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi cum
filijs suis adorans, et petens aliquid ab eo. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EA/
DEM LECTIÖNE.

Dominus Iesus Christus conditor ac redem-
ptor noster, uulnera superbæ nostræ sana-
re desiderās, & ipse cum in forma Dei esset, for-
ma hominis assumptus, humiliavit semetipsum,
factus obediens usq; ad mortem: & nos quoq; si
culmē ueræ sublimitatis cōscendere uolumus,
iter humilitatis arripere præmonet: nos si uerā
uitā uidere cupimus, & aduersa quæq; præsen-
tis seculi, & ipsam quoq; mortem patienter fer-
re præcepit. Promisit nobis dona gloriæ, sed præ-
misit certamina pugnæ. Dixit promittens, Erit
merces uestra magna, & eritis filij altissimi: sed
prædixit iubens, Diligite inimicos uestros, be-
nefacite, mutuum date, nihil inde sperātes. Ita
igitur præmia pollicetur electis, ut & digna præ-
mij merita præmonstrat: sic uitam donat æ-
ternam, ut per angustam portam, & arctam
uiam ad hanc perueniendam esse decernat. unde
ait: Contendite intrare per angustam portā.
Contentione etenim nō parua opus est, si quis
ad alta uelit ascendere. Nam cum tanto sudore
uertices montium subeamus, quantum necesse
est conari, ut conuersationem in cœlis habere,
& in monte sancto Domini, de quo canit Psal-
mista, mereamur quiescere. Vnde etiam in ho-
dierna euangelij sancti lectione, cum filij Zebe-
dæi ab eo sedes regni peterent, confestim illos
ad bibendum calicem suum, hoc est, ad imitan-
dum passionis suæ agonem reuocat: ut memi-
nissent quia cœlestium summa petere non nisi
per abiecta & aspera terrestrium debent.

Accessit, inquit, ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs
suis adorans, et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait
illa: Dic ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, et u-
nus ad sinistram in regno tuo. Nemo autem æstimet
matrem hæc pro filijs absq; illorum consensu ac
uoto petisse, sed potius intelligat unanimi om-
nium consilio eorum fuisse dispositū, ut per ma-
trem quam maxime dilectam Domino nouer-
ant, suum illi desiderium discipuli patefacere.

Vnde hæc referens euangelista Marcus, tacito
matris interuētū, discipulorum uerō solummo-
do, quorum appetitum sciebat, facit mentionē.
Et accedunt, inquit, ad eum Iacobus & Ioānes,
filij Zebedæi, dicentes: Magister, uolumus ut
quodcumq; petierimus, facias nobis. At ille di-
xit eis: Quid uultis ut faciā uobis? Et dixerūt:
Da nobis ut unus ad dexteram tuam, & alius
ad sinistram sedeamus in gloria tua. Illos ergo
tantum accedere ad Dominum, & eum rogare
asserit, quorum uoluntatem in rogando potio-
rem conspicit, & quorum hortatu matrem ad
rogandum nouit esse communitam. Credendū
est autē, quod illa maxime causa, uel muliebrem

matris affectum, uel carnales adhuc discipulo-
rum animos ad hæc postulanda concitauerit,
quia meminissent sermonis Domini, quem ait:
Cum federit filius hominis in sede maiestatis
suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim iudi-
cantes duodecim tribus Israël, non offendetq; se inter
discipulos specialius à Domino diligi, se specia-
lius cum beato Petro conscios sæpe factos arca-
norum, quæ ignorarent ceteri, quod frequens
sancti euangelij textus indicat. Hinc est enim
quod ipsi quoq; quomodo Petro, nouum ab il-
lo nomen imponitur, ut sicut ille qui prius Si-
mon dicebatur, per fortitudinem ac stabilitatē
fidei impugnabilis uocabulū Petri meruit, ita
& isti Boanerges, hoc est, filij tonitruui uocarem-
tur: quia uidelicet & uocem patris super Domi-
num in monte clarificatum, unā cum Petro au-
dirent, & plura alijs discipulis mysteriorum se-
creta cognoscerent: quodq; ad rem plurimum
pertinebat, se integro corde Domino adhære-
re, & maxima illum dilectione sentiebant am-
plecti. Ideoq; nō discredabant fieri posse, ut cir-
ca eum uicinius ipsi in regno sederet: præsertim
cum uiderent Ioannem pro singulari puritate
mentis & corporis tanto amore habitum, ut in
ecena in sinu ipsius recumberet. Sed quid eis di-
gnitatem sedium quærentibus ipse cognitor
meritorum ac sedium distributor responde-
rit, audiamus.

Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Ne
sciebant etenim quid peterēt, qui in regno cœ-
lestis patriæ quenquā ad sinistram Christi sessu-
rum esse putabant: cum in illa discretionem no-
uissimi examinis omnes electi ad dexterā sum-
mi regis ac iudicis legantur esse statuendi. Nil
quippe sinistrum uita illa, nil habet felicitas æ-
terna reprobum, nil pax sempiterna recipit ca-
ducum. Sinistra autem Christi cum in bono ac-
cipitur, præfens sanctę ecclesię uita intelligitur.
unde scriptum est: Longitudo dierum in dexte-
ra eius, in sinistra eius diuitiæ & gloria. Longi-
tudo quippe dierum in dextera, sapientia uide-
licet nostri redemptoris est: quia in illa superne
habitationis patriæ electis, & angelis & homi-
nibus lux indefectiua donatur. In sinistra illius
diuitiæ & gloria, quia & in huius exilio pere-
grinationis diuitijs uirtutum & gloria fidei, do-
nec ad æterna perueniamus, reficimur. De qua
uidelicet gloria dicit Apostolus, Et gloriamur
in spe gloriæ filiorum Dei: nō solum autem, sed
& gloriamur in tribulationibus. De quibus itē
diuitijs: Quia in omnibus, inquit, diuites facti
estis in illo, in omni uerbo & in omni scientia.
Nesciebant quid peterent, quia autem ab huius
mano arbitrio prælegi posse, quibus quicq; se-
dibus in futuro, qua retributione donetur. Et
potius Dominum precabantur, ut fiduciam &
gloriam spei quam habebant, usq; ad finem fir-
mum bene merendo perducerent: sciētes quia
quicquid boni agerent, ipse inæstimabili mer-
cede remuneraret. Et quidem laude digna est
pia simplicitas eorum, qui fiducia deuotæ men-
tis sedere in regno circa Dominum poscebant:

sed

Matth. 19.

Matth. 3. & 17.

Ioan. 21.

Matth. 25.

Proverb. 3.

Rom. 5.

1. Cor. 1.

sed multo dignius laudabitur prudens humilitas eius, qui conscientia propria fragilitatis aiebat, Elegi abiecius esse in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Nesciebant quid peterent, qui sublimitate potius premiorum à Domino, quam operum perfectionem querebant. Sed celestis eos magister quid primo quarendum esset insinuans, re uocat ad uitam laboris qua ad brauium pertinere possint retributionis.

Potestis, inquit, bibere calicem quem ego bibiturus sum? Calicem suum dicit amaritudinem passionis, quae infidelium acerbitate crebro iustis offertur. Nam hanc quisquis humiliter, patienter, gaudeat pro Christo suscipit, merito cum illo similiter regnabit. Quia ergo filij Zebedaei cum illo sedere desiderabant, admonet eos primo passionis suae sequi exempla, & ita demum apte maiestatis culmen appetere. Quem uiuendi ordine cunctis fidelibus sequendum docet Apostolus, dicens: Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul etiam & resurrectionis eius erimus.

Rom. 6.

Dicitur illi: Possumus. Mentem quidem deuotio nemque suam, qualis in praesenti erat simpliciter Domino pandebant, dum se calicem eius bibere posse testabantur: qui tamen quantae infirmitatis adhuc essent, postmodum patenter ostendebant, dum adueniente tempore quo ipse Dominus eundem calicem biberet, etiam illi cum ceteris discipulis eius relicto fugerunt. Sed non diu metus idem bibendi calicis eorum corda premebat, quin potius qui passuro Domino fugerunt, eo resurgente ocyus redierunt: & quia passionis turbine terrente trepidauerunt, fulgente resurrectionis eius triumpho confirmati sunt: atque accepta sancti spiritus gratia firmum de reliquo peccatis ad bibendum Domini calicem tenebant, quia ad patendum moriendumque pro illo iam inuincibiles esse ceperunt impleta eius promissione qua dixit, eos calicem suum esse bibituros. Nam sequitur.

Matth. 26.

Ait illi: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare uobis, sed quibus paratum est à patre meo. Sedet ad dexteram Saluatoris, qui in superna beatitudine de praesenti eius uisione laetatur: sedet ad sinistram, qui in hac peregrinatione sanctae eius ecclesiae sacerdotali regimine praesidet. Sed intuendum solentius quomodo se petentibus discipulis dicat uerax magister, Non est meum dare uobis, sed quibus paratum est à patre meo, cum alibi dixerit ipse, Omnia mihi tradita sunt à patre meo, ideoque constat, quia quaecumque pater dederit, uel parauerit dona fidelibus, haec eadem unam cum eo filium parare siue dare. Nam & rursum dicit de patre Dominus, Quaecumque enim ille fecerit, haec & filius similiter facit. Si ergo omnia quaecumque pater fecerit, haec & filius similiter facit, quomodo dicit filius, Non est meum dare uobis, sed quibus paratum est à patre meo, nisi quia idem filius & Deus, & homo est? Ideoque per euangelium suum aliquando ex uoce diuinae maiestatis, qua

Matth. 11.

Ioan. 5.

Bedae tom. 7.

aequalis est patri, aliquando ex uoce loquitur humanae assumptionis, qua aequalis factus est nobis. In hac autem lectione quia humilitatis formam erat prebiturus hominibus, cuncta maxime ex assumpti hominis natura loquitur. Nam & in principijs, ut mater ad eum cum filiis petitura aduenit, quasiuit ab ea quid uellet, in interrogans quali homo, quali nescius occultorum, quali ignarus futurorum, qui in eternitate diuinae potentiae omnia nouit antequam fiant.

Et quia illa in precibus humanitatis eius, potius quam diuinitatis memoriam praetulit, postulans sedem filijs à dextris eius & sinistris, qui in habitu corporeo dexteram habuit & sinistram, sed in diuina maiestate nulla membrorum est compositione formatus, consequenter & ipse tacita imparsibilis gloria deitatis memoriam passionis, quam humanitus erat suscepturus, in medium protulit, atque hanc discipulis imitandam proposuit, cum deuotam eorum sponsorshipem sua etiam attestacione confirmasset, dicens: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare uobis, sed quibus paratum est à patre meo. Ac si aperte diceret: Passionem quidem quam secundum carnem subeo, uos patiendū estis secuturi: sed non est meum secundum ipsam in qua patior humanae fragilitatis substantiam, donorum celestium uobis munera dare, quae dignis quibusque ad percipiendum sunt à patre parata, me pariter cum illo in diuinitate cum illo parante ac dante: quia omnia quaecumque ille fecerit, haec & ipse per diuinitatem potentiae similiter facio. Quia uero idem filij Zebedaei promptum gerebant animum ad bibendum calicem Domini, constat eos cum ceteris apostolis dignitatem sedium, quam querebant accepisse: non tamen ea distinctione qua petebant, ut unus à dextris in regno eius, alter sederet à sinistris, sed iuxta quod supra exposuimus, ambo prius ad sinistram eius ad tempus, ambo nunc ad dexteram eius sedere perpetuo meruerunt. A sinistris quippe Christi sedebant, cum regendis in hac uita fidelium populis apostolico iure praesiderent, illo nimirum in regno, de quo ipse ait: Regnum Dei intra uos est. Sedet à dextris nunc in illa, quae mortem nescit uita, iudices mundi cum illo, utraque haec sedem illis ipso filio cum patre parante. Neque enim largitio donorum in eis separari potest, in quibus unitas naturae semper inseparabilis manet, eodem filio attestante qui ait: Ego & pater unum sumus. Neque enim hoc sine consideratione transeuntium, quomodo dixerit Dominus indifferenter filios Zebedaei calicem suum bibituros, cum nouerimus unum ex his, Iacobum scilicet, per effusionem sanguinis uitam finisse: alium uero, id est Ioannem, in pace ecclesiae quiesuisse. Nam de Iacobi martyrio Lucas aperte testatur, quia misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia, occidit Iacobum Ioannis fratrem gladio. De cuius passione etiam historia ecclesiastica rem quandam dignam memoria refert. Quam

Luca 17.

Ioan. 10.

Actu. 12.

Eusebii lib. 2. cap. 9.

h doquit,

doquidē, inquit; & ei qui obtulerat eum iudici ad martyrium, Iacobum scilicet, motus etiam ipse cōfessus est se esse Christianū, Ducti sunt, inquit, ambo pariter ad supplicium. Et dum dicerentur in uia, rogauit Iacobū dare sibi remissionem. At ille parumper deliberans, Pax tibi, inquit, & osculatus est eum. Et ita ambo simul capite plexi sunt. Porro de Ioanne narrat historia fideles, quia cum sciret sibi superuenisse diē recessus sui, conuocatis discipulis suis in Epheso, per multa signorum experimenta promens Christum, descenderit in defossum sepulturæ suæ locū, & facta oratione positus sit ad patres suos, tā extraneus ad dolore mortis, quā a corruptione carnis inuenitur alienus. Quomodo ergo calicem Domini bibere dictus est, de quo cōstat, quia nequaquam per mortem passionis de corpore exiuit: nisi quia duobus modis idē calix bibitur, uno uidelicet cum a persecutore illata mors patienter suscipitur; alio, cum mens ad passionem prompta habetur, cum uita martyrio digna geritur. Nam & Ioannes ipse quoniam sit paratus ad potandum pro Domino mortis calicē docuit, quando cum ceteris apostolis, sicut in actibus eorum legimus, carcerē & uerbera gaudenti animo tolerabat, quando propter uerbū Dei & testimoniū Iesu in Pathmos insulam exilio relegatus est, quando sicut historia ecclesiastica narrat, à Domitiano principē missus est in feruentis olei dolium, de quo tamē propitio Domino tam sospes & mundus extitit, quā si fuerat mente & uita castissimus: & in exilium ab eodē missus, quo magis humano solatio destitutus esse uidebatur, eo ampliori supernorum ciuium meruit frequentia cōsolatione. Vnde ipse quoque ueraciter calicem Domini cum fratre Iacobo, qui occisus est gladio, bibisse intelligitur: quia qui tanta pro ueritate sustinuit, quā promptus etiam ipsam mortem si offerretur, exciperet ostendit. Sed & nos fratres charissimi, etiamsi nil tale perpetiamur, si non uincula, non uerbera, non carceres, non supplicia corporis alia, non ullam hominum perfectionem, propter iustitiam toleremus, calicē tamen salutis accipere, & martyrii palmam obtinere ualeamus, si castigare corpus nostrum & seruitutē subijcere curamus, si in spiritu humilitatis & animo cōtrito Domino supplicare assuescimus, si illatas à proximo contumelias placida mēte suscipere satagimus, si & eos qui nos odio habent, qui iniurias nobis inferunt, diligere, his bene facere, pro horum uita & sospitate studemus exorare, si cum uirtute patientiæ honorū quoque operum fructibus adornari contendimus. Taliter enim conseruatis nobis, & corpora nostra, iuxta Apostoli uocē, hostiā uiuentem, sanctam, Deo placentem exhibentibus, Domino largiēte dabitur, ut communi cū eis qui membra sua in mortem pro Christo derunt gloria remuneremur: quia sicut mors illorum, sic & uita nostra preciosa sit in cōspectu Domini, diruptisque uinculis carnis, & ipsi atria supernæ ciuitatis intrare, atque inter choros beatorum martyrum nota gratiarum redemptori nostro reddere merebimur, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

torum martyrum nota gratiarum redemptori nostro reddere merebimur, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

VINCVLA PETRI.

Homiliam eiusdem require in natali diui Petri.

IN FESTO TRANSFIGVRATIONIS Domini. Matth. 17. Marc. 9. Luca 9.

In illo tempore, assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum deorsum, & transfiguratus est ante eos. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADĒM LECTIŒNE.

Quia Dominus ac redētor noster electos suos per huius uite labores ad illam, quæ laborem nescit uitam futuræ beatitudinis intro ducere disposuit, modò per euangelium suum sudores certaminum temporalium, modò æternorum describit palmam præmiorum: ut auditis uidelicet agorum necessitatibus meminerint sibi requiem in hac uita nequaquam esse petendam: audita rursum dulcedine futuræ retributionis leuius ferant mala transuentia, que bonis sperauerint remunerata perpetuis. Cū enim suas suorumque passiones paulo superius commemorasset, confestim ea quæ modò cum legeretur, audiuius, adiunxit dicens:

Filius enim hominis uenturus est, in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera eius. Vbi aptissime diē extremi designat examinis, quando in potestate magna & maiestate ueniet iudicaturus de mundo, qui quondam in humilitate & abiectione uenerat iudicandus à mundo, quādo cum iudiciaria districtione quæret operum perfectionem ab eis quibus misericordiæ largitate prærogauerit suorum gratiam munerum, quādo reddens singulis secundum opera eorum, electos in regnum patris sui perducet, reprobos autem cum diabolo in ignē reiciet semper æternum. Et pulchrè dicitur, quia filius hominis uenturus est in gloria patris sui. Filius quippe hominis in gloria Dei patris uenturus est, quia qui in hominis natura minor est patre, ipse in diuinitate unius eiusdemque est gloriæ cū patre uerus homo, per omnia uerus existēs & Deus. Merito autem lætificat pios, merito terret contumaces, quod sequitur, Et tunc reddet unicuique secundum opera eius: quia qui nunc bona operantes pressuris malorum affliguntur iniquis, lætanti nimirum animo tempus expectant illud, quando per iudicem iustum non solum ab iniustorum liberentur iniurijs, sed & iustitiæ ac patientiæ suæ mercedem percipiant. Qui uerò malè uiuentes patientiam iudicis negligentiam putant, fuisse serò poenitentes æternæ damnæ

Actu. 5.
Lib. 3. cap. 16.
& 21.

Actu. 12.

Rom. 12.

Psal. 115.

Matth. 16.

Matth. 25.

Psal. 100.

damnationis sententia feriantur. Concinit huic euangelicæ sententiæ quod ait Psalmista, Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Primò quippe misericordiam, ac deinde iudicium se cantare perhibet: quia nimirum Dominus, quod primo suo aduentu depositum nobis benignè contulit, hoc in secundo districtus exiget. Sed peruersus quisque qui misericordiam largientis contemnit, iure iudicium discutientis Domini pertimescit. At qui gratiam misericordiae gratè se meminit suscepisse, gaudens utique iudicij discrimen expectat: ideoque libera modulatione suo iudici misericordiam & iudicium cantat. Verùm quia incertum est omnibus tempus uenturae iudicij, incerta singulis sui exitus hora, & poterat longa uideri presens afflictio nescientibus, quando requies promissa ueniret, uoluit pius magister aliquibus discipulorum suorū adhuc in terra degentibus eternæ repromissionis gaudia præmonstrare: quatenus & ipsi qui uiderent, & omnes qui audire possent, leuius aduersa presentia tolerarent, reducto sepius ad mentem futuræ retributionis munere quod expectarent. Vnde sequitur:

Amen dico uobis, sunt quidam de his stantibus, qui non gustabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo.]

Venientem quippe in regno suo uident discipuli, quia in eâ claritate uiderunt fulgentem in mōte, in qua peracto iudicio ab omnibus sanctis in regno suo uidebitur. Sed quod mortales adhuc & corporales discipulorū oculi sufferre nequiuērūt, tunc per resurrectionem iam facta incorruptibilis potenter tueri, sufficiet omnis ecclesia sanctorum, de qua scriptū est: Regem in decore suo uidebunt oculi eius.

Esai. 33.

Et post sex dies assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum. In sursum gloriam suam discipulis, in montem eos ducit excelsum: ut doceat omnes qui hanc uideri desiderant, non in infimis iacere uoluptatibus, non illecebris seruire carnalibus, non cupiditatibus adhærescere terrenis, sed æternorum amore ad superna semper erigi: angelicæ mundiciæ, pietatis, pacis, dilectionis, & iustitiæ uitam, quantum mortalibus possibile est, semper imitari debere iuxta eum qui dixit, Nostra autem conuersatio in cœlis est, unde etiam Saluatorem expectamus Iesum Christum Dominum nostrum. Ostensurus gloriam suæ maiestatis, in montem discipulos ducit, ut discant ipsi, discant omnes qui hanc uideri sitiunt, non eam sibi in huius seculi profundo, sed in regno supernæ beatitudinis esse quærendam. Et bene cum diceret, quia ducit illos in montem excelsum, addidit seorsum: quia iusti & nunc cū prauorum uicinia premuntur, animo tamen sunt toto atque intentione fidei separati ab illis, & in futuro funditus seorsum abducuntur ab eis, cum abscondet eos in abscondito uultus sui à conturbatione hominum, proteget eos in tabernaculo suo à contradictione linguarū. Quod autem post dies sex ex quo promisit discipulis, claritatem suæ uisionis ostendit, significat san-

Psal. 30.

Bedæ tom. 7.

ctos in die iudicij regnum percepturos, quod eis promisit, qui non mentitur Deus ante tempora secularia. Tempora quippe secularia sex aetatibus constant, quibus completis audient ipso dicente: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Possunt dies sex promissæ Dominicæ uisionis & gloriæ honorum perfectione operum designari, sine quibus ad contemplandam conditoris sui maiestatem quisque aliquid agere ualet, peruenire non ualet. Quia enim Dominus sex diebus rerum creaturam formauit, septima requieuit ab operibus suis, rectè per sex dies opera bona quibus ad requiem peruenire debeamus, exprimuntur. Et quia qui Deus uidere, qui ad gloriam beatæ resurrectionis pertingere concupiscit, debet agere bona quæ nouit, rectè post dies sex gloriæ sui regni, quam spondit discipulis Saluator ostendit. Sequitur:

Matth. 25.

Genes. 2.

Et transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol: uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.]

Transfiguratus est ante discipulos Dominus, & sui corporis gloriam, qua per resurrectionem erat illustrandus significat: & electorum omnium quantæ claritatis post resurrectionem sint corpora futura, manifestat. Nam & de his alibi dicit: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum, & hic in exemplum futuræ clarificationis ipsius resplenduit facies eius sicut sol. Non quia Domini & sanctorum eius æqualis possit esse claritas & gloria, cum & de istis sanctis dicat Apostolus, Stella autem à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorū: sed quia nihil sole clarius uidere nouimus, non solum Domini, sed & sanctorum in resurrectionis gloria solis aspectui comparatur, quia clarius sole aliquod exemplum daretur hominibus, minime potuit inueniri. Hanc autem glorificam Domini corporis maiestatem, hanc sanctorum corporum claritatem nullus in iudicio reprobatorum uidere putandus est. Tantum uidebunt in quem transixerunt, & plangent se super eum omnes tribus terræ. At cum peracto iudicio sublatis fuerint impij, ne uideant gloriam Dei, tunc iusti ad contemplandam perpetuam gloriam regni eius, & ipsi pro modulo suo incorruptionis luce transfigurati intrabunt, unde dicit Apostolus, Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Si autem quærit aliquis quid uestimenta Domini, quæ facta sunt alba sicut nix, typicè designant, possumus rectè intelligere sanctorum eius ecclesiam per hæc esse monstratam, de quibus Esaias ait: Omnibus his uelut ornamento uestieris Et Apostolus: Quotquot enim, inquit, in Christo baptizati estis, Christum induistis. Qui in tempore resurrectionis omni labie iniquitatis simul & ab omni mortalitatis obscuritate castificantur. Vnde pulchre de uestimentis Domini dicit euangelista Marcus, Quia facta sunt splendida candidaque nimis uelut nix, qualia fullo super terram non potest candida facere: quia quod omnibus patet, nemo est qui

Matth. 13.

1. Cor. 15.

10. An. 19.

Esai. 26.

Philip. 3.

Esai. 49.

Galat. 3.

Marc. 5.

h a line

sine corruptione ac dolore uiuere possit super terram. Quod omnibus sapientibus patet, licet heretici contradicant. Nemo est qui sine tactu alicuius peccati uiuere possit super terram. Sed quod fullo, id est, doctor animarum siue mundator aliquis sui corporis eximius super terram non potest, Dominus faciet in celo emundans ecclesiam uidelicet suam ab omnibus inquinamentis carnis & spiritus, insuper & æterna carnis ac spiritus beatitudine ac luce reficiens. Sequitur:

Ecce apparuit illis Moyses & Helias cum eo loquentes.

Lucas 9.

Quales apparuerint, & quid locuti sunt cū eo; Lucas manifestius scribit, dicens: Erant autem Moyses & Helias uisi in maiestate, & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem. Moyses ergo & Helias qui locuti sunt cum Domino in monte, & passionem eius ac resurrectionem dicebant, oracula legis & prophetiæ designant, quæ in Domino completa & nunc doctis quibusque patent, & electis omnibus in futuro manifestius patebunt. Qui bene uisi in maiestate dicuntur, quia tunc apertius uidebitur, quando ueritatis dignitate omnium diuinorum eloquiorum, non solum sensus, sed & sermo fuerit prolatus: quamuis in Moyses & Helias omnes, qui cum Domino regnaturi sunt, recte intelligi possunt. In Moyses quidem qui mortuus ac sepultus est, hi qui in iudicio resuscitandi à morte: in Helias uero qui necdum mortis debitum soluit, hi qui in aduentu iudicis uiui inueniendi sunt in carne. Qui utriusque pariter in uno eodemque momento rapti in nubibus: obuiam Domino in aere mox peracto iudicio ad uitam inducuntur æternam. Quibus apte conuenit, quod Moyses & Helias in maiestate uisui perhibentur: per excellentiam namque maiestatis insigne muneris quo sunt coronandi, monstratur. Bene conuenit & hoc quod excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem, laudisse memorantur: quia nimis unica laudis materia fidelibus suis fit passio redemptoris: qui quanto magis meruerint eius se gratia esse redemptos, tanto suæ reparationis memoriã deuoto semper in pectore uersant, deuota confessione testantur. Verum quia cum amplius quisque uite cœlestis dulcedinem degustat, eo amplius fastidit omnia, quæ placebant in in simis, merito Petrus uisa Domini & sanctorum eius maiestate, repente cuncta quæ nouerat terrena obliuiscitur, solis ihs quæ uidit perpetuo delectatur adherere, dicens:

Domine, bonum est nos hic esse, si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Helie unum. Et quidem beatus Petrus, sicut alius Euangelista testatur, nesciebat quid diceret, in eo quod cœlesti conuersatione tabernacula, facienda putauit. In illa namque cœlestis uitæ gloria domus necessaria non erit, ubi diuinæ contemplationis luce omnia pacificante, aura aduersitatis alienius timenda nulla remanebit, testate Apostolo Ioanne, qui eiusdem supernæ ciuitatis claritatem describens, inter alia dicit: Et templum

Apo. 21.

non uidi in ea, Dominus enim omnipotens templum illius est & agnus. Sed bene nouerat quid diceret, cum ait: Domine, bonum est nobis hic esse, quia re uera solum hominis bonum intrare in gaudium Domini sui, & huic contemplando in æternum adstare. Unde merito nihil unquam ueri boni habuisse putandus est, cui reatu suo exigente contingit nunquam sui faciem uidere creatoris. Quod si beatus Petrus glorificatam Christi humanitatem contemplatus tanto afficitur gaudio, ut nullatenus ab eius intuitu uelit secerni, quid putamus fratres charissimi, esse beatitudinis, qui diuinitatis eius altitudinem uidere meruerunt? Et si cum duobus tantum sanctis, Moyses uidelicet & Helias, transfiguratam in monte hominis Christi speciem uidere bonum maximum duxit, quis sermo explicare, quis sensus ualet comprehendere, quanta sint gaudia iustorum cum accesserint ad Simon montem, & ad ciuitatem Dei uiuentis Hierusalem, & multorum milium angelorum frequentiam, ipsumque ciuitatis eiusdem artificem & conditorem Deum non per speculum & in ænigmate sicut nunc, sed facie ad faciem conspexerint? De qua uisione dicit ipse Petrus, loquens de Domino fidelibus: In quæ nunc quæ que non uidentes credetis, quem cum uideritis, exultabitis læticia inenarrabili & glorificata. Sequitur:

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce uox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Quia tabernacula facere quærebant, obrectu lucidæ nubis admoventur in illa uitæ cœlestis habitatione domos non esse necessarias, ubi omnia Dominus æterna suæ lucis obumbratione protegit. Qui enim populum per deserta gradietem, nec per diem sol, nec luna ureret per noctem, quadraginta annos expandit nubem in protectionem eorum, quanto magis inhabitantes in tabernaculo regni cœlestis in secula, sanctorum uelamento proteget alarum: Scimus enim docente Apostolo, quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cœlis. Quia uero resplendentem filij hominis faciem cernere desiderabant, adfuit pater in uoce, docens eundem esse filium suum dilectum, in quo sibi bene complacuisse: ut discerent ab humanitatis eius gloria quam uidebant, ad diuinitatis quæ æqualis est illi contemplandam suspirare præsentiam. Quod autem ait uox paterna de filio, In quo mihi bene complacui, hoc est quod eius filius alibi testatur: Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quæ placida sunt ei, facio semper. Et quod adiunxit, Ipsum audite, admonuit eum esse de quo Moyses idem populum cui legem dedit, præmonebat. Quia prophetam uobis suscitabit Dominus Deus uester de fratribus uestris tanquam me ipsum audietis, iuxta omnia quæcunque locutus fuerit uobis. Neque enim Moysen & Heliam, id est, legem & propheta

Heb. 12.

1. Cor. 13.

1. Petr. 1.

Psalm. 120.

Exod. 13.

2. Cor. 5.

1. Ioan. 8.

Dent. 18.

prophetas audiri uerat, sed omnibus his auditionem filij, qui legem aut prophetas uenit adimplere, praefendam insinuat, cunctisque ueteris instrumenti typis & aenigmatibus lucem euangelicæ ueritatis anteponehdam intimat. Et quidem pia dispensatione fides discipulorum, ne crucifixo Domini titubet, solidatur, dum imminente crucis articulo & humanitas eius, qualiter per resurrectionem sit sublimanda coelesti luce monstratur: & quia coaeternus sit in diuinitate patri filius, coelesti eiusdem patris uoce probatur, quatenus adueniente hora passio nis minus morientē dolerent, quem post mortem mox glorificandum in homine, in diuinitate autem semper à Deo patre glorificatum meminissent. Verum discipuli quasi carnales adhuc substantiæ fragilis, audita Dei uoce timentes in faciem ceciderunt. Dominus autem quasi pius per omnia magister, uerbo simul eos & tactu consolatur & erigit.

Et descenditibus, inquit, illis de monte præcepit Iesus, dicens: Nemini dixeritis uisionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.] Visionem ostensæ suæ maiestatis ad tempus taceri præcepit, ne si palam uulgaretur in populos, aut dispensationem passionis illius eidem populi principibus repugnando impedirent, & sic humanæ salutis effectus, qui per sanguinem eius erat futurus, retardaretur: aut certe hi qui eandem uisionem audientes credidissent, uiso crucis opprobrio scandalizarentur. Opportunius autem completa passione, resurrectione, & ascensione eius in cœlum, repletis spiritu sancto Apostolis prædicata est, quatenus omnes qui sacramentis eius initiari uoluissent, non solum effectum resurrectionis credere, sed etiam modum eiusdem resurrectionis ab his qui uidebant, potuissent ediscere, nec non & aeternitatem diuine natiuitatis, quæ à patre audierant, cunctis pariter credendam amandamque prædicarent. Exposita igitur lectione Dominicæ transfigurationis, ad nostram fratres charissimi, conscientiam reuertamur, & si Domini gloriam uidere delectat, transit carnalibus desideriis subeamus in montem uirtutum. Si ad uestimenta Domini candidissima pertinere uolumus, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Si uocem Dei patris audire, si consubstantialis eius filij maiestatem desideramus intueri, studeamus solliciti peruersa & inutilia mortalium uerba declinare, studeamus à superuacuis seculi fallentis oculos auertere spectaculis, quatenus resurrectionis nostræ gloria coruscante, & ipsi quidem quæ modò nequimus, magnalia nostri conditoris uidere simul & dicere mereamur, præstanti ipso qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus, &c. Amen.

IN DIE ASSUMPTIONIS
Mariæ. Lucæ decimo.

In illo tempore, intravit Iesus in quoddam castellum, et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua,

Bedæ tom. 7.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM
DEM LECTIONE.

DVæ istæ Domino dilectæ sorores duas uitas spirituales, quibus in præsentî sancta exercetur ecclesia, demonstrant. Martha quidæ actualem, qua proximo in charitate sociamur: Maria uerò contemplatiuam, qua in Dei amore suspiramus. Actiua enim uita est panem esurienti tribuere, uerbo sapientiæ nescientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis uiam superbientem proximum reuocare, infirmantis curam gerere, quæ singulis quibusque expediunt dispensare, & commissis nobis qualiter subsistere ualeant, præuidere. Contemplatiua uerò uita est, charitatem quidem Dei & proximi tota mente retinere, sed ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris inhærere, ut nil iam agere libeat, sed calcatis curis omnibus ad uidendam faciem sui creatoris animus inardescat, ita ut iam nouerit carnis corruptibilis pondus cum mœrore portare, totisque desiderijs appetere, illis hymnicis angelorum choris interesse, admisceri cœlestibus ciuibus, de aeterna in conspectu Dei incorruptio ne gaudere.

Quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat uerbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium.] Hæc utriusque uitæ congruere, nemo qui dubitet. Et contemplatiuæ quidem uniformis perfectio est, exutam mentem à cunctis habere terrenis, eamque quantum humana imbecillitas sinit, unire cum Christo. Actiuæ uerò, quam frequens sit ministerium gentium magister edocet, qui creberrimis epistolarum dictis suos pro Christo terra marique labores, sua pericula commemorat. In quibus etiam uisiones & reuelationes Domini commendans, non minus se in speculatiua uirtute, quod per paucis est imitabile, consummatum fuisse significat. Vnde dicit: Siue enim mente excedimus Deo, siue sobrii sumus uobis.

Quæ stetit, et ait: Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare: Dic ergo illi, ut adiuuet me.] Ex illorum persona loquitur, qui adhuc diuine contemplationis ignari, solum quod didicere, fraternæ dilectionis opus Deo placitum ducunt, ideoque cunctos qui Christo deuoti esse uelint, huic mancipandos autumant. Et bene Martha stetit, Maria secus pedes Domini sedisse describitur: quia uita actiua laborioso defudat in certamine, contemplatiua uerò pacatis uirtutum tumultibus optata iam in Christo mentis quiete perfruitur.

Et respondens, dixit illi Dominus: Martha Martha, sollicita es, et turbaris circa plurima. Porro unum est necessarium.] Et beatus Dauid solum hoc necessarium homini esse definiens, Deo iugiter inhærere desiderat, dicens: Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. Et a libi: Vnam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam uoluntatem Domini, & ui-

h j sitem

2. Cor. 7.

2. Cor. 11. et 13.

2. Cor. 3.

Psalm. 72.

Psalm. 20.

sitem templum sanctum eius. Vna ergo & sola est theoria, id est, contemplatio Dei, cui merito omnia iustificationum merita, uniuersa uirtutum studia postponuntur.

Maria optimam partem elegit, que non auferretur ab ea.] Ecce pars Marthæ non reprehenditur, sed Mariæ laudatur. Neque enim bonam partem elegisse Mariam dicit, sed optimam, ut etiam pars Marthæ iudicaretur bona. Quare autem pars Mariæ sit optima, subinfertur cum dicitur: Quæ non auferretur ab ea. Actiua etenim uita cum corpore deficit. Quis enim in æterna patria panem esurienti porrigat, ubi nemo esurit, quis potum tribuat sitienti, ubi nemo sitit, quis mortuum sepeliat, ubi nemo moritur? Cum presentis ergo seculo uita auferretur actiua: contemplatiua autem hic incipitur, ut in cœlesti patria perficiatur. Quia amoris ignis qui hic ardere inchoat, cum ipsum quæ amat uiderit, in amore amplius ignescit. Contemplatiua ergo uita minime auferretur, quia subtrahita presentis seculi luce perficitur.

IN NATALI DIUI BARTHO/
LOMEI APOSTOLI. Lucae 22.

In illo tempore facta est contentio inter discipulos Iesu, quorum uideretur esse maior. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIÓNE.

Sicut bonis esse moris solet, in scripturis semper exempla patrum precedentium, quibus ad meliora proficiant, quibus agnitis de suis actibus humiliantur, inquit eret: sic contrario reprobis, si quid forte in electis reprehensibile reperitur, quasi suas ex eo nequitas obtecuri, aut pro isto defensuri, libentissimè solent amplecti. Ideoque multo ardentius legunt quod facta est contentio inter discipulos Christi, quis eorum uideretur esse maior, quam quod multitudinis credentium erat cor unum & anima una. Multo recolunt tenacius, quod facta est dissensio inter Barnabam & Paulum, ita ut dissideret ab inuicem, quam quod idem Paulus ait: Cum enim sit inter uos zelus & contentio, nonne carnales estis? nonne homines estis? quasi nobis infirmitas sanctorum imitanda proponatur, & non illud potius, quia conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, hoc maxime in loco, ubi & ipsa contentionis eorum causa est nobis incognita. Neque enim incredibile est, quia iuxta hoc quod alibi precipitur, Contendite intrare per angustam portam, honore se inuicem preueniendo certarint. Verum quia libet ex causa contenderint, nos potius non carnales adhuc discipuli quid gesserint, sed spiritalis magister quid iusserit, uideamus.

Dixit autem eis, Reges gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in uobis, sicut iunior, & qui prior est, sicut ministrator.] Certantibus de prioratu discipulis, pius magister eos non inire contentio-

nis arguit, sed formam quam sequantur humilitatis modesta ratione describit. In qua tamen forma obtinenda maiores & precessores, id est, doctores ecclesie, non minima discretionis opus habent: ne uidelicet regum gentium instar dominari subiectis, sed ab eis gaudeant superuari, cuius laudibus attolli, sed ad exemplum regis æterni, quasi iuniores eis quibus regendis precessores, efficiantur ac ministri. Quia nimirum necesse est, ut sic bene agentibus per humilitatem sint socii, quatenus contra delinquentium uitia per zelum iustitie sint erecti, ut & bonis in nullo se preferant, & cum prauorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscant. Ne enim presidentis animus ad elationem potestatis sue delectatione rapiatur, recte per quemdam sapientem dicitur: Ducem te constituerunt, nolite extolli, sed esto in illis quasi unus ex illis. Hinc etiam Petrus ait: Non dominantes in clero, sed forma facti gregi. Et tamen nonnunquam grauius delinquitur, si inter peruersos plus æqualitas, quam disciplina custodiatur. Quia enim falsa pietate superatus ferire Heli delinquentes filios noluit, apud districtum iudicem semetipsum cum filijs crudeli damnatione percussit. Vnde necesse est, ut rectorem subditis, & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina. Atque inter hæc sollicita circumspectione prouidendum, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa.

Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat.] Ad uerba exhortationis suæ immet adiungit exempla, quæ Ioannes euangelista plenius commemorans, inter cætera scribit: Si ego laui uestros pedes Dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes: quamuis etiam uerbo ministrandi possint omnia, quæ Deus in carne gessit, intelligi. Nam & ipsum sui sanguinis sacramentum in ministrando nobis se effundere significat, cum dicit: Sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis; & hoc quoque maioribus ecclesie præcipuum ministrandi genus imitandum ostendens, ut non solum misericordijs eleemosynæ, doctrinæ salutaris, spiritalis exempli ministeria fratribus impendamus: uerum etiam sicut ille pro nobis animam suam posuit, ita & nos pro inuicem animas ponere discamus.

Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum.] Non inchoatio patientis, sed perseverantia cœlestis regni gloria donatur: quia nimirum perseverantia, quæ alio nomine constantia uocatur, robur quoddam & fortitudo mentis, eunctorumque (ut ita dixerim) est columna uirtutum: quæ cum bene recta & firma consistit, nihil est certius, nihil tutius bonis moribus: quod si aliquod deiciatur impulsa turbine, non solalabitur: omnia enim profusus animi bona simul corruunt. Sicut ergo disposuit pater filio regnum, quem factum obedientem usque ad mortem, mortem autem crucis exaltauit, & donauit illi

Eccles. 32.
1. Petr. 5.

1. Reg. 2.

1. Ioan. 13.

Math. 20.

1. Ioan. 3.

Philip. 2.

nomen

nomen quod est super omne nomē: sic & filius idem permanentes secum in tentationibus æternum ducet ad regnum. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus: à cuius sublimitate promissuludas infelix excipitur. Nam & antequā hæc Dominus diceret, exisse credendus est, qui non modo permanere cum illo in tētationibus spreuit, uerim ipsos tētationum eius iuuat auctores. Excipiuntur & illi, qui auditis incomprehē-

Rom. 6.

Ioh. 6.

Matth. 5.

sibilis sacramento uerbis, abierunt retrō, & iam non cum illo ambulabant. Non enim recedentes à Domino, nisi quotquot pœnitendo redierunt, potuerē saluari.

Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno.] Mensa hæc proposita omnibus sanctis ad fruendū, cœlestis est gloria uitæ: cibus potusq; ille, de quo aliās dicitur, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur: fruendo scilicet olīm desiderato, & amato gaudio ueri, & inconcussi boni.

Et sedetis super thronos, iudicātes duodecim tribus Israel.] Hæc est illa quā Psalmus canit, immutatio dexteræ excelsi, ut qui nunc humiles gaudent ministrare conseruis, tunc super Domini mensam sublimēs uitæ perpetuæ dapibus alantur: qui hic in tētationibus iniuste iudicati cum Domino permanent, illic cum eo super tentatores suos iusti iudices ueniant: & quanto huic mundo magna humilitate despecti sunt, tanto tunc acceptis sedibus maiore culmine potestatis ex-

Psal. 76.

IN NATALI DECOLLATIONIS
diui Iohannis Baptistæ. Matth.
14. Marci 6. Lucæ 9.

IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha samam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Iohannes Baptista. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
DEM LECTIOE.

NAtalem, fratres charissimi, beati Iohannis diem celebrantes oportet, ut non solū constantiam pansionis illius pia deuotione recolamus, sed & eorum à quibus passus est, malitiam nobis in arma uertamus salutis. Tunc etenim scripturis sanctis utiliter animum intendimus, cum non solum in eis uirtutes ac præmia iustorum, uerum etiam uitia, uindictamq; reproborum ad incitamentum nobis bene agendi proponimus. Hoc siquidem & ipsius Domini docemur exemplo, qui ut humanæ superbię ceruicē frangat, ac sublimē nobis humilitatis iugū imponat, non suæ tantum humilitatis formā quā sequamur, insinuat dicens, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: sed etiam angelicę superbiæ defectionem, quam caueamus ad memoriam nobis reuocat, dicens, Videbam satenam quasi fulgur de cœlo cadentem: quatenus non solo nos suæ diuinæ bonitatis, sed & dæmoniæ prauitatis exemplo ad obseruantiam sum-

Matth. 11.

Luc. 10.

mæ uirtutis accendat.

Audiuit ergo Herodes tetrarcha samam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Iohannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo uirtutes operantur in eo.] Qui bene intellexit mortuum posse hominem resuscitari ad uitam; bene de resurrectionis gloria sensit, qui iustos post resurrectionē maioris potentiaę q̄ mortalis fragilitas capit, futuros esse perspexit: sed miserē desipuit, qui quod de homine puro sponte credere potuit, hoc de Deo homine credere tot miraculis attestantibus, tantis prædicatorum præconijs consonantibus, nulla ratione consensit. Quare hoc, fratres charissimi, nisi ut nos aperte intelligamus, non incredibile resurrectionis miraculum, sed prauorum animos à credendi gratia peccatis obstantibus esse prepeditos, maioresq; illi gratias referamus, qui nostris cordibus ablato erroris uelamine, lucem ueritatis aperire dignatus est.

Herodes enim tenuit Iohannem, & alligauit eum, & posuit in carcerem, propter Herodiam uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Iohannes: Non licet tibi habere eam.] Impletum uidemus in Iohanne, quod de illo angelus Zachariæ priusquam nasceretur, prædixit: quia præcederet ante Dominum in spiritu & uirtute Helia. Ambo nanq; cōtinenter uiuentes, ambo habitu inculti, ambo in solitudine degentes, ambo præcones ueritatis, ambo regis & reginæ persecutionem propter iustitiam perpessi sunt: ille Achab & Iezabel, iste Herodis & Herodiadis. Ille ne ab impijs occideretur, igneo curru est raptus in cœlum: iste ne ab impijs uinceretur, perfectio martyrij certamine spiritu cœlestia regna petiuit, angelorum utiq; subuectus auxilio, de quibus scriptum est: Currus Dei decem milia multiplex milia lætantium; Dominus in illis.

Luc. 1.

3. Reg. 19.

4. Reg. 2.

Psal. 67.

Ibid. 103.

Et iterū: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Sed quarit forte aliquis, quis sit iste Herodes, qui uer frater eius, quæ etiam Herodias, de quibus sermo iste. Herodes iste qui & Iohannem decollauit, & in passionem redemptoris nostri Pilato assensum præbuit, filius est Herodis illius, sub quo Dominus natus est: qui cum post natiuitatem Dominicā pauco tempore regnaret, sicut Euangelica testatur hystoria, Archelaus eius filius successit in regnum: quo cum uix decem annis potiretur, accusantibus insolentiam eius Iudeis, pulsus est regno ab Augusto, ac perpetuo damnatus exilio. Deinde Augustus, ut regni Iudaici minueret potentiam, diuisa in quatuor partes prouincia, quatuor fratres Archelai eidem reginæ præfecit, qui singuli à principatu quartæ partis Græco sermone sunt tetrarchæ uocati. E quibus Philippus Herodiadē, filiam Arerhæ regis Arabum, accepit uxorem, quam idem Arertha postmodum ablatam ab eo dedit Herodi, eo quod ipse esset maioris potestatis & famæ, factumq; est adulterium publicū. Sicut perfidis causa est pereundi, ita fidelissimo præconi nostræ redemptionis materia triumphandi, qui prohibendo regis insulti scelera, morte qui dem iniusta meruit plecti, sed post mortis gu-

stū à rege iustitiæ cui testimonium perhibebat, iustam uitæ perennis coronam accepit. Dicebat ergo illi Ioannes:

Non licet tibi habere eam. Et nolens, inquit, illum occidere, timuit populum, quia sicut prophetam eum habebant.] Non populus tantum, sed ipse etiam Herodes Ioan- nem sicut prophetam habebat, teste euangeli- sta Marco, qui dicit: Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum uirum iustum & sanctum, & custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Sed uicit amor mulieris, eumq; in illum quem sanctum esse no- uerat & iustū, manus mittere coëgit. Qui quo- niam noluit cohibere luxuriam, ad homicidij reatum prolapsus est, minusq; illi peccatū ma- ioris erat causa peccati: cui districtio Dei iudicio cōtigit, ut propter appetitum adulteræ quæ detestandam sciebat, sanguinem funderet pro- phetæ, quem Deo acceptum esse cognouerat. Hæc nanq; est illa diuini dispensatio examinis, de qua dicitur: Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc. At cōtrā quod sequitur, Et sanctus sanctificetur adhuc, ad beati Ioannis personam cōuenienter aptatur, qui sanctus existens sanctificabatur adhuc, dum per officium euangelizandi ad martyrij pal- mam peruenit.

Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in me- dio, & placuit Herodi. Vnde cum iuramento pollicitus est ei da- re quodcumq; postulasset ab eo.] Tria pariter impiorū scelera audiuius: celebrationem natalis in- faustam, saltationem puellæ lasciuam, iuramen- tum regis temerarium, quibus singulis oportet nos, ne talia geramus instrui. Non enim festis diem nostri natalis in memoriam reuocare, nō ullum tempus illecebris indulgere carnalibus, sed diem potius exitus nostri debemus lachry- mis, precibus, crebrisq; preuenire seiunijs. hinc etenim uir sapiens admonet, dicens: In omni- bus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Sed nec membra no- stra quæ iam Domino consecrata sunt, iustis atq; ineptis dare motibus decet. Dicit nanq; A- postolus: Nescitis quoniam corpora uestra mem- bra sunt Christi? Tollens ergo membra Chri- sti, faciam membra meretricis? Absit. Vnde & alibi obsecrat per misericordiam Dei, ut exhi- beamus corpora nostra hostiam uiuentem, san- ctam, Deo placentem. Quantum uerò temerita- tem iurandi uitare debeamus, & ipse in euange- lio Dominus, & Iacobus in epistola sua docet, dicēs: Ante omnia autem fratres mei, nolite iu- rare neq; per cælum, neq; per terrā, neq; aliud quodcumq; iuramentum. Sit autem sermo uester, est est, non nō, ut nō sub iudicio decidatis, illo uidelicet iudicio sub quo decidit Herodes, ut uel peierare, uel ob periurium cauendum a- liud necesse haberet patrare flagitium. At si al- quid incautius forte nos iurasse cōtigerit, quod obseruatum scilicet peiorem uergat in exitum, liberè illud consilio salubriore mutandum no- uerimus, ac magis instante necessitate peierā- dum nobis, quàm pro uitando periurio in aliud

crimen grauius esse diuertendum: Deniq; iura- uit Dauid per Dominum, occidere Nabal uirū stultum & impium, atq; omnia quæ ad illū per- tinent demoliri: sed ad primam intercessionem Abigail scemine prudentis, mox remisit minas, reuocauit ensē in uaginam, neq; aliquid cul- pæ se tali periurio cōtraxisse doluit. Iurauit He- rodes dare saltatrici quodcumq; postulasset ab eo, & ne periurus diceretur à conuiuis, ipsum conuiuiū sanguine polluit, dum prophetæ mor- tem saltationis præmium fecit. Non solum in iurando, sed in omni quod agimus, hæc est mo- deratio solertius obseruanda, ut sitalem fortè la- psū uersuti hostis inciderimus insidijs, ex quo sine aliqua peccati contagio surgere non possi- mus, illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus periculi nos perpeffuros esse cer- nimus: iuxta exemplum eorum qui hostilibus clausi muris, dum euadere desiderant, sed por- tarum omnium accessum sibi interdiciū con- siderant, ibi necesse est desiliendi locum eligāt, ubi muro existente breuiore minimum pericu- li cadentes incurrant. Sequitur:

At illa premonita à matre sua, Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ. & contristatus est rex.] Tristitia regis non absolutio est, sed confessio sceleris. Hæc etenim est superni iustitia iudicii, ut ple- runque reprobi & agnoscant se, & fateantur er- rasse, certamq; erroris sui pœnitentiam gerāt, nec tamen ab errore quiescant, quatenus eadē confessione ac pœnitentia contra se ipsi testi- monium dent: quia non nescij delinquant, dum à peccato quod culpant, prohibere detrectant, eoq; iustius pereant, quo foueam pœditionis quam præuidere ualuerant, declinare neglexe- rant. Talis quippe est tristitia Herodis, qualis pœnitentia Pharaonis & Iudæ: quorum quisq; facinora sua postquam accusante conscientia inuitus prodidit, uecors augmentauit. Itaq; He- rodes caput Ioannis petiuit, tristitia quidem prætendebat in uultu, qua se ipse damnaret, o- stendendo cunctis liquidè, quia in fontē & san- ctum nouerat, quem erat neci daturus. Verum si diligentius cor nefandum inspicimus, lætaba- tur occulte, quòd ea petebantur quæ & antea fa- cere, si excusabiliter posset, disponebat. Qui si caput Herodiadis peteretur, nulli dubium, quo- niam illud dare ueraciter tristis abnueret.

Propter iuramentum autem, & eos qui pariter recumbēbāt, iussit dari: mistiq; & decollauit Ioannem in carcere, & allatum est caput eius in disco.] Indignum quidem natali suo rex spectaculum præbuit, qui conuocatis ad e- pulas principibus, tribunis ac ducibus gentis, spectandum in disco caput occisi protulit. Indi- gnūq; conuiuiæ, an potius inuitatori suo condi- gnū, e quibus nullus inuētus est, qui hominem inter festa discumbentiū puniri, qui ab adulte- ris iustū, qui iudicē à reis capite plecti uetaret: præsertim cū rex assumpta specie mœstitiq; coa- ctū se hoc facere protestaretur, essetq; opportu- nū q̄ hortatu conuiuantū à promisso scelere re- uocari deberet, si non illū hæc de industria pre- struxisse cognoscerent, imò ipsos quoque par- eiuudem

Marc. 6.

Apo. 22.

Ecclef. 7.

1. Cor. 6.

Rom. 12.

Matth. 5.

Iacob. 5.

1. Reg. 17.

Exod. 9.

Matth. 27.

Act. 1.

eiusdem sceleris amor irretiret. Sed dignam su-
pernis aspectibus uirtutem sui certaminis bea-
tus præcurfor Dominicæ natiuitatis, prædica-
tionis & mortis ostendit, qui ut scriptura ait, Et
si coram hominibus tormenta passus est, spes il-
lius immortalitate plena est. Cuius diem nata-
lis merito festa celebrat e repetimus, quæ ipse
propria passione nobis solennem reddidit, quæ
roseo sanguinis sui fulgore decorauit: merito
memoriam illius cum spiritali gaudio uenera-
mur, qui testimonium quod Domino perhibuit,
martyrio signaculo conclusit. Neque enim dubi-
tandum est, quia beatus Ioannes pro redempto-
ris nostri, quem præcurrebat, testimonio, carce-
rem & uincula sustinuit, pro ipso & animam po-
suit: cui non est dictum à persecutore ut Chris-
tum negaret, sed ut ueritatem reticeret, & tam-
mè pro Christo occubuit. Quia enim Christus
ipse ait, Ego sum ueritas, ideo utique pro Chri-
sto, quia pro ueritate sanguinem fudit: & cui na-
scituro, prædicaturo, baptizatur, prius nascen-
do, prædicando ac baptizando testimonium per-
hibebat, hunc etiam passurum prior ipse pati-
do signauit. Quorum tamen passionum diuerso
ordine consummari, certa supernæ prouisionis
dispensatione gestu est: ut uidelicet redemptor
noster extra portam ciuitatis cuncto assistente
populo, subleuaretur in crucem: præcurfor ue-
rò eius collectis in domum conuiuij magistrati-
bus atq; optimatibus plebis, misso tantum spicu-
latore, in abdito carceris capite truncaretur. Et
quidem congruum uidebatur, ut mysterium Do-
minicæ crucis crucifixus præfiguraret Ioannes:
sed quia idem Ioannes testimonium Domino
perhibens aiebat, illum oportet crescere, me au-
tem minui: hoc est, illum quem prophetam ma-
gnum esse miramini, Christum Dominum, ac Deum
uerum oportet intelligi: me autem quem Chris-
tum esse arbitramini, non Christum, sed esse
prophetam Christi patebit, disparem utriusque
qualitatem, dispar modus passionis insinuat,
non in carnis uirtute potestate constitutus, sed cœ-
lesti ratione prouisus. Quia enim iterum dicit
idem Ioannes, Qui est de terra, de terra est, &
de terra loquitur: qui autem de cœlo uenit, super
omnes est, præfatam minorationem eius qui
de terra est, decollatio illa in carcere & in obscuro
parrata capitis ablatio designat. Porro cre-
mentum eius qui de cœlo uenit, & supra omnes
est, illa in cruce exaltatio quæ sub diuo & omni
spectante populo facta est, aperte denunciat.
Exaltatus quippe in cruce, caput erectum ad cœ-
los tenuit, manus super terras ad aquilonem te-
tendit, & austrum, ut & cœli se esse Dominum &
uniuersam terram, omnesque potestates aëreas sub-
ditiōi subditas, ipso etiam corporis situ figura-
ret. Infima crucis ipsius terræ abdita penetra-
bant, ut inferorum regnum passionis illius transi-
tum ac destructum esse signaretur. Regem hunc
esse credendum scripto in cruce titulo, astantes
Hebræi, Græci & Romani legebant, ut uidelicet
eius imperium apparet per omnes gentes esse
dilatandum. Quæ cuncta Apostolus breuiter

una sententia cōplectitur, dicens: Factus est obe-
diens usque ad mortem, mortem autem crucis. Pro-
pter quod & Deus illum exaltauit, & donauit illi
nomen quod est super omne nomen, ut in no-
mine Iesu omne genua flectatur cœlestium, ter-
restrum, & inferorum: & omnis lingua confiteatur,
quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Decollato autem Ioanne, & alla-
to capite eius in disco, sequitur:

Et datum est puella, & detulit matri suæ. At accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud. Et hoc ad minorationem præcurforis Domini pertinet, quod corpus eius sepultura absque capite datur. Namque ut in ecclesiasticis inuenimus historijs, corpus eius in ciuitate Samaria, quæ nunc Sebaste uocatur, caput autem in Hierosolymis humatum est: decollatus uero est in castello quodam Arabia, quod Macherunta nominant. In quibus uidelicet historijs hoc quoque reperimus, quod caput eius sanctissimum longo post decollationem tempore, ab ipso reuelatum sit duobus monachis orientalibus, qui orationis gratia uenerant Hierosolymam, atque inde in Edesiam Phœnicie ciuitatem perlatum, debito fidelium honore frequentatum. At uero ossa eius tempore procedente, de Samaria Hierosolymam translata, ac mox Alexandriam missa, nunc ibidem in ecclesia quæ nominis ipsius est honore consecrata, seruantur. Quod diuina prouidentia constat actum, ut scilicet per plura loca deportatis beati martyris reliquijs, plura uirtutum signa fierent, pluresque per memoriã doctrinæ & uitæ illius ad fidem ac dilectionem eius quæ predicabat, confluerent. Inter hæc sanè considerandum est, & attentius memoriam commendandum, quomodo omnipotens Deus electos, dilectosque suos famulos quos ad uitam, regnumque prædestinauit æternum in tantum in hac uita prauorum patitur persecutione conteritur, ac tantis poenarum mortuumque generibus cõsumitur, quatenus perfectis perfectorum uirorum passionibus, minus de his quæ nobis forte aduersa contigerint, doleamus, ac potius dicamus omne gaudium existimare, cum in tentationes uarias inciderimus: memoria retinentes, quia quæ diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quæ recipit. Nam etsi principali sententia constat, quia in multis offendimus oes, quis tamen nostrum dicere audeat, beatum Ioannem in actu, uel dicto, uel habitu, uel uictu peccasse: cuius austeritate indumentum, cuius parsimoniã alimentum euangelica laudat historia, cuius omne quod loquitur, aut ueritati testimonium reddit, aut eos qui contradicunt, redarguit: cuius opera iustitiæ etiam qui non amabant, uenerationi habebant? Quis in eis præcordijs peccato poterat esse locus, quæ & ante natiuitatem spiritus sancti consecrauit aduentus? Quando saltem humanæ conuersationis intuitu ualuit à uirtutis uia uel ad modicum deflecti, qui totam ab ineunte pueritia uitam solitarius peregrinatus? Et tamen talis ac tantus uir præsentis uitæ terminum post longam uinculorum afflictionem sanguinis effusionem suscepit. Ille qui libertatem supernæ pacis euangelizabat,

Sap. 3.

Ioh. 11. 14.

Hebr. 13.

Ioh. 3.

Ibidem

Philip. 2.

Iosephus libro 18. antiquarij, cap. 10. Euseb. lib. 2. histo. ecclesiast. cap. 13.

Euseb. lib. 11. ecclesiast. hist. cap. 28. et Casiodorus lib. 9. Tripartite historie cap. 43.

Iacob. 1. Hebr. 11. Iacob. 3.

Matth. 11. Marci 1. Lucæ 7.

bat, ab impijs in uincula cōiicitur: clauditur ob scuritate carceris, qui uenit testimonium perhibere de lumine: quiq; ab ipsa luce, quae Christus est, lucerna ardens & lucens appellari meruit, quo in natis mulierum maior nemo est, ad petitionem mulierum turpissimarum capite plectitur: & ipse proprio cruore baptizatur, cui redemptorem mundi baptizare, cui uocem patris super illum audire, cui spiritus sancti gratiam in eum descendentis uidere donatum est. Sed non erat graue, imò leue ac desiderabile erat talibus tormentis pro ueritate temporalia perpeti, quae perpetuis nouerant remuneranda gaudijs. Optabile habebat mortem quae naturae necessitate inuitabilis imminebat, confesso Christi nomine cum palma uitae perennis excipere. Unde bene dicit Apostolus: Quia nobis donatum est à Christo, non solum ut in eo credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Qui ideo donum esse dicit Christi, ut pro illo patiantur electi, quia sicut idem dicit, Non sunt condignae passionis huius temporis ad superuicturam gloriam quae reuelabitur in nobis. Cum ergo tam eximios regni caelestis haeredes tanta in huius exilio mortalitatis pati uiderimus, quid nobis inter haec, fratres charissimi, restat agendum, nisi ut tanto magis humiliemur in conspectu pii conditoris & redemptoris nostri, quanto nos patenter animaduertimus eos, nec uitae imitatione sequi posse, nec mortis. Itaque iuxta uocem primi pastoris, humiliemur sub potestate manu Dei, ut nos exaltet in tempore uisitationis: humiliemur cum Ioanne, ieiunemus, & obsecrationes faciamus assiduas: exultemus minui coram hominibus, exerceamur & deficiat paulisper spiritus noster utiq; id est, carnalis & superbus, qui solerbat inflari, ut bonae actionis profectibus ante illum crescere, & cum illo exaltari ualeamus, qui de caelo ad terras uenire dignatus est, ut nos qui de terra sumus, subleuaret ad caelos Iesus Christus Dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Alij hanc homiliae Albino Anglico Leuitae ascribunt, Bedae discipulo.

IN NATALI DIVAE MARIAE UIRGINIS. Matth. 1.

IN NATALI DIVAE MARIAE UIRGINIS. Matth. 1.

Beatus Matthaeus Euangelista, dilectissimi, non immerito inter caetera caelestium secretorum animalia facie hominis describitur: quia longe ab antiquis patribus exordium euangelij sumens, lucidius ceteris genealogiam Dominae humanitatis prenotauit. At sciendum est, quia horum omnium nomina allegorici & moralis sensus plene in se contineant intellectus, Abraham pater multarum gentium, Isaac gaudium, Iacob supplantator, Iudas confessio in-

terpretatur: Phares diuisio, Zara oriens, Estom sagittam uidens, Thamar palma dicitur: Aram electus, Aminadab populus spontaneus, Naafon augur fortis, Salmon sensibilis accipitur: Boos in ipso fortitudo, Raab lata, Obeth seruens, Ruth festinans subauditur: Iesse incendium, Dauid manu fortis uel desiderabilis, Salomon pacificus, Vrias lux mea Deus, Bethsabee filia iuramenti subintelligitur: Roboam latitudo populi, Abia pater dominus, Asa tollens, Iosaphat Dominus iudicauit exprimitur: Ioram excelsus, Ozias robustus Domini dicitur, Ioathan perfectus, Achas apprehendens dicitur: Ezechias fortitudo Domini, Manasses obliuiosus, Amon fidelis, Iosias salus Domini interpretatur: Iechonias preparatio Domini, Salathiel petitio mea Deus, Zorobabel iste magister, Abiud pater meus iste interpretatur: Eliachim Deus resurrectio, Azor adiutus, Sadoc iustus, Ioachim frater meus subintelligitur: Eliud Deus meus, Eleazar Deus adiutor, Mathan donum, Iacob supplantator exprimitur: Ioseph appositus siue auctus, Maria illuminatrix siue stella maris, Iesus saluator siue salutaris, Christus unctus interpretatur. Igitur per hos patriarchas Christus Dominus noster ueniens in mundum, horum omnium in seipso allegoricè gessit officium: & in eorum interpretatione nominum nostram salutem designauit. In Abraham pater est omnium credentium, in quo iuxta Apostolum, omnes clamamus Abba pater. In Isaac gaudium est omnium fidelium, de quo angelus dixit: Ecce annuncio uobis gaudium magnum, quod erit omni populo. In Iacob supplantator est, quia ipse subneruauit & contriuit diabolus, uastatorem humani generis, & uasa eius diripuit. In Iuda confessio, quia ipse dixit: Confiteor tibi pater caeli & terre. In Phares diuisio, quia segregat oves ab haecis, id est, bonos à malis, electos à reprobis. In Zara oriens, sicut scriptum est: Visitauit nos oriens ex alto. In Thamar palma uictoriae, sicut ipse dixit: Confidite, quia ego uici mundum. In Aram electus, de quo pater loquitur: Ecce puer meus quem elegi, electus meus, dedi super eum spiritum meum. In Aminadab populus spontaneus, qui sponte posuit animam suam, ut nos efficeret sibi populum spontaneum, Deoq; acceptabilem. In Naafon augur, id est propheta fortis, cum dicit: Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, tunc se debet ut iudicet orbem terrae in aequitate. In Salmon sensibilis, id est, intellectualis, de quo scriptum est: Ipse autem ut uidit cogitationes eorum, & iterum: Dominus nouit cogitationes hominum. Et: Scrutans corda & renes Deus. In Boos fortitudo in ipso est, quia à nemine fortitudinem accepit, de quo dictum est: Dominus fortis & potens, Dominus potens in praelio. & ipse in Euangelio: Omnia traham ad meipsum. In Raab latitudo potentiae eius exprimitur, quae rotus non capit orbis, & cuius regni non erit finis. In Obeth seruens, quia non uenit ministrari, sed ministrare, forma serui accipiens. In Ruth festi-

Rom. 8.
Luca 2.

Matth. 12. 27.
Luca 11.

Matth. 11.

Matth. 25.
Luca 1.

Ioan. 16.

Esa. 43.

Ioan. 10.

Matth. 25.
Psal. 95.

Matth. 9.
Psal. 93.

Psal. 7.

Psal. 23.

Ioan. 12.

Dan. 7. 27.
Luca 1.

Matth. 20.

1. Tim. 2. festinans ad salutem nostrā, qui festinanter uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitōnē ueritatis uenire, dicens in euangelio: Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorū.

Matth. 3. In Iesse incendiū agnoscitur, ut ait: Ignē ueni mittere in terram; & quid uolo nisi ut ardeat? Et sicut Ioannes dicit: Ipse uos baptizabit in spī ritu & igne. In Dauid desiderabilis, quia speciosus erat forma præ filiis hominū. In eodem manu fortis, quando flagellum de funiculis in manu tenens, in mensam uendentium & ementiū multitudinem eiecit de templo: uel quando dibolum uicit, & calumniatorem nostrum cōtriuuit. In Salomone pacificus, sicut ipse dixit: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Et Apostolus: Ipse est pax nostra, qui facit utraq̄ue unum. In Bethsabee filius iuramenti, de quo dictum est: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum. In Roboam latitudo populi est, cum dicit: Multi ab oriētē & occidentē ueniēt, & recumbent cum Abraham, & Isaac & Iacob in regno cœlorum. In Abia pater Dominus, qui ait: Nolite uocare uobis patrem in terra: unus est enim pater uester, qui in cœlis est. In Asa tollens, de quo Ioannes: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. In Iosaphat iudex, quia ipse est iudex uiuorum & mortuorum, sicut ipse ait: Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. In Ioram excelsus, quia ipse ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et ut Psalmista dicit: Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria eius. In Ozia robustus Dominus, quia ipse captiuitatem humani generis in manu robusta liberauit, & in alta cœlorū deduxit. In Ioathan perfectus, sicut in Euangelio ait: Nos enim decet adimplere omnem iustitiam. In Achaz apprehendens, qui cœlum palmo ponderauit, & terram pugillo concludit. In Ezechia fortitudo Domini, quia iuxta Apostolum, Christus Dei uirtus est, & Dei sapientia. In Manasse obliuiosus iniquitatis, sicut scriptū est: In qua die conuersus fuerit peccator ab iniquitate sua, omnium iniquitatum eius non recordabor. In Amōn fidelis, iuxta Paulū, Vt inferticors fieret & fidelis pontifex ad Dominū: & iuxta Ioannem, qui est testis fidelis. In Osa salus Domini, quia omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. In Iechonia preparatio Domini, qui ait: Si abiero, & præparauero uobis locū. In Salathiel petitio mea Deus, qui ait, Pater sancte, serua eos quos dedisti mihi. In Zorobabel magister publicanorum peccatorum, ut eos ab errore uia suæ reuocaret: & sic ut ipse ait, Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est Christus. In Abiud pater meus: quia ipse est pater, & caput omnium credentium. In Eliachim Domini resurrectio, ut ait: Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, non morietur in æternum, sed ego resuscitabo eum in nouissimo die. In Azor aditus, ut ait: Qui me misit mecum est, & non reliquit me solum, Et iterum: Opera quæ ego fa-

cio, à me ipso nō facio, sed pater qui mecum est, ipse facit opera. In Sadoc iustus, sicut scriptum est: Vt sit ipse iustus, iustificans eos qui ex fide Abraham sunt. In Ioachim frater meus, ut ait: Si quis fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror & mater est. In Eliud Deus meus, quia ipse est Deus ex substantia patris ante secula genitus, qui in patibulo crucis dixit: Heli, heli, hoc est, Deus deus meus.

10 In Eleazar Deus adiutor, quia ipse est adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, & protector omnium sperantium in se. In Mathan donum, quia ipse ascendens in altum captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus: & quia pater Deus omnia dona perdonauit. In Iacob, ut supra diximus, supplantator est hostis antiqui: qui fidelibus dedit potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutē inimicū. Ioseph auctus, cui dedit pater gentes in hereditatē suam, & in possessionē suam terminos terræ: uel augmentū uitæ æternæ est, sicut ipse dixit, Ego ueni, ut uitā habeat, & abundantius habeant. In sancta & perpetua uirgine Maria, stella maris ipse est, id est, lux mundi, sicut ipse ait: Ego sum lux mundi. Et Ioannes: Erat lux itera, quæ illuminat omnem hominem ueniētē in hunc mundū. In proprio nomine Iesu salutaris uel saluator est, angelo exponente qui ait: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. Idem uerò Christus, id est, unctus appellatus est, quæ unxit Deus pater in humanitate oleo lætitiæ, id est, unctioe spiritus sancti, in sacerdotē & regem sempiternum: quatenus Christianos ex suo nomine uocatos per id quod saluator est, à peccatis saluaret: per id quod sacerdos est, Deo patri reconciliaret: per id quod rex est, in regnū sempiternū collocaret. Moraliter hæc quoq̄ interpretaciones nominū ad nostram edificationē multumōdis pertinere noscuntur. Sicut Christus ubiq̄ nostræ salutis gerebat causam, ita & patriarcharum nomina nostrum profectum designant. In Abraham, ut patres simus multarum uirtutū, & hereditatis iure multiplicationem honorū possideamus. In Isaac, ut gaudium habeamus in Domino, & non in mundo: iuxta hoc quod ipse dixit, Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cœlo. Et iuxta Apostolum: Gaudete in Domino semper. In Iacob, ut supplantatores simus uitiorum nostrorum, & carnale desiderū uiuaci pede à diaboli potestate calcemus. In Iuda, ut secundum Psalmistam præueniamus faciem Domini in confessione, & cōfiteamur nomini sancto eius. In Phares, ut diuidamus nos ab impijs, & abstrahamus nos ab omni fratre ambulāte in quiete, & non cōmunicemus operibus eius malis. In Zara, ut lucifer ueris oriatur in cordibus nostris, & sol iustitiæ splendeat in nobis ubiq̄: & ut luceat lux nostra corā hominibus, ut uideant opera nostra bona, & glorificēt patrem nostrum qui in cœlis est. In Elron, ut sagitte simus salutis domini, ut de nobis dici possit: Sagittæ potentis acutæ. In Thamar, ut cum palma

Rom. 3.

Matth. 12.

Matth. 27.

Psal. 21.

Psal. 9.

Psal. 17.

Psal. 67.

Ephes. 4.

Luc. 10.

Psal. 2.

Iohān. 10.

Iohān. 8.

Iohān. 11.

Matth. 11.

Psal. 44.

Luc. 10.

Phil. 4.

Psal. 94.

Psal. 105.

2. Thef. 3.

Sapient. 5.

Matth. 5.

4. Reg. 13.

Psal. 119.

1. Ioh. 2. palma uictoriae pompas diaboli, & concupiscē
 1. Pet. 2. nos. In aram, ut simus genus electum, regale sa-
 cerdotium, gens sancta, populus acquisitionis,
 & annunciemus uirtutes eius, qui nos de tene-
 bris uocauit in admirabile lumen suum. In Ami-
 nadab, ut spontaneus Domini populus simus,
 in ædificationem corporis Christi. In Naason,
 ut augurijs gentium derelictis, diuinis promissis
 fidem adhibeamus. In Salmon, ut sensibiles,
 id est, intellectuales ueritatis Dei, & factores
 inueniamur: quia non auditores legis, sed facto-
 res iustificabuntur. In Boos, ut iuxta Apostolum,
 confortemur in Domino, & in potentia uirtu-
 tis eius, succincti lumbos nostros in ueritate, in
 dutilorica iustitiæ, sumentes scutum fidei, & gla-
 leam salutis, & gladium spiritus, quod est uer-
 bum Dei. In Raab, ut latum mandatum Domi-
 ni nimis diligenter obseruantes, Dominum Deum
 ex toto corde, tota anima, tota uirtute diliga-
 mus, & proximum sicut nosmetipsos amplecti-
 mur. In Obeth, ut seruiamus Domino per spiri-
 tum timoris, & dilectione sancta, quatenus ra-
 tionabile sit obsequium nostrum, & acceptabile
 fiat sacrificium nostrum. In Ruth, ut festinan-
 tes ingredi in illam requiem, id est, in caelestem
 Hierusalem, dum tempus habemus, operemur
 bonum ad omnes: quia non habemus hic manē-
 tem ciuitatem, sed futuram inquirimus. In Iesse,
 ut incensum orationum nostrarum in ara cor-
 dis nostri, in spiritu contribulato Domino offe-
 ramus, cum Psalmista dicentes: Dirigatur Do-
 mine oratio mea sicut incensum in conspectu
 tuo. In Dauid, ut manu fortes contra Goliath
 spiritalem pugnantes, & exhibentes corpora
 nostra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem,
 desiderabile templum efficiamur spiritui
 sancto. In Salomone, ut quantum ex nobis est,
 cum omnibus hominibus pacem habeamus, il-
 lud Dominicum intendentes: Beati pacifici,
 quoniam filij Dei uocabuntur. In Bethabee, ut
 iuramentum omnimodis custodiamus, ne per
 iurium incidamus in laqueum diaboli. In Uria,
 ut lux nostra Deus sit, uidelicet ut eum sequen-
 tes non ambulemus in tenebris mortis, sed ha-
 beamus lumē uitæ. In Roboam, ut longe lateq;
 per orbem terrarum populus dispersus, unitatē
 spiritus in uinculo pacis & charitatis habea-
 mus, unum Deum, unam fidem, unū baptisma
 profiteamur, de corde puro & conscientia bo-
 na, & fide non ficta. In Abia, ut charitatem fra-
 ternitatis inuicem diligentes, unum patrem ha-
 beamus Dominum in caelis, qui nos uoluntariæ
 genuit uerbo ueritatis: ut simus iniritū aliquid
 creaturæ eius, & benedictionē hereditate pos-
 sideamus, & gloriemur in spe gloriæ filiorum
 Dei. In Asa, ut tollamus membra nostra de luto
 & sterquilinio uitiorum: ne seruiant immundi-
 tiæ & iniquitati ad iniquitatem, sed iustitiæ in
 sanctificationem: quia non uocauit nos Deus
 in immunditiam, sed in sanctificationem. In Io-
 saphat, ut recte iudicemus omni personæ, sicut
 scriptum est: Recte iudicate filij hominum, &
 quodcūq; uolumus ut faciant nobis homines,
 faciamus & illis: similiter scientes, quia mensu-
 ra qua mensi fuerimus, remetietur nobis. In Io-
 ram, ut excelsi uel sublimes in Domino effecti,
 quæ sursum sunt queramus, ubi Christus est ad
 dexteram Dei sedens: quæ sursum sunt sapia-
 mus, non quæ super terram: quoniam omnē da-
 tum optimum, & omne donum perfectum de
 sursum est, descendens à patre luminum. In O-
 zia, ut robusti in Domino effecti, in omnibus
 persecutionibus nostris, & tribulationibus quas
 sustinemus, exemplum accipiamus laboris &
 patientiæ prophetas, qui locuti sunt in nomine
 Domini Iesu. In Ioathan, ut perfecti simus, sicut
 & pater noster cœlestis perfectus est: in omni-
 bus nos ipsos exemplum præbentes, & docen-
 tes omnem hominem in omni sapientiâ, ut ex-
 hibeamus omnem hominem perfectum. In A-
 chaz, ut apprehendamus disciplinam: ne quan-
 do irascatur Dominus, & pereamus de uia iu-
 sta, quæ Christus est, qui dixit: Ego sum uia, ue-
 ritas & uita. In Ezechia, ut fortes Domini resi-
 stamus aduersario nostro diabolo, qui tanquã
 leo rugiens circuit, quærens quem deuoret: nõ
 in nostra uirtute confidentes, sed Domini forti-
 tudinem cum Propheta collaudantes: Fortitudo
 mea & laus mea Dominus, & factus est mihi
 in salutem. In Manasse, ut obliuioſi simus in-
 iuriarum nostrarum: & eis qui contra nos agunt,
 propter nomen Domini ignoscamus, ne illud
 maledictum incurramus: Dimitte nobis debita
 nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus no-
 stris. In Ammō, ut fideles in fide radicati & fun-
 dati, in omnibus sumamus scutum fidei, in quo
 possimus omnia tela nequissimi ignea extin-
 guere. In Iosia, ut salutem Domini & animarū
 semper deposcamus, ne obcæcemur in infideli-
 tate, ne claudicemus in uijs mandatorum eius,
 ne surdi ad audiendum uerbū Dei efficiamur,
 ne moriamur in peccatis, sed ut saluemur sem-
 per ab eo qui saluos facit sperantes in se. In Ier-
 chonia, ut preparati simus in aduentu Domini
 secundo, uigilantes & orantes, ne intremus in
 tentationem, sed cum illis intrare ad nuptias
 mereamur, de quibus ipse dicit: Beati sunt serui
 illi, quos cum uenerit Dominus, inuenerit uigi-
 lantes. In Salathiel, quatenus petitio nostra ad
 Deum semper dirigatur, ut gaudium nostrū sit
 plenum, non huius seculi mœrore permixtum,
 sed infinita beatitudine sempiternum: & hoc
 in nomine Saluatoris, ut impetrare possimus
 quod petimus. In Zorobabel, ut magistris simus
 ueritatis, prohibentes magisteria & confusio-
 nes hæreticorum, & quæ uerbis docemus, ex-
 plis commendemus, ne de nobis Dominus di-
 cat, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis
 testamentum meum per os tuum? Tu uerò odi-
 sti disciplinam, & proiecisti sermones meos re-
 trorsum. In Abiud, ut sit nobis Deus in patrem,
 & nos illi in filios, habentes spiritum adoptio-
 nis, in quo clamamus abba pater. Si autem filij
 & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes
 autem Christi. In Eliachim, ut resurgamus à tu-
 mulis

Matth. 7
 Tob. 4.
 Mar. 4. 9
 Matth. 7.
 Luc. 6.
 Col. 3.
 Iac. 1.
 Luc. 8.
 Matth. 5.
 Tit. 2.
 Col. 1.
 Psal. 2.
 Ioh. 14.
 1. Pet. 5.
 Esa. 12.
 Matth. 6.
 Luce 11.
 Coloss. 2.
 Ephes. 6.
 Psal. 16.
 Matth. 25.
 Luce 12.
 Ioh. 15.
 Psal. 49.
 Rom. 8.
 Ibidem.

multis uitiorum ad celsitudinem uirtutum, de terrenis ad coelestia, de morte ad uitam, de Gal-
Psal. 83. za ad Galilaeam: id est, de inferno ad aeternam
 transmigracionē, ubi sancti ibunt de uirtute in
 uirtutē, donec uidebitur Deus deorū in Sion.
Psal. 27. In Azor, ut adiuti diuina gratia, cuncta nobis
 aduersantia patienter supportemus, & Domi-
 num adiutorem nostrum cum *Psal. 118.* collau-
 demus: Dominus adiutor & protector meus, &
Luc. 1. in ipso sperauit cor meū, & adfuturus sum. In Sa-
 doc, ut iusti appareamus ante Deum, inceden-
 tes in omnibus mandatis & iustificationibus
Matth. 25. Domini sine querela, ut cū iustis mereamur au-
 dire uocem dicentis: Venite benedicti patris
 mei, percipite regnum quod uobis paratū est
 à constitutione mundi. In Ioachim, ut fratres Ie-
 su Christi mereamur appellari, non per cogna-
 tionem carnis, sed per unctionē spiritus sancti,
Tit. 3. quem effudit in nos abunde: ut facientes uolun-
Tit. 2. tate ipsius sobrie & iuste & pie uiuendo in hoc
Ioan. 20. seculo, ad patrem suum, & patrem nostrum, ad
 Deum suum, & Deum nostrum ascendere pos-
 simus in futuro. In Eliud, ut nullum habeamus
 Deum, nisi Dominum Iesum Christum, cui om-
Philip. 2. ne genua flectitur, & omnis lingua cōfiteatur: &
Psal. 49. ut ipsi soli sacrificium laudis immolemus, & uo-
Ioan. 4. ta nostra reddamus, ipsumq; solum adoremus,
 quem oportet adorari in spiritu & ueritate. In
 Eleazar, ut nullum quaramus adiutorem, nisi
 Dominū Iesum Christum, qui potēs est omnia
30 facere superabundanter, quam petimus aut in-
 telligimus: & ut quodcumq; facimus in uerbo
 aut in opere, omnia in nomine Domini facia-
 mus, dicentes cum propheta: Adiutor iū nostrū
 in nomine Domini, qui fecit caelum & terram.
Esai. 11. In Nathan, ut donum supernae gratiae, spiritum
 scilicet sapiētiae & intellectus, spiritum consilij
 & fortitudinis, spiritum scientiae & pietatis, spi-
 ritumq; timoris Domini retinētes, discretionē
 habeamus inter bonum & malum, quae est ma-
 ter omnium uirtutum. In Iacob, ut supplantemus
40 à nobis zizania uitiorum, & plantemus in no-
 bis aromata uirtutum: ut sicut cinamomum &
 balsamum aromatizās, & quasi myrrha electa
 odorē demus, & plantati in domo Domini, flo-
 reamus in aeternū ante Deum. In Ioseph, ut de
 die in diem, uirtute uirtutē, sanctificationi san-
 ctificationem apponentes, merito & numero
 augeamur, & in eo crescamus in salutem, & ut
 per scalam in caelum erectā quotidie de gradu
50 ad gradum ascendamus, donec spiritaliter for-
 metur Christus in nobis. In sancta & perpetua
 uirgine Maria, quae stella maris uel illumina-
Galat. 4. trix interpretatur: ut illuminatores mundi, id
 est, doctores sanctae ecclesiae simus, & in cordi-
 bus credentium lumē fidei & amorem Christi
 per doctrinam ueritatis & exempla sanctitatis
 oriri faciamus, & Deo habitaculū preparemus.
 In Iesu Domino nostro, ut saluatores animarū
 nostrarū esse ualeamus, manifeste declaratur.
 Quisquis enim in fide, spe & charitate, uigilijs,
 ieiunijs & orationib. castitate, sobrietate, elee-
 mosynarum largitione, dilectioneq; Dei & pro

Bedae tom. 7.

ximi usq; in finē perseuerauerit, & conuerterit se-
 cerit peccatorem ab errore uiae suae, saluabit ani-
 mam eius à morte, & operit multitudinem pec-
 catorum. In Christo autem, ut ita Christiani si-
 mus, quatenus sicut ille ambulauit, & nos am-
 bulemus: & sicut ille pro nobis animā suam po-
 suit, ita & nos pro fratribus nostris animas de-
 ponamus: & sicut ipse horū nominum interpre-
 tationes in se naturaliter gerebat, ita & nos in
 omni actiua & contēplatiua uita spiritaliter, ut
 dictū est, recolamus. Ad hoc enim Christus pas-
 sus est, nobis relinquēs exemplū, ut sequamur
 uestigia eius, & abnegemus nosmetipsos, & tol-
 lamus crucē nostrā, & sequamur eū, perducētē
 nos ad gloriā sempiternā, quā oculus nō uidit,
 nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, q̄
 preparauit Deus diligētibus se ipsi honor, laus
 & imperiū per infinita secula seculorū. Amen.

Iacob. 5.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 3.

1. Petr. 2.

Luc. 9.

IN FESTO EXALTATIO- NIS sanctae crucis.

Homiliam eiusdem require in festo In-
uentiois sanctae crucis.

IN VIGILIIS DIVI MATTHAEI Apostoli. Luc. 5. Matth. 9. Marc. 2.

In illo tempore, uidit Iesus publicanum, nomine Leui, sedentem
ad telonium, et ait illi, Sequere me. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA- DEM LECTIONE.

Idem Leui qui Matthaeus est, sed Lucas Mar-
cusq; propter uerecundiam & honorē Euan-
gelistae, noluerunt nomen ponere uulgatū. Ipse
autem Matthaeus iuxta illud quod scriptum est,
Iustus a cecusator suis est, in primordio sermōnis
Matthaeum se & publicanū nominat: ut osten-
dat legentibus nullū debere conuersum de salu-
te dissidere, cum ipse de publicano in apostolū,
de telonario in euangelistā sit repētē mutatus.
Et relictis omnibus, surgens secutus est eum.] Intelligēs
Matthaeus quid sit ueraciter Dominum sequi,
relictis omnibus sequitur. Sequi enim, imitari
est. Ideoq; ut pauperem Christū, non tam gres-
su, quam affectu confortari potuisset, reliquit
propria, qui rapere solebat aliena, perfectamq;
nobis abrenunciacionis seculi formam tribuēs,
nō solum lucra reliquit uectigalium, sed & pē-
riculum contempsit, quod euenire poterat à
principibus seculi, quia uectigalium rationes
imperfectas atq; incompositas reliquerit. Tan-
ta enim cupiditate sequendi Dominum ductus
est, ut in nullo profus huius uite respectum uel
cogitationē sibi met reseruauerit: propter quod
iusta mercede, dum humana sedulus negocia
deserit, dominicorum fidelis dispensator me-
ruit esse talentorum.

Proverb. 18.

Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua.] Qui
domicilio Christum recipit interno, maxime
delectationibus exuberantiū pascitur uolupta-
tum.

rum. Itaque Dominus libenter ingreditur, & in eius qui crediderit, recumbit affectum. Et hoc est honorum operum spirituale conuiuium, quod diues populis eget, pauper epulatur.

Et erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes.] Viderunt publicanum a peccatis ad meliora conuersum, locum inuenisse poenitentiae, & ob id etiam ipsi non desperant salutem.

Et murmurabant pharisaei & scribae eorum, dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis?] Coniuuantibus cum Domino publicanis, pharisaei murmurantes de ieiunio gloriantur. Vbi primo legis & gratia quanta sit distantia, declaratur: quia qui legem sequuntur, ieiunae mentis famem patiantur aeternam: qui uero uerbum in interioribus animae receperunt alimentum coelestis, & fontis ubertate recreati, esurire & sitire non possint. Deinde retributionis futurae species praefiguratur, quando epulantibus cum Christo electis, perfidia superborum ieiunia torquebitur, quibus dicitur: Meretricies & publicani praecedent uos in regnum Dei. Quod sit per Matthaei electionem fides gentium, quae prius mundi lucris inhabitabat, sed nunc corpus Christi sedula deuotione reficitur, exprimitur: profectio supercilium pharisaeorum, lucraorum inuidiam, qua de gentium salute torquentur, insinuat.

Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt me dico, sed qui male habent. Non ueni uocare iustos, sed peccatores in poenitentiam.] Suggillat scribas & pharisaeos, qui iustos se putantes, peccatorum consortia declinabant. Seipsum namque medicum dicit, qui miro medicandi genere uulneratus est propter iniquitates nostras, & liuore eius sanati sumus. Sanos autem & iustos appellat eos, qui ignorantes Dei iustitiam, & suam uolentes constituerent, iustitiam Dei non sunt subiecti, qui ex lege praesumentes euangelij gratiam non quaerunt. Porro male habentes, & peccatores uocat eos, qui suae fragilitatis conscientia deuicti, nec per legem iustificari posse uidentes, Christi se gratiae poenitendo submitunt. Vbi simul ostenditur, quod non in pristinis uitis permanentes, ut scribae & pharisaei murmurabant, sed poenitentiam agentes, publicani uenerint ad Iesum: & ipse quoque Iesus conuiuia peccatorum, ut occasio nem haberet docendi, & spirituales inuitatoribus suis praeberet cibos, adire dignatus sit. Denique cum frequenter pergere ad conuiuium describatur, nihil refertur aliud nisi quid ibi fecerit, quid docuerit: & ut humilitas Domini eundo ad peccatores, & potentia doctrinae eius in poenitentium conuersione monstratur.

IN DIE SANCTO. MATH.

9. Marc. 2. Luc. 5.

IN illo tempore cum transiret Iesus, uidit hominem sedentem in telonio, Matthaeum nomine, & ait illi, Sequere me. Et surrexit secutus eum. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

Legimus Apostolo dicente, Quia omnes peccauerunt & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius. Qui & iterum in aeternam bitem eiusdem gratiae magnitudinem commendans, ait: Vbi autem abundauit peccatum, superabundauit & gratia: quia nimirum quanto grauiorem Dominus in electis suis peccatorum languore curauit, tanto maiorem cunctis gratiae medentis potentiam monstrauit. Vnde & electione euangelica audiuius, quia sedentem in telonio Matthaeum, ac temporalibus curis intentum, repente miseratus Dominus uocauit, & de publicano iustum, de telonario discipulum fecit: quem etiam proficientibus eiusdem gratiae incrementis, de communi discipulorum numero ad apostolatus gradum promouit, nec solum praedicandi, uerum etiam scribendi euangelium illi ministerium commisit: ut qui curam terrestrium omiserat negotiorum, coelestium talentorum dispensator esse inciperet. Quod ob id utique, prouidentia superna fieri disposuit, ut nullum enormitas peccatorum suorum, nullum numerositas scelerum, a speranda uenia reuocaret, cum hunc tantum mundi nexibus absolutum, tam coelestem factum conspiceret, ut communicato cum angelicis spiritibus uocabulo, euangelista nominaretur & esset.

Vidit, inquit, Iesus hominem sedentem in telonio Matthaeum nomine, & ait illi, Sequere me.] Vidit autem non tam corporei intuitus, quam internae miserationis aspectibus, quibus & Petrum negantem ut reatum suum cognoscere ac deslere posset, respicere dignatus est: quibus populum suum Aegyptia seruitute depressum, ut eriperet aspexit, dicens ad Moysen: Videns uidi afflictionem populi mei, qui est in Aegypto, & gemitum eius audiui, & descendi liberare eum. Vidit ergo hominem & miseratus est eum, qui humanis tantum studiis deditus, necdum angelico nomine dignus extiterat. Vidit sedentem in telonio, pertinaciter uidelicet animo temporalibus lucris inhabitantem, Matthaeum, inquit, nomine. Matthaeus Hebraice, Latine dicitur donatus: quod profectio nomen illi apte congruit, qui tantum gratiae supernae munus accepit. Nec praeerea eundem est, quod idem Matthaeus erat binomius: nam & Leui uocabatur, quod etiam nomen eiusdem gratiae, qua donatus est, testimonium perhibet. Interpretatur enim additus, siue assumptus: significans quia assumptus est per electionem a Domino, & additus ad numerum gradus apostolici. Hoc autem illum nomine Marcus & Lucas in hac electione magis appellare uoluerunt, ne confortem operis euangelici, de prisca conuersione palam notabilem redderent. At uero ubi ad describendum duodecim apostolorum catalogum peruenerunt, tacito Leui uocabulo, Matthaeum illum aperte nuncupauerunt. Porro ipse Matthaeus, iuxta hoc quod scriptum est, Iustus prior accusator est sui, uenit amicus eius & inuestigauit eum, uulgato

Math. 21.

Esai. 53.
1. Petr. 2.

Rom. 10.

Rom. 13.

Rom. 5.

Luc. 22.

Exod. 3.

Marc. 3.

Luc. 5.

Marc. 3.

Luc. 6.

Proverb. 28.

uulgato se nomine uocat, cum de telonio uoca-
 tum narrat. Sed & in decalogo apostolorum cū
 additamento se publicanū cognominat. Tho-
 mas, inquit, & Matthæus publicanus, quate-
 nus maiorem per hoc publicanis & peccatori-
 bus adipiscendæ salutis confidētiam præbeat.
 Quam docendī formulam Paulus quoq; secu-
 tus, ait: Quia Christus Iesus uenit in hunc mun-
 dum peccatores saluos facere, quorum primus
 ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus
 sum, ut in me primò ostenderet Christus Iesus
 omnem patientiam, ad exemplum eorum qui
 credituri sunt illi in uitam æternam. Vidit er-
 go Iesus publicanum, & quia miserando atque
 eligendo uidit, ait illi, Sequere me. Sequere au-
 tem dixit imitare. Sequere dixit nō tam ince-
 supedum, quàm executione morum. Qui enim
 dicit se in Christo manere, debet sicut ille am-
 bulauit, & ipse ambulare: quod est non ambire
 terrena, non caduca lucra sectari, fugere hono-
 res, contemptum mundi omnem pro cœlesti
 gloria libenter amplecti, cunctis prodesse, ama-
 re, iniurias nulli inferre: at sibi illatas patienter
 sufferre, sed & inferentibus à Domino ueniam
 postulare, nonnunquam suam, sed conditoris
 semper gloriam quarere, quotquot ualeat secū
 ad amorem supernorum erigere. Hæc & huius-
 modi gerere. Christi est uestigia sequi.

Et surgens, inquit, secutus est eum. Non est miran-
 dum, quod publicanus ad primā iubentis Do-
 mini uocem, terrena quæ curabat lucra relique-
 rit, opibusq; neglectis illius comitatus, quæ nil
 diuinitarū habere cernebat, adhererit. Ipse enim
 Dominus, qui eum seris uerbo uocauit, inuisi-
 bili instinctu ut sequeretur edocuit, insun-
 dens menti illius lumen gratiæ spiritalis, qua in-
 telligeret, quia is à temporalibus uocabat in ter-
 ris, incorruptibiles in cœlis dare thesauros ua-
 leret. Surgens, inquit, secutus est eum. Surrexit,
 ut sequeretur: dimisit caduca quæ gerebat, ut
 consequeretur æterna, ad quæ illum ueritas in-
 uitabat: quale est illud, Surge qui dormis, & ex-
 urge à mortuis, & illuminabit te Christus.

Et factum est discumbente eo in domo, ecce publicani & pec-
 catores uenientes, discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Unius publicani conuersio, multis exemplum
 pœnitentiæ ac indulgentiæ publicanis & pec-
 catoribus tribuit. Non enim dubitandum, quia
 publicani ac peccatores esse desierant, qui cum
 Iesu & discipulis eius discubebant: nec in pec-
 catis perseverare decernerent, ei qui sine pec-
 cato est, conuesci auderent. Publicani quippe
 uocantur, qui uel publicè sceleribus fœdantur,
 uel publicis implicantur negocijs, quæ sine pec-
 cato aut uix, aut nullatenus ualent administra-
 ri. Et pulchro satis præfagio, qui apostolus &
 doctor gentium erat futurus, in prima sua con-
 uersione peccantium post se gregem trahit ad
 salutem: officiumq; euangelizandī, quod pro-
 ficiente meritò uirtutum erat expleturus, à pri-
 mis iam fidei suæ rudimētis incipit. Neq; enim
 solum, qui fratrem uerbo erudit, sed etiam qui
 exemplo ad meliora cōuertit, ministerium ge-

Bedæ tom. 7.

rit doctoris. Deniq; iidem publicani non tunc
 solummodo cum Domino discumbebant, uerū
 & deinceps abiectis secularibus negocijs, ad
 imitationem Matthæi illum sequi gaudebant,
 teste euangelista Marco, qui dicit: Multi publi-
 canī & peccatores discumbebant cum Iesu &
 discipulis eius. Erant enim multi, qui & seque-
 rantur eum. Notandū autem quod Lucas hæc
 referēs dicit, quia Dominus in domo eiusdem
 Matthæi cum publicanis discubuerit, & quia ip-
 se conuiuium illi magnum parauerit. Qui qui-
 dem Matthæus, quantum ad generale iudiciū
 respicit, congruam beneficijs cœlestibus uicem
 rependit: ut à quo perennia bona sperabat, illi
 sua temporalia commodaret: eumq; corporali-
 bus epulis reficeret, quo ipse donante gustum
 spiritalis acceperat suauitatis. Porro si altiore
 intellectu, quæ gesta sunt indagare cupimus,
 non tantum in domo sua terrestri conuiuium
 Domino corporale exhibuit, sed multo gratius
 illi conuiuium in domo pectoris sui per fidem
 ac dilectionem parauit, ipso attestante qui ait:
 Ecce ego sto ad ostium, & pulso. Si quis audie-
 rit uocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo
 ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.
 Stat quippe ad ostium Dominus & pulsat, cum
 memoriam suæ uoluntatis uel per os docentis
 hominis, uel per suam intus inspirationem no-
 stro cordi infundit. Audita autem uoce eius,
 ianuam ut recipiatur aperimus, quando illius
 siue secretis siue apertis admonitionibus liben-
 ter assensum præbemus, & his perficiendis que
 facienda cognouimus, operam damus. Intrat
 uerò, ut & ille nobiscum, & nos cum illo cœne-
 mus: quia in cordibus electorum per amoris sui
 gratiā inhabitat, ut & ea semper luce presen-
 tiæ reficiat, quatenus ad superna desideria ma-
 gis magisq; proficiat, & studijs eorū cœlestib.
 quali gratissimis dapib. ipse pascatur. Sequitur:

Et uidentes pharisæi, dicebāt discipulis eius: Quare cum pec-
 catoribus & publicanis manducat magister uester? Dupli-
 ci errore tenebantur pharisæi, cum magistro
 ueritatis de susceptione peccatorum detrahe-
 bant: quia & se iustos arbitrabantur, qui super-
 biam saltu à iustitia longè discesserant: & eos cri-
 minabantur iniustos, qui resipiscendo à pecca-
 tis non parum iam iustitiæ propinquabant. In-
 uidia namq; fraternæ salutis obcæcati recole-
 bant: quia publicanus erat Matthæus, publica-
 ni & peccatores erant multi alij, qui cum Do-
 mino discumbebant: sed meminisse nolebant,
 quia idem Matthæus, sicut Lucas scribit, reli-
 ctis omnibus quæ gerebat, secutus est eum. Sed
 & alij publicani ac peccatores eo animo cum il-
 lo discumbebant, quod illi deinceps adherere
 disponebant. Errabant ergo pharisæi, qui nec
 aliena, nec sua saltē corda nouerāt. Sed qui no-
 uit occulta cordis, qui uenit querere & saluum
 facere quod perierat, & eos quos iam pœniten-
 tes susceperat, amplius in fide confortat: & eos
 quos adhuc superbos tolerat & impios, ad hu-
 militatis gratiā ac pietatis puocat. nā sequitur:

Non est opus ualentibus medico, sed male habentibus. In-

eo etenim quod male habentibus medicum se aduenisse testatur, auget spem obtinendæ sanitatis & uite eis, qui de peccatorum suorum languore turbati, Saluatoris ac uiuificatoris magisterium iam sequi cœperant. In eo autem quod ualentibus non opus esse medico dicit, illorum temeritatem redarguit, qui de sua iustitia præsumentes, gratiæ cœlestis auxilium quærere detrectabant. Quis namq; iustus esse poterit, ut diuina opitulatione non egeat, cum ille, quo in natis mulierum maior nemo est, de se Ioannes apertissime dicat: Non potest homo à se accipere quicquam, nisi ei datum fuerit de cœlo. Dum uerò subiungit,

Ioan. 3.

Iosep. 6.

Buntes autem discite quid est, misericordiam uolo, et non sacrificium.] Iisdem pharisæis de falsa iustitia turmentibus, etiam consilium correctionis ostendit. Admonet namq; eos, ut per opera misericordiæ sibi metipsis supernæ misericordiæ præsidia conquirant, & non contemptis pauperum necessitatibus, per oblationem se sacrificiorum Dominum placare confidant. Proposuit autem eis testimonium de propheta, & hoc illos euntes discere iussit: euntes uidelicet à temeritate stultæ uituperationis, ad diligentiore scripturæ sanctæ meditatione: ut qui eum peccatores suscipientem contra scripturarum decreta facere calumniabantur, ipsi se potius intelligerent, quæ essent Dei præcepta nescisse, uel agnita non fecisse. Qui enim quotidianis in templo oblationibus instantes, nulla delinquentibus compassione miserabantur, patet profectò quia contra sermonem propheticum sacrificiū potius, quam misericordiam quærebant. At uerò Dominus qui, sicut scriptum est, pertransiuit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabo, & quotiens templum intrauit, magis uerbis languentibus curare, erudire nescios, contumaces redarguere, uel etiã foras deturbare, quam uictimas studuit offerre: illic utiq; quia uoluntatis diuinæ, quã propheta monebat, iussa perfecit, misericordiæ scilicet opus exequendo, & non sacrificium celebrando. Qui etiam reprehensoribus suis quare eum publicanis & peccatoribus manducaret, rationem reddere non despexit, ut uel sic eos à superuacua murmuratione cohiberet, atq; ad sequenda suæ pietatis dona prouocaret. Non enim, inquit, ueni uocare iustos, sed peccatores. Idcirco igitur peccatorum conuiuia frequētabat, ut insidiatores suos docendo cœlestes inuitaret ad epulas. Sed mouet forte aliquem, quomodo Dominus dixerit non se uenisse ad iustos, sed magis ad peccatores uocandos, cum cunctis legentibus cõfiteret, quod etiam illos quos secundum Mosaicæ legis instituta iustos inuenit, ad euangelicæ perfectionis culmen plurimos uocauit. Si enim solos peccatores, & non etiam iustos uocaret, nequaquam Nathanael discipulus illius confors existeret, quem ad se primò ueniētem tanta laude dignum putauit, ut diceret: Ecce uerè Israelita, in quo dolus non est. Si non iustos uocaret, Petrum & Andream in apostolatus arce

Actu. 10.

Ioan. 1.

non haberet, qui quanto amore iustitiæ flagrauerint, docuerunt cum ad testimonium præcur foris continuo Dominum uidere & audire gauisifunt. Quomodo ergo non uenit uocare iustos, sed peccatores, nisi quia, sicut Lucas hæc referens apertius dicit: Non ueni uocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Omnes namq; electos ad regnum cœlestis Dominus uocat, sed illos solum ad pœnitentiam uocat, quos peccatis grauioribus inuolutos inuenit. Quos uerò iustitiæ operibus ditatos reperit, non eos ad pœnitentiam præterita conuersationis, sed ad profectum magis uitæ perfectioris inuitat. Vocat peccatores, ut per pœnitentiam corrigantur: uocat iustos, ut magis magisque iustificentur. Quamuis & ita recte possit intelligi quod ait, Non ueni uocare iustos, sed peccatores: quia non illos uocauerit, qui suam iustitiam uolentes constitutere, iustitiæ Dei non sunt subiecti, sed eos potius qui fragilitatis suæ consciū non erubescunt profiteri, quia in multis offendimus omnes. Si quos autē & de illis qui fallaciter sunt iusti, correctos uocat ad uentiam, etiam in illis implebitur eius sermo, quia non uenerit uocare iustos, sed peccatores, id est, non elatos, sed humiles: non de sua iustitia inflatos, sed ei qui iustificat impium deuota mēte substratos. Nam & tales ubi conuertuntur, nequaquam se iustos, sed peccatores necesse est, sincero corde testentur. Libet autē meminisse, fratres charissimi, ad quam tam Dominus arcem iustitiæ Matthæum, quē de publicanis actibus elegit, ut spem remissionis peccatoribus ampliaret, aduexerit. Qualis namq; sit factus, ipse apostolorum numerus cui insertus est, docet: docet & ipsa gens Aethiopum, quam de finibus terræ ultimis ad sanctæ ecclesiæ societatem prædicando conuertit, ablutamq; fonte baptismatis, de fusca formosam reddidit, quia uitiorum nigredine exiit, ac uirtutū decorauit ornatu: docet ipsum euangelistam, in quo scribendo noui testamenti consecrauit exordium, cui specialis priuilegio donatum est, ut Dominicæ incarnationis mysteria, quæ cunctis à seculo prophetæ futura præcinebant, ipse primus omnium iam facta describeret, & credentibus legenda transmiserit. Quod uidelicet euangelium ad ædificandā fidem ecclesiæ primitiue, quæ ex Hebræorū maxime populo collecta est, Hebræo sermone composuit. Dilatata autē per orbem ecclesiæ, & Græcis ac barbaris in eiusdē fidei unitatem confluentibus, curauerunt præfules fidelium, ut idem etiã Græcū, Latinumq; trāsferretur eloquū: quomodo etiam Marci, Luca, & Ioannis euangeliā, quæ deinceps Græca lingua ædiderunt, mox in Latinum transscribere sermonem, quatenus hæc omnes per orbem nationes legere & intelligere possent. Testatur & Ezechiel propheta, quantū idem Matthæus inter præcipua sanctæ ecclesiæ mēbra effulserit, dum sub figura quatuor animalium admirabiles omnium euangelistarū uirtutes, quas cœlesti uisione didicerat, plenissimo sermone describit. Sed & Ioannes apostolus, qui erat unus,

Ibidem.

Lucæ 5.

Rom. 10.

Iacob. 3.

Ezech. 1.

Apoc. 5.

ex eis,

ex eis, & ipse uisione doctus spiritali, inter prima ecclesiae sacramenta eorundem euangelistarum facit mentionem. Tantae quippe erant dignitatis illi, qui redemptoris nostri facta & dicta scribendo memoriae tradiderunt, ut non solum propheticum, sed & apostolicum essent testimonio commendandi. Tantae erant dignitatis, ut utriusque testamenti scriptura eis merito testimonium daret, eorumque gloriam caeli ciues non ante exitum tantummodo eorum, uerum etiam post inchoatum uel expletum sanctissimi munus operis, hominibus ad memoriam referret, & quanti apud Deum habeantur, ostenderent. Multa ergo de illis Ezechiel, multa eximius ipsorum commemorauit Ioannes: sed nos in praesenti, quia sermo claudendus est, unum Ioannis testimonium commemorare sufficiat: Et cum darent, inquit, quatuor animalia gloriam & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, uiuenti in secula seculorum, procidebant uiginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant uiuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum. Oportet namque, ut quotiens regis aeterni magnificentiam in sanctis eua-
 geliorum libris predicari cognouerimus, proci-
 damus humiles ante illius misericordiam, & de uotis precibus imploremus, & quicquid boni operis habere possumus, non nostris hoc meritis, sed eius gratiae semper tribuamus, qui sedens in throno patris una cum spiritu sancto, uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Apo. 4.

IN FESTO DIUI MICHAELIS.
 Marc. 9. Matth. 18.

In illo tempore, accipiens Iesus puerum, statuit eum in medio eorum, quem cum complexus esset, ait illis: Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM
 LECTIOE.

VIDENS cogitationes discipulorum Dominus, curat desiderium gloriae humilitatis contentione sanare, primatumque non esse querendum: & prius simplici humilitatis commonet imperio, & mox puerilis innocentiae docet exemplo. Quod enim ait, Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit, uel simpliciter pauperes Christi ab his, qui uelint esse maiores, pro eius ostendit honore recipiendos: uel certe malitia paruulos ipsos esse suadet, ut instar aetatis paruulae simplicitate sine arrogancia, charitatem sine inuidia, deuotionem sine iracundia conferuent. Quod autem complexitur puerum, significat humiles suo dignos esse complexu ac dilectione, talesque cum impleuerint, quod praecipit, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, iure posse gloriari ac dicere: Laeua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. Bene autem cum dixisset, Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit, addidit In nomine meo: ut uidelicet formam uirtutis Bedae tom. 7.

Matth. 11.

Cant. 2.

tis, quam natura duce puer obseruat, ipsi pro nomine Christi, iuuante rationis industria, sequantur. Sed quia se in pueris recipi docebat, uide licet quali caput in membris suis, ne putaretur hoc esse solum quod uidebatur, adiunxit, atque ait:

Et quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui me misit. Talem se utique ac tantum credi uolens, qualis & quatus est pater. Vtque ad eum inquit, nihil distat inter me & eum, ut qui me receperit, recipiat & eum qui misit me.

Et quisquis scandalizauerit unum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, et in mare mitteretur. Quamquam haec generalis possit esse sententia aduersum omnes, qui aliquem scandalizant, tamen iuxta consequentiam sermonis etiam contra apostolos dictum intelligi potest, qui inter se disputantes, quis esset illorum maior, uidebantur inuicem de dignitate contendere. Et si in hoc uitio permansissent, poterant eos quos ad fidem uocabant, per suum scandalum perdere, dum apostolos uiderent inter se de honore pugnare. Quod autem dixit, Bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius, secundum ritum prouinciae loquitur, quo maiorum criminum ista apud ueteres Iudeos poena fuerit, ut in profundum ligato saxo demergeretur. Et reuera melius innoxium, poena quamuis atrocissima temporalis, tamen uitam finire corpoream, quam laedendo fratrem, mortem animae mereri perpetuam. Recte autem qui scandalizari potest, pusillus appellatur. Qui enim magnus est, quaecumque uiderit, quaecumque passus fuerit, non declinat a fide: qui autem pusillus est animo & paruus, occasiones quarit quomodo scandalizetur. Propterea denique oportet nos maxime Iesu consulere, qui parui sumus in fide, ne occasione nostri offendatur, & recedat a fide, ac decidat a salute. Notandum sane quod in nostro bono opere aliquando cauendum est scandalum proximi, aliquando uero pro nihilo contemnendum. In quantum enim sine peccato possumus uitare proximorum scandalum, debemus: si autem de ueritate scandalum oritur, utilius permittitur scandalum nasci, quam ueritas relinquatur. Item per molam asinariam secularis uitae circuitus ac labor exprimitur, & per profundum maris extrema damnatio designatur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deducitur, uel uerbo ceteros destruit, uel exemplo, melius profectum erat, ut hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent, quam sacra officia in culpa ceteris imitabilem demonstrarent. Quia nimirum si solus caderet, ut cunctos hunc tolerabilior inferni poena cruciaret.

Et si scandalizauerit te manus tua, absconde illam. Bonum est tibi debilem introire in uitam, quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem. Quia supra docuerat ne scandalizemus eos, qui credunt in eum, nunc consequenter admonet quantum cauere debeamus eos, qui scandalizare nos, id est, uerbo uel exemplo suo ad ruinam peccati propellere certant. Manum quippe nostram appellat necessarium amicum, cuius opere atque auxilio

Luce 9.

Luce 22.

Matth. 20.

quotidiano opus habemus. Sed talis si nos ledere in causa anime uoluerit, excludendus est a nostra societate: ne si cum perdito in hac uita partem habere uoluerimus, simul in futura cum illo pereamus. Quod autem subditur:

Psalm. 66. Vbi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguatur. In uermem putredine gehene, sicut in igne ardore designat. Sicut uermis dicit seram scelerum puritatem, que nunquam in tormentis conscientia afflictorum mordere cessabit: ut ignis sit poena extrinsecus feruens, uermis dolor interius accusans.

Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Bonum est tibi claudum introire in uitam eternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, &c.] In pede, sicut & in manu charos inemendabiles docet alienados a nobis, ne per immunditiam eorum, quos castigare nequimus, & ipsi polluti pereamus. Sed manus propter opus necessarium nobis, pes sunt dicitur tales propter ministerium, discursusque in nostris uisibus accomodos.

Quod si oculus tuus scandalizat te, eijce eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.] In oculo quoque propter scandalum eruendo idem nostri carnaliter amici, spiritaliter uero aduersarii designantur. Sed cum nos eorum consulti ac prouisione opus habemus, illi uero consilio nos prauo decipere, atque in iter erroris deflectere querunt, penitus nobis eorum omittenda est societas. Scandalum quippe sermo Graecus est, quod nos offendiculum, uel ruinam & impactionem pedis dicere possumus. Quidam scandalum Graece, Latine scrupulum dicunt. Ille ergo scandalizat fratrem, qui ei dicto facto uel minus recto occasione ruinam dederit. Potest & simpliciter dici, Si quis ita necessarius nobis uidetur esse ut manus, pes & oculus, utilis uidelicet atque sollicitus & acutus ad perspicendum: scandalum autem nobis facit, & per dissonantiam morum nos trahit in gehennam, ne sic quidem temporalibus eius commodis cum periculo animarum nostrarum uti ac refoueri debemus,

IN DIE SANCTI LUCAE.
ca. Lucae 10.

In illo tempore, designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quod ipse erat uenturus. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EARUM
DEM LECTIOE.

Sicut duodecim apostolos formam episcoporum exhibere simul & premonstrare, nemo est qui dubitet: sic & hos septuaginta duos figuram presbyterorum, id est, secundum ordinis sacerdotum gessisse sciendum est: tamen si primis ecclesiae temporibus, ut apostolica scriptura testis est, utriusque presbyteri, utriusque uocabantur episcopi: quorum unum sapientiae maturitatem, aliterum industriam curae pastoralis significat. Bene autem septuaginta duo mittuntur: siue quia totidem mundi gentibus euangelium predicandum

erat, ut quomodo duodecim tribus Israel, ita & hi propter exteras gentes destinarentur imbuendas: seu quod ipso predicantium numero totus orbis per euangelium summam & indiuiduam trinitatis illustrandus intimabatur: sicut solem hunc constat triduanum suae lucis ambitum mundo per septuaginta duas horas afflare solitum. Nam & Dominus ipse se diem, suos uero apostolos horas appellat, dicens: Nonne duodecim horae sunt diei? si quis ambulauerit in die, non offendit. Et in psalmis praecipitur bene, Nunciare diem de die salutare eius, hoc est, lumem de lumine, Deum uerum de Deo uero. Sed & multis sanctae scripturae locis per tres dies mysterium trinitatis ostenditur, praecipue quia Dominus tertia die resurrexit a mortuis. Sed & in ueteri testamento populus ad montem Sinai perueniens, die tertia legem accepit. Idem fluuium Iordanem, quo baptismi gratia commendata est, tertia quam adierat die, transiuit.

Et misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quod erat ipse uenturus.] Quia duo sunt praecipua charitatis, Dei uidelicet amor & proximi, & minus quam inter duos haberi charitas non potest (nemo enim propter ad seipsum habere charitatem dicitur, sed dilectione se in alterum tendit, ut esse charitas possit) binos ad praedicandum discipulos Dominus mittit, quatenus hoc nobis tacitus inuauat, quia qui charitatem erga alterum non habet, praedicationis officium suscipere nullatenus debet. Bene ante dicitur, quod misit eos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quod erat ipse uenturus. Praedicatorum enim suos Dominus sequitur, quia praedicatione praenit, & tunc ad mentis nostrae habitaculum Dominus uenit: uerba exhortationis praecurrunt, atque per haec ueritas in mente suscipitur.

Et dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.] Messis multa populorum significat multitudinem: operarij pauci, penuriam magistrorum. Isti sunt operarij, de quibus psalmista loquitur: Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. Euntes ibant & flebant, portantes sermina sua. Venientes autem ueniunt in exultatione, portantes manipulos suos. Et ut aperte loquar, messis multa omnis turba credentium est: operarij pauci, apostoli & imitatores eorum, qui mittuntur ad messem.

Ite, ecce ego mitto uos sicut agnos inter lupos.] Lupos scribas & phariseos uocat, qui sunt clerici ludaeorum.

Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per uiam salutaueritis.] Tanta praedicatori debet in Deo esse fiducia, ut praesentis uitae sumptus quamuis non preuideat, tamen sibi non deesse certissime sciat: ne dum mens eius occupatur ad temporalia, minus alijs prauideat aeterna. Cui etiam per uitam neminem salutare conceditur, ut sub quanta festinatione iter praedicationis pergere debeat, ostendatur. Quae si quis uerba etiam per allegoriam uelut intelligi, in sacculo pecuniae clausa est: pecunia uero clausa, est sapientia occulta.

Tit. 1.
1. Tim. 3.

10 an. 11.
Psalm. 95.

Exod. 19.

Iosue 3.

Psalm. 125.

occulta. Qui igitur sapiētiae uerbum habet, sed hoc erogare, pximo negligit, quasi pecuniā in sacculo ligatā tenet. Et scriptū est: Sapiētia abscondita, & thesaurus absconditus, quæ utilitas in utrisq; Quid uerò per peram, nisi opera secularium operum exempla signantur? Qui igitur officium prædicationis suscipit, dignum non est, ut onus secularium negotiorum portet: ne dum hoc eius colla deprimat, ad prædicandā cœlestia non assurgat. Nec debet stultorum operū exempla conspiceret, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munit. Omnis uerò qui salutat in uia, ex occasione salutat itineris, non ex studio obtinendæ eiusdem salutis. Qui igitur non amore æternæ patriæ, sed præmiorum ambitu salutem audientibus prædicat, quasi in itinere salutat: quia ex occasione, & non ex intentione salutem audientibus exoptat.

In quamcumq; domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illam pax uestra; si autem, ad uos reuertetur. Pax quæ ab ore prædicatoris offertur, aut requiescit in domo, si in ea fuerit filius pacis, aut ad eundem prædicatorem reuertitur: quia aut erit quisq; prædestinatus ad uitam, & cœlestis uerbū sequitur quod audit, aut si nullus audire uoluerit, ipse prædicator sine fructu non erit: quia ad eum pax reuertitur, quoniam ei à Domino pro labore sui operis recompensatur. Ecce autem qui peram & sacculum portare prohibuit, sumptus & alimenta ex eadem prædicatione concedit, nam sequitur:

In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Si pax nostra recipitur, dignum est ut in eadem domo maneamus, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: ut ab eis terrena stipendia consequamur, quibus præmia patriæ cœlestis offerimus. Vnde etiam Paulus pro minimo hæc ipsa suscipiens, dicit: Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnū est si uestra carnalia metamus: & notandum quod subditur:

Dignus est enim operarius mercede sua. Quia iam de mercede sunt operis ipsa alimenta sustentationis, ut hic merces de labore prædicationis inchoetur, quæ illis de ueritatis uisione perficitur. Qua in re considerandum est, quod uni nostro operi duæ mercedes debentur. una in uia, altera in patria: una quæ nos in labore sustentat, alia quæ nos in resurrectione remunerat.

Et in quamcumq; ciuitatem intraueritis, & susceperint uos, manducate quæ apponuntur uobis, etc. Descripto diuersæ domus hospitio, quid etiam in ciuitatibus agere debeant, docet: pñs uidelicet in omnibus communicare, ab impiorum uerò per omnia societate secerni.

In quamcumq; ciuitatem intraueritis, & non receperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem qui ad hæstis nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos. Aut ad contestationem laboris terreni, quem pro illis inaniter suscepissent: aut ut ostenderent usque adeo se ab ipsis nihil terrenum querere, ut etiam puluerem de terra eorum non sibi paterentur adharere. Aliter; Pedes discipulorū ipsū opus

incessumq; prædicationis significant: puluis uero quo asperguntur, terrenæ leuitas est cogitationis: à qua ipsi etiam summi doctores immunes esse nequeunt, cum pro auditoribus sollicitis salubribus curis incessanter intendunt, & quasi per itinera mundi uno uix calcaneo terræ puluerem legunt. Qui ergo receperint uerbū, ipsi afflictiones curasq; doctorum, quas pro se tolerabant, in argumentum sibi uertunt humilitatis. Qui uerò spreuerint doctrinam, docentium sibi labores & pericula odiumq; sollicitudinū ad testimonium damnationis inflectunt. Et ipse est puluis qui in euangelij contemptores extergit, & à quo per bonos auditores euangelistarum tubentur pedes ablui, inò per ipsum salutorem narrantur ablui.

Dico autem uobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quam illi ciuitati. Sodomitæ quidem inter tot carnis animarūq; flagitia, quibus insatiabiliter ardebant, inhospitalis quoq; Ezechiele attestate, fuerunt: sed nulli apud eos tales hospites quales apud Iudæos propheta, quales apostoli reperti sunt. Et Loth quidem aspectu & auditu iustus erat, non aliquid tamē docuisse, nulla ibi fecisse signa perhibetur. Atq; ideo cui multum datum est, multum quæretur ab eo, potentesq; potenter tormenta patientur.

Ve tibi Chorozain, ue tibi Bethsaida. Chorozain, Bethsaida & Capharnaum, Tiberias quoque quam Ioannes nominat, ciuitates sunt Galilee, sitæ in litore lacus Genesareth, qui Iordane fluitate efficitur, & ab euangelistis etiam mare Galilee, uel mare Tyberiadis appellatur. Plangit ergo Dominus ciuitates, quæ post tanta miracula atq; uirtutes non poeniterint: peioresq; gentilibus, qui naturale solummodo kis dissipabant post descriptæ legis contemptum, filium quoque Dei conculcare, gratiaq; ingratias spernere non timuerunt.

Quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ in uobis factæ sunt, olim in cilicio & cinere sedentes poeniterent. Impletum uidemus hodie dictum saluatoris, quia scilicet Chorozain & Bethsaida præsentem Dominum credere noluerunt: Tyros autem ac Sidon, & quondam Dauid ac Salomoni amicæ fuere, & post euangelizantibus Christi credidit discipulis: tantaq; fidem deuotione susceperunt, ut Paulum apostolum Tyro abeuntem, cuncti ciues cum uxoribus & filiis usq; foras ciuitatē prosequerentur, pulcherrimòq; spectaculo tanta hominum multitudo, paucissimos hospites, sed Christi pro fide charissimos ad naues usque uale factura deduceret. Sed quare non olim his qui credere potuerunt, uerum Iudæis qui credere noluerunt, sit euangelizatum, ipsius est scire, cuius uniuersæ uia, misericordia & ueritas. Sane quod Dominus ait, In cilicio & cinere sedentes poeniterent, in cilicio quod de pilis caprarū contexitur, asperam peccati pungentis memoriam, qua in die iudicij sinistra pars est induenda, significat: in cinere autem mortis considerationem, per quam tota humani generis massa in puluerem est redigenda, demonstrat. Porro

Eccles. 20.

10

Ioan. 13.

20

Ezech. 16.

30

2. Pet. 2.

Lucæ 12.

Sapient. 6.

40

Ioan. 6.

Matth. 40.

1. Cor. 9.

Rom. 15.

2. Reg. 5. 20.

3. Reg. 5.

Act. 21.

Psal. 74.

Psal. 126.
1. Pet. 5.
in sefsione humiliationem propriæ conscientie designat, de qua Psalmista: Surgite postquam federitis. quod est dicere: Humiliamini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitacionis.

Et tu Capharnaum usq; in cœlum exaltata, usq; ad infernum demergeris.] Duplex in hac sententia sensus est, uel ideo ad infernum demergeris, quia contra prædicationem meam superbissimè restitisti: uel ideo, quia exaltata est usq; ad cœlū meo ho-
10 spitio, ex meis signis atq; uirtutibus tantum habens priuilegium, maioribus plecteris supplicij, quia his quoq; credere noluit. Et ne quis putaret hanc increpationem illis tantummodo ciuitatibus, uel personis, quæ Dominum in carne uidentes spernebant, & non omnibus qui hodieq; euangelij uerba despiciunt, conuenire, consequenter adiunxit, dicens:

Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit.] Ut in audiendo quisq; uel spernendo euangelij
20 prædicatore, non uiles quasq; personas, sed Dominum saluatorem, imò ipsum patrem spernere se uel audire disceret. nam sequitur:

Qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.] Quia proculdubio in discipulo magister auditur, & in filio pater honoratur. potest & ita intelligi: Qui uos spernit, me spernit, Qui non facit misericordiam uni de fratribus meis minimis, nec
30 mihi facit: quia & ipse pro his formam serui & pauperis habitum suscepit. Qui autem me spernit nolens credere Deum, & filium Dei conculcans, spernit eum qui me misit: quia ego & pa-

Matth. 25.
Ioan. 10.
ter unum sumus.

Reuersi sunt autem septuagintaduo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo.] Bene quidem confessi sunt deferentes honorē nō minī Christi, sed quia infirma adhuc fide gaudebant in uirtutibus. uide quid audiunt:

Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.]
30 Non modo uideo, sed prius uidebam quando corruit: quod autē ait, Sicut fulgur, uel præcipitē de supernis ad ima lapsum significat, uel quia deiectus, adhuc transfiguratur in angelum lucis. Quia ergo discipulos de signorū operatione uidit elatos, exemplo eos terret, atq; ad humilitatē reuocat eius qui primus superbiendo cecidit: ut qui hunc ob superbiā de cœlo recor-
40 darentur eiectum, multo magis se de terra æditos, si superbierint, humiliandos agnoscant.

Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & supra omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocere bit.] Hoc est omne genus immundorum spirituum de obsefsis corporibus eiciendi. Quamuis & ad literam rectissimè possit accipi. Siqui-
50 dem & Paulus à uiperis inuasus, nil aduersi patitur: & Ioannes, ut historia tradit, hausto ueneno non læditur. Hoc sanè inter serpentes qui dente, & scorpiones qui cauda nocent, distare arbitror, quod serpentes aperte sauentes, scorpiones clanculo insidiantes, uel homines uel de-
60 mones significēt. serpentes q; in chōadis uirtutibus, uenena prauæ psualionis obijciūt: scorpiones, q; cōsummatas uirtutes ad finē uitare cōtēdūt.

Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subiiciuntur.] De subiectione spirituum cum caro sint, gaudere prohibentur, quia spiritus eicere sicut & uirtutes alias facere interdū non est eius meriti qui operatur: sed inuocatio nominis Christi hoc agit ad condemnationem eorum qui inuocant, uel ob utilitatem eorum qui uident & audiunt, conceditur: ut licet homines despiciant signa facientes, tamen Deum honorent, ad cuius inuocationem fiant tanta miracula. Nam
10 & in Actibus apostolorum filij Sceuæ uidebantur eicere demones: & Iudas apostolus cū animo proditoris multa signa inter ceteros apostolos fecisse narratur.

Gaudete autē quod nomina uestra scripta sunt in cœlis.] Si satanas, inquit, per superbiā cœli sedem cum socijs amisit, nō oportet nos de illorū humiliatione, sed de uestra sublimatione gaudere, quatenus unde illi ruere subleuati, uos humiles ascendatis. Non autē pueriliter sapiendū, quasi Deus ad remedium obliuionis bonos in cœlis, malos scribat in terris, dicente Hieremia, Vniuersi qui derelinquunt te, confundantur, recedentes in terra scribantur: sed salubriter intelligendum, quod siue cœlestia seu terrestria quis opera gesserit, per hæc quasi literis adnotatus, apud Dei
15 memoriam sit æternaliter adfixus.

IN SOLENNITATE OMNIUM
sanctorum. Luca 6. Matth. 5.

IN illo tempore descendens Iesus cum discipulis de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

LECTURUS apostolos Dominus, in montana subiit: turbas uerò docturus, ad campestria redit, quia nō nisi in humili Christi turbæ uide-
re sufficiunt. Nam hæc est norma quam secutus
10 Apostolus, ait: Non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Quasi paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escā. Non dum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. Apostoli autem ipsi, secundum Matthæum,
15 quasi perfectiores, & in monte & aperto saluatoris ore docti esse narrantur. Vbi si qui diligenti-
20 us utriq; euangelistā uelit perscrutari, potest intelligi cū in monte duodecim discipulos ele-
30 git e pluribus, q̄s & apostolos nominauit, quod Matthæus prætermisit, tunc illum habuisse sermonē, quē Matthæus interposuit, & Lucas ta-
40 cuit, hoc est in monte: ac deinde cū descendisset in loco campestri, habuisse alterū simile, de quo Matthæus tacet. Lucas non tacet: & utrunque sermonem eodem modo esse conclusum.

Ab omni Iudæa & Hierusalem, & maritima, & Tyri & Sidonis, etc.] Maritimā multitudinē nō à proximo mari Galilææ (neq; enim hoc miraculi loco poneret) sed à mari magno reor esse cognominatam, in qua etiam Tyrus & Sidon comprehendi poterant, Verūm quia gentiū ciuitates sunt
Iudæis

Act. 19.
Matth. 10.
Marci 6.
Lucæ 9.

Hier. 17.

1. Cor. 3.

Matth. 5.

Iudæis quidem forte data, sed non ab eis possessa, eo quod hostes exterminare nequirent, con-
sulte nominatim ponuntur: ut quanta sit fama
uirtusque saluatoris, intimetur, quæ exteris etiã
ad sanitatem doctrinamque capessendam ciuita-
tes accersat. Vbi notandum, quia Dominus est
uenientibus ad se gentilibus misertus sit, unde &
puerum Centurionis & Cananæ filiã approbata
petentium fide curauit, non tamẽ eorum ciuitates in-
trasse reperitur, ne uidelicet occasionẽ querelæ
Iudæis calumniantibus suggereret, sed perfectã
potius salutem gentium passionis & resurrectio-
nis suæ temporarij reseruaret. Quo imminente tẽ-
pore gentilibus eum uidere querentibus ait:
Nisi granum frumenti cadens in terram mor-
tuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mor-
tuum fuerit, multum fructum adfert.
Et omnis turba querebat eum tangere, quia uirtus de illo exi-
bat, & sanabat omnes. Et supra leprosus Domino
tangente, mundatur: & hic omnis turba que eum
tãgere potuit, spiritus illius uirtute sanatur. Ta-
ctus ergo saluatoris, opus est salutis: quem tan-
gere, est fideliter in eum credere: à quo tãgi, est
eius munere firmari. Sed unusquisque in suo sen-
su abundat. Turbæ quæ de longè ad audiendũ
confluunt, discedentis in campum Domini cõ-
runtur actu. Discipuli qui in minoribus iam
sunt instituti, in montis cacumine ad maiora p-
uehantur: e quibus etiã eliguntur, qui eum transi-
guratum secretò in monte speculentur. Vnus
præ omnibus quasi sublimioris sapientiæ fonte
inebriandus magistri recumbit in pectore. Ra-
roque uspiam uel turbas Dominum ad altiora se
qui, uel quempiam debilem inuenies in monte
curari: sed extincta febre libidinum, accensaque
scientiæ luce, pederentim quenque ad culmẽ ubi
re uirtutum. Nam & in ueteri testamẽto Moy-
ses solus cum Iosue montem Dei ascendens, ad
regendum uulgus in campo donec rediret, Aa-
ron ordinauit & Hur. Aaron quippe qui inter-
pretatur mons fortitudinis, singularem Domi-
nicæ incarnationis excellentiam: Hur uerò qui
ignis dicitur, donum sancti spiritus insinuat, quia
plures in ecclesia paruuli, etiam comitari magi-
stros ad penetranda summæ diuinitatis arcã
na nequeunt, Dominicæ tamen incarnationis
sacramentis redimi, & spiritus sancti possunt
ardore signari.
Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pau-
peres, quia uestrum est regnum Dei. Et si generaliter om-
nibus loquitur, specialius tamen oculos salua-
tor in discipulos leuat: ut his qui uerbum inten-
ta cordis aure percipiunt, latius saporis intimi
lumen aperiat. Cui simile est quod Matthæus
ait: Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipu-
li eius, & aperiens os suum docebat eos, dicens:
Beati pauperes spiritu. Nam quibus os in mon-
te sedens aperit, ut magna sublimiter audiant,
in eos oculos stans in campo dirigit, ut audita
patenter intelligant. Beati itaque pauperes, non
utique omnes, sed illi tantummodo, qui omne pre-
sentis seculi tamen si altum uideatur, pro nihilo
culmen ducunt. Qui merito regni cœlestis per-

hibentur munere digni, quia delectationis hu-
mana probantur cupiditate nudati. Qualem se
rex Dauid pauperiem sustinuisse declarã, ait:
Ego uerò egenus & pauper sum. Et alibi non
modò terrestria, sed & ipsa per Dominum super
cœlestia paruipendens, dicensque: Quid enim mi-
hi restat in cœlo, & tãre quid uolui super terrã?
Mox ubi spei suæ fixisset anchoram, subdendo
manifestat: Mihi autem adherere Deo bonum
est, ponere in Domino Deo spem meam. Alio-
quin nonnulli miserrima conditione pauperti-
tis, & hic seculi gaudijs ob inopiam rerum, &
ibi regno Dei ob meritum nequitiam carent.

Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Quid esuri-
re beati, quid sitire debeant, Matthæus exponit,
uidelicet iustitiam: apertissime nos instituens,
nunquam nos satis iustos aestimare debere, sed
quotidianum iustitiã semper amare, imò arde-
re profectum. Cuius perfectam saturitatem, nõ
in hoc seculo, sed in futuro posse protenire, su-
periorum desiderio Psalmista flagrans, osten-
dit, qui ait: Ego autem cum iustitiã apparebo in
cõspectu tuo, satiabor dum manifestabitur glo-
ria tua. Potest & simpliciter accipi, Beati qui
nunc esuritis, qui castigatis corpus uestrum,
& seruituti subicitis, qui in fame & siti uerbo
operam datis, quia cœlestium tunc gaudiorum
habetis ubertate perfrui.

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Non tempora-
rium damna commodorum, sed uirtutum detri-
menta spiritualium qui flent, æterna beatitudi-
ne consolabuntur. Vbi nõ nostra solum, sed &
proximi iubemur cõmissa deslere. Quem si ut
nos diligimus, consequenter illius & profectu
nos gratulari, & defectu necesse est tribulari:
nec solum tribulari, uerum ad lachrymas usque
succendi. Sic enim Samuel & Dauid peccatum
Saulis, & interitum lugent: sic peccatricẽ ipse
Dominus fleuit super ciuitatem: & mœstis com-
passus sororibus, Lazarum quẽ diuina erat ma-
iestate resuscitaturus, humana prius miseratione
deslebat: mysticè significans eos qui peccati
morte sopiuntur, ut reuiuiscere queant à proxi-
mis, esse plangendos. Quod autem nunc flentes rĩ-
suros esse promittit, nõ pueriliter accipiendũ,
sed scripturẽ more, risus nomine mentis exulta-
tio, & affectus quidam lætior intelligendus est
esse designatus. Sicut Sara risum, inquit, fecit
mihi Deus. Et in Iob dictum est: Os autem uera-
cium replebitur risu. Per quæ, ut dixi, nomina
gaudium animæ figuratur interior.

Beati eritis cum uos oderint homines, & cõ separauerint uos
& exprobrauerint. Qui propter diuitias hæredita-
tis Christi in sanctis, propter panẽ uitæ æternæ,
propterque spem cœlestium gaudiorum fletus, esuriẽ
paupertatemque pati desiderat, beatus est. Mul-
to autem beator, qui has inter aduersa uirtutes
seruare nõ trepidat. Quia odiant licet homines
corde nefando, dilectum cor Christo ledere ne-
queunt: separent, & synagoga depellant, Chri-
stus inuenit & confirmat: exprobrent nomen
crucifixi, ipse commortuos sibi conresuscitat, et
confedere facit in cœlestibus.

Et eie,

Psalm. 69.

Psalm. 72.

Ibidem.

Matth. 5.

Psalm. 16.

1. Reg. 16.

2. Reg. 1.

Lucæ 19.

Ioh. 11.

Gene. 21.

Iob 2.

Et eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis.] Nomen uestrum quod dicit, nomē Christianorum significat, quod à gentilibus Iudæisq; sapissimè quātum ad ipsos memoria abrasum, & ab hominibus est eiectum, nulla iam existente causa odij, nisi propter filium hominis: quia uidelicet nomen Christi credentes suum uoluerint facere cognomen, atq; ideo nominis summi persecutores, hominum non immeritò nomine notantur. Beati, inquit, eritis, cum uos oderint homines, docens eos ab hominibus infestandos, sed ultra homines esse beandos.

Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces uestra multiplicata est in celo.] Non hoc à quolibet patiente, sed ab eo qui supernæ tantum mercedis intuitu patitur, præceptum potest impleri: ut scilicet inter odia cordium, inter probra linguarum, inter ipsas persequentiū manus, æquali, imò latiori adhuc corde ueretur. Non ad hoc nostri similes ualent, sed eorum qui ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Qui ergo multa in terris pro Christo sustinet aduersa, multa in cœlis à Christo recipiet dona. Ceterū quanta ab Heliæ uerborū iacula falsi sustinere propheta, quos deridens aiebat, Clamate uocē maiore, Deus enim est Baal, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur. Quātam dedere stragem qui octingenti simul & quinquaginta sunt interempti. Verum quia Baal & non Christus in causa erat, nec irrisi gaudebant, nec occisi palmas, sed pœnam meruere perennem.

Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum.] Bene exemplo adhortatus est, quia uera dicentes, solent persecutionē pati. Nec tamen ideo propheta antiqui timore persecutionis à ueritatis predicatione desecerunt. Notandum sanè quia sicut Matthæus per octo quas posuit beatitudines, octauam spei nostræ perfectionem, quæ resurrectionis gloria dedicatur, insinuat, ita Lucas per quatuor uirtutes amplectitur cardinalia. Beati enim pauperes, qui per temperantiā à mundi refrenatur illecebris. Beati esurientes, qui sua fame commoniti, esurientibus esse miserandum, & ipsi per iustitiā miserentur ut ualent. Nam eleemosynam qua Christo non nostra donamus, sed sua reddimus, iustitiā recte dici testatur Psalmista, qui ait: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Iustitia est enim qua sua cuiq; tribuimus, nemini quicquam debentes, nisi ut inuicem diligamus. Beati qui per prudentiam inter bonum dinoscentes & malum, occidua flere, & ad æterna norūt anhelare. Beati qui per fortitudinem fidei omnia ualent molesta tolerare. Igitur qui necdum consummata uirtutis arcem conscendere ualēt, generalis interim perfectionis sunt beatitudine perfuendi: quatenus à bonis paulatim ad meliora progressi, dum consistendi in planicie Domino libenter auscultant, ad hunc quandoq; in monte sedentem sublimiter ascendant. Nam quorum adhuc edomandis instruen-

disq; cordibus insistit, hos quasi stans qui situs est laborantis, affatur: quos uerò longo studij spiritalis exercitio promptos, iamq; dociles inuenit, his libertate ac dignitate magistri quasi quietus saluator residens, mystica quæq; de supernis intimat. Quæ spiritalium differentia profectuum in Israëliticæ plebis est habitu pulcherrimis expressa figuris, ubi uulgus omne quibuslibet uestibus utens, in quatuor angulis palliorū hyacinthinos sibi fimbrias est facere præceptum: Sacerdotes quatuor habere uestes, totidem mysticis coloribus mira uarietate distinctas. Pontifices & ea quæ sacerdotes, & alia quatuor indumenti genera colorum quidem eorūdem, sed sublimioris gratia dignitatis, & auro interlucente corusca, & patriarcharum atque ipsius Domini nomine redimita gestare. Quæ per singula uel exponere, uel solum proponere, proprii industriam spectat operis.

HOMELIA ALIA IN SO-
lennitate omnium san-
ctorum.

Hodie dilectissimi, omnium sanctorum sub una solennitatis lætitia celebramus festiuitatem, quorum societate cœlum exultat, quorū patrocinijs terra lætatur, triumphis ecclesia sancta coronatur, quorum confessio quāto in passione fortior, tanto est clarior in honore: quia dum creuit pugna, creuit & pugnantium gloria, & martyrij triumphus multiplici passionū genere adornatur, perq; grauiora tormēta grauiora fuere & præmia, dum catholica mater ecclesia, quæ per totum orbem longè lateq; diffusa est, in ipso capite suo Christo Iesu edocia est contumelias, cruces & mortem non timere: magis magisq; roborata, non resistendo, sed perfendo, uniuersos quos agmine inclyto carcer pœnalis inclusit, pari & simili calore uirtutis ad gerendum certamen, gloriam triumphalem inspirauit. O uerè beata mater ecclesia, quæ sic honor diuinæ dignationis illuminat, quàm uincens gloriosus martyrum sanguis exornat, quàm inuiolata cōfessionis candida induit uirginitas. Floribus eius nec rose nec lilia desunt. Certent nunc charissimi singuli, ut ad utrosque honores amplissimam accipiant dignitatē, coronas uel de uirginitate candidas, uel de passione purpureas: in cœlestibus castris pax & acies habent flores suos, quibus milites Christi coronantur. Dei enim ineffabilis & immensa bonitas, etiam hoc præuidit, ut laborum quidem tempus & agonis non extenderet, ne longum faceret aut æternum, sed breue, & ut ita dicam momentaneum: ut in hac breui & exigua uita agones essent & labores, nulla uerò quæ eterna est, corona & præmia meritorum, ut labores quidē citò finirentur, meritorum uerò præmia sine fine durarēt, ut post huius tenebras uisuri essent candidissimā lucem, & accepturi maiorē passionum cunctarum acerbitatibus beatitudinem, testan-

Act. 5.

3. Reg. 18.

Psal. 111.

Rom. 13.

Num. 15.

cessante hoc idē apostolo, ubi ait, Non sunt con-
 digna passiones huius temporis ad superuen-
 turam gloriam, quæ reuelabitur in nobis: quam
 laxo sinu de p[re]s[ent]io reuertentes, ciuitas cœles-
 stis excipit, de hoste prostrato trophæa ferenti-
 bus occurrit. cum triumphantibus uiris & fœ-
 minâ ueniunt, qui cum seculo sexum quoq; ui-
 cerunt, & geminata gloria militiæ, uirgines cū
 pueris, teneros annos uirtutibus transeuntes:
 sed & cætera fidelium turba aulæ perpetuæ re-
 giam intrauit, qui sinceritatem fidei in concu-
 lis p[re]ceptorum cœlestium disciplinis unita pa-
 ce obseruauerunt. Ergo agite nunc fratres, ad-
 grediamur iter uitæ, reuertamur ad ciuitatem
 cœlestem, in qua scripti sumus, & ciues decreti.
 Non sumus hospites, sed ciues sanctorum & do-
 mestici Dei, etiam illius hæredes, cohæredes
 autē Christi: huius nobis urbis ianuas ap[er]iet
 fortitudo, & fiducia latum p[re]bebit ingressum.
 Consideremus ergo in clytam urbis illius felici-
 tatem, in quantum considerare possibile est: ut
 enim uerè est, comprehendere nullus sermo suf-
 ficiet. Dicitur de ea in quodâ loco sic, quod au-
 fugiet ibi dolor, & tristitia & gemitus. quid hæc
 uita beatus, ubi non est paupertatis metus, nō
 ægritudinis imbecillitas: Nemo lædetur, irasce-
 tur nemo: nemo inuidet, cupiditas nulla exar-
 deficit: nullū ibi desiderium honoris pulsat, aut
 potestatis ambitio: nullus ibi diaboli metus, in-
 sidia dæmonum nulla, terror gehennæ procul:
 mors neq; corporis neq; animæ, sed immortalitatis
 munere uita iucunda: nulla erit tūc usquā
 discordia, sed cuncta consona, cuncta conueni-
 entia: quia omnium erit sanctorum una concor-
 dia, pax cuncta & lætitia continet. Tranquilla
 sunt omnia & quæta, iugis splendor, non iste
 qui nunc est, sed tanto clarior, quanto felicitior:
 quia ciuitas, ut legitur, illa non egebit lumine
 solis, sed Dominus omnipotens illuminabit eā,
 & lucerna eius est agnus. Ibi sancti fulgebūt ut
 stellæ in perpetuas æternitates, & sicut splen-
 dor firmamenti qui erudiunt multos. Quapro-
 pter nox ibi nulla, nullæ tenebræ, concursus nu-
 bium nullus, nec frigoris aut ardoris asperitas
 ulla: sed talis quædam erit rerum tēperies, qua-
 lem nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in
 cor hominis ascendit, nisi illorū qui ea perfrui
 digni inueniuntur, quorum nomina scripta sunt
 in libro uitæ: qui & lauerunt stolas in sanguine
 agni, & sunt ante sedem Dei, seruantq; ei diē
 ac nocte. Non est senectus ibi, nec senectutis mi-
 seria, dum omnes occurrūt in uitam perfectū,
 in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Verū
 super hæc omnia est consociari angelorum &
 archangelorum cœtibus, thronis etiam & do-
 minationibus, principatibus & potestatibus,
 omniumq; cœlestium supernarum uirtutū con-
 tubernijs perfrui, & intueri agmina sanctorum
 splendidis sideribus micantia, patriarcharū fi-
 de fulgentia, prophetarum spe lætantia. aposto-
 lotum in duodecim tribubus Israël orbem iudi-
 cantia, martyrum purpureis uictoriæ coronis
 lucentia; uirginum quoq; coruscantia ferra gē-

stantes inspicere. De rege autem, qui horū me-
 dius residet dicere, uox nulla sufficiet: effugit
 enim omnem sermonem. atq; omnem sensum
 humanæ mētis excedit decus illud, illa pulchri-
 tudo, illa uirtus, illa glōria, illa magnificentia, il-
 la maiestas. Ultra enim omnem sanctorum est
 glōriam ipsius inæstimabilem ad p[re]cipi conspe-
 ctum, & splendore maiestatis eius irradiari. Sic
 enim quotidie oporteret nos tormenta perfer-
 re, sic ipsam gehennam paruo tempore tolera-
 re, ut Christum uidere possimus in glōria ueni-
 entem, & sanctorum numero sociari. Non nē
 erat dignum pati omne quod triste est, ut tanti
 boni tātæq; glōriæ participes haberemur: Quæ
 erit illa, fratres charissimi, iustorum glōria. quā
 grandis sanctorum lætitia, cum unaquæq; faci-
 es fulgebit ut sol, cum ordinibus distinctis po-
 pulum suum Dominus in regnum patris sui ce-
 perit recensere, & meritis atq; operibus singu-
 lorum præmia promissa restituere: pro terrenis
 cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro mo-
 dicis magnā præstare: adducere sanctos in ui-
 uum paternæ glōriæ, & facere in cœlestibus cō-
 federe, ut sit Deus omnia in omnibus, & æterni-
 tatem quā amatoribus promissit suis, & immor-
 talitatem largiri, ad quam eos sanguinis sui ui-
 uificatione reparauit: denuo ad paradysum re-
 ducere, regnum cœlorum fide & ueritate suæ
 pollicitationis aperire. Hæc hæreant firmiter
 sensibus nostris, hæc intelligantur plena fide,
 hæc corde toto diligantur, hæc indefinitū o-
 perum magnanimitate adquirantur. Res posita
 est in potestate facientis quia regnum cœlo-
 rum uim patitur. Res ista ò homo id est regnū
 cœleste, aliud non querit precium nisi te ipsum:
 tantum ualeat, quantum es tu: te da, & habebis
 illam. Quid turbaris de p[re]cor Christus semet
 ipsum tradidit, ut acquireret te regnū Deo pa-
 tri, ita & tu te ipsum da, ut sis regnum eius, ac
 non regnet peccatum in mortali tuo corpore,
 sed spiritus in acquisitionem uitæ: ad hanc igitur
 operum salutarium deflectet nos peruenire
 palmam. Libenter ac promptè certemus om-
 nes in agone iustitiæ, Deo & Christo spectante
 curramus, & qui seculo & mundo maiores esse
 iam cepimus, cursum nostrum nulla seculi cu-
 piditate tardemus. Si expeditos, si celeres in
 hoc operis agone currentes diēs nos ultimus
 inuenerit, nusquam Dominus meritis nostris
 deerit remunerator. Qui coronam in persecu-
 tione purpuream pro passione donabit, ipse in
 pace uincens pro iustitiæ meritis dabit &
 cæcidam. Nam nec Abraham, nec Isaac, nec Ia-
 cob occisi sunt, & tamen fidei & iustitiæ meri-
 tis honorati, inter patriarchas primi esse meru-
 erunt. ad quorū congregatur conuiuium; quis
 quis fidelis, & iustus & laudabilis inuenitur.
 Memores esse debemus uoluntatem non no-
 stram, sed Dei facere debere: quia qui fecerit e-
 ius uoluntatem, manet in æternum, quomodo
 & ille manet in æternum. Quapropter, charissi-
 mi, mente integra, fide firma, uirtute robusta,
 charitate perfecta, parati ad omnem uoluntatē
 Dei

Dei simus, conseruantes fortiter Dominica man data: in simplicitate innocentiam, in charitate concordiam: modestiam in humilitate, diligentiam in administratione: uigilantiam in adiuuandis laborantibus, misericordiam in fouendis pauperibus: in defendenda ueritate constantiam, in disciplinæ seueritate censuram, ne aliquid ad exemplum bonorum factorum desit in nobis. Hæc sunt enim uestigia, quæ nobis sancti quicq; reuerentes in patriam reliquerunt, ut illorum semitis inhærentes, sequeremur & gaudia. Patriam quoq; nostram paradysum cum illis computemus, parentes patriarchas iam habere cœpimus, quid non properamus & currimus, ut patriam nostram uidere, ut parentes salutare possimus? Magnus nos illic charorū numerus expectat, parentum, fratrum, filiorumq; frequens nos & copiosa turba desiderat (iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute sollicita) ad eorum complexum & conspectum uenire: quantæ & illis & nobis in commune læticia est, qualis illic cœlestium uoluptas conseruorum societate expectantium, quam summa & perpetua felicitas. Illic apostolorum gloriosus chorus, illic prophetarum exultantium numerus insignis: illic martyrum populus innumeralis ob certaminum uictoriam coronatus, illic clarissima uirginum turba lætatur, illic etiã confessorum fortitudo laudatur. Sed & illorum remunerationi censetur, qui præcepta Domini seruantes, ad cœlestes thesauros terrena partrimonia transfulerunt. Ad hos si uenire delectat, auida cupiditate properemus, ut cum his cito esse, & cito ad Christum uenire contingat: eum per huius itineris ducem habeamus salutis auctorem, lucis principem, lætitiæ largitorem, qui uiuit & regnat cum Deo patre omnipotenti & spiritu sancto.

HOMELIA ALIA IN NATI
uitate omnium San
ctorum.

Legimus in Ecclesiasticis historijs, quod sanctus Bonifacius, qui quartus à beato Gregorio Romanæ urbis episcopatum tenebat, suis precibus à Phoca Cæsare impetraret, donari ecclesiæ Christi templum Romæ, quod ab antiquis Pantheon antè uocabatur, quia hoc quasi simulachrum omnium uideretur esse deorum: in quo eliminata omni spurcitia, fecit ecclesiã sanctæ Dei genitricis, atq; omnium martyrum Christi, ut exclusa multitudinè dæmonum, multitudine ibi sanctorum à fidelibus in memoria haberetur: & plebs uniuersa in capite calendarum Nouembrium, sicut in die natalis Domini, ad ecclesiam in honore omnium sanctorum consecratam conueniret, ibiq; missarum solennitate à præfule sedis Apostolicæ celebrata, omnibusq; rite peractis, unusquisq; in sua cum gaudio remearet. Ex hac ergo consuetudine sanctæ Romanæ ecclesiæ, crescente religione Christiana,

decretum est, ut in ecclesijs Dei, quæ per orbem terrarum longe lateq; construuntur, honor & memoria omnium sanctorum, in die qua prædicimus, haberetur: ut quicquid humana fragilitas per ignorantiam uel negligentiam, seu per occupationem rei secularis, in solennitate sanctorum minus plene peregisset, in hac obseruatione solueretur, quatenus eorum patrocinijs protecti, ad superna polorum gaudia peruenire ualeamus. Beata Dei genitrix, & semper uirgo Maria, templum Domini, sacrarium spiritus sancti, uirgo ante partum, uirgo in partu, uirgo post partum, præsentis solennitatis diei, cum suis uirginibus expers nullo modo credenda est: quæ Dei populū faciendo monebat perire perituri luxus seculi, à lenocinio mortalis naturæ declinare, carnis pudicitiam, cum uirginitatis honore, intra cordis hospitalia obseruare, eamq; omnium uirtutum reginam, & fructū salutis perpetuæ: sociam quoq; esse angelorum suis affirmabat exemplis, ita ut innumerabilis utriusq; sexus multitudo, eius sequeretur uestigia, & relictis nuptiarum copulationibus, sperataq; liberorum propagine, sponso qui in cœlis est, perenni mente, actu, habitu & gestu applicare se maluerunt: orationibus non deficiendo instantes, ieiunijs adhærentes, uigilias sacras adamantes, eleemosynas sectantes, pauperes recreantes, nudos uestientes, infirmos uisitantes, in tribulatione gaudentes, in uerbis calumniæ uel contumeliæ patientes: in augmento sue perfectionis humiles, in damno rerum temporalium Deo gratias agentes. His omnibus & his similibus pro deliderio regni cœlestis, & propter spem æternæ remunerationis, ardentissimo amore indefinenter atq; libenter insistentes, sic in charitate Dei, ac proximorum amore perseverantes, Deo soli uitam finire gaudebant. O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uia eius? Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? quomodo ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi honor & gloria in secula seculorum, amen: qui superna cœlorū regna spiritibus angelicis ad laudem & gloriam, atq; honorem sui nominis ac maiestatis in perpetuum miro ordine collocauit. De quibus plura loqui peritescimus, quia soli Deo scire est, quomodo uel quæ admodum eorum inuisibilis atq; contagione seu diminutione in sua sola puritate consistat natura. Sed tamen nouem esse angelorum ordines, ad Dei iudicia ac ministeria complenda, restante sacro eloquio cognouimus: quorum principatus atq; potestas subtiliter ac mirabiliter omnipotentis nutu distinguitur. Alij ex illis ad nos in mundum missi, futura predicatio perueniunt: alij ad hoc sunt constituti, ut per eos signa & miracula frequentius fiant: alij subiectis angelorum spiritibus præsent, eisq; ad explenda diuina mysteria disponendo principantur: alij mira potentia cæteris præminent, pro eo quod

quod eis ad obediendum alia angelorum agmina subiecta sunt: alij tanta diuinitatis gratia replentur, ut in eis Dominus sedeat, & per eos sua iudicia decernat: alij tanto perfectiori scientia pleni sunt, quanto claritatem Dei uicinius contemplantur: alia uero ita Deo coniuncta sunt angelorum agmina, ut inter hec & Deum nulli alij intersint, & tanto magis ardent amore, quanto subtilius claritate diuinitatis eius aspiciunt. Talibus, ut diximus, a primordio incipientis uitae beatorum spirituum distinctionibus, superna celorum regna a Deo conditore, in perpetuum mirabiliter collocata, subsistunt. Nos ergo fratres charissimi, antiquorum memoriam precedentium patrum, quos ante legem, & sub lege scriptura sancta demonstrante cognouimus, ad hoc tantummodo proferimus, ut facilius intelligere ualeatis, quanta uel qualis sit huius sacratissime presentia diei: quae cum omnibus his de quibus loquimur, sine fine constat honesta. Nunc uero reuertamur ad eos, quos uerba baptismatis, & effusio sanguinis Christi, ab errore paterni delicti, ab squalore uetusta gentilitatis, in nouo testamento per gratiam spiritus sancti ablucendo purgauit: quorum oculi beati, qui Christum in carne uenientem uidere meruerunt. Huius tam praeclearae uisionis Ioannes baptista, qui eodem angelo, quo Christus deum ante conceptus est, in exordio praedicationis atque baptismatis primatum tenebat: qui Iesum peccata mundi tollentem, uidendo agnouit, ac digito demonstrauit, quo inter natos mulierum non surrexit maior, Christo attestante. Qui merito praecursor Domini, praeco iudicis, propheta altissimi nuncupatur: qui nondum editus, Christum mundo uenturum prophetauit, & ad redemptionem animarum ad inferos descendentem, gloriosa praecurrit passione. Huic athletae Dei electo concordat duodenus apostolorum numerus, quos a primis miraculorum uirtutibus, ad componendum nouae fidei fundamentum, erigendumque adhuc tenera statum ecclesiae diuina prouidentia, ex omnibus quos capiebat mundus, elegit, ut in omnem terram sonus eorum praedicationis exiret, & in fines orbis terrae eorum uerba procederent. Qui uera uiti, id est, Christo tanquam palmites adherentes, quorum fructus in sempiternum permanens non marcescit: quibus ipse Dominus locutus est dicens, Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in caelis est. Et iterum, iam non dicam uos seruos, sed amicos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: uos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis. Et quodcumque ligare uoluerint super terram, ligatum esse & in caelis: & quodcumque soluerint super terram, solutum esse in caelis promissit. Et iterum, cum uenisset ad iudican-

Bedae tom. 7.

dum seculum, eos super sedes duodecim esse sessuros, & secum iudicaturos orbem terrae praedixerat. Talibus, ut credimus, patronis, haec dies subiecta declaratur. His subiectum est triumphale martyrum nomen, qui per diuersa tormentorum genera, Christi passionem non lassescitibus praecordiorum mentibus imitabantur. Alij ferro perempti, alij flammis exusti, alij flagris uerberati, alij uertibus perforati, alij cruciati patibulo, alij pelagi periculo subiecti, alij uiui decorati, alij uinculis macipati, alij linguis priuati, alij lapidibus obruti, alij frigore afflicti, alij fame cruciati: alij uero truncatis manibus, siue ceteris celsis membris, spectaculum contumeliae in populis nudi propter nomen Domini portantes, & Hi sunt triumphatores & amici Dei, qui contemnent sceleratorum iussa principum, modo coronantur & accipiunt palmas laborum: qui fundati erant supra firmam petram, id est Christum. De talibus & huiusmodi Apostolus mente concupiscens ait, Sancti ludibria & uerbera experti, in super & uincula & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladij mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pelibus caprinis: egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, & caetera. Et beatus papa Gregorius in expositione cuiusdam Euangelij, de istiusmodi bellatoribus querimoniam faciendo, Ecce, inquit, electi Dei carnem domant, spiritum roborant, daemonebus imperant, uirtutibus coruscant: praesentia despiciunt, aeternam patriam cum uocibus moribusque praedicant: eam etiam moriendo diligunt, atque ad illam per tormenta pertingunt. Occidi possunt, & flecti nequeunt: & si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum in mortalitate plena est: in paucis uexati, in multis bene disponuntur: quomodo Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausta hostiam accepit illos. Nunc ergo martyrum Christi certamina atque uictorias audiimus, eis nimirum hunc diem tantum credimus sanctificatum, quantum in semetipsis ut sanctificaretur, laborare per tormenta non cessauere: Christi uero sacerdotibus atque doctoribus siue confessoribus, huius festiuitatem diei non ignotam esse credimus, qui corda fidelium spiritualiter quasi imbris irrigant caelestibus, ut feliciter profere immarcescibilem bonorum operum possint fructum: qui talenta sibi credita non solum reddere, uerum etiam cum usura sine fraude amplificare procurauerunt: qui bonum, quod per gratiam spiritus sancti intelligendo didicere, non sibi et tantummodo profuturum, sed & alijs subiectorum mentibus, secundum Apostoli praecceptum, arguendo, obsecrando, increpando, curamque faciendo inferere nitentur. Quorum mens lucidissima, manus uero plene sunt munditia, eo quod in mensa altaris sacrosancta Christi corporis & sanguinis mysteria celebrantes, & in sui cordis penetralibus hostiam uitam, Deoque placentem, id est, semetipsos sine macula atque admixtione

k prau

prauū operis offerre non desistant: & licet persecutorum non sensissent gladium, tamē per uitā meritum Deo digni martyrio non priuātur: quia martirium non sola sanguinis effusione, sed abstinentia peccatorum, & exercitatione Dei præceptorum perficitur. Nos ergo fratres carissimi, tantorum patrociniā intercessorum, de quibus locuti sumus, tota mentis intentione quæramus, ut per temporalia festa quæ gerimus, eorum meritīs intercedentibus ad æterna peruenire ualeamus. Transeunt cuncta, quæ temporaliter festa celebrantur: & ideo curate, qui his solennitatibus interestis, ne ab æterna solennitate separemini. Quid prodest interesse festis hominum, si deesse cōtingat festis angelorum? Nolite ergo pensare in uobis transitoria, quæ possidetis, sed considerate quid estis. Ecce mūdus, qui diligitur, fugit. Sancti isti, quorum hodie mentionem facimus, florentem mundum mentis despectu calcauerunt. Tunc enim erat uita longa, salus continua, opulentia in rebus, fecunditas in propagine, tranquillitas in diuturna pace: & tamen cum in seipso floreret, iam in eorum cordibus mundus aruerat. Ecce iam in seipso mundus aruit, & adhuc in nostris cordibus florescit. ubiq; est luctus, ubiq; desolatio: undiq; percutimur, undiq; amaritudinibus replemur: & tamen caeca mente carnales concupiscentias, ipsas eius amaritudines amamus. Fugientem sequimur, labenti inhæremus: cum ipso labimur, quem cadentem tenemus. Aliquando nos mundus retraxit à Deo, nunc tantis plagis plenus est, ut ipse iam nos mūdus mitrat ad Dominum. Pensate ergo, quia nulla sunt quæ temporaliter currunt: finis enim temporalium ostēdit, quia nihil sit quod transire potest. Casus rerum indicat, quia res transiens, & tunc propē nihil fuit, cum stare uideretur. Hæc igitur uobis cum agite, hæc in mente sedula cogitatione uersate: et si adhuc hic tenemur in infirmitate corporis, tamen ad eos, de quibus loquimur, toto corde tendamus, ut cum ipsis postmodum in æterno seculo gaudere mereamur, per eum qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

IN FESTIUITATE PRÆSENTATIONIS DEIPARÆ MARIÆ UIRGINIS.

Homiliam eiusdem iuuenis in natali beatæ Mariæ uirginis.

INCIPIIT COMMUNE SANCTORVM.

IN DIE SANCTO VNIVS APOSTOLI. Lucæ 9. Matth. 10. Marc. 3.

In illo tempore, conuocatis Iesus duodecim Apostolis, dedit illis uirtutem & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent. Et misit illos predicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Concessa primū potestate signorum, misit predicare regnum Dei, ut promissorū ma-

gnitudini attestaretur etiā magnitudo factorū, fidemque uel bis daret uirtus ostensa, & noua facerēt qui noua prædicarent. Vnde nunc quoque cum fidelium numerositas excreuit, intra sanctam ecclesiam multi sunt, qui uitam uirtutum tenent, & signa uirtutū nō habent: quia frustra miraculum foris ostenditur, si deest quod intus operetur. Nam iuxta magistrī gētium uocem, lingua in signū sunt nō fidelibus, sed infidelib.

1. Cor. 14.

Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uia, neq; uirgā, neq; peram, neq; panē, neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis. Solet queri quomodo Matthæus & Lucas commemorauerint dixisse Dominū discipulis, ut nec uirgam ferrent, cum dicat Marcus, Et præcepit eis ne quid tollerent in uia nisi uirgam tantum. Quod ita soluitur, ut intelligamus sub alia significatione dictam uirgam, quæ secundum Marcum ferenda est, & sub alia illam, quæ secundum Matthæum & Lucam non est ferenda: sicut sub alia significatione intelligitur tentatio, de qua dictum est, Deus neminem tētat: & sub alia de qua dictum est, Tentat uos Dominus Deus uester, ut sciat si diligitis eum. Illa seductionis est, hæc probationis. Vtrunq; ergo accipiendū est, à Domino apostolis dictum, & ut nec uirgam ferrent, & ut nō nisi uirgam ferrent. Cum enim secundum Matthæum diceret eis, Nolite possidere aurum neq; argentum, & cetera, continuo subiecit: Dignus est enim operarius cibo suo.

Iacob. 1.

Deuter. 13.

Matth. 10.

Vnde satis ostēdit, cur eos hæc possidere ac ferre noluerit: non quo necessaria nō sint sustentationi huius uite, sed quia lic eos mittebat, ut eis hæc deberi monstraret ab illis, quibus euangelium credētibus annuntiarent. Clarum autem hæc non ita præcepisse Dominum tanquā euangelistæ uiuere aliunde non debeant, quam eis præsentibus quibus annuntiant euangelium, (alioquin contra hoc præceptum fecit Apostolus, qui uictum de manuum suarum laboribus transigebat, ne cuiquam grauis esset) sed potestatem dedisse, in qua scirent sibi ista deberi. Cū autem à Domino aliquid imperatur, nisi fiat, in obedientiā culpa est: cum autē potestas datur, licet cuiq; non uti, & tanquam de suo iure cedere. Hoc ergo ordinans Dominus quod eum ordinasse dicit Apostolus, ijs qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere, illa apostolis loquebatur, ut securi non possiderent neq; portarent huic uite necessaria, nec magna nec minima. Ideo posuit, Nec uirgā, ostendēs à fidelibus suis omnia deberi ministris suis, nulla superflua requirentibus. Ac per hoc addēdo, Dignus est enim operarius cibo suo, prorsus aperuit & illustrauit, unde hæc omnia loqueretur. Hanc ergo potestatem uirgæ nomine significauit, cum dicit, Ne quid tollerent in uia nisi uirgam tantum: ut intelligatur, quia per potestatem à Domino acceptam, quæ uirgæ nomine significata est, etiā qui non portantur, non deerunt. Hoc & de duabus tunicis intelligēdum est, ne quisquam eorum præter eam quam esset indutus, aliam portandā putaret, sollicitus ne opus esset, cum ex illa potestate posset accipere. Quod uer-

1. Thess. 2.

1. Cor. 9.

50

60

ro se

Marc. 3. rō secundum Marcum non portari uel haberi duas tunicas, sed expressius indui prohibet, dicens, Et ne indueretur duabus tunicis, quid eos monet, nisi non dupliciter, sed simpliciter ambularet. Aliter: In duabus tunicis uidetur mihi duplex ostendere uestimentum: non quo in locis Scythiæ, & glaciali niuē rigentibus, una quis tunica debeat esse cōtentus, sed quo in tunica uestimentum intelligamus, ne alio uestiti, aliud nobis futurorum timore seruemus.

Et in quacumq; domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis.] Dat constantiæ generale mandatum, ut hospitalis necessitudinis iura custodiant, alienum à prædicatore regni cœlestis astruens, cur sitare per domos, & inuolabilis hospitij iura mutare. Nec ociose secundum Matthæum domus, quam ingrediantur apostoli, legenda discernitur, ut mutandi hospitij, necessitudinisq; uiolandæ causa non suppetat.

Et quicumq; non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium super illos.] Puluis excutitur de pedibus in testimonium laboris sui, quod ingressi sint in ciuitatē, & prædicatio apostolica ad illos usq; peruenerit. Siue excutitur puluis, ut nihil ab eis accipiant, ne ad uictum quidem necessariū qui eūāgeliiū spreuerint: allegoricē autē qui uerbo humiliter intendūt, si quibus ut homines terrenæ leuitatis neuis obscurantur, per ea mox quæ recipiunt euangelicæ prædicationis uestigia purgantur. Qui uerō perfidia, uel negligentia, uel etiam studio contemnant, horum uitanda communio, fugienda synagoga censetur: excutientibus pedum puluis, ne gestis manibus, & pulueri cōparandis mentis castæ uestigiū polluat.

Marc. 6. Egressi autem circumuibāt per castella euangelizantes, & curantes ubiq;.] Quid euangelizarēt, uel quomodo curarēt apostoli, Marcus exponit plenius. Prædicabant, inquit, ut pœnitentiā agerent, & ungebant oleo multos egrotos, & sanabant. Dicit **40** & Iacobus: Infirmatur quis in uobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super ipsum, ungentes eū oleo in nomine Domini: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Vnde patet ab ipsis apostolis hunc sanctæ ecclesiæ morem esse constitutum, ut pontificali benedictione consecrato oleo perungantur ægroti. Prædicabant autem, ut pœnitentiā agerent: & supra, Misit illos, inquit, euāgelizare regnum Dei. Quia uidelicet utrunq; iuxta Ioannis baptistæ, uel ipsius Saluatoris exemplū prædicabant. Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cœlorū. Regni enim cœlorum Ianuis propinquare est, de his quēq; quibus ab eo discesserat, pœnitere.

HOMILIA EIVSDEM DE martyribus. Lucæ 11.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Attendite à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est, quod non reueletur: neq; absconditum, quod non sciatur. Quonia quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur. Et quid in aere locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Et reliqua.

Bedæ tom. 7.

BEDÆ PRESBYTERI DE EA, DEM LECTIONE.

AD hoc fermentum pertinent omnia, que recumbens apud Phariseum superius disputauerat Dominus, de quo & Apostolus præcipit: Ita q; epulemur non in fermento malitiæ & nequitia, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Nam sicut modicum fermētū totam farinæ, cui inicitur, massam corrumpit, uniuersamq; mox conspersione suo sapore commaculat: sic nimirū simulatio, cuius semel animū imbuerit, tota uirtutū synceritate & ueritate fraudabit.

Nihil autem opertum est, quod non reueletur: neq; absconditum, quod non sciatur.] Et quomodo in presenti seculo multorum diu latet hypocrisis: Ergo de futuro tempore intelligendum, quando iudicabit Deus occulta hominum. Nam sicut unus amicorum beati Iob uerissimē dixit, Laus impiorū breuis est, & gaudium hypocritæ ad instar puncti, si ascenderit usq; ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur. In fine, inquit, perdetur, qui in principio florere uidebatur. Est ergo sensus: Attendite ne æmulemini simulatores, quia ueniet profectō tēpus, in q; & uestra uirtus omnib; & eorū reueletur hypocrisis. Verū quod sequitur,

Quonia quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aere locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.] Non solum in futuro, & quando cuncta cordiū abscondita proferentur ad lucem, sed in præsentī tempore potest congruenter accipi: quonia quæ inter tenebras quondam pressurarum carcerumq; umbras uel locuti uel passī sunt apostoli, nunc clarificata per orbem ecclesiæ lectis eorum actibus publicè prædicantur. Sanè quod ait, Prædicabitur in tectis, iuxta morem prouincie Palestine loquitur, ubi solent in tectis residere: non enim tecta nostro more culminibus sublimata, sed plano schemate faciūt æqualia. Vnde lex præcepit, ut qui nouam domum ædificaret, murū tecti poneret in gyro: ne funderetur ibi sanguis innoxius labente aliquo, & in præceps ruente. Et in tēpli constructione legitur, Textit quoq; domum laquearibus cedrinis, & ædificauit tabulatum super omnem domum, quinq; cubitis altitudinis. Ergo prædicabitur in tectis, cum cunctis audientibus palam dicetur:

Dico autem uobis amicis meis, ne timeamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant.] Si persecutores sanctorum occisis corporibus nō habent amplius, quod contra illos agant, ergo superuacua furiunt insaniam, qui mortua martyrum membra feris auibusq; discerpenda proieciunt: uel in auras extenuari, uel in undas solui, uel per flammam in cinerem faciunt redigi, cum nequaquam omnipotentē Dei quā ea resuscitando uiuificet, obistere possint.

Ostendā autē uobis quem timeatis. Timeate eum qui postquā occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico uobis, hunc timeate.] Quia duo sunt genera persecutorū, unum palam sequentium, alterum sicte fraudulenterq; blandientium: contra utrunq; nōs mu-

k 2 nire

nire, atq; instituire uolēs Saluator, & suprà ab hypocriti pharisaeorum attendere, & hic à carnificum caede praecipit non timere: quia uidelicet post mortem nec horum crudelitas, nec eorum ualeat simulatio durare: Domino potius qui semper uideat placendum, Dominum qui semper punire uel liberare queat, esse timēdū.

Nonne quinq; passerēs ueneunt dipondio? Et unus ex illis nō erit in obliuione coram Deo.] Si minutissima, inquit, animalia, & quae quolibet per aera feruntur uolatilisa, Deus obliuisci nō potest, uos qui ad imaginem facti estis creatoris, non debetis terri ab ijs, qui occidunt corpus: quia qui irrationalia gubernat, rationalia curare non desinit. Dipondius quo quinq; passerēs ueneunt, id est, uenditur, genus est ponderis leuissimi ex duobus asibus compositi. Quae it fortasse aliquis, quomodo dicat Apostolus, Nūquid de bobus cura est Deo? cum utiq; bos passere preciosior existat. Sed aliud cura, aliud uerò est sciētia. Deniq; numerus capillorū, de q̄ consequēter ait:

1. Cor. 9.

Sed et capilli capitis uestri omnes numerati sunt.] Non in actu computationis, sed in facultate cognitionis accipitur. Non enim sollicitam Deum curae numerantis intendit excubiam, sed cui cognita sunt omnia, quasi numerata sunt omnia. Bene autem numerata dicuntur, quia quae uolumus seruire, num eramus. Vbi immēsam Deū erga homines ostendit prouidentiam, & ineffabilem signat affectum, quod nil nostrum lateat Deum, & parua etiam ociosaq; dicta eius scientiam non fugiant. Derident intelligentiā ecclesiasticam in hoc loco, qui carnis resurrectionē negant, quasi nos ipsam terrenam materiam, quae discedente anima fit cadauer, ita resurrectione reparandam dicamus, ut ea quae dilabuntur, & in alias atq; alias altarum rerum species formasq; uertuntur: quāuis ad corpus redeant unde dilapsa sunt, ad eadē quoq; corporis partes ubi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillus capitis redit, quod tam crebra tōtura detrahit, si unguibus quod totiens depressit exercitio immoderata & indecens cogitantibus, & ideo resurrectionem carnis nō credentibus occurrit informositas. Sed quemadmodum si strata cuiuslibet solubilis metalli aut igne liquefceret, aut contereretur in puluerem, aut confunderetur in massam, & eam uellet artifex rursus ex illius materiae quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quae particula materiae cui membro statū redderetur, dum tamen totum ex quo cōstituta fuerit resumeret: ita Deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex de toto quo caro nostra consistit, eam mirabili & ineffabili celeritate restituet: nec aliquid attinebit ad eius redintegrationem, utrum capilli ad capillos redeant, & ungues ad ungues, an quicquid eorum perierat mutetur in carnē, & in partes alias corporis reuocetur, curante artificis prouidentia, ne quid indecens fiat.

Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis.] Non plures estis legendum est, quod ad comparationē numeri pertinet, sed pluris estis, hoc est, ma-

ioris apud Deum meriti, dignitatis & aestimationis, quam innumera passerum uel corpora uel genera computamini.

Dico autem uobis, Omnis quicumq; confessus fuerit me corā hominibus, et filius hominis cōfitebitur illum corā angelis Dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, denegabitur corā angelis Dei.] Respicit ad superiora, ubi dictum est operta quaelibet & abscondita esse reuelanda, concludēs hanc reuelationem non in uili quolibet conciliabulo, sed in conspectu supernae ciuitatis aeterniq; regis ac iudicis agenda. Et ne ex eo quod ait, eos qui se negauerint esse denegandos, una cunctorum, hoc est, eorum qui Istiudicio, & eorum qui infirmitate uel ignorantia negant conditio putaretur, continuo subiecit:

Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in spiritum sanctū blasphemauerit, nō remittetur.]

Qui scandalizatur carne mea, me hominem tantum arbitras, quod filius sim fabri, & fratres habeam Iacobum, & Ioseph, & Iudā, & homo uorator ac uini potator sim, talis opinio à blasphemia quamquam culpa non careat erroris, tamē

Math. 13.

Marc. 6.

Math. 11.

habet ueniam propter corporis utilitatem: qui autem manifeste intelligēs opera Dei, cum de uirtute negare nō possit, eadem stimulat in uidiā calumniatur, & Christum Deiq; uerbum,

Luc. 11.

& opera spiritus sancti dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur, neq; in praesenti seculo, neq; in futuro. Non quod negemus & ei si poenitentiam agere possit, posse dimitti ab eo qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire: sed quod ipsi iudici & largitori ueritatis credentes, qui & se poenitentiam semper accepturum, & hanc blasphemiam nunquam dicit esse remittendam, credamus hunc blasphemum exigētibus meritis, sicut nunquam ad remissionem, ita nec ad ipsos dignae poenitentiae fructus esse peruenturum, iuxta quod Ioannes

1. Tim. 2.

euangelista de quibusdam blasphemiae suae merito excacatis uerissimē scripsit: Propterea nō poterant credere, quia iterum dixit Elifas: Excecauit oculos eorum, & indurauit cor eorum,

Ioan. 12.

Esaie 6.

ut non uideant oculos, & intelligant corde, & conuertantur & sanem illos. Quidam sanē uolunt illum dicere uerbum, uel blasphemare in spiritum sanctum, qui unitati ecclesiae ubi in spiritu sancto fit remissio peccatorum, corde impoenitenti resistit, dicētes unum esse suffugium, ne sit irremissibilis blasphemia, cor impoenitens caueatur. Quorū multis sententia nequa,

quā firma uidetur, quia uidelicet quisquis unitati ecclesiae corde impoenitenti resistit, siue ille Iudaeus seu gentilis, siue etiam haereticus sit, potest utiq; remissionem habere peccatorum in spiritu sancto, si ad unitatem ecclesiae corde poenitenti refugerit. Sed dicunt, Quamdiu corde impoenitenti quis spiritui gratiae resistit, tamdiu non habet remissionem. At illi obijciunt hanc conditionem in cunctis constare criminibus. Quomodo enim quamdiu quis fornicatio-

1. Cor. 6.

his

his uerò criminibus abdicatis potest abluī, san-
ctificari, iustificari in nomine Domini nostri Ie-
su Christi, & in spiritu Dei nostri. Ita, inquit, et-
iam impœnitens, quamdiu cor impœnitens ha-
buerit, non potest habere ueniam: mox uerò ut
pœnituerit, cōsequitur & ueniam, nulloq; di-
scrimine impœnitētia cæteris obligator aut ir-
remissibilior inuenitur esse peccatis, quæ in si-
militudinem scelerum cæterorum usq; ad pœni-
tentiam manens, mox acta pœnitentia delecti-
tur: sola autem blasphemia in spiritu sanctum
qua quisq; in similitudinē diaboli & angelorū
eius contra consciētiam suam maiestatem dei/
tatis oppugnare non trepidat, nō habet remis-
sionem in æternum, sed reus erit æterni delicti,
sicut euāgelista Marcus euidenter exponit, qui
posito hoc Domini testimonio subiunxit atq;
ait, quoniam dicebāt, Immundum spiritum ha-
bet. Nam neq; hi qui spiritum sanctum nō esse,
neq; qui hunc esse quidem, sed Deum non esse,
neq; qui hunc Deum quidem esse, sed patre si-
liorū minore credunt & confitentur, quia nō
inuidentiā diabolica, sed humana ignorantia
ducti faciunt, hoc irremissibilis blasphemie cri-
mine tenentur. Quapropter principes Iudæorū
proprie, & quicq; similis inuidiæ peste corrupti
maiestatem blasphemant, sine fine peribunt.

Marc. 3.

milis (ut perhibet) per annum totum supra Hier-
rosolyma pendens inausulto trepidus ciues por-
tento terrebat: & currus itidem equitesq; ar-
mati per aera discurrere, ac morem bellantium
imitari per dies quadraginta sunt uisi. Sed & ui-
tula sacrificijs admota, inter immolantium ma-
nus enixa est agnam. Quo autem hæc merito
contigerint, protinus subinfertur, cum dicitur:

*Sed ante hæc omnia inieciēt uobis manus suas, & persequen-
tur tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges &
presides propter nomen meum.* Hæc quippe Iudaicæ
genti uel sola, uel maxima causa exitij fuerat,
quia post Domini Saluatoris occisionem, no-
minis quoq; eius præcones simul & confesso-
res impia crudelitate uexauit.

Continget autem uobis in testimonium. Testimoniū
uidelicet quorum nisi eorum, qui aut persequē-
do mortes inferunt, aut uidendo non imitan-
tur? Mors quippe iustorum bonis in adiuto-
rium est, malis in testimonium: ut inde peruer-
si sine excusatione pereant, unde electi exem-
plum capiunt ut uiuant: Sed auditis tot terro-
ribus turbari poterant infirmorum corda, at-
que ideo consolatio adiungitur, cum protinus
subinfertur:

*Ponite ergo in cordibus uestris non præmeditari, quemadmo-
dum respondeatis. Ego enim dabo uobis os & sapientiam, cui
non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uestri.*
Ac si aperte membris suis infirmantibus dicat,
Nolite terreri, nolite pertimescere. Vos ad cer-
tamen acceditis, sed ego prælior: uos uerba ædi-
tis, sed ego sum qui loquor.

*Trademini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis,
& amicis, & morte afficient ex uobis, & eritis odio omnibus
propter nomen meum.* Minorem dolorem mala in-
gerunt, quæ ab extraneis inferuntur: plus uerò
in nobis ea tormenta sæuiunt, quæ ab illis patimur,
de quorū mentibus præsumebamus, quia
cum damno corporis mala nos cruciant am-
icæ charitatis. Sed quia dura sunt, quæ prædicuntur
de afflictione mortis, protinus cōsolatio sub-
ditur de gaudio resurrectionis cum dicitur:

Et capillus de capite uestro non peribit. Scimus quia
caro incisa dolet, capillus nō dolet incisus. At
ergo martyribus suis: Capillus de capite uestro
non peribit, uidelicet aperte dicens: Cur-
timetis ne pereat, quod incisum dolet, quando
& illud in uobis perire non potest, quod incisi-
sum non dolet? Aliter: Capillus de capite disci-
pulorum Domini non peribit, quia non solum
fortia quæq; gesta uel dicta sanctorum, de quib;
dicitur, Dominus custodit omnia ossa eorū,
sed & uolatilis (ut ita dicam) ac tenuissi-
ma cogitationum fidelium superficies, quæ de
occulta cordis radice, quasi de cerebro caesa-
ries, exit, apud iustum iudicem conseruata di-
gna mercede donabitur. Vnde recte prophe-
ta, ut bonorum etiam cogitatum merita Do-
mino, quam sint accepta demonstrat: Et reli-
quæ, inquit, cogitationum diem festum agent
tibi. Vnde etiam Nazareni in lege tempore
consecrationis comam nutrire iubentur, & nō
uacula super caput Samuel non ascendisse per-
hibetur.

ALIA HOMILIA DE MARTY-
RIBUS. Luca 21. Matth. 10. Marc. 13.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Cum audieritis præ-
lia, & seditiones, nolite terreri. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA/
DEM LECTIONE.

Pensanda sunt uerba redemptoris nostri, per
quæ nos aliud interius, aliud exterius passu-
ros denunciât. Prælia quippe ad hostes perti-
nēt, seditiones ad ciues. Quæ utraq; a tempore
Dominicæ passionis in populo Iudæorum, qui
sibi pro Salvatore seditiosum latronem elegit,
satis superq; constat abundasse. Sed his præcur-
rentibus apostoli ne terreantur, ne Hierosoly-
ma Iudæamq; deserant, admonentur. Quia ui-
delicet nō statim finis, qui in quadragelimū po-
tius differendus sit annus, id est, desolatio patriæ,
supremumq; urbis ac templi sequatur excidium.

Marc. 13.

*Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum
aduersus regnum, & terra motus magni erunt per loca, & pes-
tilentia, & fames.* Constat hæc ante finem desola-
tionis templi, hoc est, tempore Iudaicæ seditio-
nis ad litteram cōtingisse. Potest autem regnum
contra regnum, & pestilentia eorum quorū ser-
mo serpit ut cancer, & fames audiendi uerbum
Dei, & commotio uniuersæ terræ, & æuera fide
separatio, etiam in hæreticis intelligi, qui contra
se inuicē dimicantes ecclesię uictoriā faciūt.

2. Tim. 2.

Ioseph. de bela-
lo Iudaico lib.
7. cap. 12.

Terrorēsq; de caelo, & signa magna erunt. Et hæc tem-
pore eodem completa quisquis Iosephi histo-
riam legerit, inueniet. Nam & stella gladio si-
Bedæ tom. 7.

Ipsal. 33.

Ipsal. 75.

Num. 5.

Iudic. 13.

1. Reg. 16.

Deut. 22. hibetur. At cōtra mulier captiua, ut uiro Israe/
Leuit. 14. litae nubere queat, mundatus à lepra, ut ecclesie
 communicare mereatur, omnes sui corporis pi-
Sapient. 5. los præcipiuntur eradere: quia uidelicet omnis
 sapientiu cogitatio, quæ bona placens & per-
 fecta est, saluatur in perpetuum, & apud Domi-
 num est merces eius: stultorum uero prauorūq;
 quasi Dei aspectibus indigna radix, operum co-
 gitatio poenitendo debet excidi.

Et in patientia uestra possidebitis animas uestras.] Idcir-
 co possessio animæ in uirtute patientiæ ponitur,
 quia radix omnium custosq; uirtutum patienti-
 a est. Per patientiam uero possidemus animas
 nostras: quia dum nobis ipsis dominari disci-
 mus, hoc ipsum incipimus possidere quod su-
 mus. Sic enim conditi mirabiliter sumus, ut ra-
 tio animam, & anima possideat corpus: ius ue-
 rò animæ à corporis possessione repellitur, si
 non prius anima à ratione possidetur. Custo-
 dem igitur conditionis uestræ patientiam Do-
 minus esse monstrauit, qui in ipsa nos posside-
 re nosmetipsos docuit. Patientia autem uera est,
 aliena mala æquanimiter perpeti: contra eum
 quoque quæ mala irrogat, nullo dolore moueri.
 Nam qui sic proximi mala portat, ut tacitus
 doleat, & tempus dignæ retributionis quarat,
 patientiam non exhibet, sed ostendit.

DE VNO MARTYRE. LVC.
 p. Matth. 10. Marc. 8. Ioan. 12.

In illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdidit animam suam propter me & euangelium, saluam faciet eam. Et reliqua.

BEDAE PRÆBYTERI DE EA/
 DEM LECTIONE.

Pvlchrè posuit ad omnes, quia superiora
 que ad fidem Dominicæ natiuitatis uel pas-
 sionis pertinent, cum solis seorsum discipulis
 egit: Tunc autem nosmetipsos abnegamus, cū
 uitamus quod per uetustatē fuimus: & ad hoc
 nitimur, quod per nouitatem uocamur. Dicat er-
 go ueritas, dicat, Si quis uult post me uenire,
 abneget semetipsum. Quia nisi quis à semetipso
 deficiat, ad eum qui supra ipsum est, non appro-
 pinquat: nec ualet apprehendere quod ultra
 ipsum est, si nescierit mactare quod est. Sed iam
 qui se à uitis abnegat, exquirendæ ei uirtutes
 sunt, in quibus crescat. Nā protinus adigitur:

Et tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.] Duo-
 bus etenim modis crux tollitur: cum aut per
 abstinentiam afficitur corpus, aut per compas-
 sionem proximi affligitur animus. Pensemus
 qualiter utroque modo Paulus crucem suam
 tulerit, qui dicebat: Castigo corpus meū, & in-
 feruitur em redigo: ne forte alijs prædicans, ipse
1. Cor. 11. reprobus efficiat. Ecce in afflictione corporis
1. Cor. 9. audiuitur crucem carnis, nunc in compas-
 sione proximi audiamus crucem metis. Ait, Quis

infirmatur, & ego non infirmor: quis scanda-
 lizatur, & ego non uoror: Sed in utraque crucis
 baiulatione notandum, quod hanc & quotidie
 tollere, & ea sumpta Dominū sequi iubemur.

Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam. Nam qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illam.] Sic dicitur fidei, Qui uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam: & qui perdidit animam propter me, saluam faciet eam: ac si agricolæ dicatur, Frumentum si seruas, perdis: si feminas, renouas. Quis enim nesciat, quod frumentum cum in semine mittitur, perit ab oculis, in terra defecit: Sed unde putrescit in puluere, inde uiridescit in renouatione. Quia uero sancta ecclesia aliud tempus habet perfectionis, atq; aliud pacis, redemptor noster ipsa eius tempora designauit in præceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima, pacis autem tempore ea, quæ amplius dominari possunt, frangenda sunt desideria terrena. Unde & nunc dicitur:

Quid enim proficit homo, si lucretur uniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat.] Cum persecutio ab aduersarijs deest, ualde uigilantius cor custodiendum est. Nam pacis tempore, quia licet uiuere, libet etiam ambire. Plerumque autem labentia cuncta despiciunt, sed tamen adhuc humanæ uerecundiæ usu præpedimur, ut rectitudinem quam seruamus in mente, nondum exprimere ualeamus in uoce. Sed huic quoque uulnere congruum subiungitur medicamentum, cum Dominus dicat:

Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum.] Sed ecce nunc apud se homines dicunt, Nos iam Dominum & sermones eius non erubescimus, quia aperta eum uoce confitemur: quibus ego respondeo, quod in hac plebe Christiana sunt nonnulli, qui Christum ideo
 40 confitentur, quia cunctos Christianos esse conficiunt. Non ergo ad probationem fidei uox sufficit professionis, quam defendit à uerecundia professio generalitatis. Et tamē ubi se quis que interroget, ut in confessione Christi se ueraciter probet. Certè enim persecutionis tempore erubescere poterant fideles, substitijs nudari, de dignitatibus deijci, uerberibus affligi: pacis autem tempore, quia hac à nostris persecutionibus defuit, est aliud ubi ostendamus
 50 bis. Veremur sæpè à proximis despici, dedignamur iniurias uerbi tolerare: si contingat iurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere. Cor quippe carnale, dum huius uitæ gloriam quærit, humilitatem respuit.

Dico autem uobis uerè, sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec uideant regnum Dei.] Regnum Dei hoc loco præsens ecclesia uocatur, & quia nonnulli ex discipulis usque adeo in corpore uiscerati erant, ut ecclesiam Dei constructam conspicerent, & contra mundi huius gloriam erectam, consolatoria promissione nunc dicitur: Sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec uideant regnum Dei. Sed cum

cum tanta Dominus subeunda mortis praepa aederet, quid necessarium fuit, ut ad hanc subito promissionem ueniret? Nisi quia discipulis rudibus etiam de praesenti uita aliquid promittendum fuit, ut possent robustius in futura solidari, quibus uidentur regnum Dei promittit in terra, ut hoc ab eis fidelius in caelo praesumatur. Quod si regnum Dei in hac sententia futuram in caelis beatitudinem uelimus accipere, & hoc quidam de astantibus non post multos dies in monte uiderunt, scilicet ut manentis gaudij contemplatione, tamen raptim delibata, modestius instantia seculi transeun-
ris aduersa tolerarent. Decentissimo sane uerbo sanctos mortem gustare testatur, a quibus nimirum mors corporis libando gustatur, uita animae possidendo tenetur.

HOMILIA ALIA DE VNO MAR-
TYRE. Lucae 14.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

Percontari libet, quomodo parentes & car-
naliter propinquos praecipimur odisse, qui
iubemur & inimicos diligere. Et certe de uxo-
re ueritas dicit: Quod Deus coniunxit, homo
non separet. Et Paulus ait: Viri, diligite uxores
uestras, sicut & Christus ecclesiam. Ecce disci-
pulus uxorem diligendam praecipit, cum magi-
ster dicat, Qui uxorem non odit, non potest
meus esse discipulus. Nunquid aliud iudex nu-
ciat, aliud praeco clamat? An simul & odisse
possumus & diligere? Si uim precepti perpen-
dimus, utrumque agere per discretionem uale-
mus: ut eos qui nobis carnis cognatione con-
iuncti sunt, & quo proximos nouimus, diliga-
mus, & quo aduersarios in uia Dei patimur, o-
diendo & fugiendo nesciamus. Vt autem Do-
minus demonstraret hoc erga proximos odiu
non de inaffectione procedere, sed de charita-
te, addidit protinus, dicens: Adhuc autem & a-
nimam suam. Tunc etenim bene animam no-
stram odimus, cum eius carnalibus desiderijs
non acquiescimus, cum eius appetitum frangi-
mus, eius uoluptatibus reluctamur. Quae ergo
contempta ad melius ducitur, quasi per odium
amatur. Sic sic nimirum exhibere proximis no-
stris odij discretionem debemus, ut in eis dili-
gamus quod sunt, & habeamus odio quod in
Dei nobis itinere obstitunt. Hoc ipsum uerbo a-
nimae odium qualiter exhiberi debeat, subden-
do ueritas manifestat, dicens:

Et qui non baiulat crucem suam, & uenit post me, non potest meus esse discipulus. Crux quippe a cruciatur dicitur. Et duobus modis crucem Domini baiulamus, unde aut per abstinentiam carnem af-

ficimus, aut per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus. Qui enim dolorem exhibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Sciendum uero est, quod sunt nonnulli qui carnis abstinentiam non pro Deo, sed pro inani gloria exhibent: & sunt plerique, qui compassionem proximo non spiritualiter, sed carnaliter impendunt, ut ei non ad uirtutem, sed quasi miserando ad culpas faueant. Hi itaque crucem quidem uidentur ferre, sed Dominum non sequuntur. Vnde & recte haec eadem ueritas dicit: Qui non baiulat crucem suam, & uenit post me, non potest meus esse discipulus. Baiulare etenim crucem, & post Dominum ire, est uel carnis abstinentiam uel compassionem proximo pro studio aeternae intentionis exhibere. Nam quisquis haec pro temporali intentione exhibet, crucem quidem baiulat, sed ire post Dominum recusat. Quia uero sublimia praepcepta data sunt, protinus comparatio aedificandae sublimitatis adiungitur, cum dicitur:

Quis enim ex uobis uolens turrim aedificare, nonne prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt si habet ad perficiendam? Omne quod agimus, praenire per studium considerationis debemus. Ecce enim iuxta ueritatis uocem, qui turrim aedificat, prius aedificij sumptus parat. Si igitur humilitatis turrim construere cupimus, prius nos preparare ad aduersa huius seculi debemus. Hoc enim inter terrenum & coeleste aedificium distat, quod terrenum aedificium expensas colligendo constructitur, coeleste autem aedificium expensas dispergendo. Ad illud sumptus facimus, si non habita colligamus: ad istud sumptus facimus, si & habita relinquamus. Considerandum uero quod dicitur,

Ne posteaquam posuerit fundamentum, & non poterit perficere, omnes qui uiderint, incipient illudere ei, dicens, Quia hic homo cepit aedificare, & non potuit consummare. Quia iuxta Pauli uocem, spectaculum facti sumus mundo, angelis & hominibus. Et in omne quod agimus, considerare occultos aduersarios nostros debemus, qui semper nostris operibus intendunt, semper ex nostro defectu gratulatur. quos propheta intuens, ait: Deus meus, in te confido, non erubescam, neque irrideant me inimici mei. In bonis enim operibus intenti, nisi contra malignos spiritus solliciti uigilemus, ipsos irrisores patimur, quos ad malum persuasores habemus. Sed quia de construendo aedificio comparatio data est, nunc ex minori ad maius similitudo subditur, ut ex rebus minimis maiora pensentur. nam sequitur:

Aut qui rex iturus committere bellum aduersum alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum uiginti milibus uenit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea quae pacis sunt. Rex contra regem ex aequo uenit ad praedium, & tamen si se perpendit non posse sufficere, legationem mittit, & ea quae pacis sunt postulat. Quibus ergo nos lachrymis sperare ueniam debemus, quae in illo tremendo examine cum rege nostro ex aequo ad iudicium non uenimus,

quos nimirum conditio, infirmitas, & causa inferiores exhibet. Sed fortasse iam mali operis culpas abscondimus, iam prava quaeque exterius declinauimus, nunquid ad reddendam rationem cogitationis nostrae sufficimus? Cum duplo ergo exercitu contra simplum uenit, qui nos uix in solo opere prae paratos simul de opere & cogitatione discutit. Et ideo dum adhuc longè est, legationem mittamus, rogemus ea quae pacis sunt. Longè enim esse dicitur, quia adhuc praesens per iudicium non uidetur. Mittamus legationem lachrymas nostras, mittamus misericordiae opera, mactemus in ara eius hostias placationis. Haec est nostra legatio, quae regem uenientem placat.

Sic ergo omnis ex uobis, qui non renunciat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. Manifestissime Dominus hac conclusione docet, quid sit aedificare turrim, uel cum rege fortiore facere pacem, suum uidelicet esse discipulum. Praeparare autem sumptus ad perficiendam turrim, & mittere legationem ad impetrandam pacem, non esse aliud quam renunciare omnibus quae possidemus. Inter quae omnia & amor proximorum, de quo praedictum est, & ipsa anima nostra, quae quidam pro temporali hac uita dictam putant, intelligatur necesse est: quam sic possidere ad tempus oportet, ut non nos impediatur ab aeterna, si quis eam fuerit auferre minatus. Distat sane inter renunciare omnibus, & relinquere omnia. Paucorum enim perfectiorumque est relinquere omnia, curas mundi postponere, solis desiderijs aeternis inhare. Cunctorum autem fidelium est renunciare omnibus quae possident, hoc est sic tenere quae mundi sunt, ut tamen per ea non teneantur in mundo, habere rem temporalem in usu, aeternam in desiderio, sic terrena gerere, ut tamen tota mente ad caelestia tendant.

DE CONFESSORIBVS HOMILIAE. LUCAE 11. MATTH. 5. MARCI 4.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen uideant. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

De se ipso Dominus haec loquitur ostendens, et si supra dixerit nullum generationi nequam, nisi signum Ionae dandum, nequaquam tamen lucis suae claritatem fidelibus occultandam. Ipse quippe lucernam accendit, qui testam humanam naturae flamma suae diuinitatis impleuit: quam profectio lucernam nec credentibus abscondere, nec modio supponere, hoc est, sub mensura legis includere, uel intra unius Iudaeae gentis terminos uoluit cohibere.

Sed supra candelabrum, inquit, ut qui ingrediuntur, lumen uideant. Candelabrum ecclesiam dicit, cui lucernam superposuit, quia nostris in frontibus fidem suae incarnationis affixit, ut qui ecclesiam

fideliter ingredi uoluerint, lumen ueritatis palam queant intueri. Qua sententia Iudaeorum quoque proceres condemnat, qui signa quaerentes exterius, apertam lucis ianuam uoluerint intrare credendo. Denique praecipit ne operam tantummodo, sed & cogitationes, & ipsas etiam cordis intentiones mundare & castigare meminerint. nam sequitur:

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Corpus quippe dicit opera quae palam cunctis apparent: seculum uero ipsam mentis intentionem, qua operatur, & de cuius merito eadem opera lucis an tenebrarum sint opera, discernuntur, sicut ipse consequenter exposuit, dicens:

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Si, inquit, pura rectaque intentione quae potest agere, bona studueris, lucis profectio sunt opera quae facis, etiam si coram hominibus imperfectionis aliquid habere uideantur. Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt sancti. Si autem peruersa est intentio quae praecedit, prauum est omne opus quod sequitur, quauis rectum esse uideatur.

Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebrae sint. Hoc est, ne ipsa cordis intentio quae lumen est animae, uitiorum caligine fuscetur, sedula discretionem perpende. Iuxta quod alibi praecipitur: *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso uirta procedit.*

Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Totum corpus nostrum, omnia nostra opera dicit, quia & Apostolus membra nostra nuncupat quaedam opera quae improbatur, & mortificanda praecipit, dicens: *Mortificate ergo membra uestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, & caetera talia.* Si igitur ipse bonum bona intentione patraueris, non habens in tua conscientia aliquam partem tenebrae cogitationis, etiam si contigerit aliquem proximorum tua bona actione noceri, uerbi gratia, aut de pecunia quam a te indigens & petens acceperat, facere uel pati aliquid mali: aut de uerbo exhortationis, quo errantem corrigere uolebas forte perniciosius errare, tu tamen pro tuo simpliciter & lucido corde, & hic & in futuro lucis gratia donaberis.

HOMILIA ALIA DE CONFESSORIBVS. LUCAE 12. MATTH. 24. MARCI 13.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Sicut lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Quia multos ostenderat Dominus uel in totum seculo subditos, uel secularis intuitu com-

Rom. 8.

Proverb. 4.

Coloss. 3.

tu commodi Domino seruientes, pulchrè breui terq; suos docet & liberos præcingere, propter continentiam ab amore rerum secularium: & lucernas ardentes habere, ut hoc ipsum uero sine & recta intentione faciant. Aliter lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus: lucernas autem ardentes in manibus tenemus, cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest, si aut is qui bona agit, adhuc luxuriæ inquinamenta non deserit, aut is qui castitate præminet, necdum se per bona opera exercet. Sed & si utrunq; agitur, restat ut quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, nequaquam se à uitis pro mundi huius honestate contineat, sed totam spem in redemptoris sui aduentu constituat. unde & protinus subdit:

Et uos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis. Ad nuptias quippe Dominus abiit, quia resurgens à mortuis, ascendens in cælum, supernam sibi angelorum multitudinem nouus homo copulauit: qui tunc reuertitur, cum nobis iam per iudicium manifestatur. Bene autem de seruis expectantibus subditur:

Ut cum uenerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. Venit quippe, cum ad iudicium properat: pulsatur uero, cum iam per ægritudinis molestias esse mortem uicinam designat. Cui confestim aperimus, si hunc cum amore suscipimus. Aperire etenim iudici pulsanti non uult, qui exire de corpore trepidat, & uidere eum quem contempnisset se meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia lætus iudicem sustinet: & cum tempus propinquæ mortis agnouerit, de gloria retributionis hilarescit. unde & protinus subditur:

Beati serui illi, quos cum uenerit Dominus, inuenit uigilantes. Vigilat, qui ad aspectum ueri luminis mentis oculos apertos tenet. Vigilat, qui seruat operando quod credit. Vigilat, qui se torporis & negligentiae tenebras repellit. Hinc etenim Paulus dicit: Euigilate iusti, & nolite peccare. Hinc rursus ait: Hora est iam nos de somno surgere. Sed ueniens Dominus quid uigilantibus seruis exhibeat, audiamus.

Amen dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Præcingit se, id est, ad retributionem præparat: facit illos discumbere, id est, aeterna quiete refoueri. Discumbere quippe nostrum, in regno quiescere est. Unde rursum Dominus dicit: Venient & recumbent cum Abraham, & Isaac & Iacob. Transiens autem Dominus ministrat, quia lucis suæ illustratione nos satiat. Transit uero dictum est, de iudicio ad regnum redit. Vel certe Dominus nobis post iudicium transit, quia ab humanitatis forma in diuinitatis suæ contemplationem nos eleuat. Et transire eius est in claritatis suæ speculationem nos ducere, cum eum quem in humanitate in iudicio cernimus, etiam in diuinitate post iudicium uidemus.

Et si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenit, beati sunt serui illi. Prima uigilia præmauum tempus est, id est, pueritia. Secunda adolescentia uel iuuentus: quæ autoritate sacri eloquii unum sunt dicentis: Lætare iuuenis in adolescentia tua. Tertia autem, senectus accipitur. Qui ergo uigilare in prima uigilia noluist, custodiat uel secundam: ut qui conuerti à prauitatibus suis in pueritia neglexit, ad uias uite saltem in tempore iuuentutis euigilet. Et qui uigilare in secunda uigilia noluist, tertiæ uigiliæ remedia non amittat: ut qui & in iuuentute ad uias uite non euigilat, saltem in senectute respiscat. Ad excutiendam uero mentis nostre desidiam, etiam exteriora damna per similitudinem deducuntur, ut per hæc animus ad suam custodiam suscitetur. nam dicitur:

Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur ueniret, uigilaret utiq; & non sineret perfodi domum suam. Ex qua præmissa similitudine etiam exhortatio subinfertur, cum dicitur:

Et uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Nesciente enim patre familias fur domum perfodit, quia dum à sui custodia spiritus dormit, improuisa mors ueniens carnis nostræ habitaculum irrupit: & eum quem Dominum domus inuenit dormientem, necat: quia cum uentura damna spiritus minime præuidet, hæc mors ad supplicium nescientem rapit. Furi autem resisteret, si uigilaret: quia aduentum iudicis qui occultè animam rapit præcauens, et penitendo occurreret, ne impoenitus periret. Horam uero ultimam Dominus noster idcirco nobis uoluit esse incognitam, ut semper possit esse suspecta, ut dum illam præuidere non possumus, ad illam sine intermissione præparemur.

Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, ait & ad omnes. Duo quidem Dominus promissa parabola monuerat: & se uidelicet subito uenturum, & illos eum paratos expectare debere: sed de quo horum, an de utroq; Petrus interrogauerit, quis se sibi socijs suis comparauerit, cum ait: Ad nos dicis, an & ad omnes non facile patet. Et quidem in eo quod ait, Nos & omnes, non alios quam uel apostolos apostolorumq; similes, & cæteros fideles: uel eos, qui uitam morientes, quotidie sui iudicis aduentum uolentes nolentesq; suscipiunt, & eos qui ueniēte uniuersali iudicio uiui sunt in carne reperti, significare putandus est. Sed mirum si beatus Petrus dubitauit, uel omnibus quæ uelint sobriè & iuste, & pie uiuendum, expectantibus beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei, qui uult omnes homines saluos fieri: uel inopinatum & singulorum, & omnium, & magnorum & pusillorum, & fidelium & infidelium futurum esse iudicium. Vnde restat intelligi his iam bene cognitis, ea magis quæ nescire forte poterat qualiter digna duxisse, uidelicet si sublimia illa uite cœlestis instituta, quibus possessa uendere, sacculos qui non ueterascerent facere, thesaurum cœlo cõdere, lumbis præcingentis, lucernisq; ardentibus uigilare, & Dominum expectare

Ecclesiast.

2. Cor. 13.
Rom. 13.

Matth. 3.

Titum 2.
1. Tim. 2.

pectare praeceperat, ad apostolos solū similesq; illorum, an & ad omnes qui saluandi sunt pertineant. Qui sensus esse querentis ex ipsa, ni fallor, Domini responsione declaratur.

Dixit autem Dominus: Quis putas est fidelis dispensator et prudens, quē constituit Dominus super familiā suā?] Respon-
dēs ad interrogata Saluator, primò docet iudiciū cunctis adfuturū, singulosq; iuxta meritū operis ac sensus sui capacitatem, prima uel tormenta nacturos. Deinde quod maxime quaesierat, gratiā uirtutū quam mundo attulerit, à singulis quantū possint, ostēdit esse sectandā. Ignē inquit, ueni mittere in terrā, & quid uolo nisi ut accendatur? Sanē quod ait, Quis putas est, difficultatem non impossibilitatē perficiendae uirtutis insinuat, quomodo Psalmista, Quis sapiēs, & custodiet hæc; non neminem, sed rarū significat. Nam alibi idem uerbum non pro difficili, sed pro impossibili posuit. Deus quis similis erit tibi? id est nullus. Tu enim solus altissimus super omnem terram.

Ut det illis in tempore tritici mensuram.] Per mensurā tritici exprimitur modus uerbi. Alta etē queque debent multis audientibus contēgi, & uix paucis aperiri, ne cū angusto cordi incapabile aliquid tribuitur, extra fundatur. Hinc Moyses à secreto Dei extens, coruscantem faciem corā populo uelat, quia nimirū turbis claritatis intīmæ arcana non indicat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, ut & ad sua singulis congruat, & tamen à communis ædificationis arte nunquam recedat.

Beatus ille seruus, quē cū uenerit Dominus, inuenerit ita factē. Verē dico uobis, quia super omnia quæ possidet, constituet eū.] Quanta inter bonos auditores & bonos doctores meritorum distantia, tanta est & premiorū. Hos enim adueniens cum uigilantes inuenerit, faciet discumbere, & transiens ministrabit eis. Illos autē cum uerbi annonam familiæ sibi creditæ, fideliter prudēt etq; dispensantes inuenerit, supra omnia quæ possidet, constituet: id est, supra omnia cœlestis regni gaudia, nō utiq; ut horum soli Dominum teneant, sed ut eorum abundantius cæteris sanctis æterna possessione fruatur. Qui enim docti fuerint, fulgebūt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiā erudunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et Apostolus ait: Qui bene præfunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina.

Quod si dixerit seruus ille in corde suo, Moram facit Dominus meus uenire, et coeperit percutere pueros et ancillas, et edere, et bibere, et inebriari.] Sicut in uno fidelis disceptatore totus honorum rectorum quomodo uel uiuat, uel remuneretur ordo docetur: sic & in hoc nequissimo seruo cunctorum præsulū malorum damnandū pariter opus, & dānatio narrantur æterna: qui neglecto Domini timore, nō modo ipsi luxuriæ uacant, sed & subditos iniurijs stimulant. Quamuis & typicē possit intelligi pueros & ancillas percutere corda infirmorum, nec adhuc fide, spe & charitate solidatorum, ostēso præuæ operationis aut locutionis

exemplo uitare. Edere autē, bibere & inebriari, cunctis facinoribus & seculi illecebris quæ mentem dementent, & errare faciunt occupari. Nota sanē inter uitia serui mali adscriptum, quod tardum sui Domini reditū putauerit: non autem inter boni uirtutes adnumeratum, quod hunc citum sperauerit, sed tantum quod ad iustionem Domini quancūq; uenturi, conseruis in tempore tritici mensuram dederit, hoc est, uel sermonis diuini, uel exempli sui regulā monstrauerit. Quinetiam quosdam bonos seruos legimus ab Apostolo castigatos: quod trementes atq; anxij crederēt instare diem Domini, quem ipse inopinatum promiserit esse uenturum. Vnde optimum esse probatur, quanquā magnopere si liceat, cupiamus scire quando ueniat desideratus cunctis gentibus: equanimiter tamen nos scire quæ scire non liceat, tantum in exemplum boni serui siue propē seu procul sit, paratos expectare, & diligere aduentum eius.

Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, et hora qua nescit, et diuidet eum, partemq; eius cū infidelibus ponet.] Diuidet eum non gladio defecando, sed à fidelium consortio segregando: & eis qui nunquā uel ad fidem pertinuerant sociando, quia qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infidelis deterior, ut Apostolus ait.

Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem Domini sui, et non preparauit, et non fecit secundum uoluntatem eius, uapulabit multis.] Multi hanc sententiā male intelligentes, nolunt scire quid faciāt, & quasi minus se uapulatos existimant, si nesciant quid operari debuerant. Sed aliud est nescisse, aliud est scire noluisse. Nescit nanq; qui apprehendere uolet, & non ualeat: qui autem ut nesciat aurem à uoce ueritatis auertit, iste non nesciens, sed contempitor addicitur.

Qui autē non cognouit, et fecit digna plagis, uapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum queretur ab eo: et cui commendauerunt multum, plus petunt ab eo.] Quare postquam dixit, Cui multum datū est, adiecit: Et cui commendauerunt multum: subaudis diuina iudicia. Nisi forte per hoc utrūq; fidelium ordinem, & rectorum uidelicet & subditorum, uoluit intimare: quia multum sæpe datur etiam quibusq; priuatis, quibus & cognitio Domini-cæ uoluntatis, & exequendū quæ cognoscunt, facultas impenditur. Multum autem commendatur ei, cui cum sua salute Dominici quoq; gre-gis pascendū cura committitur. Itaq; potentes potenter tormēta patiuntur, & fortioribus fortior instat cruciatio, hoc est, maiori gratia donatos, si deliquerint, maior uindicta sequitur. Mitissima autem omni poena erit eorum, qui præter peccatū quod originale traxerunt, nullum insuper addiderunt: & in cæteris qui addiderunt, tanto quisque ibi tolerabiliorem

habebit damnationem, quanto hic minore habuerit iniquitatem,

HOMILIA ALIA DE CONFES-
sionibus. Marc. 10. Matt. 19. Luc. 18.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Facilius est camelum
per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum
Dei. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIOE.

Si facilius est camelum ingentibus membris
enormem angustum foramen acus penetra-
re, quam diuitem intrare in regnum Dei, nullus
ergo diues intrabit in regnum Dei. Et quomo-
do uel in Euangelio Matthæus, Zachæus & Io-
seph, uel in ueteri testamento qui plurimi diui-
tes intrauerunt in regnum Dei. Nisi forte quia
diuitias uel pro nihilo habere, uel ex toto corde
relinquere Domino inspirante didicerunt. Nū-
quid enim Dauid in regni diuitijs confidebat
qui & de semetipso canit: Quoniam unicus &
pauper sum ego. Et alios hortatur: Diuitie si as-
fluant, nolite cor apponere. Credo. nō ausus est
dicere, Nolite suscipere. Nunquid Abrahā Do-
mino substantiam prætulisse credibile est, pro
quo unicum ferire non dubitauit heredem. Al-
tiore autem sensu facilius est Christū pati pro
dilectoribus seculi, quam dilectores seculi ad
Christum posse conuerti. Cameli enim nomi-
ne se intelligi uoluit, qui sponte humilitatis in-
firmitatis nostrę onera sustulit. In quo enim ma-
nifestius intelligitur, quam in ipso quod scriptū
est, Quanto magnus es, humiliā te in omnibus.
Per acum autē punctiones significat, per pun-
ctiones dolores in passione susceptos. Foramē
ergo acus dicit angustias passionis, qua scissa
nostrę quasi uestimenta naturę quodammodo
refarcire, id est, recuperare dignatus est, quate-
nus post lapsum melius reformati, gaudeamus
ad testimoniu[m] Apostoli dicentis: Quicūq; enim
in Christo baptizati estis, Christum induistis.

Qui magis admirabatur, dicentes ad semetipsos: Et quis po-
test saluus fieri? Quod pertinet ista responsio, cum
incomparabiliter maior sit turba pauperum,
quę diuitibus perditis potuerit saluari, nisi quia
intellexerunt cunctos qui diuitias amant, etiā si
adipisci nequeant, in diuitū numero deputari.
Et intuens illos Iesus, ait: Apud homines impossibile est, sed
non apud Deum. Omnia enim possibilia sunt apud Deū. Nō
ita accipiendum est, quod cupidi & superbi qui
nomine illius diuitis significati sunt, in regnum
celorum sint intraturi cum suis cupiditibus
& superbiā: sed possibile est Deo, ut per uerbū
eius, sicut etiam factum esse, & quotidie fieri ui-
demus, a cupiditate temporalium, ad charita-
tem æternorum, & a pernicioſa superbiā ad hu-
militatem saluberrimam conuertantur.

Cœpit Petrus ei dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti
sumus te. Grandis fiducia, Petrus piscator erat,
diues non fuerat, cibos manu & arte quærebat,
& tamen loquitur confidenter, Dimisimus om-
nia. Et quia non sufficit tantum dimittere, iun-
git quod perfectum est, Et secuti sumus te, feci-

mus quod iussisti, quid ergo nobis dabis præmijs?

Respondens Iesus, ait: Amen dico uobis, nemo est qui relique-
rit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut
filios, aut agros, propter me & propter Euangelium, qui nō ac-
cipiat centies tantum, nunc in tempore hoc domos, & fratres, &
sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, &
in seculo futuro uitam æternam. Quidam ex occasio-

ne huiuscemodi sententię Iudaicam mille an-
norum fabulam post resurrectionem iustorum
dogmatizant, quando omnia quę propter Deū
dimisimus, multiplici nobis sint scenore reddē-
da, insuper & uita æterna donanda. Nec uident
inepti, quod et si in cæteris digna sit repromis-
sio, in uxoribus tamen iuxta alios euangelistas
centenis appareat turpitudō: præsertim cum
Dominus & in resurrectione nubendum non
esse testetur, & ea quę dimissa fuerint, propter
se recipienda in hoc tempore cum persecutio-
nibus asseueret. Quas utique persecutiones illi
Christiastę, sicut & cætera quoque contraria mil-
le annis suis omnimodis abesse confirmāt. Sen-
sus ergo iste est: Qui propter euangelium Chri-
sti carnalia reliquerit, spiritalia bona recipiet,
quę comparatione & merito sua ita erūt, quasi
paruo numero centenarius numerus compare-
tur. Quia nimirum a fratribus atq; confortibus
propositi sūt, qui ei spiritali glutino colligantur,
multo gratiorem etiam in hac uita recipiet cha-
ritatem. Lege actus apostolorum, quod multi-
tudinis credentium erat cor unum, & anima u-
na, & erant illis omnia communia: nullusq; e-
gens erat inter eos qui sua Domino reliquerāt.
de quibus & Apostolus ait: Tanquam nihil ha-
bentes, & omnia possidentes. Potest sanē hoc
quod ait, Accipiet centies tantum, nunc in tem-
pore hoc domos, & fratres, & sorores, & ma-
tres, & filios, & agros, cū persecutionibus, per
significationem altius intelligi. Centenarius
quippe numerus de læua translatus in dexte-
ram, licet eandem in flexu digitorum uideatur
tenere figuram, quam habuerat denarius in læ-
ua, nimirum tamē quantitatis magnitudine sua
percreuit. Quia uidelicet omnes qui propter
regnum Dei temporalia spernunt, etiam in hac
uita persecutionibus plenissima eiusdem regni
gaudium fide certa degustant, atq; in expecta-
tione patrię cœlestis, quę iure in dextera signi-
ficatur, omni pariter electorum sincerissima di-
lectione fruuntur. Verum quia multi uirtutū stu-
dia nō eadem qua incipiūt intentione pieratis
cōsumunt, sed uel accepto uirtutū amore repe-
scūt, uel ex integro ad scelera uolubra rela-
buntur, terribilis mox sententia subinfertur.

Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Vide enim Iudam de Apostolo in apostatam
uersum, & dicit quod multi erunt primi nou-
uissimi. Vide latronem in cruce factum con-
fessorem, eodemq; die quo pro suis crucifixus
est peccatis gratia fidei cum Christo in paradiso
gaudentem, & dicit quod & nouissimi er-
runt primi. Sed & quotidie uidemus multos
in laico habitu constitutos, magnis uitæ meri-
tis excellere, & alios a prima ætate spiritali stu-
diis

Lucæ 5.
Lucæ 19.
Matth. 27.

Psal. 24.
Psal. 61.

Gen. 22.

Ecclesiast. 3.

Gal. 3.

Matth. 23.

Act. 4.

2. Cor. 6.

Ioan. 8.

Lucæ 13.

dio feruentes, ad extremum ocio torpente la-
cessere, atque inerti stultitia, quod spiritu coepe-
rant, carne consummare.

HOMILIA ALIA DE CON-
fessoribus. Marci 13. Matthaei
24. Lucae 12.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Videte, uigilate et
orate, nescitis enim quando tempus sit. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

Perspiciuē ostendit Dominus, quare dixerit,
De die autem illo, uel hora nemo scit, neque
angeli in caelo, neque filius, neque pater: quia non
expediat scire apostolis, ut pendule expectatio-
nis incerti semper eum credant esse uenturum,
quem ignorant quando uenturus sit. Et non di-
xit, Quia nescimus qua hora Dominus uentur-
us sit: sed, Nescitis. Praemissosque patrisfamilias
exemplo, cur reticeat consummationis die, ma-
nifestius docet, dicens:

Vigilate ergo, nescitis enim quando Dominus domus ueniat,
sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cum uenerit, re-
pentē inueniat uos dormientes.] Homo autē qui pere-
gre profectus, reliquit domum suam, haud du-
bium quoniam Christus sit, qui ad patrem post
resurrectionem uictor ascendens, ecclesiam cor-
poraliter reliquit, quam tamen nunquam diui-
nae praesidio praesentiae destituit, manens in illa
omnibus diebus usque ad consummationem seculi.
Carnis etenim locus propriae terra est, quae
uelut ad peregrina ducta est, cum per redempto-
rem nostrum est in caelo collocata. Dedit autē
seruis suis potestatem eiusque operis, quia fide-
libus suis concessa sancti spiritus gratia, faculta-
tem tribuit bonis operibus seruiendi. Ianitori
quoque praecipit ut uigilaret, quia ordini pasto-
rum ac rectorum spiritualium, commissae sibi ec-
clesiae curam solerti obseruatio iubet impendere.

Quod autem uobis dico, omnibus dico, uigilate.] Non a-
postoli tantum & successores eorum, rectores
nimirum ecclesiae, sed & omnes uigilare praeci-
pimur. Vniuersi ianuas cordium nostrorum,
ne hostis antiquus mala suggerendo irumpat,
instanter seruare iubemur: ne nos dormientes
Dominus ueniens inueniat, sedulo singuli pre-
cauere debemus. Vnusquisque enim pro se red-
det rationem Deo. Vigilat autem, qui ad aspe-
ctum ueri luminis mentis oculos apertos tenet:
uigilat, qui seruat operando quod credit: uigi-
lat, qui a se torporis & negligentiae tenebras re-
pellit. Hinc etenim Paulus dicit: Euigilate ius-
ti, & nolite peccare. Hinc rursus ait: Hora est
iam nos de somno surgere.

2. Cor. 15.
Rom. 13.

IN DEDICATIONE ALTA-
rium. Lucae 6. Matth. 7.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Non est arbor bona
quae facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum.

num. Vnaquaeque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque
enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo uindemiant u-
uam. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA-
DEM LECTIONE.

Quia propitia diuinitate, fratres charissi-
mi, solennia dedicationis ecclesiae celebra-
mus, debemus ipsi congruere solennitati, quam
colimus: ut sicut ornatis studiosius eiusdem ec-
clesiae parietibus, pluribus accensis luminari-
bus, amplificato numero lectionum, addita psal-
morum melodia, laetis noctem uigilijs ex more
transegimus, ita etiam penetrata cordium nos-
trorum semper necessarijs bonorum operum de-
coremus ornatibus. Semper in nobis flamma
diuinæ pariter & fraternæ charitatis augetur,
semper in sanctuario pectoris nostri caelestium
memoriae praecceptorum, & angelicæ modulatio-
nis dulcedo sancta resonet. Hi sunt enim fru-
ctus bonæ arboris, hic boni thesaurus cordis,
hæc fundamenta sapientis architecti, quæ nobis
hodierna sancti euangelij lectio commendat, nos
non formam solummodo, sed uirtutem potius
habere pietatis. Quod etiam mystica ueteris in-
strumētum nobis historia diligenter insinuat, quan-
do uel Moyses tabernaculum, uel templum Do-
mino Salomon, in sanctæ ecclesie typum condi-
dit. Vtraque enim domus firmiter fundata esse
refertur: tabernaculum quidem, quia compo-
situs de tabulis habebat parietes, super bases ar-
genteas: templum autē super lapides quadros
suppositos. Ligna quoque erant impuribilia, e
quis & tabernaculum omne factum, & templum
intus ornatum, ac desuper tectum fulgebat. Au-
rum etiam de thesauro bono optimum profere-
batur, de quo & tabernaculi parietes intus &
foris uestiti, & templi non tantum parietes, ue-
rum etiam laquearia, trabes, ostia, postes & pa-
uimenta erant cooperta. Sed & uasa uel utensi-
lia domus utriusque cuncta penè aurea, neque hæc
nisi de auro purissimo fieri licebat. Fructus etiã
arborum qui in domum Domini offerebantur,
purissimi & exquisiti esse iubebantur: hoc est
uitis, oliuæ, thuris, uel stactes, & ceterarum hu-
iusmodi. Quæ uidelicet cuncta spiritualiter intel-
lecta, ueram nostræ fidei & operationis sinceri-
tatem denunciant. Domus namque utraque, ut dixi-
mus, uniuersalis ecclesie figuram premonstrat.
Neque incongruum quis arbitretur, quod duæ
sunt domus Domini in mysterio factæ, cum u-
nam Christi domum esse ecclesiam nullus fide-
lis ambigat. Duæ etenim sunt conditæ domus
ob significationem utriusque populi, in eandem
fidem uenturi, Iudæi scilicet & gentilis. Vnde
bene tabernaculum sola plebs Hebræa condi-
dit in eremo, templi autem structuram profely-
ri, id est, aduenæ de gentibus quotquot in popu-
lo Israël tunc inueniri poterant, deuota fide con-
pleuerunt. Sed & rex potentissimus Tyri con-
ductus à Salomone, commodatis artificibus &
lignis gratantissimè iuuit, quia nimirum ante
incarnatam

Exod. 26.
3. Reg. 6. 7.

Num. 18.

3. Reg. 1.

Psal. 75. incarnationem Dominicam notus tantum in Iudæa erat Deus. At postquã ille in ea qua natus & passus est carne, resuscitatus à mortuis, & exaltatus est super cœlos Deus, cõtinuò super omnem terrã nominis eius gloria refullit, orbisq; uniuersus ad ædificationem domus illius, accepta ab eo promissione donorum cœlestium gaudens accurrit. Quid ergo ipse conditor & redemptor noster de constructione sue domus, qua nos sumus, in ea qua nobis modò recitata est lectiõe S. euãgelij dicat, audiamus.

Non est arbor bona, quæ facit fructus malos; neq; arbor mala faciens fructum bonum.] Bonas ergo arbores, & bonos harum fructus in constructionem sui templi rex sapiens querit. At uerò malæ arboris quis sit finis, idem alibi docet, dicens: Omnis arbor,

Matth. 3. quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Arbores namq; homines, fructus autem dicit opera ipsorum. Vultis etenim nosse, qui sint arbores malæ, qui mali fructus?

Galat. 5. Apostolus docet, dicens: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorũ seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, hæreses, inuidia, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Vultis audire an arbores, quæ tales fructus faciunt, ad gærni regis templum cœlestis pertineant? Subiungit Apostolus, dicens: Quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Bonæ quoq; arboris fructus subsequenter enumerat, dicens: Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, benignitas, fides, mansuetudo, continentia, de quibus & aliàs admonens, ait: Ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate. Qui nimirum fructus cum arboribus è quibus prodeunt, & hic ad domum fidei, & illic ad habitationem supernæ beatitudinis ueraciter pertinet. Audiamus deniq; arborem bonam de bonorum fructuum prouentu lætantem: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei mei in æternum, & in seculum seculi. Fructus quippe oliuæ lucidum est opus misericordia, & ideo iure in misericordia Dei sperat in templo æternitatis, qui in domo Dei præsentis misericordia gratia respundet. Iure se talis ad templum magni regis pertinere confidens, alibi dicit: Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus uitæ meæ, ut inhabitem in domo Domini in longitudine dierum. At contra mala arbor uideamus quales fructus ferat, & tales ferre ipsi uitemus. Dicit propheta Hieremias: Maledictus homo qui cõfidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto. Myrica namq; est infructuosa arbor & humilis, gustu nimis amara, omni que humana cultura prorsus indigna, ac propterea fructificans in deserto. Cui meritò comparatur is qui à diuino timore & amore recedens, ab hominibus regnũ uel diuitias sperat. Qui quantum à decore do-

Bedæ tom. 7.

mus Dei sit extorris iudicandus, propheta subdendo manifestat: Et non uidebit cum uenerit bonum, sed habitabit in deserto in siccitate, in terra sanguinis & inhabitabili. Nemo ergo sibi, fratres mei, in occulto male uiuens, de fauore tulgit quasi bonus sit, blandiatur: quia etsi folia uerborum perpulchra, si florem fame gignit odoriferum, non est arbor bona, quæ facit fructus malos. Nemo cum recto corde bona, quæ ualeat operatur, de sua salute desperet: quia nõ est arbor mala, quæ facit fructum bonum.

Vnaqueq; enim arbor de fructu suo cognoscitur.] Hæc cognitio de apertis solũmodo uitijs siue uirtutibus accipienda est, qualia superior ex Apostoli sententia cõmemorauimus. Namq; sunt nonnulla, quæ quo animo gerantur, ignorantur à proximis, unde & in utranq; partem possunt interpretari. Sed ambigua quæq; iustius ab his, qui diligunt interpretantur in bonum, ut impleatur illud Apostoli: Nolite ante tempus iudicare.

Neq; enim de spinis colligunt ficus, neq; de rubo uindemiunt uuam.] Spinæ & rubus plenæ aculeis arbores, illorum corda designant, qui uel luxuriæ, inuidiæ, concupiscentiæ stimulis ipsi scædantur, uel certe iracundiæ, detractionis, odij, superbiæ, & amaritudinis asperitatibus insuaues proximis & quasi intractabiles existunt. Ficus autem dulcè regni cœlestis memoriam, uua fragrantia Domini cõditionis significat. Non ergo de spinis colligunt ficus, neq; de rubo uindemiunt uua: quia quicumq; adhuc uitiorum aculeis sordet, exempla uel doctrinam uirtutũ ministrare proximis nequaquam dignè præualent.

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro cordis sui profert malũ.] Thesaurus cordis, intentio est cogitationis, ex qua prouentu operis internus arbiter indicat. Unde fit plerumq; ut minora bona nonnulli maiori cœlestis gratiæ mercede operentur, uidelicet propter intentionem cordis qua maiora uoluerant patrare bona si possent, & alij maiora uirtutum opera ostentantes, ob incuriã cordis tepidã minora à Domino præmia fortiantur. Deniq; opus uidua, quæ duos nummos detulit ad templum, innumeris diuitum denarijs ab interno cordium scrutatore præfertur.

Ex abundantia enim cordis os loquitur.] Humanum quippe iudicium sæpè fallit, quia cor proximi nescit nisi ex ore & opere pensare: Dominus autem ipsum opus & sermones ex cordis radice perpendit. Illius ergo ex abundantia cordis os loquitur, qui ex qua inentione promatur uerba, nõ ignorat. Quod etiã subsequenter astruit, manifestè ostendens, quia locutio bona absque operum attestatione nihil omnino proffit.

Quid autem uocatis me Domine Domine, & nõ facitis quia dico?] Dominum namq; uocare boni donum thesauri, bonæ uidetur esse fructus arboris. Omnis enim quicumq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Sed si is qui inuocat nomen Domini, præceptis Domini peruersè uiuendo repugnat, profectò patet quia de bono cordis thesauro prolatum non fuit bonum, quod lingua sonuit: nec

I talem

Ibidem.

1. Cor. 4.

Ibidem.

Mar. 12.

Luc. 21.

Iohel. 2.

talem fructum cōfessionis sicut radix, sed spinæ, hoc est, horrida uitij, & non multitudine Dominiæ dulcedinis onusta conscientia procreauit. Quæ autem sit uera fructuum bonorum malorumq; discretio, Dominus sub alia figura subdendo designat:

Omnis qui uenit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendat uobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domum.] Homo autem hic domum ædificans, ipse est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dilectam sibi domum sanctam uidelicet ecclesiam, in qua perpetuo maneret, ædificare & consecrare dignatus est.

Qui fodit in altu, posuit fundamenta supra petra.] Quia in corde suorum fidelium quicquid terrenæ intentionis inuenit, funditus extirpare studuit, quatenus eiectionis prisca consuetudinis rudibus, ac cogitationibus superfluis, stabilē in eis ipse & inconcussam possit habere mationem. Ipse est enim petra, supra quam huiusmodi domus fundamenta collocauit. Nam sicut in domo ædificanda nil petrae, cui fundamentum imponatur, antefertur: ita sancta ecclesia petra suā, uidelicet Christum, imo habet in corde reconditam: neq; aliquid fidei illius ac dilectioni preponit, adeo ut pro hac etiam mortem pati non dubitet: cui nimirum petrae princeps ecclesiae, quia firmissime inhæsit, ab ea nomen accepit, quādo audiuit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Matth. 16.

Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & nō potuit eam mouere: fundata enim erat supra petram.] Patet expositio, quia pulsata est sæpe pressuris ecclesiae, nec deiecta. Quod si qui credentium male uitæ cesserunt, ad hanc utiq; domum non pertinebant: quia si supra petram fidei, & nō potius super arenam perfidie uel leuitatis fundati consistissent, labefactari prorsus nunquam ualerēt. Notandum autem, quod hæc inundatio temptationum tribus modis ecclesiam impugnat. Nam uel à sua concupiscentia tentatur quisq; abstractus & illeclus, uel falsorum fratrum improbitate fatigatur, uel aptioribus externorū appetitur inuidijs. Quæ uidelicet tentamenta Dominus alibi portas inferi nūcupat, & merito: quia nimirum si uicerint, in æternum trahunt interitum. Et super hanc petram, inquit, ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et si ergo pulsant, non tamen dericiunt ecclesiam Christi portæ diaboli: etsi irruit tētatio perfidiae, non subruit domum fidei. Quæ enim adiutori suo ueraciter dicere potest, Dum anxietur cor meum, in petra exaltasti me: non debellatur ab extraneis, quia rabiem persequentium infidelium cum corona martyrii patiendo superat: non corrumpitur à fallis fratribus, quia hæreticorum dogmata recte credendo refutat, & uitiosa quorundam catholicorum exempla sobrie & iuste, & piè uiuēdo deuitat: non obcæcatur fumo propriæ cupiditatis, quia feruet interius solo ardore Dominiæ charitatis. Huic autem homini, id est, redemptori nostro, qui ecclesiam sibi uniuersalem in-

Matth. 16.

Ibidem.

Psal. 60.

uincibili mentis fortitudine copulauit, pro modo suo quicq; simulantur electi, quādo quod ipse in tota ecclesia generaliter facit, hoc illi in suis singuli cordibus agere specialiter curāt. Nam quasi in altum fodiendo, suam uigilanter conscientiam discutiunt: ne quid in ea sordidum lateat, solerter inquirunt: cunctas à fundo cordis superuacuoꝝ cogitatum latebras, manu fedula discretionis exhauriūt, quatenus in se firmā quietamq; fidem petrae illi fortissimæ, hoc est, Christo præparēt: sicq; ut per eius presentiam insuperabiles inter seculi torrentis aduersa & prospera blandientis perdurent. Hæc adiuuante Domino, fratres charissimi, de euangelicæ lectionis expositione transcurrimus: sed uidetur congruum solennitati quam colimus, de edificatione templi aliqua commemorare, & quā decenter ornatus illius ecclesiae significationi conueniat, indagare. Narrat ergo sacra scriptura, quia præceperit Salomon, ut tollerēt lapides grandes, lapides preciosos in fundamentū templi, & quadrarent eos. Lapides autem grandes & preciosi, qui in fundamentū locati, totū onus templi sibi superimpositū portant, eximios sanctæ ecclesiae doctores insinuant, grandes nimirum excellentia meritorum, preciosos claritate signorum, quæ ab ipso Domino uerbum audiētes totam ecclesiae crescentis fabricam sua prædicatione genuerunt. Quando enim in scripturis fundamenta plurali numero dicuntur, uel prædicatores sanctos, uel firmas iustorū cogitationes significāt. Vnde est illud Psalmistæ: Fundamenta eius in montibus sanctis. At cum singulari numero fundamentum ponitur, ipsum sapius auctorem honorū omnium indicat, de quo Apostolus ait: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positū est, quod est Christus Iesus: & de quo rursus ad Ephesios, Sed estis, inquit, ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentū apostolorum & prophetarum. In hoc ergo fundamento, lapides grādes & preciosi, qui templum omne gestarent sunt positi: quia per ipsum ad propagandam toto orbe ecclesiam, & post patriarchæ & prophetæ, & postmodum sunt apostoli instructi, qui quo archius amoris eius inherēbāt, eo fortius sectatores suos in edificio cœlesti sustentabant. Quos uidelicet lapides quadrare præcepit, ut magistros ecclesiae compositos moribus, & immobiles animo esse debere signaret. Sicut enim quadratū quacunq; uertitur pariter, statim nimirum uita perfectorum, quæ ad ueritatis lineam sollicitè directā est, nullis tētationum impulsibus à sua nouit stabilitate deijci. Erat autem templū de marmore pario, qui est lapis albus, extructum, ut candorem ecclesiasticæ castitatis exprimeret. de quo in amoris cantico Dominus ait: Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Habebat sexaginta cubitos in longitudine, & uiginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. Longitudo ergo templi fidem sanctæ ecclesiae designat, per quam longanimiter inter opera sua bonæ prauorum

1. Reg. 5.

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

20

Psal. 81.

1. Cor. 3.

Eph. 2.

1. Pal. 29.

Cantic. 1.

3. Reg. 6.

prauorum aduersa tolerat: latitudo charitatem, qua ipse intus per uiscera pietatis spaciatur: altitudo spem, qua propter bona, quae per charitatem operatur, caelestis uitae praemia expectat. Et bene longitudo sexaginta est cubitorum. Senario enim numero, bonorum operum solet perfectio designari: quia & Dominus mundi ornatum sex diebus perfecit, & sex sunt huius seculi aetates, in quibus sancta ecclesia pro aeterna requie pijs actibus insitat. Bene uiginti sunt cubiti latitudinis, quia geminum est praecipuum charitatis, qua ecclesia in tribulatione dilatatur, quando perfectus quisque & conditorem ex toto corde, tota anima, tota uirtute, & proximum tanquam seipsum diligere probatur. Bene triginta in altitudine sunt cubiti, quia omnis electorum spes ad uisionem sanctae trinitatis, quantum ualeat, se exercendo & purificando praeparat. Sex igitur ad fidei longanimitatem, tria ad cellitudinem spei, duo pertinent ad latitudinem amoris, quibus tribus uirtutum insignibus totum sanctae ecclesiae statum constat perficere. Quod autem per denarium, qui perfectus est numerus, singula haec multiplicantur, multiplex eiusdem perfectionis augmentum figurate denunciat. Notandum sane quod triginta cubiti altitudinis non usque ad supremum templi fastigium, sed usque ad laquearia pertingebant: deinde ad laquearia mediae coenaculi alij triginta cubiti altitudinis assurgebant. Porro tertium coenaculum quod supererat, sexaginta habebat cubitos in altitudine, ac sic omnis altitudo domus in centum uiginti erat cubitos extenta. Prima igitur domus triginta cubitis in altitudinem surgit, quia praesens ecclesia ad uidentem speciem sanctae trinitatis tota intentione suspenditur: superior domus triginta aequae cubitis se in altum attollit, quia soluta corporibus animae perfectorum, usque ad diem uniuersalis iudicij, eiusdem beatae & indiuiduae trinitatis praesentis uisione fruuntur. Suprema domus his tricenis alta est cubitis, quia resuscitati a mortuis omnes electi, in contemplatione eiusdem sui conditoris, qui in tribus personis unus est Deus, aeterna spiritus simul & carnis immortalitate gaudebunt. Facus est autem medius paries in templo de tabulatis cedrinis uiginti cubitorum altitudinis, qui diuideret oraculum, id est, sanctum sanctorum a priore parte templi, habebatque oraculum uiginti cubitos longitudinis, & uiginti cubitos altitudinis. Porro ipsum templum pro foribus oraculi quadraginta cubitorum erat, in quo erant mensae & candelabra de auro: sed & altare aureum prope ostium tabernaculi, quatenus in seculo in eo thymiamate, uapor summi ascendens aperiret oraculum ubi erat arca testamenti, super qua erant Cherubin gloriae obumbrantia propitiatorum. Prior ergo domus praesentis ecclesiae statum, interior uita caelestis ingressum designat. Vnde recte in priori mensa & candelabra sunt facta, quia nimirum in hac uita lumine sanctarum scripturarum, & sacramentorum caelestium refectione opus habemus: in futuro

Bedae tom. 7.

autem talibus non egemus subsidijs, ubi iuxta Psalmistae uocem quaecumque apparuerint cum iustitia, satiabitur manifestata gloria Christi. In hac quoque uita corda iustorum quasi altare incensi, aureum splendida fulgent per munditiam sanctitatis, aromatibus referta desideriorum spiritualium incendio flagrant amoris continui: & quasi in proximo caelestis introitus positus, sua uisum suae orationis uaporem iuxta sancta sanctorum superna emittunt, ubi Christus est in dextera Dei sedes. Quem aptissime arca testamenti, quae erat intra uelum, designat, in qua uirna erat aurea habes mannae, & uirga Aaron quae fronderat, & tabulae testamenti. Ipsa namque arca naturam humanitatis eius, urna mannae plenitudinem diuinitatis, uirga Aaron potentiam sacerdotij eius inuiolabilem, tabulae testamenti designant: quia ipse legem dedit, quibus etiam benedictionem his qui legem faciunt, dabit. Bene templum praeforis oraculi quadraginta cubitorum erat longitudinis, quando in hac adhuc uita ieiunij, & continentia nos castigari oportet, ut ad internam dulcedinis satietatem peruenire mereamur. Namque hoc numero investigationem uita praesentis significare intelligit omnis, qui quadragenarium Moysi, uel Heliae, uel ipsius Domini ieiunium recte intelligere nouit. Bene ipsum oraculum, in quo arca per Cherubin gloriae tegebatur, uiginti cubitos longitudinis, latitudinis & altitudinis habebat, qui numerus perfectionem, ut diximus, geminae dilectionis insinuat: quia quicquid in hac peregrinatione pro Deo geritur, totum hoc in illa mansione patriae perennis, ubi magnificentia eius continua beatorum spirituam laudatione sustollitur, in sola dilectionis amplitudine perficitur. Erat & porticus ante templum uiginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi, & decem cubitorum latitudinis, habens ostium contra ostium templi ab oriente: quae uidelicet porticus illa sanctae ecclesiae plebem designat, quae Dominicae incarnationis tempora praecessit: nec tamen ab eiusdem incarnationis fide uacua remansit. Hoc est enim ostium porticus, contra ostium templi esse ad ortum solis, fidem populi prioris de Christo eandem esse quae sequentis, eodemque gratiae orientis lumine cunctorum fidelium corda illustrari. Vnde bene in eadem porticu duae columnae aereae, maximi & mirandi operis circa ostium templi narratur esse statuas, & his capitella quasi opere lili superimposita. Columnae enim stant ante ostium templi: quia aduentum redemptoris nostri qui ait, Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur: praecesserunt doctores egregij, de quibus dicit Apostolus, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui uidebantur columnae esse, qui eidem aduentui eius testimonium perhiberent. Vna enim a dextris ostij, alia stabat a sinistris: quia & populo Israel, qui tunc diuina fide & charitate calebat, incarnationem sui redemptoris futuram praecinebant: & non minus gentibus, quae adhuc quasi ad aquilonem posita perfidiae frigore torpebant, eiusdem redemptoris

1. 2. ingressum

Psal. 10.

Exod. 37.

Hebr. 9.

Exod. 34.

3. Reg. 19.

Matth. 4.

3. Reg. 6.

3. Reg. 7.

Ioan. 10.

Galat. 2.

ingressum praedicabant esse pandendum. Quod uero capitella columnarum quasi opere lilij fabricata erant, significat quia tota praedicationis eorum summa, de claritate perpetuae beatitudinis insonuit: eiusque uidebam gloriam suis auditoribus promisit, qui aeternus ante secula Deus existens, homo factus est in fine seculorum, ut quasi flos lilij interius colorem aurosum, exterius haberet candidum. Quid namque auri rubor in candore, nisi fulgor est diuinitatis in homine: Quae uidelicet hominem & prius uirtutibus clarum ostendit, & post mortem in eo incorruptionis splendore uestiuit. Haec nos, fratres charissimi, in praesentis festi nostri gaudium de structura templi pauca ex pluribus fraternitati uestrae exposuisse libuit, quatenus & miranda terrestris domus Domini fabrica delectaret auditum, & haec spiritaliter intellecta mentes nostras ardentius ad amorem supernae habitationis erigeret. Dilegamus ergo, fratres mei, toto corde decorum domus aeternae, quam ex Deo habemus in caelis, & de loco tabernaculi gloriae eius sedulo cogitare, ac nos alter utrum admonere curemus. Vnum ante omnia petamus ab eo, & hoc infatigabili intentione queramus, ut inhabitare mereamur in domo eius omnibus diebus uitae nostrae, hoc est, perenni uita ac luce felices. Non autem spernit neque despicit preces pauperum, quando hoc quod diligit ipse, precamur: sed clementer exaudiens donabit nos uidere bona sua in terra uiuentium Christus Iesus Dominus noster, qui uiuit & regnat in aeuum.

HOMILIA EIVSDEM IN DE
dicatione ecclesiae Ioan. 10.

In illo tempore facta sunt encenia in Hierosolymis, et hyems erat, et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA
DEM LECTIONE.

Adiuimus ex lectione Euangelica, fratres charissimi, quia facta sunt encenia in Hierosolymis. Encenia autem uocabatur solennia dedicatio templi, quae populus Dei ex antiqua patrum traditione per annos singulos celebrare consueuerat. Quorum uestigia nos hodie iuxta morem Christiani orbis sequentes, annuam dedicationis ecclesiae nostrae die diuinis laudibus & uigilijs studuimus agere solennem. Et hanc nos festiuitatem eo maiore deuotione celebrare oportet, quo ea redemptor nostro gratissimam esse cognouimus, adeo ut in illa ipse templum ingredi, & sermonem facere ad populum, ac diuinitatis suae sacramenta pandere dignatus sit.

Facta sunt, inquit, encenia in Hierosolymis, et hyems erat, et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Si ergo uoluit in templo ambulare, in quo caro & sanguis brutorum animalium offerrebat: multo magis nostram orationis domum, ubi carnis ipsius ac sanguinis sacramenta celebrantur, uisitare gaudebit. Si perambulare non despexit porticum,

in qua rex quondam mortalis ac terrenus quauis potentissimus & sapientissimus, adorandum stare solebat, quanto magis penetrata cordium nostrorum inuisere atque illustrare desiderat, si tamen ea porticum esse Salomonis, hoc est, si ea timorem suum quod est initium sapientiae habere perspexerit. Neque enim putandum est, quia domus solummodo, ad quam ad orandum, uel ad mysteria celebranda conuenimus, templum sit Domini, & non ipsi qui in nomine Domini conuenimus, multo amplius templum eius & appellemur, & simus, cum manifeste dicat Apostolus: Vos enim estis templum Dei uiui, sicut dicit Deus, Inhabitabo in eis, & inter illos ambulabo. Si ergo templum Dei sumus, curemus solerter, & bonis actibus satagamus, ut in eodem suo templo sepius ipse & uenire, & mansionem facere dignetur. Caueamus hyemis exemplum, ne uidelicet corda nostra Dominus adueniens a charitatis ardore torpentia reperiat, & ideo ea citius auersatus relinquat. Quid enim pertinuit ad euangelistam hyemis tempus commemorare, nisi quia duritiam perfidiae Iudaeorum per asperitatem aurarum uoluit designare brumalium: & quia plurimis eorum quos tunc in templo inuenit, congruebat sermo quem dixit: Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum: Sicut etiam subsequenter aperte denunciat, dicens:

Circumderunt ergo eum Iudei, et dicebant: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Non enim haec ueritatem fidei querendo, sed illi quem interrogabant insidiando, & calumniam struendo dicebant. Christum namque quem fides orthodoxa uerum Deum, uerum confiteatur & hominem, illi purum tantummodo hominem futurum, non autem & Deum esse credebant: memores uidelicet, quia de humanitate illius iurauit Dominus Dauid de fructu uentris eius, sedere super sedem suam: sed oblitum quod ipse de diuinitate sua per eundem Dauid cecinit dicens, Dominus dixit ad me, filius meus es tu. Credebant ergo Christum de stirpe Dauid nasciturum, & regem caeteris omnibus excellentiorem esse uenturum: qua etiam dementia posteri eorum usque in praesens tempus, & donec Antichristum pro Christo suscipiant, errare non cessant. Et si se Dominus Iesus Christum esse responderet, cogitabant eum tradere potestati praesidis puniendum, quasi contra Augustum repugnans, illicitum sibi usurparet imperium. Sed ipse nostrae salutis consulens, propter quos haec scribenda erant, ita responsum temperauit suum, ut & calumniatorum ora concluderet: & quia Christus est, fidelibus aperta uoce proderet. Illi enim de homine Christo quae rebant, ipse autem diuinitatis suae quae aequalis est patri, palam mysteria narrat. Circumderunt ergo & nos eum, charissimi, non sicut Iudei insidijs appetendo, sed ut fidelissima domus eius placida illi in nobis sedem parando, de quibus merito dicatur: Sanctificauit tabernaculum suum altissimus, Deus in medio eius non commouebitur, Petamus enim non ut illi insaniendo, quousque

Psal. 110.
Eccles. 1.

2. Cor. 6.
Leuit. 26.

Matth. 24.

Psal. 131.

Psal. 109.

Psal. 43.

animam

Sapient. 1.

animā nostram tollis, Si tu es Christus, dic nobis palam, (Quid enim uesanius, quam ut magistrum ueritatis ideo sibi animam tolleret, quærerent, quia non eis incredulis & contradicentibus aperte suæ maiestatis arcana reserauit) sed ut scriptura admonet, sentiendo de illo in bonitate & simplicitate cordis quærendo illū: quoniam inuenitur ab his, qui non tentat eum, apparet autem illis, qui fidem habent in illum. Dicamus ei supplices, quia tu es Christus, te filium unigenitum Dei patri & spiritui sancto coæternum esse, & consubstantialē in diuinitate nostræ substantiæ participem, ex tempore factum esse cognouimus: da ut quod interim pia fide ueneramur, plena in futuro uisione speculemur. Hęc est etenim unica animę nostrę salus & uita, tuū perpetuum uultum, tuā cernere lucē. Nec dubitandum, quia rogantes exaudiet nos, quādo quod ipse præcepit, rogamus: quod dare ipse desiderat, intenta mente poscimus. Quomodo enim pię supplicantibus famulis negare credendum est bona, quæ etiam rebellibus ultra quam petebant, quæ etiam non renouit? Qui cum illum an homo, an Christus esset, interrogarēt, ipse non hominē tantum, sed etiā Deum Christum, & Dei filium se esse non tacuit. Respondit enim eis, dicens:

Loquor uobis, & non creditis. Opera quę ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Qui ergo se in nomine patris opera sua facere testatur, profectō quia filius Dei sit, credēdus insinuat. Sed illi duplici reatu tenētur obnoxii, qui nec uerbis quæ locutus est, nec factis, quibus ueritatem uerborum astruebat, ad fidem poterant inuitari. Meritoq; ex ouibus eius non esse dicuntur, quia non ouina simplicitate pastorem bonum sequi, sed ferina potius rabie satagebāt persequi. Verum, quia sunt nonnulli, qui fidem uerbotenus feruant, & habitu ouium beluina corda præterxunt, subsequenter ipse pastor, quæ ouium suarum uita, quæ sit merces, edocet:

Oues meę uocem meam audiunt, & ego agnosco eas, & sequuntur me, & ego uitam eternam do eis, & non peribunt in æternum. Quicumq; ergo æternum declinare intēritum, ac uitam desiderat uidere perpetuā, uocē Christi necesse est non solum audiendo & credendo, sed & bene uiuendo sequatur. Quod autem se oues suas cognoscere dicit, eligere utiq; & ad regnum cœlestē prædestinare significat. Vnde Salomon ait: Vias quę a dextris sunt, non uit Dominus. Et e contrario de reprobis Apostolus: Qui autem ignorat, inquit, ignorabitur. Pulchrē autem de his, qui audirēt uocem eius, & sequerentur, ait: Et ego uitam æternā do eis, & non peribunt in eternū. Vili sunt namq; martyres oculis insipientium mori, uili sunt perire, cum mortalem uitā diuersis pœnarū generibus subacti amitterent: sed non peribāt in eternum, non uidebant mortē in eternum: qui mox soluti carcerē carnis, debita suo certamini præmia sortiuntur. de quibus adhuc aperte subditur:

Non rapiet eas quisq; de manu meā. Nitebātur quip

pe persecutores in ipis rapere pios Christi confessores de manu eius, quando uel eos ad negandam fidem tormentis cogeāt, ut animas eorū alienas redderent a Christo, uel a morientibus uicti nihilominus ex anima eorū corpora aut in aquas dissoluenda, aut in ignem comburēda iaciabāt, ut quasi Christo resuscitādī ea facultatē tollerēt. Sed nemo rapiebat eas de manu eius, cui sicut ipse alibi ait, Oia mihi tradita sunt a patre, quia & certantes ut uincant adiuuat, & uictores ut perpetuū regnent coronat, & eisdē etiā carnem in qua certauerūt, immortalem suo tempore reddet. Quibus uerbis eorū quōq; temeritatem, qui sibi laqueos mortis parabant redarguit: manifestē insinuat, quia stultissimē de eius perditione dolis agerēt, qui uitam dare possent immortalē, cui nemo raperet aliquid de his quos suos esse ante secula prænosset. Sed ne hęc loquēdo suā uideretur gloriā querere, totā suā potentiā ad patris gloriā refert, cū subiungit.

Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Maius autē omnib. quod mediatori Dei & hominū homini Iesu Christo pater dedit, hoc est, ut sit unigenitus eius filius in nullo gignenti, uel natura dissimilis, uel uirtute inferior, uel tēpore posterior. Quod uidelicet æqualitatē ipse Dñs in diuinitate habuit, priusq; mūdus esset apud patrē, nec in humanitate ex tēpore incarnationis accepit.

Et nemo potest rapere de manu patris mei. Supra de ouibus suis dicit: Non rapiet eas quisquam de manu meā: & nunc subiungit, Et nemo potest rapere de manu patris mei: aperte dans intelliigi, unam atq; indissimilē esse manū, hoc est, uirtutem suam & patris, atq; ideo Christum se fore credendum, qui non sicut cæteri sanctificatus per gratiam ex tempore, sed uerus semper extiterit Dei filius. Quod etiam sequenti sententiā luce clarius aperit, dicens:

Ego & pater unum sumus. Vnum, inquit, sumus, una nobis substantia, una diuinitas, una eternitas, perfecta equalitas, dissimilitudo nulla. Quibus profectō uerbis non præsentē solummodo Iudæorum quæstionem, quia an ipse esset Christus interrogabāt, explicauit: sed etiam hereticorū perfidiam, quā futuram præuidit, quātum sit execranda monstrauit. Fotinus enim dicit, Christus homo est tantū, Deus non est. At eum ipse dicat, Ego & pater unum sumus: manifestē patet, quia unū cum Deo patre substantialiter homo purus esse non potest. Et quia Christus idem quod pater est, cauēda heretis Fotini, qui hunc credi Deū prohibet. Arius autē, Christus inquit, factus a Deo, non ex Deo natus est: & deo minor patre credēdus est. Cui cōtradictō ipse, Ego, inquit, & pater unum sumus. Quis enim non facillē uiderit, quia nulla creatura unū cum illo qui omnia creauit, naturaliter existere possit? Et quia naturaliter Christus unum cum patre est, damnanda est Arii peruiticia, qui illum creaturam affirmat. Porro Sabellius, Non sunt, inquit, duæ personæ patris & filii cōstitendæ, sed ipse pater quando uult pater est, quando uult filius est, quando uult spiritus san-

Matth. 16.

Prouerb. 4.

1. Cor. 14.

Sapient. 3.

ctus est, ipse tamen unus est. Quem memorata sententia filius ipse condemnat. Constat enim, quia ego & pater de una persona dici non potuit, sumus de uno, dici non cogruit. Quapropter etiam Sabellij errore cum ceteris abiectione, sequenda nobis est apostolica beati Petri fides, qua Dominum confessus, ait: Tu es Christus, filius Dei uiui. Haec de lectione Euangelica prout Dominus donauit, explanando transcurrimus: sed libet adhuc de encensionum solennitate, quam & tunc Hierosolymitam, & nos hodie celebramus, fraternitati uestrae latius differere. Hoc autem in primis notandum est, quod encensio, quae in lectione Euangelica facta cognouimus, non ad primam dedicationem templi, sed ad ultimam pertinent, quod ex eo facile colligitur, quia hyeme facta referuntur. Prima siquidem eius dedicatio à Salomone, tempore autumnii, media à Zorobabel, & à Iesu sacerdote, tempore ueris, ultima à Iuda Machabæo, tempore hyemis est facta, quae do specialiter constitutum esse legitur, ut eadem dedicatio per omnes annos in memoriam solennibus reuocaretur officijs, iuxta quod ad tempus Dominicae incarnationis obseruatum fuisse, modo cum legeretur euangelium, audiuimus. Haec autem fuit causa secundae & tertiae dedicationis, quia Salomon quidem templi opus, quod Domino Deo condidit, septem annis perfecit: octauo autem anno, hoc est, decima die mensis septimi, qui à nobis October appellatur, in magna regni gloria dedicauit: quae uidelicet dies & antea per legem erat statuta solennis, ita ut in ea tabernaculum omne per singulos annos maioribus hostijs expiari deberet. Denique Zacharias pater beati Ioannis baptiste, eiusdem expiationibus ad altare deseruiens, adueniente angelo de Dominicae mysterio natiuitatis, gaudiumque humane saluationis instruitur. Sed templum hoc post annos quadringentos triginta incenderunt Chaldaei, & Hierosolymorum urbe destructa, populum Israel in Babyloniam adduxerunt captiuum: qui post annos septuaginta regnatis Persis in patriam remissus, rursusque aedificatum est templum per annos quadraginta sex, & tertia die mensis duodecimi, quem nos Martium uocamus, opus ad finem usque perductum. Cui uidelicet tunc operi praefuerunt duces plebis strenuissimi, ut diximus, Zorobabel de regno genere, & Iesus sacerdos magnus. Sed & prophetae Aggeus & Zacharias adiuuantes eos, atque aduersus insidias hostium opus impediendum cor populi roborantes. Inde post annos fere trecentos & quinquaginta sex, rex Graecorum nefandissimus Antiochus, fraude capta Hierusalem, templum idem sordibus idolorum profanauit, auferens inde & confringens altare Domini aureum, mensam propositionis, candelabrum luminis, & caetera templi uasa aurea, quae inuenire potuit: sed & in templo Iouis simulachrum statuens, populumque tormentis ad sacrificandum idolis cogens. Qua persecutione multi de populo pro diuinae legis custodia trucidati sunt, inter quos & mater illa septem filiorum merito famo-

sa nobilissimam pro Domino cum sobole martyrii meruit coronam. Sed Iudas Machabæus cum de genere esset sacerdotali, collecto exercitu iustorum aduersus Antiochi duces arma arripit, eosque de Iudaea expellens, persecutioni grauissimae finem imposuit, ac templum ab idolorum imaginibus emundans, noua rursus altaria, & caetera uasa uel ornamenta faciens, atque in templo imponens dedicauit ea simul cum templo quod purificauit, & renouauit uicesima quinta die mensis noni, qui apud nos uocatur December, & ad hyemen pertinere nulli dubium constat: statuitque decretum, ut praediximus, annis singulis diem encensionum, id est, in nouationis dedicationis templi festa deuotione celebrari. Quae profecto omnia sicut Apostolus docet, in figura facta sunt nostri, & propter nos utique scripta, ideoque nobis solentius spiritali ratione discutienda. Salomon quippe rex, qui interpretatur pacificus, ipsum redemptorem nostrum typice designat, de quo Esaias ait: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Templum quod aedificauit, catholica eius ecclesia est, quam de uniuersis per orbem credentibus, quasi de uiuis lapidibus in unam suam fidem & charitatis compagine aggregat. Quod autem septem annis aedificatum est, templum significat: quia per totum huius seculi tempus, quod septem diebus euoluitur, sanctae structurae ecclesiae crescere nunquam desinit. Quod autem octauo anno dedicatum est, & celeberrima illa ac maxima solennitas à Salomone rege cunctis filiis Israel tempore completae dedicationis exhibita insinuat mystice, quia perfectio in fine mundi numero electorum diu desideratae immortalitatis est futura festiuitas: & peractio uniuersalis resurrectionis miraculo, mox omnes qui ad pacifici regis uerissimi Salomonis regnum pertinent, aeterna cum Deo gaudia patriae coelestis intrabunt.

HOMILIA^o ALIA IN DEDICATIONE ECCLESIAE. Luce 19.

In illo tempore ingressus Iesus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zachaeus, & hic princeps publicanorum, & iam ipse diues, & querebat uidere Iesum quis esset, & non poterat praeturbare, quia statura pusillus erat. Et praecurrens ascendit in arborem siccomori, ut uideret illum, quia inde erat transiturus. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIOE.

Quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ecce enim camelus depositus gybbi sarcinae per foramen acus transit, hoc est, diues & publicanus relicto opere diuitiarum, contempto censu fraudium, angustam portam arctamque uiam, quae ad uitam ducit, ascendit. Qui mira deuotione fidei ad uidentem Saluatorem, quod nauata minus habuerat, ascensu supplet arboris: atque ideo iuste, quamuis ipse rogare non audeat, benedictionem Dominice susceptionis quam desiderabat, accipit.

Mystice

Matth. 16.

2. Par. 7.

1. Esdr. 6.

1. Mac. 4.

Leuit. 16. 23.

Luce 1.

4. Reg. 25.

2. Par. 36.

1. Esdr. 5.

1. Mach. 1.

1. Mac. 6.

1. Mac. 7.

1. Mac. 4. 5.

1. Cor. 10.

Esai. 9.

Matth. 19.

Matth. 10.

Mysticè autem Zachæus, qui interpretatur iustificatus, credentem ex gentibus populū significat: qui quanto curis secularibus occupator, tanto flagitijs deprimentibus erat factus humilior. Sed ablutus est, sed sanctificatus, sed iustificatus in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri, qui intrantē Hiericho Saluatorem uidere quærebat, sed præ turba nō poterat. Quia gratiæ fidei, quam mundo Saluator attulit, participare cupiebat: sed inolita uisiorū cōsuetudo ne ad uotum perueniret, obstiterat. Eadem namq; turba noxiæ consuetudinis, quæ supra cæcum clamantem ne lumen peteret, increpabat, etiam suspiciētem publicanum ne lesū uideat, tardat. Sed sicut cæcus turbarum uoces magis ac magis clamando deuicit, ita pusillus necesse est turbæ nocentis obstaculum altiora petendo transcendat, terrena relinquat, arborē rem crucis ascendat. Sycomorus namq; quæ est arbor folijs moro similis, sed altitudine prætās, unde & à Latinis celsa nuncupatur, ficus fatua dicitur. Et eadem Dominica crux, quæ credentes alit ut ficus, ab incredulis irridetur ut fatua. Nos enim prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stulticiam: ipsis uerò uocatis Iudæis atq; gentibus Christum Dei uirtutem & Dei sapiētiam. Quā uidelicet arborē pusillus statura Zachæus quo exaltari possit, ascendit, dum quilibet humilis & propriæ conscius infirmitatis, confidens in Domino proclamat: Mihi autem absit gloria, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Ascēsa autem sycomoro transeuntem propē Dominum cernit: quia per hanc laudabilem fatuitatem, et si necdū ut est solide, iam tamē raptū, & quasi in transitu luci sapientiæ cœlestis intēdit.

Et cum uenisset ad locum, suspiciens Iesus uidit illum. Per ambulans Hiericho Saluator, uenit ad locū ubi præcurrēns Zachæus sycomorum conscendit: quia inuisis per mundum sui uerbi præconibus, in quibus ipse nimirum & loquebatur & iibat, uenit ad populum nationum, qui passio nis eius fide iam sublimis existens, etiam diuinitatis eius ardebat agnita facie beari. Suspiciens uidit illum, quia per gratiam fidei à terrenis cupiditatibus eleuatum, turbisq; infidelibus præ eminentem elegit. Videre enim Dei, eligere uel amare est. Unde est illud: Oculi Domini super iustos. Nam & nos quæ amamus uidere, ab his quæ execramur, intuitum festinamus auertere. Vidit ergo Iesus uidentem se, quia elegit eligentem se, & amauit amantem. Hunc sane ordinem proficiendi, hoc est, per fidem Dominicæ incarnationis ad cognitionem diuinitatis perueniendi, quasi sycomorum Iesu faciem speculandi doctor egregius ostēdit, cum ait: Non enim iudicauit scire me aliquid inter uos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Itemq; alijs exprobrans, Facti estis, inquit, quibus lacte opus sit, non solido cibo. Lac infirma temporaria dispensationis, solidum cibum ardua perpetuæ maiestatis appellans.

Et dixit ad eum: Zachæe festinans descende, quia hodie in do

mo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Manebat aliquādo Dominus in domo principis pharisæorum, hoc est, in Iudæorum synagoga docebat: sed quia non baptizatum ante prandium, sabbato curantem, publicanos & peccatores recipientem, contra auaritiam disputantem, & cetera digna Deo gerentem lingua uenenata carpebant, pertæsus eorum facinora discessit, & aufugit dicens: Relinquetur uobis domus uestra deserta. Hodie autem in domo pusilli Zachæi oportet illum manere, hoc est, nouæ lucis gratia. coruscante in humili credentium nationum corde quiescere. Quod autē descendere de sycomoro Zachæus, & sic in domo sua Christo mansionem preparare iubetur, hoc est quod Apostolus ait: Quia & sic cognouimus secundum carnem Christum, sed iam nunc non nouimus. Et si enim mortuus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei.

Et cum uiderent omnes, murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Manifestū est Iudæos semper gentium odisse salutem. Scriptum est enim: Sequenti uerò sabbato penē uniuersa ciuitas conuenit audire uerbum Dei. Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant ihs, quæ à Paulo dicebantur. Et alibi, fideles etiam fratres aduersus apostolorum principem disceptabant dicentes: Quare introisti ad uiros præputium habentes, & mandu casti cum illis?

Stans autem Zachæus dixit ad Dominum, Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus: & si quid aliquem defraudauit, reddo quadruplum. Alijs calumniantibus hominem peccatorem, ipse Zachæus stans, id est, in ea quam cœperat fidei ueritate peruersus, non solum se ex peccatore conuersum, sed etiā inter perfectos probat esse conuersum. Dicente enim Domino, Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, quisquis ante conuersionem innocenter uixit, omnia conuersus potest dare pauperibus. At qui aliqua fraude sustulit, primò hæc iuxta legem reddere, deinde quod sibi remanserit, debet dare pauperibus. Ac sic & ipse, qui sibi nil retinet, omnia sua dispergit, dat pauperibus, sustitia eius manet in seculum seculi. Et hæc est sapientia illa stulticia, quam de sycomoro publicanus quasi fructum uitæ legerat, rapta uidelicet reddere, propria relinquere, uisibilia contemnere, pro inuisibilibus etiam mori desiderare, seipsum abnegare, & eius qui necdum uideatur Domini uestigia sequi concupiscere.

Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abraham. Filius Abraham dicitur Zachæus, non quia de eius stirpe generatus, sed quia eius est fidem imitatus: ut sicut Abraham terram, cognationem, domumq; paternam ob spem futuræ hereditatis Domino subte deseruit: ita & ille quo thesaurum in cœlis acquireret, bona sua pauperibus partienda relinqueret. Et pulchre dicit, Et ipse, ut non solum eos qui iusti perseverant, sed & eos qui ab iniusticia

resipie

1. Cor. 9.

Luc. 18.

Mat. 10.

1. Cor. 11.

Galat. 6.

Psal. 33.

1. Cor. 13.

Hebr. 9.

Matth. 23.

2. Cor. 5.

Actu. 13.

Actu. 11.

Matth. 19.

Leuit. 6.

Psal. 118.

Genes. 12.

resipiscunt, ad filios promissionis pertinere de-
claret. Aliter: Salus quae olim Iudaeorum do-
mum implebat, hodie populo nationum illu-
xit, eo quod & ipse populus filius sit Abrahæ
credendo in eum. De quo dicit Apostolus: Si
autem uos Christi, ergo Abrahæ semen estis.
Et sicut alibi dicit, ipse Abraham sit pater circū-
cisionis non his tantum, qui sunt ex circumcisi-
one, sed & his qui sectantur uestigia, quæ est in
præputio fidei patris nostri Abrahæ.

*Venit enim filius hominis querere, et saluare quod perie-
rat.* Hoc est quod alibi dicit, Non ueni uocare
iustos, sed peccatores. Pius sane magister, qui
murmurantibus turbis sua mysteria non dedi-
gnetur exponere, adeo scilicet peccatorum pœ-
nitentiam non esse respuendam, ut ipse Dei fi-
lius ob hanc maxime querendam sit destinatus
ad terras. Qui ut pietatis suæ nobis dispensa-
tionem inculcet, sapissimè se filium hominis
appellat, commendans sollicitè nobis quod fa-
ctus est benignè pro nobis.

IN DIE SANCTO NATIVITA-
tis diui Ioannis Baptistæ. Luca 1.

In illo tempore Elizabeth impletum est tempus pariedi, et peperit
filium. Et audierunt uicini et cognati eius, quia magnificauit Do-
minus misericordiam suam cum illa, et congratulabatur ei. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA-
DEM LECTIÖNE.

Præcursoris Domini natiuitas sicut sacratis-
sima lectionis euangelicæ prodit historia, mul-
ta miraculorum sublimitate refulget: quia ni-
mirum decebat, ut ille quo maior inter natos
mulierum nemo surrexit, maiore præ cæteris
sanctis in ipso mox ortu uirtutum iurare clare-
sceret. Senes ac diu infœcundi parentes dono
nobilissimæ prolis exultant, ipsi patri quem in-
credulitas mutum reddiderat, ad salutandum
nouæ præconem gratiæ os & lingua referatur.
Nec solum facultas Deum benedicendi restitui-
tur, sed de eo etiam prophetandi uirtus auge-
tur. Excitati fama facti omnes uicini admira-
tione ac metu percelluntur, omnium qui audie-
re, circumquaque ad aduentum noui propheta
corda præparantur. Vnde merito sancta per or-
bem ecclesiæ, quæ tot beatorum martyrum ui-
storias, quibus ingressum regni cœlestis merue-
re frequentat, huius tantummodo post Domi-
num etiam natiuitatis diem celebrare consue-
uit. Quod nullatenus sine euangelica autorita-
te in consuetudinem uenisse credendum est: sed
attentius animo recondendum, quia sicut nato
Domino pastoribus apparens angelus ait, Ec-
ce euangelizo uobis gaudium magnum, quod
erit omni populo, quia natus est uobis hodie
Saluator, qui est Christus Dominus: ita etiam
angelus nasciturum Zachariæ prædicans Ioan-
nem, Et erit, inquit, gaudium tibi & exultatio,
& multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim
magnus coram Domino, iure igitur utriusque

natiuitas festa deuotione celebratur, sed in il-
lius tanquam in Christi Domini, tanquam in
Saluatoris mundi, tanquam in filij Dei omni-
potentis, tanquam in solis iustitiæ natiuitate,
omni populo gaudium euangelizatur. In hu-
ius autem tanquam in præcursoris Domini, in
serui Dei eximij, in lucernæ ardentis & lucen-
tis exortu multi gauisuri memorantur. Ille ma-
gnus coram Domino esse narratur: de illo pro-
pheta testatur, Quoniam magnus Dominus &
laudabilis nimis, & magnitudinis eius non erit
finis. Ille, peccatorum confortia declinans, ab
omni quod inebriari potest abstinere: ille in-
ter peccatores conuersatus peccati omnis im-
munis permansit. Hic adhuc ex utero matris spi-
ritu sancto repletus est, in illo habitat omnis
plenitudo diuinitatis corporaliter, quod dono sui
spiritus sedem sibi uteri uirginalis in quo car-
nem susciperet, ipse consecrauit. Ille multos fi-
liorum Israel ad Dominum suo tempore prædi-
cando conuertit: ille multos quotidie de uni-
uersis per orbem nationibus ad suam fidem &
charitatem interius illustrando conuere non
desistit. Hic in spiritu & uirtute Helia præcessit
ante illum, ut plebem eius aqua baptizans ad sus-
cipiendum eum, ubi appareret, doceret esse per-
fectam: huic successit ille in spiritu & uirtute Dei
patris, ut plebem suam spiritu sancto & igni ba-
ptizans ad uideendam faciem patris sui donaret
esse perfectam. Ioanne nato congratulabantur
uicini & cognati genetrici illius, quia magnifi-
cauit Dominus misericordiam suam cum illa:
Domino autem nato congratulabantur eccle-
siæ, quia uenit miserendi eius, spiritus
angelici qui sunt uicini eius & cognati, eius ui-
delicet eiusdem patriæ cœlestis, quam & ipsa
expectat qui hymnū gloriæ Deo canendo quid
illa per orbem esset actura, priores ipsi de cœlis
admonebant. Rectè igitur natiuitas magnitudinis Domini
illius, qui talis potentia magnitudinis Domini
cis propinquabat operibus. Rectè ortus illius
solennitas colitur, cuius tanta est uitæ sublimi-
tas, ut quicquid illo sublimius est, hoc iam homi-
nis naturam transcendere dubium non sit. Siqui-
dem Dominus cum maiorem eo neminem in-
natis mulierum esse dixisset, mox subdidit dicēs,
Qui autem minor est in regno cœlorum, ma-
ior est illo: se ipsum uidelicet insinuans, qui hu-
mana natiuitate posterior Ioanne, sed cœlestis
regni esset apice præstantior. Nec uacat à myste-
rio, quod Ioannis natiuitas cum dies decrescere,
Domini autem cum dies crescere inchoant, fa-
cta memoratur. Huius etenim secretum distan-
tiæ reuelat ipse Ioannes, qui cum præ magnitu-
dine uirtutum Christus crederetur à turbis, Do-
minus autem præ infirmitate carnis à quibus-
dam non Christus, sed esse propheta putaretur,
Illum inquit, oportet crescere, me autem mi-
nuī. Creuit quippe Dominus, quia per totum
orbem fidelibus quod Christus esset, qui propheta
credebatur, innotuit. Decreuit ac minoratus
est Ioannes, quia qui Christus estimabatur, quod
non Christus ipse, sed præco Christi esset appa-
ruit.

Galat. 3.

Rom. 4.

Matth. 9.

Psal. 47.

Coloss. 2.

Luce 3.

Psal. 101.

Matth. 11.

Matth. 11.

Luce 7.

Luce 2.

1. Ioan. 3.

ruit. Ideoq; iure nato Ioanne lux diurna minorari incipit, cuius fama diuinitatis desitura, & baptisumus in breui erat finem accepturus. Iure etiam nascente Domino abbreviata dies ad crementum luminis redit: quia ille nimirum apparuit, qui lucem suae cognitionis, quam prius solet Iudaea, & hoc ex parte habebat, cunctis gentibus aperiret, suae calorem dilectionis in tota mundi latitudine diffunderet. Notandum autem, quod haec eadem beati Ioannis natiuitas nonnullam habet similitudinem aduentus Dominici, & gratiae quam praedicare ueniebat. Nam & congruum ualde est, ut cui omnes prophetae priores & patriarchae, uel nascendo, uel moriendo, uel uiuendo, uel praedicando testimonium perhibuerunt, hunc multo amplius praecursor suus, qui plus quam propheta extitit, non tantum in uita & passione, sed in ipsa quoque sua natiuitate designet. Quid est enim quod ueteranis parentibus natus est Ioannes, nisi quia illius mox secuta natiuitas signabatur, qui spiritalia noui testamenti proferens arcana, carnalem legis & sacerdotij ueteris obseruantiam iam terminandam esse doceret. Quod enim antiquatur & senescit, prope interitum est. Quid quod muto patre, principe uidelicet tunc sacerdotum, ortus est praecursor Domini, nisi quia ipso apparente Domino, lingua iam sacerdotij ueteris magna ex parte a doctrina sensus spiritalis obmutuerat, solam literae custodiam curantibus ac docentibus scribis & legisperitis, imò & ipsam literam plerisque in locis per suas traditiones corrupentibus, iuxta quod eis Dominus in Euangelio saepius impropere probatur. Et quid quod diu sterili genitrice nascitur, nisi quia lex, quae auxilio sacerdotalis officij spirituale Deo sobole gignere iussa est, neminem ad perfectum adduxit, quia nimirum suis cultoribus regni coelestis ianuas aperire non potuit. Sed factus sub lege autor ipse legis sterilitatis opprobrium legi abstulit, qui hanc spiritaliter intelligendam monstrauit, & supernae beatitudinis gratiam, quae in euangelio nunc apertissime lucet, in ea iam olim praefiguratam, & quasi conceptam fuisse docuit.

Et factum est, inquit, in die octauo, uenerunt circumcidere puerum, & uocabant eum nomine patris eius Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed uocabitur Ioannes. Ioannes interpretatur Domini gratia, siue in quo est gratia. Quo nomine & totam euangelicam dispensationis gratiam quam praedicat, & ipsum specialiter Dominum signat, per quem eadem gratia mundo donata est. Qui uero natorum puerum patris Zachariae nomine magis, quam Ioannem uocandum esse decernebant, eos profecto figurat, qui Domino noua gratiae munera declarante, cuperent eum potius consueta sacerdotij ueteris edicta praedicare. Unde bene Zacharias memor Domini interpretatur, quia uidelicet memoriam antiquae obseruationis, quae utique a Domino data est, figurate denunciat. Contendebant ergo de nomine nati prophetae hi qui conuenerant, & Za-

chariam hunc uocari satagebant: at contra mater uerbis, & pater scriptis, quia Ioannes magis appellandus est, astruebant. Quia fuisse nonnulli caelestium sacramentorum minus periti, qui in primordijs euangelij conuulsantis carnalia adhuc legalis sacerdotij statuta simul obseruanda esse decernerent, quos profecto ipsa legis doctrina de suscipienda gratia Christi, quali Elizabeth de nomine Ioannis uia uoce confirmat dicendo per legislatorem, Prophetam uobis suscitabit Deus uester de fratribus uestris, tanquam me ipsum audietis, iuxta omnia quaecunque locutus fuerit uobis. Ipsum quoque legale sacerdotium tacitis caeremoniarum suarum typis, quali mutis literarum figuris, Zacharias eidem gratiae nascenti testimonium perhibet, quia nihil prorsus in omnibus sacerdotij ueteris obseruationibus actum uel dictum esse credendum est, quod non euangelij gratiam, si recte intelligatur, expresserit. Quod autem declarato postmodum & confirmato nomine Ioannis apertum est os Zachariae, & loquebatur benedicens Deum: patet utique quia manifesta per Apostolos gratia noui testamenti, multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei, relictaq; taciturnitate nocua ad consistenda, laudanda & praedicanda sui dona redemptoris se deuota submittebat. Et quidem in die circumcisionis Ioannis, quando & nomen accepit.

Factus est timor super omnes uicinos eorum, & super omnia montana Iudaeae diuulgabantur omnia uerba haec. Porro in tempore Dominicae resurrectionis, ubi missio desuper spiritu gloriae nominis eius per Apostolos mundo innotuit, timor continuo saluberrimus non solum Iudaeorum, qui erant uicini uel situ uidelicet loci, uel scientia legis, sed & exterarum usque ad fines terrae gentium corda concussit. Nectantum montana Iudaeae, uerum etiam omnia mundani regni, mundanaeque sapientiae culmina uirtutis eius fama transcendit: ita ut relicta ubique cultura ac uita priori ad percipienda sacra menta confluerent. Recte etenim circumcisionis dies Dominicae resurrectionis imaginem praefert, quia & haec octaua die, hoc est post sabbatum facta est: & sicut illa a reatu perpetuae mortis absoluere solebat, ita ista perfectam uitae immortalis nouitatem & in auctore nostro exhibuit, & in nobis sperandam monstrauit. Quod uero inter haec Zacharias impletur spiritu sancto, ac de redemptore nostro simul & nostra redemptione prophetat, significat mystice, quia multi de stirpe sacerdotali, qui a confessione Christi diutius ora continuerant, postmodum per susceptionem fidei illius spiritus sancti uirtute replendi, dono prophetiae sublimandi, & magisterij pastoralis officio populis essent praeferendi. Quauis eadem acceptione spiritus & prophetia Zachariae hoc quoque conuenienter figurari credendum est, quia tunc instaret tempus quo fidelibus panderetur oes legalis sacerdotij ritus & caeremonias spiritali intus scientia & propheticiis exuberare mysterijs, quae mediatoris Dei & hominum

Heb. 8.

Matth. 15. 23.

Marc. 7.

Luc. 11.

Heb. 7.

Deut. 18.

Act. 6.

hominum

hominis Iesu Christi uel dispensatione tempo-
rariae uel aeternae diuinitati testimonium ferret,
iuxta quod ipse Iudeorum duriciam increpans,
Ioan. 5. dicit: Si crederetis Moysi, crederetis forsitam &
mihi. De me enim ille scripsit. Quid autem pro-
phetans, & benedicens Deum Zacharias dixit,
rit, audiamus.

*Benedictus Dominus Deus Israel, quia uisitauit et fecit redem-
ptionem plebis suae.]* In quibus profecto uerbis
notandum, quia beatus Zacharias quod inchoa-
tum & proxime futurum in spiritu praeuiderat,
prophetico more quasi iam factum esse narra-
bat. Uisitauit enim nos apparens in carne Do-
minus, quasi longius a se recedentes, quos in pec-
catis politos querere & iustificare curauit. Vi-
sitauit quasi medicus aegrotos, qui ut inuetera-
tum superbiam nostram languorem sanaret, nouum
nobis suae humilitatis exemplum adhibuit. Fe-
cit redemptionem plebis suae, qui nos uenunda-
tos sub peccato, & antiqui hostis seruitio addi-

2. Cor. 6. ctos, dato sui sanguinis precio liberauit. Vnde
benigne nos hortatur Apostolus, dicens: Empti
estis precio magno, glorificate & portate Deum
in corpore uestro. Plebis autem suae dicit, non uti
que quam ueniens plebem suam reperit, sed
quam uisitando & redimendo suam fecit. Vul-
tis etenim audire, fratres mei, qualem inuenie-
rit eam, qualem reddiderit. Finis cantici huius,
quod ob noticiam simul & prolixitatem sui to-
rum charitate uestra recensere & explanare
longum duximus, aperte denunciatur, dicens:

*Uisitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris et
in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pa-
cis.]* Inuenit ergo nos sedentes in tenebris & in
umbra mortis, hoc est, longa peccatorum & in-
gnorantiae caecitate depressos, atque hostis anti-

qui fraude deceptos, obsessosque erroribus. Ipse
etenim recte mors & mendacium, sicut econ-
tra Dominus ueritas uocatur, & uita. Attulit
autem nobis ueram cognitionis suae lucem, ex-
clusisque errorum tenebris certum nobis iter pa-
triae coelestis aperuit: direxit gressus operum no-
strorum, quatenus per uiam ueritatis, quam mo-
strauit incedere, atque ad mansionem perpetuae
pacis possimus intrare, quam promissit. Haec igitur
dona, fratres charissimi, supernae bonitatis,
haec aeternorum donorum promissa habentes
benedicamus & nos Dominum in omni tem-
pore, quia uisitauit & fecit redemptionem ple-
bis suae. Semper laus eius in ore nostro uerse-

tur, semper eius & memoriam retineamus, &
in inuicem annunciemus uirtutes, qui de tene-
bris nos uocauit in admirabile lumen suum. E-
ius continue flagitemus auxilium, ut lucem scien-
tiae quam contulit in nobis, ipse conseruet, at-
que ad perfectum usque diem perducatur. Et ut
digni simus exaudiri precantes, abiciamus ipsi
opera tenebrarum, & induamus nos arma lu-
cis. Sic etenim supplicantes concite quaeramus
accipimus, quia nimirum uerba deuotae
orationis adiuuat manus pie operationis. Et
quia beati praecursoris hodie natalitia celebra-
mus, oportet ut quem salutis aeternae praeco-

nem suscepimus, hunc etiam nostrae orationis
adiutorem quaeramus. Ipsum itaque interceden-
do rogemus impetrare, ut ad eum cui testimo-
nium perhibuit, lucem, uitam & ueritatem per-
uenire mereamur Iesum Christum Dominum
nostrum, qui uiuit & regnat cum patre in unitate
spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

PARTIS HOMILIARVM AESTI-
UALIUM Bedae presbyteri,
Finis.

Bedae presbyteri Ho- miliae hyemales de tempore.

DOMINICA PRIMA
aduentus Domini.



In illo tempore cum appropinquasset Iesus ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui uocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, dicens: *Lucæ 19. Matth. 21. Marc. 11.*
Ite in castellum, quod contra uos est, in quod introeuntes inuenietis pullum asinae alligatum, cui nemo unquam hominum sedit, soluite illum, & adducite. Et si quis uos interrogauerit, quare soluitis, sic dicetis ei, quia Dominus operam eius desiderat. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

Bethphage erat uiculus sacerdotum in monte Oliueti: Bethania quoque uillula siue ciuitas in latere montis eiusdem, quasi stadiis quindecim ab Hierusalē, sicut Ioannes euangelista manifestat, ubi Lazarus est suscitatus a mortuis: cuius & monumentum ecclesia nunc ibidem constructa demonstrat. Bethphage autem domus buccae, Bethania domus obedientiae dicitur. Quas Hierosolyma uenturus Saluator, praesentiae suae dignatione sublimauit: quia multos ante passionem suam docendo, donis pie confessionis & obedientiae spiritualis impleuit. Quae pulchre ciuitates in monte Oliueti positae referuntur, hoc est, in ipso Domino, qui nos in citione spiritualium charismatum, & scientiae pietatisque luce resouet. Vnde cum alibi diceret: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, continuo subiecit: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio. Quia idem mons Oliueti, id est, summus spiritualium distributor gratiarum, qui ciuitatem suam ut emineat exaltat, hanc quoque oleo exultationis ut lucere possit, inflamat. Et quia idem lumen sub modio ponere noluit, misit discipulos in castellum quod contra eos erat. id est, doctores qui indocta ac barbara totius orbis litora, quasi contra positi castelli moenia euangelizando penetrarēt, destinare curauit.

Recte

Recte autem duo mittuntur: siue propter scientiam ueritatis, & mundiciam operis, seu propter geminam dilectionis, Dei uidelicet & proximi sacramentum, toto orbe predicandum.

In quod introcuntes inueniatis pullum asinae alligatum, cui nemo unquam hominum sedit: soluite illum, & adducite. Et si quis uos interrogauerit, quare soluitis, sic dicetis ei: Quia Dominus operam eius desiderat. Introeuntes mundum predicatores, inueniunt populum nationum perfidie uinculis irretitum. Funiculis enim peccatorum suorum unusquisque constrictus erat, nec solum nationum, sed & Iudaeorum, omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Vnde bene apud

Rom. 3.

Matthaeum asina quoque cum pullo alligata reperitur. Asina quippe, quae subiugalis fuit, & edomita iugum legis traxerat, synagogam significat: pullus asinae lasciuus & liber, populum nationum demonstrat: cui nemo unquam hominum infedit, id est, nemo rationabilium doctorum frantum correptionis, quo uel lingua a malo cohibere, uel in arctam uitae uiam ire cogere tur, nemo in damenta salutis, quibus spiritaliter calefieret, utilia suadendo contulerat. Sederet namque illi homo, si qui ratione utens, eius stulta deprimendo corrigeret, unde non immerito posunt duo discipuli ad exhibenda Domino animalia destinati, iuxta parabola superioris exemplum, duo praedicatorum ordines, unus ingentes, alter in circuncisionem directus intelligi. Et notandum, quod tres euangelistae, qui Graeco sermone scripsere, pullum tantummodo commemorant: Matthaeus uero solus, qui Hebraeis Hebraeque suum euangelium descripsit eloquio, asinam quoque solutam & Domino refert adductam, ut eiusdem etiam gentis Hebraeae, si peccauerit, non desperandam monstraret esse salutem.

Matth. 21.

Ioan. 20.

Soluite, inquit, & adducite. Quae cumque enim solueritis super terram, erunt soluta & in caelis.

Abierunt autem qui misi erant, & inueniunt sicut dixit illis, stantem pullum. Marcus scribit pullum ante ianuam foris in biuio inuentum. Ianua autem ipse est qui ait: Ego sum ianua ouium, per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pasqua inueniet. Quibus uita pascaus iste pullus, id est, populus gentium carebat, quando adhuc extra hanc ianuam in biuio ligatus stabat. Et recte in biuio: quia non unam certam uiam, fideique uiam tenebat, sed plures dubiosque sentarum calles sequebatur erroneus: de quibus apte subiungitur:

1. Cor. 12.

Act. 10.

Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? Multos quippe habebat dominos, qui non uno dogmati & superstitutione ditus, sed pro libitu immundorum spirituum ad uarios diuersosque miser raptabatur errores, ad simulachra muta prout ducebatur incedens. Denique uernacula quadam scripturae consuetudine commune esse dicitur, quod immundum est, sicut & ad Petrum uox de caelo dicit: Quod Deus mundauit, tu commune ne dixeris: Quia qui sanctus est, solius Dei est, & cum nullo ei communis est: qui autem peccator est & immundus, multorum est. Multi enim daemones possident

eum, & ideo communis appellatur.

At illi dixerunt: Quia Dominus eum necessarium habet, & duxerunt illum ad Iesum. Qui soluendo pullo contraxerant, audito Domini nomine quiescunt: quia magistri errorum, qui uenientibus ad salutem gentium doctoribus obsistebant, eatenus suas tenebras defendere, donec miraculis attestantibus ueri possessoris ac Domini uirtus emicuit. At postquam fidei Dominicae potestas apparuit, cedentibus passim aduersariorum relictis, liber credentium coetus, qui Deum corde portet, adducitur.

Etiacientes uestimenta sua supra pullum, inposuerunt Iesum. Vestimenta Apostolorum uel doctrina uirtutum, uel edisseritio scripturarum, uel certe ecclesiasticorum dogmatum uarietates intelligi possunt, quibus illi corda hominum ante nuda & frigida, quo Christo fessore digna fiant, operiunt.

Eunte autem illo subternebant uestimenta sua in uia. Portante Dominum asino; discipuli uestimenta in uia stertunt. Quia proprii se corporis exuentes amictu, uia simplicioribus Dei famulis suo sanguine parant: ut uidelicet inoffenso gressu mentis Hierosolyma, quod Iesus ducit, incedant. Iesus enim asello inlidens Hierosolymam tendit, quado uel uniuscuiusque fidelis animam regens, uide licet iumentum suum ad pacis intimum uisionem ducit: uel etiam cum sanctae ecclesiae uniuersaliter praesidet, eamque in superne pacis desiderium accendit. Quia uero iuxta alios euangelistas non discipuli tantum, sed & plurimi de turba stertebant uestimenta sua in uia, possunt per eos etiam hi designari, qui exempla martyrum secuti, corpora sua per abstinentiam edomant, ut Domino iter ad mentem parent, uel exempla bona sequentibus praebant.

Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, ceperunt omnes turbae descendantium gaudentes laudare Deum uoce magna. Descendente de monte Oliuarum Domino, gaudentes laudantesque turbae simul & ipsae descendunt. Quia humilitate sua sponte misericordiae autore, necesse est eos qui misericordia plurimum indigent, humilitatis eius uestigia quantum praualent imitari. Necesse est enim, nos intuentes quomodo Iesus de monte Oliueti descendit, id est, cum in forma Dei esset humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: humiliemur & ipsi sub potestati manu eius, ut exaltari mereamur in tempore uisitationis.

Philip. 2.

Super omnibus quas uiderat, uirtutibus dicentes: Benedictus qui uenit rex in nomine Domini. Multas quidem uirtutes Domini uiderant, sed maxime Lazari resuscitationem, quae nuper facta erat, stupebant: testimonium perhibente turba, quae erat cum eo, quando illum uocauit de monumento & suscitauit a mortuis. Nam & propterea obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum: Notandum est enim, non nunc primum uenientem de Galilaea Saluatorem, id est, ante quinque dies Paschae Hierosolymam adisse, sed anno praeterito mense septimo illic ad diem festum scenopegiae uenisse, sicut Ioannes memorat, &

Ioan. 12.

& exinde sex mensibus continuus, hoc est, usq[ue] ad diem Paschae quo passus est, modo Hierosolymis signa fecisse, & docuisse, modo montem Oliuarum ascendisse, modo Iudaea expulsum trans Iordanem abisse, modo in ciuitate deserti, quae dicitur Effrem, mansisse cum discipulis, nunquam tamen id temporis Galilaeam fuisse reuersum. Super omnibus ergo, quas eum tanto tempore fecisse uiderant, uirtutibus, turbae Deum laudant, dicentes:

Benedictus qui uenit rex in nomine Domini, pax in caelo & gloria in excelsis.] Benedictus autem qui uenit rex in nomine Domini, sic potius accipiendum est, ut in nomine Domini, in nomine Dei patris intelligatur: quamuis possit intelligi etiam in nomine suo, quia & ipse Dominus est. Vnde alibi scriptum est: *Pluit Dominus a Domino.* Sed uerba eius melius nostrum dirigunt intellectum qui ait: *Ego ueni in nomine patris mei, & non suscepisti me: alius ueniet in nomine suo, hunc suscipietis.* Humilitatis enim magister est Christus, qui humiliavit semetipsum, factus obediens usq[ue] ad mortem. Non itaq[ue] amittit diuinitatem, quando nos docet humilitatem. Non autem rex Israel Christus ad exigendum tributum, uel ferro exercitum armandum, hostesq[ue] uililiter debellandos, sed rex Israel quod mentes regat, quod in aeternum consulat, quod in regnum caelorum credentes, sperantes, amantesq[ue] perducat. Dei ergo filius aequalis patri, uerbum per quod facta sunt omnia. Quod rex esse uoluit Israel, dignatio est, non promotio, miserationis indicium est, non potestatis augmentum. Qui enim appellatus est rex in terra rex Iudaeorum, in caelis est Dominus angelorum. Verum quia Christus in carne totius mundi propitiatio, & hominum uidelicet & angelorum, illuxit, pulchre sibi inuicem in eius laude dispensationis caelestia simul & terrena concinunt. Quo enim nascente caelestium uirtutum agmina Deum laudantia decantant: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, eo de mundi principe triumphaturo, moxq[ue] se caelis reddituro, mortales uicem laudis reponunt. Pax in caelo, & gloria in excelsis.*

Homiliam eiusdem super eodem Euangelio, quare in Dominica Palmarum.

DOMINICA SECUNDA IN
Aduentu Domini. Lucae 21. Matthei 24. Marci 13.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium, praecursio sonitus maris & fluctuum. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM
DEM LECTIOE.

Sicut Dominus in sequentibus intimat, apparet e uniuersali iudicio caelum & terra trans-

bunt, & sicut in Ioannis Apocalypsi legimus, mare iam non erit: merito eodem incumbente iudicio, sonitus maris & fluctuum confunditur, terrarum orbis premensibus se inuicem colonis inficitur, maxima caeli luminaria percussis horrore nouo radijs turbata faciem uelant. Et quomodo impulsa ad casum arbores fragoris motusq[ue] sui praemittere solent indicia, sic termino appropiante quali pauentia nutant ac tremunt elementa. Ergo quod ait Mattheus, Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellae cadent de caelo, ipsam iudicij praesentiam significat, quando apparente uera gloria lucis, omnia mundi lumina tenebris umbrisq[ue] comparantur. Quod uero dicit Lucas: Erunt signa in sole, & luna & stellis, praecursores uicinis eiusdem iudicij quasi nuncios indicat. E quibus est & illud prophetae: Sol uertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam ueniet dies Domini magnus & manifestus. Item quod Lucas ait: Et in terris pressura gentium, ipsum esse reor quod Antichum tempora describens Mattheus dicit: Erunt enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usq[ue] modo, neq[ue] fiet. Quod autem Lucas subiungit praecursio sonitus maris & fluctuum, praeco est illius quod inter caetera mutabilia seculi, Ioannes mare habiturum conspexit.

Arescentibus hominibus praetimore & expectatione, quae superuenient uniuerso orbi, nam uirtutes caelorum mouebuntur.] Credo ipsum iudicis aduentum hac sententia designari, quando iuxta alterius loci parabolam omnes, hoc est, & prudentes & fatuae uirgines insolito clamore suscitatae lampades ornant, id est, sua secum opera numerant, pro quibus maximo cum timore iam iamq[ue] instantem aeterni discriminis expectant euentum. Nam eatenus absq[ue] ullo timore iudicis uniuersus pene orbis acturus est, Apostolo attestante, qui ait: Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Tunc itaq[ue] superueniente uniuerso orbi timore & expectatione districti examinis, multi qui in hoc mundo florere uidebantur, cum se sine fructu conspexerint, arescent. Tunc fides quae sine operibus uiruerat, probate se iusti iudicis igne marcescet. Nec mirum homines, hoc est, uel natura uel sensu terrestres, ad eius iudicium turbari, cuius aspectum & ipsa caelorum uirtutes, hoc est, angelicae tremunt potestates, beato quoq[ue] Iob attestante, qui ait: Columnae caeli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. Quid ergo faciunt tabulae, quando tremunt columnae? Quid uirgulae deserti patitur, cum cedrus paradyli concutitur?

Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate.] In potestate & maiestate uisuri sunt, quem in humilitate positum audire noluerunt, ut uirtutem eius tanto tunc districtius sentiant, quanto nunc ceruicem cordis ad eius patientiam non inclinant. Sed quia haec contra reprobos dicta sunt, mox ad electorum consolationem uerba uertuntur. nam subditur:

His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quoniam

stra, quoniam appropinquat redemptio uestra.] Cum plaga, inquit, mundi crebescunt, cum terror iudicij uirtutibus commotis ostenditur, leuate uos capita, id est, exhilarate corda: quia dñ finitur mundus, cui amici non estis, propè fit redemptio, quam quaesistis. In scriptura etenim sacra sapè caput pro mente ponitur: quia sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur. Leuare itaq; capita, est mentes nostras ad gaudia patriæ cœlestis erigere. Quod autè calcari mundus ac despici debet, prouida Dominus cōparatione manifestat. Nam sequitur.

Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, et omnes arborès cum producant iam ex se fructum, scitis quoniam propè est aestas: ita et uos cum uideritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei.] Apertè ergo docet, quia sicut ex fructu arborum uetura ætas agnoscitur, ita ex ruina mudi propè esse cognoscitur regnum Dei. Quibus profecto uerbis ostèditur, quia fructus mundi, ruina est: ad hoc enim crescit, ut cadat, ad hoc germinat, ut quæcumq; germinauerit, cladibus cōsumat. Bene autem regnum Dei ætati comparatur: quia tunc moreris nostri uibila transeunt, & uitæ dies æterni solis claritate fulgescunt. Quæ omnia cum magna certitudine confirmantur, cum sententiâ subiungitur, qua dicitur:

Amen dico uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.] Multum quippe commendat Dominus, quòd ita pronunciat: quodammodo (si dici fas est) iuratio eius est, Amen dico uobis. Amen enim interpretatur uerum, & tamen nō est interpretatum, cum potuisset dici, Verum dico uobis: nec Græcus hoc interpret ausus est facere, nec Latinus. Sic māsit, non est interpretatum, ut honorem haberet uelamento secreti: non ut esset negatum, sed ne uilisceret nudatū. Igitur uerum dico uobis, ueritas dicit, quæ utique etsi non diceret, mentiri omnino non posset. Tamen commendat, inculcat, dormientes quodammodo excitat, intentos facit, cōtemni non uult. Amen, inquit, dico uobis, quia nō præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Generationem autem aut omne hominum genus dicit, aut specialiter Iudæorum.

Cœlum et terra transibunt, uerba autem mea nō transibūt.] Cœlum quod transibit, non æthereum siue sydereum, sed aëreum, à quo & aues cœli & nubila cœli cognominantur, intelligere debemus. Petro attestante qui dicit: Quod cœli erant prius & terra de aqua, & per aquam consistens uerbo Dei, per quæ ille tunc mundus periit. Cœli autem qui nunc sunt, & terra, eodem uerbo positi sunt igni reseruatū in die iudicij, & perditionis hominum impiorū: apertè docens, quia non alij cœli sunt igne perituri, quam qui aqua perditū, hoc est, inania hæc, & nubilosa uentosi aëris spacia. Neq; enim aqua diluuij, quæ quindecim tantū cubitis montiū cacuminā trāscendit, ultra aëris ætherisq; confinia peruenisse credenda est. Quocumq; autem peruenire potuit, eō nimirum, iuxta præfatam beati Petri sententiam, & ignis iudicij perueniet. Si autem cœlū

Bedæ tom. 7.

& terra transibunt, mouere potest quomodo dicat Ecclesiastes: Generatio præterit, & generatio aduenit, terra uerò in æternum stat. Sed aperta ratione cœlum & terra per eam quam nunc habent imaginem, transeunt: attamè per essentiam sine fine subsistūt. Præterit enim figura huius mundi. Et ad Ioannem angelus: Erit, inquit, cœlum nouum, & terra noua. Quæ quidem nō alia condenda sunt: sed hæc ipsa renouātur. Cœlum igitur & terra & transibit & erit: quia & ab ea quam nunc habet speciem, per ignem tergetur, & tamen in sua semper natura seruabitur. Vnde per Psalmistā dicitur: Mutabis ea, & mutantur. Quam quidem ultimā commutationem suam ipsis nobis nunc uicissitudinibus nūciant, quibus nostris uisibus indefinenter alternant. Nam terra à sua specie hyemali ariditate deficit, uernali humore uiridescit: cœlum quod tūtidie caligine noctis obducitur, & diurno claritate renouatur. Hinc ergo, hinc fidelis quisq; colligat, & interire hæc, & tamen per inuolutionem reficit, quæ consistat nunc alsidū, uelut ex defectu reparari.

DOMINICA III. IN ADVENTU
tu Domini. Lucæ 7. Matth. 11.

In illo tempore conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, et misit eos ad Dominum dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIÓNE.

Non simplici corde, ut opinor, sed inuidia stimulato discipuli Ioannis ei Christi uirtutes & miracula narrat. Nam & alibi ita apud eum quaesti esse produntur: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Quibus tunc respondit Ioannes: Quia non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo, &c. quibus & se purum hominem, & Christum Dei filiū esse manifeste declarat. Verum, quia mansit inuidia, liuorq; nequibat expelli, quid pro eis corrigendis optimus magister adhuc egerit, attende.

Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, et misit eos ad Dominum dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?] Videlicet ut per hanc saltem occasionem uideō signa quæ faciebat, crederent in eum, & magistrū interrogantes sibi discerent. Ergo nō ait, Tu es qui uenisti: sed, Tu es qui uenturus es: Et est sensus: Manda mihi, quia interficiendus ab Herode, & ad inferna descensus sum, utrum te & in inferis debeam nunciare, qui nunciaui superis: an nō cōueniat filio Dei, ut gustet mortem, & alium ad hæc sacramentā missurus es.

In ipsa autem hora curauit multos à languoribus et plagis, et spiritibus malis, et cæcis multis donauit uisum.] Ioannes interrogauerat per discipulos: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Christus signa demonstrat, non ad ea respondens, quæ interro-

m gatus

1. Petr. 3.

Genes. 7.

2. Petr. 3.

Ecclesi. 1.

1. Cor. 7.

Apoc. 21.

Psal. 101.

30

40

1000. 3.

50

gatus fuerit, sed ad scandalum nunciorum.

Buntes, inquit, renunciate Ioanni, quae uisistis & audistis. Quia caeci uident, claudi ambulat, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, & quod his non minus est, pauperes euangelizantur.] Vel pauperes spiritu, uel certe opibus pauperes, ut nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos, in praedicatione distantia sit. Haec magistri rigorem, haec praecceptoris comprobant ueritatem, quando omnis apud eum qui saluari potest, aequalis est. Quod autem ait:

Et beatus est, quicumque non fuerit scandalizatus in me.] Et nuncios Ioannis, qui eum esse Christum non crediderant, a perfidia scandalo castigat, & eidem Ioanni quod quaerebat, exponit: quia Deus saluos faciendi, & Domini exitus mortis. Visus enim tot signis tantisque uirtutibus, non scandalizari quisquam potuit, sed admirari. Sed infidelium mens graue in illo scandalum pertulit, cum eum & post tot miracula morientem uidit. Quid est ergo dicere, Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta uoce abiectionem mortis suae, humilitatemque signare. Ac si patenter dicat, Mira quidem facio, sed abiecta perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cauendum ualde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa uenerantur.

Psal. 67.

Et cum discessissent nuntij Ioannis, cepit dicere de Ioanne ad turbas.] Quia turba circumstantis interrogationis mysterium nesciebat, & putabat Ioannem dubitare de Christo, quem ipsum monstrauerat, ut intelligeret Ioannem non sibi interrogasse, sed discipulis suis, dignis eum laudibus accumulat.

Quid existis in desertum uidere arundinem uento moueri?] Quod uidelicet non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox, ut aura contingerit, in partem flectit. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur? qui mox fauore uel detractio tangitur, in partem quamlibet inclinatur. Si enim ab humano ore aura fauoris flauerit, hilarescit, extollitur, totumque se quasi ad gratiam inflectit: sed si inde uentus detractio nis eruperit, unde laudis aura ueniebat, mox hunc quasi in partem alteram ad uim furoris inclinat. Sed arundo uento agitata Ioannes non erat: quia hunc nec blandum gratia, nec cuiuslibet ira asperum faciebat, nec prospera hunc erigere, nec aduersa nouerunt inclinare.

Sed quid existis uidere hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce qui in ueste preciosa sunt & delicijs, in domibus regum sunt.] Camelorum etenim pilis uestitus Ioannis fuisse describitur. Non ergo coelesti, inquit, sed terreno regno militant hi, qui pro Deo perpeti aspera fugiunt, sed solis exterioribus dediti, praesentis uitae molliciem & delectationem quaerunt. Nemo ergo existimet in luxu atque studio uestium peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Dominus de uestimenti sui asperitate laudasset. Quauis hoc quod Ioannes non esse uestitus mollibus dicitur, per significationem intelligi aliter potest. Mollibus enim uestitus non fuit, quia uitam peccantium non blandimentis fouit, sed uigo-

re asperae inuocationis increpauit dicens: Genimina uiperarum, quis uobis demonstrauit fugere a uentura ira?

Matth. 3.

Sed quid existis? Videre prophetam? Vtique dico uobis, & plus quam prophetam.] Prophetae quippe ministerium est uentura dicere, non etiam demonstrare. Ioannes ergo plus quam propheta est, quia eum quem praecurrendo prophetauerat, etiam ostendendo nunciabat.

Hic est de quo scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit uiam tuam ante te.] Quod Graece angelus, hoc Latine nuncius dicitur. Recte ergo, qui nunciare supernum iudicem mittitur, angelus uocatur, ut dignitatem seruet in nomine, quam explet operatione. Altum quippe nomen est, sed uita nomine inferior non est. Sed & omnes qui sacerdotij nomine censentur, angeli uocantur, Propheta attestant e qui ait: Laeua sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Nec non & unusquisque fidelium in quantum sufficit, in quantum gratiam supernae aspirationis accipit, si a prauitate proximi reuocat, si exhortari ad bene operandum curat, si aeternum regnum, uel supplicium erranti denunciat, cum uerba sanctae annunciationis impendit, profectio angelus existit.

Malach. 3.

Malach. 3.

**FERIA IIII. QUATVOR
temporum. Lucae.**

In illo tempore in mense sexto missus est angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilaeae, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen uirginis Mariae. Et reliqua.

**BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.**

Angeli idcirco priuatis nominibus censentur, ut signetur per uocabula etiam in operatione quid ualeant. Neque etenim in illa sancta ciuitate, qua de uisione omnipotentis Dei plena scientia perfecit, idcirco propria nomina sortiantur, ne eorum personae sine nominibus sciri non possint: sed cum ad nos aliquid ministraturi ueniunt, apud nos etiam nomina a ministrarijs trahunt. Ad Mariam ergo uirginem Gabriel mittitur, qui Dei fortitudo nominatur. Illud quippe nunciare ueniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. De quo per Psalm. dicitur: Dominus fortis & potens, Dominus potens in praelio. Et rursum: Dominus uirtutum ipse est rex gloriae. Per Dei ergo fortitudinem nunciandus erat, qui uirtutum Dominus & potens in praelio, contra potestates aereas ad bella ueniebat. Mensem autem sextum Martium intellige, cuius uicesimo & quinto die Dominus noster & conceptus traditur & passus, sicut & uicesimo quinto die mensis Decembris natus. Quod si uel hoc die (ut nonnulli arbitrantur) a quo noctium uerna, uel illo solstitium brumale fieri credamus, conuenit

Psal. 33.

uenit utiq; cum lucis incremēto concipi uel na-
 sci eum, qui illuminat omnem hominem ueniē-
 tem in mundum. At si quis ante Dominicæ na-
 tiuitatis & conceptionis tempus lucem uel cre-
 scere, uel tenebras superare cōuicerit, dicimus
 & nos, quia & Ioannes tunc ante faciem aduē-
 tus eius regnū cœlorum euangelizabat: & nūc
 quoq; prædicatoribus impēatur, Iter facite ei
 qui ascendit super occasum. Cur autem Ioānes
 circa æquinoctium autumnale conceptus, cir-
 ca solstitium æstiuum sit natus, docet ipse, qui
 uel ex sua, uel ex ueteris testamētī (ut multi au-
 tumant) persona loquitur: Illum oportet cre-
 scere, me autem minui.

Ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat Ioseph, de do-
 mo Dauid, & nomē uirginis Maria.] Multas ob causas
 Saluator non de simplici uirgine, sed de sponsa
 uoluit nasci. Primò uidelicet, ut per generatio-
 nem Ioseph, cuius Mariæ cognata erat, Mariæ
 quoq; nasceretur origo. Neque enim moris est
 scripturæ foeminarū genealogiā texere. Nam
 & de utroq; potest intelligi, quod dicitur de do-
 mo Dauid. Deinde, ne uelut adultera lapidare-
 tur à Iudæis, malens aliquos de suo ortu, quā
 de pudore dubitare parentis, simul & uirginis
 bus impudicus occasione tollens, ne matrem
 quoq; Saluatoris dicerēt falsis suspitionibus in-
 famatam. Tertio, usq; in Aegyptum fugiens, &
 inde rediens haberet solatium uiri, qui integer
 rimæ uirginitatis custos pariter ac testis existe-
 ret. Quarto, ne partus eius diabolo pateret, q-
 si eum de uirgine natum cognosceret, forsitan
 quasi cæteris hominibus eminentiorem morti
 tradere timeret. Mariæ autem Hebraicè stella
 maris, Syriacè uerò domina uocatur. Et meri-
 to: quia & totius mundi Dominum, & lucē se-
 culis meruit generare perennem.

Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Domi-
 nus tecum, benedicta tu in mulieribus.] Bene gratia ple-
 na uocatur, quæ nimirum gratiam, quam nulla
 alia meruerat, assequitur, ut ipsum uidelicet
 gratia concipiat & generet autorem.

Que cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat
 qualis esset ista saluatio.] Disce uirginem moribus,
 disce uirginem uerecundia, disce uirginem ora-
 culo, disce mysterio. Trepidare uirginū est, &
 ad omnes uiri ingressus pauere, omnes uiri affa-
 tus uereri. Discant mulieres propositum pudor-
 is imitari. Sola in penetralibus, quam nemo ui-
 rorum uideret, solus angelus reperiret, sola si-
 ne comite, sola sine teste, ne quo degeneri de-
 prauaretur affectu, ab angelo salutatur. Disce
 uirgo uerborum uitare lasciuia. Mariæ etiam
 salutationem angeli uerebatur. Erat tamen co-
 gitans, inquit, qualis esset hæc saluatio. Et ideo
 cum uerecundia, quia pauebat cum prudentia,
 quia benedictionis nouam formulā mirabatur,
 quæ nusquam lecta est, nusquā antè comperta.

Et ait angelus ei: Ne timeas Mariæ, inuenisti enim gratiam
 apud Deum.] Quam salutatione insolita, utpote
 quæ ei soli seruabatur, uiderat turbatam, quasi
 familiaris notam uocans ex nomine, ne time-
 re debeat subet. Et quia gratia plenam uocauit
 Bedæ tom. 7.

rat, eandem gratiam & astruit plenius, & ube-
 rius explicat dicens:

Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen
 eius Iesum.] Iesus saluator siue salutaris interpre-
 tatur: cuius sacramentum nominis alloquens
 Ioseph angelus exposuit, Ipse enim, inquiring,
 saluum faciet populum suum à peccatis eorū.
 Non ait populum Israel, sed populū suum, hoc
 est, in unitatem fidei ex præputio & circumcisio-
 ne uocatum, quibus ex diuersa parte congrega-
 tis fieret unus pastor & unum ouile.

Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi
 Dominus Deus sedem Dauid patris eius.] Dicitur est & de
 Ioanne quod erit magnus, sed ille quasi homo
 magnus, hic quasi Deus magnus. Ille enim ma-
 gnus coram Domino, hic autem erit magnus,
 inquit, & filius altissimi uocabitur. Idem ergo
 filius altissimi, qui in utero uirginali cōceptus
 & natus est. Idem homo in tempore creatus ex
 matre, qui Deus est ante tempora natus ex pa-
 tre. Si autem idem homo qui Deus est, omittat
 Nestorius, hominem tantum dicere ex uirgine
 natum, & hunc à uerbo Dei non in unitate per-
 sonæ, sed in societatem inseparabilem esse rece-
 ptum. Alioquin nō unum Christū uerū Deum
 & hominem, sed duos (quod dici nefas est) asse-
 rere, ac per hoc non trinitatem, sed quaternita-
 tem prædicare conuincitur. Catholica autem
 fides, sicut unumquemlibet hominem carnē &
 animam, ita hominem & uerbum unum Chri-
 stum rectissime cōfiteatur, iuxta quod & angelus
 uerba significat, quæ dandam illi sedem Dauid
 patris eius asseuerat. Qui enim eundem ipsum
 patrem habere Dauid, quem filij altissimi uo-
 cari pronunciat, in duabus utiq; naturis unam
 Christi personam demonstrat. Accipit autē se-
 dem Dauid, ut nimirum gentē cui Dauid quon-
 dam & filij eius temporalis regni gubernacu-
 la præbuerunt, ipse perpetuum uocaret adre-
 gnium, quod eis paratum est ab origine mundi.

Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nō erit
 finis.] Et Esaias ait: Multiplicabitur eius impe-
 rium, & pacis nō erit finis. Super solium Dauid
 & super regnum eius sedebit, ut cōfirmet illud
 & corroboret in iudicio & iustitia. Nō dixit in
 acquisitione gloriæ, gazarumq; terrarū, nō
 in uictoria gentium plurimarum urbiumq; de-
 bellatione superbarū, sed in iudicio & iusticia.
 Per hæc enim regnum Christi & in singulis qui-
 busq; fidelibus, & in uniuersa per orbem multi-
 plicatur pariter & confirmatur ecclesia. Domū
 namq; Iacob totam ecclesiam dicit, quæ uel de
 bona radice nata, uel cum oleaster esset, meritō
 tamē fidei in bonam est inserta oliuam. Quam
 post triumphum passionis, alloquens Saluator
 ait: Qui timetis Dominū, laudate eum, uniuersum
 semē Iacob magnificate eum. Non autem
 ideo futuri temporis uerbis magnus extiturus
 Iesus filius altissimi uocandus, sceptrum Dauid
 accepturus, & in domo Iacob regnaturus asseri-
 tur: quia iuxta quod heretici sapunt, atq; a ue-
 ritate desipiunt, Christus ante Mariam nō fue-
 rit, sed quod homo assumptus in Deum, clarifi-
 catus

1041.17. catus est ea claritate, quam uerbi Dei habuit, priusquam mundus esset apud patrem: hoc est, ut iisdem filij nomē, eandē Christi personam, homo cū Deo plenus gratia & ueritate fortiretur.

Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam uirū non cognosco? Propositum suæ mentis reuerenter exposuit, uitam uidelicet uirginalem se ducere decreuisse. Quæ quia prima fœminarum tantæ se uirtuti mancipare curauit, iure singulari præ ceteris fœminis beatitate meruit excellere. Quomodo, inquit, fiet istud. Non ait, unde hoc sciam, sed quomodo fiet, inquit, quoniam uirū non cognosco? Ordinem uidelicet obsequij cui subdatur inquirens, non autem signum cui credat flagitans. Neq; enim decebat electam generando Deo uirginē dubiam diffidentia, sed prudentia cautam existere, quia nec facile poterat homo nosse mysterium, quod in Deo manebat à seculis absconditum. Quia ergo legerat, Ecce uirgo in utero habebit & pariet filium: sed quomodo id fieri posset non legerat, merito credula ijs quæ legerat, sciscitatur ab angelo, quod in propheta non inuenit.

Esai. 7.

Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superuenies in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Non uirili, inquit, quod nō cognoscis femine, sed spiritus sancti, quo impleris opere concipies. Erat in te conceptio, libido non erit. Concupiscentiæ nō erit æstus, ubi umbram faciet spiritus sanctus. Verum in eo quod ait: Et uirtus altissimi obumbrabit tibi, potest etiā incarnati Saluatoris utraq; natura designari. Umbra quippe à lumine solet & corpore formari. Et cui obumbratur, lumine quidem uel calore solis, quantum sufficit reficitur: sed ipse solis ardor ne ferri nequeat, interposita uel nubecula leui, uel quolibet alio corpore temperatur. Beata itaq; uirgini, quia quasi pura homo omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter capere nequibat, uirtus altissimi obumbravit, id est, incorporea lux diuinitatis corpus in ea suscepit humanitatis. De qua pulchre propheta: Ecce Dominus, inquit, ascendit super nubem leuem, & ingredietur Aegyptū. Quod est dicere: Ecce uerbum Dei patri coæternum, lumenq; de lumine ante secula natum, carnem in fine seculorum atque animam nullo peccati pondere grauata suscipiet, & de utero uirginali tanquam sponfus de thalamo suo, procedet in mundum.

Esai. 19.

Psal. 18.

Ideoq; & quod nascetur ex te sanctū, uocabitur filius Dei. Ad distinctionem nostræ sanctitatis, Iesus singulariter sanctus nasciturus asseritur. Nos quippe et si sancti efficimur, non tamen nascimur: quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur, ut merito cum propheta gementes singuli dicamus: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Ille autem solus ueraciter sanctus est, qui ut ipsam conditionē naturæ corruptibilis uinceret, ex commixtione carnalis copulæ conceptus non est. Sanctum, inquit, uocabitur filius Dei. Quid hic dicis Nestoriane, qui beatam Mariam Dei negans esse genitricem, apertam

Psal. 50.

niteris impugnare ueritatem? Ecce Deum dixit superuenturum, Dei filium nasciturum. Quomodo ergo aut Dei filius Deus non est: aut quæ Deum ædidit, quomodo Deo uirgo, id est, Dei genitrix non esse potest?

Et ecce Elizabeth cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ uocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne uerbum. Ne uirgo se parere posse diffidat, accipit exemplum sterilis anus parituræ, ut discat omnia Deo possible, etiam quæ naturæ ordine uidentur esse contraria. Si quem uerō mouet, quomodo beatæ Mariæ cognatam dicat Elizabeth, cum hæc de domo Dauid, illa de filiabus Aaron originē duxerit: animaduertat proauos earum inuicē liberis nuptum traditis utraq; tribum potuisse coniungere. Cui si hæc expositio forte non suffecerit contentiosius insistenti, quasi hoc contra interdictū legis fieri nequiverit, legat Exodum, ubi scriptum est: Accepit autem Aaron uxorem Elizabeth filiam Aminadab, sororem Naafon, quæ peperit ei Nadab, & Abiud, & Eleasar, & Ithamar: uideatq; ante edictum legis superna prouisione sacerdotalem regali iuncturam fuisse progeniem, ut uidelicet Dominus Iesus Christus, qui secundum carnem uerus rex & sacerdos erat futurus, ipsam quoq; carnem de utraq; Dauid scilicet & Aaron stirpe suscipere. Vnde & in hac utraq; tribu chrisma per legem mysticum celebrabatur, Christi nimirum nominis pariter & generationis prænuncium. Et ipse Dauid domum Dei ingrediens, panem sanctum & gladium quasi rex & sacerdos accepit, illum uidelicet de suo semine uenturū præfigurans, qui & pro nostra libertate regis iure pugnaret, & pro nostra absolutione panem suæ carnis offerret.

Exod. 6.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Quanta cum deuotione humilitas, quæ & angeli promissum optat impleri, & seipsam, quæ mater eligitur, ancillam nuncupat, apertissime insinuans, quam nil sibi meriti uindictet in eo, quod Domini iussus obsecundet. Fiat, inquit, sine uiri semine conceptus in uirgine, nascatur de spiritu sancto integra carne sanctum, quod nascetur de homine matre sine homine patre, uocetur Dei filius.

HOMILIAM EIVSDEM SUPER
eodem euangelio require in festo
Annunciationis Mariæ.

FERIA SEXTA QUATVOR
temporum. Lucæ.

10 In illo tempore exurgens Maria abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit domum Zachariæ, & salutauit Elizabeth. Et factum est, ut audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit insans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabeth, & exclamauit uoce magna & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis. Et reliqua.

BEDÆ

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIÖNE.

Accepto uirginis cōsensu mox angelus cō-
lectia repetit, illa petit mōtana. Festinat in-
uifere Elisabeth, non quasi incredula de oracu-
lo, uel dubia de exemplo, sed ut læta pro uoto,
religiosa pro officio. Typicum pariter exem-
plum tribuens, quod omnis anima, quæ uerbum
Dei mente conceperit, uirtutū statim celsa ca-
cumina gressu confendat amoris, quatenus ei
uitatem Iuda, id est, confessionis & laudis arcē
penetrare, & usq; ad perfectionem fidei, spei
& charitatis quasi tribus in ea mensibus ualeat
commorari.

Et intrauit in domum Zacharie, & salutauit Elizabeth.]
Dixit uirgo humilitatem Mariæ, ut & corpore
casta & pectore possis esse deuota. Visitat iu-
nior seniore, salutatur uirgo uxorem. Decet e-
nim, ut quo castior uirgo, eo sit humilior, & se-
nioribus deferens habitum castitatis præconio
commendet humilitatis. Aliter, Maria ad Eli-
zabeth, Dominus uenit ad Ioannem: hæc ut spi-
ritu sancto repleatur, illius ut baptisma conse-
cretur, maiorumq; humiliatio, minorum est uti
que exaltatio. Deniq; sequitur:

*Et factum est ut audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exul-
tauit infans in utero eius, & repleta est spiritu sancto Eliza-
beth.]* Vide distinctionem, singulorumq; uerbo-
rum proprietates. Vocem prior Elizabeth au-
diuit, sed Ioannes prior gratiam sensit. Illa natu-
ræ ordine audiuit, iste exultauit ratione myste-
rii. Illa Mariæ, iste Domini sensit aduentum. Iste
gratiam loquuntur, illi intus operantur, pietati-
tisq; mysterium maternis adoriuntur profecti-
bus, duplīcīq; miraculo prophetant matres spi-
ritu paruulorum. Exultauit infans, & repleta
mater est, non prius mater repleta quam filius,
sed cum filius esset repletus spiritu sancto, re-
pleuit & matrem.

*Et exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mu-
lieres, & benedictus fructus uentris tui.]* Notandū quod
præmissa de Christo prophetia non rerum tan-
tum miraculis, sed & uerborum proprietate cō-
pletur. Iste est enim fructus, qui Dauid patriar-
chæ sub iurejurando promittitur: De fructu uē-
tris tui ponam super sedem meam. Simulq; in-
tuendū quod eadem uoce Maria ab Elizabeth,
qua à Gabriele, benedicatur, quatenus & ange-
lis & hominibus ueneranda, & cunctis merito
fœminis præferenda monstratur.

*Et unde hoc mihi ut ueniat mater Domini mei ad me? Nō
quasi nescia perquirat, quod nimirum sancti spi-
ritus esse cognoscit, se uidelicet à matre Domi-
ni ad pignoris sui profectum salutari: sed mira-
culi nouitate percussa, non hoc sui meriti, sed
muneris fatetur esse diuini.*

*Eccē enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis,
exultaui in gaudio infans in utero meo.]* Erubescēbat
Elizabeth onus parentis, quādiu nesciebat my-
sterium religionis. Sed quæ occultabat se quia
cōceperat filium, factare se cœpit, quia genera-
bat prophetam. Et quæ ante erubescēbat, bene

Bedæ tom. 7.

dicit: & quæ dubitabat antè, firmatur. Ecce e-
nim, inquit, ut uox salutationis tuæ facta est in
auribus meis, exultaui gaudio infans in utero
meo. Itaq; magna uoce clamaui, ubi Domini
sensit aduentū, quia religiosum credidit partū.
Nulla enim causa erat pudoris, ubi ppheta or-
tus, datē nō affectatē fidē generatiōis ascisceret.

*Et beata quæ credidit, quoniam perficientur ea, quæ dicta
sunt ei à Domino.]* Vides non dubitasse Mariā, sed
credidisse, & ideo fructum fidei consecutā. Bea-
ta, inquit, quæ credidit. Et uerè beata quæ facer-
dote præstantior: cum enim sacerdos negasset,
uirgo correxit errorem. Nec mirum si Domi-
nus redempturus mūdum, operationem suam
inchoauit à matre, ut perquam salus omnibus
parabatur, eadem prima fructum salutis hauri-
ret ex pignore. Pariterq; notandum quanta Eli-
zabeth animum gratia Mariā intrante ditauit,
quem simul de præterito, præsentī atq; futuro,
per prophetiæ spiritum illustrauit. dicēs enim,
Beata quæ credidisti, aperte indicat, quia uerba
angeli quæ dicta ad Mariam fuerant, per spiri-
tum agnouit: atq; subiungens, Perficientur ea
quæ dicta sunt tibi à Domino, quæ etiā eam in
futuro sequerentur, præiudic. Matrem uerò Do-
mini sui nominans, quia redemptorem humani
generis in utero portaret, intellexit.

*Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum. Et exultaui
spiritus meus in Deo salutari meo.]* Tanto, inquit, me
Dominus tamq; inauditio munere sublimauit,
quod non ullo lingue officio explicari, sed ipso
uix intimi pectoris affectu ualeat comprehen-
di: & ideo totas animæ uires in agendis gratia-
rum laudibus offero, totum in contemplanda
magnitudine eius cui non est finis, quicquid ui-
uo, sentio, discerno, gratulāter impendo. Quia
& eiusdem Iesu, id est, salutaris spiritus meus &
terna diuinitate letatur, cuius mea caro tempo-
rali conceptione scetatur. Cui simile est illud
40 *Psal. 134.*
Psal. 134: Anima autem mea exultaui in Do-
mino, & delectabitur super salutari eius. Et ipse
enim patrē filiumq; pari uenerabatur amore.

*Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc bea-
tam me dicent omnes generationes.]* Cuius humilitas re-
spicitur, rectè beata ab omnibus cognominan-
da gratulatur: sicut è contrario, cuius superbīa
despecta condemnatur Eua, id est, uel siue cala-
mitatis nomine multata tabescit. Decebat e-
nim, ut sicut per superbiam primæ nostræ par-
tis mors in mundum intrauit, ita denuo per hu-
militatem Mariæ, uita introitus panderetur.

*Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen
eius.]* Ad initium carminis respicit, ubi dictum
est: Magnificat anima mea Dominum. Solet
quippe anima illa cui Dominus magna facere
dignatur, dignis eum præconijs magnificare,
& ad cōsortes eiusdem uoti ac propositi po-
test cohortando dicere: Magnificate Domi-
num mecum, & exaltemus nomen eius in inui-
60 *Psal. 37.*
cem. Nam qui Dominū, quem cognouit, quan-
tum in se est magnificare, & nomen eius sancti-
ficare contempserit, minimus uocabitur in re-
gno cœlorum, Sanctum autem nomen eius uo-
catur,

m 3 catur,

Matth. 5.

catur, quia singularis culmine potentie transcendit omnem creaturam, atq; ab uniuersis quae se-
cit, longe segregatur. Quod Graecae locutione
mellius intelligitur, in qua ipsum uerbum, quod
dicitur *ἐξ ἑοῦ*, quasi extra terram esse significat:
cuius etiam nos imitatione pro modulo nostro
segregari praecipimur ab omnibus, qui in sancto
sancti, nec Deo dedicati, dicente Domino: San-
cti estote, quia & ego sanctus sum. Quicumque
enim se consecrauerit, merito extra terram & ex-
tra mundum uidebitur. Potest enim & ipse di-
cere: Super terram ambulantes conuersationem
in caelis habemus.

Leuit. 11.
1. Petr. 2.

Philip. 3.

Et misericordia eius in progenies & progenies timentibus
eum.] A specialibus se donis ad generalia Dei
iudicia conuertens, totius humani generis sta-
tum describit, & quid superbi, quid humiles me-
reantur, quid filij Adae per liberum arbitrium,
quid filij Dei sint per gratiam, alternis uersibus
explicat. Non ergo, inquit, soli mihi fecit ma-
gna qui potens est, sed & in omni gente & pro-
genie, qui timet eum, & operatur iustitiam, ac-
ceptus est illi.

Act. 10. Fecit potentia in brachio suo, dispersit superbos mente cordis
sui.] In brachio suo, in ipso Dei filio significat,
non quod Deus pater figura determinetur car-
nis humane, eiq; filius tanquam membrum cor-
poris haereat: sed quia omnia per ipsum facta
sunt, ideo brachium Domini dictus est. Sicut e-
nim tuum brachium per quod operaris, sic Dei
brachium dictum est eius uerbum: quia per uer-
bum operatus est mundum. Cur enim homo
brachium, ut aliquid operetur, extendit: nisi quia
non continuo fit quod dixerit? Si autem tanta
potestate praualeret, ut sine ullo motu corpo-
ris sui quod diceret, fieret, brachium eius uer-
bum eius esset. Cum ergo audiuimus brachium
Dei patris esse Deum filium, non nobis obtre-
pat consuetudo carnalis, sed quantum illo do-
nante possumus, Dei uirtutem & sapientiam
cogitemus, per quam facta sunt omnia.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes
impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.] Quod dixit, In
brachio suo, & quod praemisit, In progenies &
progenies, his quoque & non uis per singula com-
mata est annectendum uersiculis: quia uidelicet
per omnes seculi generationes & perire super-
bi, & humiles exaltari, pia iustaq; diuinae poten-
tia dispensatione non cessant.

Suscipit Israel puerum suum memorari misericordiae.] Pul-
chre puerum Domini appellat Israel, qui ab eo
sit ad saluandum susceptus: obedientem uideli-
cet & humilem, iuxta quod Osee dicit: Quia
pater Israel, & dilexi eum. Nam qui contemnit
humiliari, non potest utiq; saluari, nec dicere
cum propheta: Ecce enim Deus adiuuat me, &
Dominus susceptor est animae meae. Quicumque
autem humiliauerit se sicut paruulus, hic est ma-
ior in regno caelorum.

Osee 11.

Psal. 33.

Matth. 18.

Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius
in secula.] Semen Abraham non carnale, sed spiri-
tale significat: id est, non eius tantum carne pro-
genitos, sed siue in circumcisione, siue in praepu-

tio fidei illius uestigia secutos. Nam & in praepu-
putio positus ipse credidit, reputatumq; est ei
ad iustitiam. Atq; eiusdem fidei signaculum cir-
cuncisionem accepit, ut sic utriusq; populi pa-
ter fieret per fidem, iuxta quod Apostolus ad
Romanos plenissime differuit. Aduetus ergo
Saluatoris Abraham est & semini eius in secula
promissus: hoc est, filijs promissionis, quibus di-
citur, Si autem uos Christi, ergo Abraham semē
estis, secundum promissionem haeredes. Bene
autem uel Domini uel Ioannis exortum matres
prophetando praeueniunt, ut sicut peccatum à
mulieribus cepit, ita etiam bona à mulieribus
incipiant: & quae per unius deceptione perijt, dua-
bus certatim praenatiuitibus mundo uita reddat.

Rom. 4.

Gal. 3.

Genes. 3.

HOMILIAM EIVSDEM SUPER
eodem euangelio require in se-
sto Visitationis Mariae.

SABBATO QUATUOR
temporum. Luca 3.

Anno quintodecimo imperij Tiberij Caesaris, procurante
Pontio Pilato Iudaeam: tetrarcha autem Galilaeae Herodes,
Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituriae & Traconitidis re-
gionis, & Lysania Abilinae tetrarcha. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

Herodes, Philippus & Lysanias, qui cum Pi-
lato praeside Romano Iudaeam regebant,
filij sunt Herodis illius, sub quo Dominus na-
tus est, inter quos & ipsum Herodem Arche-
laus frater eorum decem annis regnauit: qui à
Iudaeis ob intolerabilem animi ferocitatem ap-
ud Augustum criminatus, eterno apud Vien-
nam dispersit exilio. Regnum uero Iudaeae quo
minus ualidum fieret, idem Augustus per te-
trarchias discernere curauit. Porro Pilatus duo
decimo anno Tiberij Caesaris in Iudaeam mis-
sus, procuracione gentis suscepit, atq; inibi per
decem continuos annos usq; ad ipsum penè fi-
nem Tiberij perdurauit.

Sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est uer-
bum Domini super Ioannem Zachariae filium in deserto.] Am-
bo quidem incipiente praedicationem Ioanne,
id est, Annas & Caiphas principes fuere sacra-
dorum: sed Annas illum annum, Caiphas uero
eum quo Dominus crucem ascendit, admini-
strabat: & quidem tribus alijs in medio pontifica-
tu perfunctis, uerum his maxime qui ad Domi-
ni passionem pertinerent, ab Euangelista com-
memoratis. Legalibus namq; tunc praecipis ui-
& ambitione cessantibus, nulli pontificatus ho-
nor uita uel generis merito reddebatur, sed Ro-
mana potestate alijs, nunc item alijs summa sa-
cerdotij praestabatur. Deniq; Iosephus refert in
hunc modum dicens: Valerius Gratus Anna
sacerdotio deturbato, Ismaelum pontificem de-
signauit filium Bassi. Sed & hunc non multo
post

lib. 18. cap. 4.

post abiiciens, Eleazarum Ananiam pontificis filium pontificatus subrogauit. Post annum uero etiam hunc arcei officio, & Simoni cuidam Ganyli filio pontificatus tradidit ministerium. Quo non amplius & ipse quam unius anni spacio perfunctus, Iosephum cui & Caiphas nomen fuit, accepit successorem, ac per hoc omne tempus quo Dominus noster in terris docuisse describitur, intra quadrienni spacia coarctatur. In quo quatuor ista quas Iosephus memorat, successiones pontificum describuntur, uix per annos singulos ministrata. Quia ergo Ioannes illum predicare ueniebat, qui & ex Iudaea quosdam, & multos ex gentibus redempturus erat, per regem gentium & principes Iudaeorum predicationis eius tempora designantur. Quia autem gentilitas colligenda erat, & Iudaea pro culpa perfidiae dispergenda, ipsa quoque descriptio terreni principatus ostendit, quoniam & in Romana republica unus praefuisse describitur, & in Iudaea regno per quartam partem plurimi principabantur. Voce enim nostri redemptoris dicitur: Omne regnum in seipso diuisum, desolabitur. Liqueat ergo quod ad fidem Iudaea peruenerat, quae tot regibus diuisa subiacebat. Aperte quoque non solum quibus regibus, sed quibus etiam sacerdotibus actum sit demonstratur. Ut quia illum Ioannes Baptista praedicaret, qui simul rex & sacerdos existeret, Lucas euangelista predicationis eius tempora per regnum & sacerdotium designauit.

Luc. 11.

Et uenit in omnem regionem Iordanis, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet, quia Ioannes baptismum poenitentiae non solum praedicauit, uerum etiam quibusdam dedit, sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur, Praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum: quoniam baptismum quod peccata solueret, quia dare non poterat, praedicabat. Ut licet incarnatum uerbum patris praecurreret uerbo predicationis, ita baptismum poenitentiae quo peccata soluntur, praecurreret suo baptismo, quo peccata solui non possunt.

Esa. 40.

Sicut scriptum est in libro sermonum Esae prophetae: Vox clamantis in deserto, Parate uiam Domini, rectas facite semitas eius.

Luc. 3.

Iisdem uero Ioannes Baptista requisitus quis esset, respondit: Ego uox clamantis in deserto: qui ideo uox a propheta uocatus est, quia uerbum praebat, qui etiam in deserto clamat, quia derelictae ac destitutae Iudaeae solatium redemptionis annunciat. Quid autem clamaret,

Esa. 40.

aperitur cum subditur: Parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis qui fidem rectam & bona opera praedicat, quid aliud quam uenientem Domino ad corda audientium uiam parat: Ut haec uis gratiae penetret, & lumen ueritatis illustret, ut rectas Deo semitas faciat, dum mundas in animo cogitationes per sermonem bonae praedicationis format.

ibidem.

Omnis uallis impletur, & omnis mons & collis humiliatur.

bitur.] Quid hoc loco uallium nomine nisi humiles, quid montium & collium, nisi superbi homines designantur? In aduentu igitur redemptoris ualles impletae, montes uero & colles humiliati sunt: quia iuxta eius uocem, Omnis qui se exultat, humiliabitur: & omnis qui se humiliat, exaltabitur. Vallis etenim impleta crescit, mons autem & collis humiliatus decrescit: quia nimirum in fide mediatoris Dei & hominum hominis Iesu Christi, & gentilitas plenitudinem gratiae accepit, & Iudaea per errorem perfidiae hoc unde tumebat, perdidit.

Luc. 14. & 19. & Matth. 23.

Et erunt proua in directa, & aspera in uias planas.] Prava in directa fiunt, cum malorum corda per iniustitiam detorta ad iustitiam regulam dirigitur: & aspera in uias planas immutantur, cum immites atque iracundae mentes per infusionem supernae gratiae ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Quando enim uerbum ueritatis ab iracunda mente non recipitur, quasi asperitas itineris gressum pergentis repellit. Sed cum mens iracunda per acceptam mansuetudinis gratiam correctionis uel exhortationis uerbum recipit, sibi planam uiam praedicator inuenit, ubi prius pro asperitate itineris pergere, id est, praedicationis gressum ponere non ualebat.

Et uidebit omnis caro salutare Dei.] Quia omnis caro accipitur omnis homo, salutare Dei, uidebit Christum, in hac uita omnis homo uideri non potuit. Vbi ergo in hac sententia propheta oculum, nisi ad extremi iudicii diem tendit? Vbi cum apertis caelis, ministrantibus angelis, considentibus Apostolis in sede maiestatis suae Christus apparuerit, omnes huius & electi & reprobi pariter uidebunt, ut & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti in ultione supplicij in perpetuum gemant.

Esa. 40.

Matth. 19. & Luc. 22.

DOMINICA IIIII. AD
uentus Domini. Ioannis
1. Lucae tertio.

In illo tempore miserunt Iudaei ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Ioannem, ut interrogarent eum: Tu quis es? & conuersus est, & non negauit. Et reliqua.

BEDAEE PRESBYTERI DE EADEM
LECTIONE.

Existimante populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Ioannes, dicens omnibus. Quomodo respondit eis qui existimabant de illo, & secreto in corde, quia Christus esset, cogitabant, nisi quia non solum cogitabant, sed etiam sicut alius euangelista declarat, misis ad eum sacerdotibus ac Leuitis an esset Christus, inquirebant. Vnde patet Iudaeis tunc fuisse notissimum secundum scripturas incarnationis dominicae tempus adesse. Sed mira caecitas, quod in Ioanne sponte credebant, hoc in Salvatore tantis signis ac uirtutibus approbato, & ipso etiam Ioanne attestante non crederet.

Ioan. 1.

Ego

Ego quidem aqua baptizo uos, ueniet autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius.] Ioannes non spiritus, sed aqua baptizat: quia peccata soluere non ualens, baptizatorum corpora per aquam lauat, sed mentem per ueniam non lauat. Cur ergo baptizat, qui peccata per baptismum non relaxat, nisi ut præcursoris suæ ordinerat, baptizaturum quoque Dominum baptizando præueniret: & qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiam præcursor eius fieret imitatione sacramenti. Mos autem apud ueteres fuit, ut si quis eam quæ sibi compereret, accipere uxorem nollet, ille ei calciamentum solueret, qui ad hanc sponsus iure propinquitatis ueniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctæ ecclesiæ sponsus apparuit? De quo & idem Ioannes dicit: Qui habet sponsam, sponsus est. Sed quia Ioannes homines Christum esse putauerunt, quod idem Ioannes negat, recte se indignum esse ad soluendum corrigiam eius calciamenti denunciat. Ac si aperte dicat: Ego redemptoris uestigia denudare non ualeo, quia sponsi nomen mihi immeritus non usurpo. quod tamen intelligi & aliter potest. Quis enim nesciat, quod calciamenta ex mortuis animalibus fiant? Incarnatus uero Dominus ueniens quasi calciatus apparuit, qui in diuinitate sua morticina nostræ corruptionis assumpsit. Sed huius incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Inuestigari enim nullatenus potest, quomodo corporatur uerbum, quomodo summus & uiuificator spiritus intra uterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet, & existit & concipitur. Corrigia ergo calciamenti, est ligatura mysterij. Ioannes itaque soluere corrigiam calciamenti eius non ualet, quia incarnationis mysterium nec ipse inuestigare sufficit, qui hæc per prophetiæ spiritum agnouit.

Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni.] Hoc est, & purgatione sanctificationis, & probatione tribulationis. Potest autem idem spiritus sancti etiam nomine ignis significatus intelligi: quia & incendit per amorem, & per sapientiam corda quæ replet, illuminat. Vnde & illi quibus dictum est, Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini in spiritu sancto, idem baptismum spiritus in ignis uisione percipiunt. Sunt qui ita exponunt, quod in præsentem in spiritu, & in futuro baptizentur in igni: ut uidelicet sicut nunc in remissionem omnium peccatorum, ex aqua & spiritu renascimur, ita & tunc de leuibus quibusdam peccatis quæ hinc nobis euntibus adhæserint, purgatorij ignis ante ultimum iudicium baptismate permurdemur, dicente Apostolo: Si quis superædificauerit super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum partietur. Ipse autem saluus erit, sic tamē quali per

ignem. Quod quamuis & de igne tribulationis in hac nobis uita adhibito possit intelligi, tamē si quis hoc de igne futuræ purgationis accipiat, pensandū sollicitè est. Quia illū dixit posse per ignem saluari, non qui super fundamentū Christi, ferrum, æs uel plumbum ædificat, id est, peccata maiora & duriora, atque tunc iam insolubilia: sed lignum, fœnum, stipulam, id est, peccata minima atque leuissima, quæ ignis facile consummat. Hoc tamen sciendum est, quod illic saltem de minimis nil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc uita positus, ut illic obtineat, promereatur.

Cuius uentilabrum in manu eius, & purgabit aream suam.] Per uentilabrū, id est, paleam discretio iusti examinis, per aream uerò præsens ecclesiæ figuratur: in qua proculdubio, quod lugubre satis est, multi sunt uocati, pauci uerò electi. Pauca gratia supernis recipienda mansionibus in comparatione loliorum, quæ flammis sunt mancipanda perpetuis. Cuius areæ purgatio & nunc uirritim geritur, cum quisque peruersus uel obmani festa peccata de ecclesiæ sacerdotali castigatione reijcitur, uel ob occulta post mortem diuina districtione damnatur: & uniuersaliter in fine perficietur, quando mittet filius hominis angelos suos, & colliget de regno eius omnia scandala. Ventilabrum itaque Dominus in manu, id est, iudicij discrimen habet in potestate: quia pater non iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio.

Et congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili.] Et ipse Dominus parabolam boni seminis, cui superseminauit inimicus homo zizania, ita terminauit ut diceret: Et in tempore messis dicam messoribus meis: Colligite primum zizania, & alligate ea fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum: nimirum docens impios & peccatores gehennæ igni tradendos, sanctos uerò cælesti gloria coronandos. Verū hoc inter paleas & zizania distat, quia paleæ non alio quam triticū semine prodeunt, quamuis à radicibus bonæ nobilitate degenerent. Zizania autem non fructus solum merito discrepant, sed & diuersa prorsus origine procreantur. Quia paleæ sunt illi, qui eiusdem cum electis fidei mysterijs imbuuntur, sed ab eorum solida perfectione uel operum leuitate, uel perfidiæ uacuitate dissentiunt. Zizania uerò, qui ne audire quidem fidei uerba dignantur, ideoque à honorum sorte, & opere simul & professione secernuntur. Et ita in agro mundi istius unus electorū, & duo sunt fructus reprobatorum: quia & omnia que inimicus seminavit, flammis obnoxia sunt, & quod est grauius, plurima ex his quæ bonus sator iacit, aut à uolatilibus rapta, aut sole arefacta, aut spinis suffocata, aut certe in paleas uersa depereunt. Solū autē de terra bona creatū, & patientia digna probatū triticū, electorū cælestis uitæ recodetur in horreum. Quomodo iuxta aliam parabolam, non solū pisces, qui apostolicæ fidei retia declinant, imis peccatorū obcuri resident in undis: uerū multi

Ioan. 3.

Act. 1.

1. Cor. 3.

Matth. 20.

Matth. 13.

Ibidem.

Ioan. 5.

Matth. 13.

Ibidem.

Marci. 4.

Luce 8.

Matth. 13.

multi ad litus usq; discretionis extrema inter bonos attracti, tunc ob suæ nequitie noxam, exteriores mitti merentur in tenebras. Ignem autem gehennæ bifaria ratione inextinguibilem uocat: id est, quia neq; ille perpetuo possit extinguî, neq; eos quos cruciat unquam extincturus, sed immortalis (ut ita dixerim) sit morte perxurus, ad distinctionē uidelicet illius sacratissimi ignis, quo electos Christi baptizandos esse præmiserat. De quo & Psalmista: Igne nos examinasti, ait, sicut igne examinatur argentum. Et paulo post: Non hæsimus in æternum, sed transiimus, inquit, per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocaustis, id est, de uictis pressuratum angoribus in gratiarum actione regni tui cœlestis atria penetrabo: quæ nobis largiatur omnipotentis Dei patris filius, Amen.

Psal. 65.

DOMINICA INFRA OCTAVAM
Natalis Domini. Lucæ 2.

In illo tempore erat Ioseph & Maria mater Iesu, mirantes se per his, quæ dicebantur de illo. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA,
DEM LECTIOE.

Evangelista Lucas patrem Saluatoris appellat Ioseph, non quo uerè iuxta Fotinia nos pater fuerit eius, sed quo ad famam Mariæ conseruandam pater sit ab omnibus estimatus. Neq; enim oblitus Euangelista, quod eam de spiritu sancto concepisse, & uirginē peperisse nararit, sed opinionem uulgi exprimens, quæ uera historia lex est, patrē Ioseph nuncupat Christi. Quamuis & eo modo pater illius ualeat dici, quo & uir Mariæ recte intelligitur sine commixtione carnis ipsa copulatione coniugij, multo uidelicet coniunctus, quam si esset aliunde adoptatus. Neq; enim propterea non erat appellandus Ioseph pater Christi, quia nemo eum concumbendo genuerat, quādo quidem recte pater esset etiam eius, quem non ex sua coniuge procreatum alicubi adoptasset.

Et dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Bene in resurrectionem, quia lumen est, quia gloria plebis Israel, quia dicit: Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternum. Quomodo autem in ruinam, nisi quia & lapis offensionis est, & petra scandalij. Id est, ruinæ his qui offendunt uerbum nec credunt, de quibus ipse dicit: Si non uenissem & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui non in seipso tantum, sed in suis quoq; predicantibus in ruinam positus est, resurrectionemq; multorum, testate Apostolo qui ait: Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salui sunt, & in his qui perireunt. Qui enim predicante Apostolo uerbum

Iodan. 11.

Esaie 28.

Ioan. 15.

1. Cor. 2.

quod audit, amaro sequitur, bono odore resurgit & saluatur: qui odiendo insequitur, eodem ipso odore bono corrumpitur & moritur. Signum autem cui contradicetur, fidem Dominice crucis accipe, de qua Apostolo Paulo dicunt Iudæi: Nam de secta hac notum est nobis, quod ubiq; ei contradicetur. Et Apostolus ipse: Nos enim, inquit, prædicamus Christum crucifixum, Iudæi quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.

Act. 28.
1. Cor. 1.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Nulla docet historia beatam Mariam ex hac uita gladij occisione migrasse, præsertim cum non anima, sed corpus ferro soleat interfici. Unde restat intelligi gladium illum de quo dicitur: Et gladius est in labijs eorum, hoc est, dolorem Domine passionis eius animam pertransisse. Quæ etiam Christum utpote Dei filium sponte propria mori, mortemq; ipsam non dubitaret esse deuiurum, ut sua tamen carne procreatum, non sine doloris affectu potuit uidere crucifigi. Nam & ferrum, quod animam Ioseph pertransisse canitur, nullum melius quam dura tribulatio mentis intelligitur.

Psal. 38.

Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Incertum erat quondam, qui Iudæorum gratiam Christi, quam uenturam utique nouerant, recipere, qui autem respicere mallet. At eius natiuitate audivita reuelatis mox cordis cogitationibus, Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Pastores cum timore & gaudio Deo laudem resonant, hominibus pacis nuncium pandunt. Eius doctrina & uirtute diffamata, alij ad eum quasi magistrum ueritatis confluunt, alij ab eo quasi seductore refugiunt. Eius signo crucis erecto, hi quasi iuste morti datum blasphemantes irident, illi quasi uita autorem mori acrius dolent. Sed & usque hodie, & usq; ad con summationem seculi, præsentis ecclesie animam gladius durissimæ tribulationis pertransire non cessat, cum signo fidei ab improbis contradicis, cum audito Dei uerbo multos cum Christo resurgere, sed plures à credulitate rueri gemebunda pertractat, cum reuelatis multorum cordium cogitationibus, ubi optimum euangelij semit, ibi zizania uictorum, uel plus iusto præualere, uel etiam, quod dictu graue est, sola germinare ac regnare conspicit.

Matth. 2.

Lucæ 2.

Et erat Anna prophetissa filia Phanael de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & uixerat cum uiro suo annis septem à uirginitate sua. Et hæc uidua usq; ad annos octaginta quatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruens nocte ac die. Iuxta historiam deuotæ conuersationis & uenerandæ pariter ætatis, dignaq; per omnia, quæ Domino incarnato testimonium ferret, Anna fuisse docetur. Iuxta intellectum uerò mysticum, quia ecclesie significat, quæ in præfenti quasi sponsi domini sui est morte uiduata, numerus etiam annorum uiduitatis eius tempus ecclesie designat, quo in corpore constituta peregrinatur à Domino, magnæq; deuotionis affectu cœlestis templi limina seruans, quotidianum illum Domini præstolatur aduentum, de quo dicit: Veniemus, & mansionem

apud

apud eum faciemus. Septies quippe duodeni octoginta quatuor faciunt. Et septem quidem ad huius seculi cursum, qui diebus septem uoluitur, duodecim uero ad perfectionem doctrinae apostolicae pertinent. Ideoque siue uniuersalis ecclesia, seu quaelibet anima fidelis, quae totum uitae suae tempus apostolicis mancipare curat institutis, quasi septem per duodecim multiplicare, & typicis octoginta quatuor annis Domino seruire laudatur, sicut etiam tempus septem annorum, quo cum uiro suo manserat, dominice incarnationis tempori decentissimè congruit. Septenario namque, ut dixi, numero perfectio solet temporis indicari, sed ibi propter Dominicæ priuilegium maiestatis, quo in carne uersatus docuit, simplex septem annorum est numerus expressus: hic ob apostolicæ culmen dignitatis septem anni per duodecim multiplici cantur. Arridet autem ecclesiae mysterijs, quod Anna & gratia eius interpretatur, & filia est Phaniel, qui facies Dei dicitur, cū Psalmographo decantans: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Et de tribu Aser, hoc est, beati, descendit, qui inter patriarchas duodecim ordine nascendi est octauus, de quo numero quia nouo testamento sit sacer, crebrius est inculcatum.

Psal. 4.

Et haec ipsa superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Hierusalem. Prophetauit Simeon, prophetauerat copulata confugio, prophetauerat uirgo, debuit etiā uirgula, ne aliqua aut professio deesset aut sexus. Et ideo Anna & stipendijs uiduitatis & moribus talis inducitur, ut digna planè fuisse credatur, quae redemptorē omnium uenisse nunciaret.

Et ut perficerent omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galileam in ciuitatem suam Nazareth. Praetermissa sit hoc loco Lucas quae à Matthaeo satis expostata nouerat, Dominum uidelicet post haec, ne ab Herode nec adus inueniretur, in Aegyptum à parentibus esse delatum, de functione Herode sic demum in Galileam reuersum, Nazareth ciuitatem suam inhabitare coepisse. Solent enim Euangelistae singuli sic omittere quaedam, quae uel ab alijs commemorata uiderint, uel ab alijs commemoranda in spiritu prauididerint, ut continua suae narrationis serie, quasi nulla praetermissa se uideantur. Quae tamen alterius Euangelistae considerata scriptura quoloco transilita fuerint, diligens lector inueniat.

Matth. 2.

Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. Notanda distinctio uerborum, quia Dominus Iesus Christus in eo quod puer erat, id est, habitum humanae fragilitatis induerat, crescere & confortari habebat. In eo uero quod etiam uerbum Dei & Deus aeternus erat, nec confortari indigebat, nec habebat augeri. Vnde rectissimè plenus sapientia perhibetur & gratia. Sapientia quidem, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporali ter: gratia autem, quia eidem mediatori Dei & hominum, homini Iesu Christo magna gratia donatum est, ut ex quo homo fieri coepisset,

Col. 2.

perfectus esset & Deus. Cui simile est quod Ioannes scribit, eum plenum gratia & ueritate, eandem ipse diuinitatis excellētiam ueritatis, quam Lucas sapientiae nomine commendans.

Ioan. 1.

Et ibant parentes eius per omnes annos Hierusalem, in die solenni Paschae. Vides hunc Euangelistam inter animalia quatuor non frustra uitulo comparatum, qui quasi hostijs deputatum animal, circa templum maxime & Hierosolyma narrationis suae diuersatur incesu. Siquidem in principijs sacerdotem collocat ad aram orantem, populi multitudinem templi sistit in atrijs, Mariam mox Domino cocepto Hierosolyma mittit, domum pontificis intromittit, ibi & Baptistam natum refert, & Dominum post natiuitatem continuè cum hostia transfert, eundem illo singulis annis cum parentibus ducit, & duodecimum in templo doctorum choris inserit. Vbi inter alia sapientibus stupenda dicit: Quia in his quae patris mei sunt, oportet me esse. Et post cetera talia laudantes Deum in templo discipulos in Euangelij sui fine concludit.

Ezech. 1.

DOMINICA PRIMA POST
Epiphaniam Domini, id est, infra
octauas Lucae 2.

In illo tempore cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE HA/
DEM LECTIONE.

Aperta est nobis, fratres charissimi, sancti euangelij lectio recitata, neque opus est ut in ea quid exponendo loquamur. Describit namque infantiam pueritiamque nostri redemptoris, qua nostrae particeps humanitatis dignatus est fieri: commemorat aeternitatem diuinae maiestatis, in qua patri mansit, ac manet semper aequalis: ut uidelicet incarnationis eius humilitate ad memoriam reuocata, & ipsi contra omnium uulnera peccatorum medicamentum uerae humilitatis curemus exercere, pio semper animo recolentes quantum nos pro diuino amore, quantum pro nostra salute oporteat humiliari, qui terra sumus & cinis, si tantum summa illa potestas pro nobis humiliari non respuit: ut ad suscipienda nostrae fragilitatis infirmitate descenderet. Item audita, credita & confessa diuinitate Domini saluatoris, qua patri & spiritui sancto consubstantialis semper & coaeternus perseuerat, speremus nos per humanitatis eius sacramenta quibus imbuti sumus, usque ad contemplandam diuinitatis eiusdem gloriae posse pertingere, quam ipse suis fidelibus seruis fideli pietate pollicetur, dicens: Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me: qui autem diligit me, diligitur à patre meo, & ego

Ioan. 14.

ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Meipsum, inquit, manifestabo, id est, non qualem me omnes conspiciere, qualem etiam infideles uidere possunt & crucifigere, sed qualem in decore suo regem seculorum solui uidere possunt oculi mundi sanctorum, talem me ad rependendam uicem dilectionis his qui me diligunt, ostendam. Igitur speremus nos, ut diximus, per humanitatis eius sacramenta ad uidendam diuinitatis speciem posse conscendere: si tamē eadem sacramenta digno iustitiæ & sanctitatis & ueritatis honore, ut accepimus, illibata seruemus, si humanæ conuersationis eius exempla, si doctrinæ, quam per hominem nobis ministravit, humiliter dicta sequamur. Nam qui humilitatis eius uestigia sequi dedignatur, quæ temeritate sperat se ad inuenda claritatis eius gaudia posse penetrare. Quod ergo Dominus per omnes annos cum parentibus in pascha Hierosolymam uenit, humanæ nimirum est humilitatis indicium. Hominis est namque ad offerenda Deo sacrificiorum spiritualium uota concurrere, & autorem suum orationibus lachrymisque sibi conciliare profusus. Fecit ergo Dominus inter homines homo natus, quod faciendum hominibus per angelos imperauerat Deus. Seruauit ipse legem quam dedit, ut nobis qui puri homines sumus, seruandam per omnia quicquid Deus iubet, ostēderet. Sequamur igitur iter humanæ conuersationis eius, si diuinitatis gloriam delectamur inueniri, si optamus habitare in domo eius æterna, in cælis omnibus diebus uitæ nostræ, si libeat uidere uoluntatem Domini, & protegi à templo sancto eius. Et ne ulla in æternum malorum aura pulsēmur, meminerimus præsentis ecclesiæ domum necessarijs precum mundarum frequētare muneribus. Quod ipse duodenis in templo sedit in medio doctorum audiens & interrogans illos, humanæ est humilitatis indicium: imò etiam eximium discendi humilitatis exemplum. Dei quippe uirtus, Dei sapientia æterna quæ diuinitus loquitur: Ergo sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Meum est consilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo, per me reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. Beatus homo qui audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Ipsa homine induta ad audiendos homines aduenire dignata est, ut nimirum hominibus, quauis summo ingenio præditis, necessariam discendi uerbi formam prærogaret: ne si qui discipuli ueritatis fieri resugerent, magistrifligerentur erroris. Et bene qui iuuenis erat doctrinæ subiturus officium, puerulus adhuc seniores audit & interrogat, ut uidelicet eorum prouida dispensatione cōpescat audaciam, qui non solum indoctus, sed etiam impubes ad docendum prorumpere magis, quam ad discendum uoluit submitti. Sequamur iter eius humanitatis, si nos mansio diuinæ delectat uisionis, memores semper illius præcepti: Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut

addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Per auditum quippe disciplinæ paternæ legis gratia capiti nostro, & collo torques additur: quia quanto quis diuinis intentus fuerit auscultare præceptis, quāto ea quæ didicerit in unitate matris ecclesiæ diligentius obseruare studuerit, tanto & nunc dignius ad honorem prædicandi, & in futuro sublimius ascendet ad beatitudinem cum Christo sine fine regnandi. Verum ne quis autem Dominum saluatore ob imperitiæ necessitatem adijisse audisset, & interrogasse magistros, uideamus quid sequitur.

Stupebant autem omnes, qui eum audiebant super prudentia & responsis eius, & uidētes mirati sunt. Qui enim idem uerus homo & uerus erat Deus, ad ostendendum quia homo erat, homines magistros humiliter audiebat, & ad comprobandum quia Deus erat, eisdem loquentibus sublimiter respondebat. Quod matri querenti ac dicenti:

Fili quid fecisti nobis sic, ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te (respondit) Et quid est quod me quærebatis, nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse. Diuinæ maiestatis indicium fuit, de qua alibi dicit: Omnia quæcunque habet pater, mea sunt: atque ideo rectissime templum non minus ad se, quam ad patrem pertinere testatur. Inuentus quippe in templo dicit, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse: quia nimirum quorum una est maiestas & gloria, horum etiam una sedes ac domus est: nec solum materialis Dei domus, quæ ad adorandum eum temporaliter fieri solet, sed etiam domus intellectualis, quæ ad laudandum eum in æternum construitur, æque patri ac filio, imò etiam spiritui sancto constat esse communis. Denique idem filius, qui de se ac patre dilectiori suo promittit: Veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus, dicit de spiritu: Et ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, qui apud uos manebit, & in uobis erit. Quia uidelicet eiusdem sanctæ trinitatis, cuius una atque indiuisibilis natura diuinitatis est, māsio in cordibus electorum dispar esse non potest. Ergo quod Dominus in templo sedens dicit, In his quæ patris mei sunt oportet me esse, declaratio est consempiternæ Deo patri potestatis & gloriæ. Quod autem rediens Nazareth erat subditus parentibus, humanæ est ueritatis indicium, simulque humilitatis exemplum. In ea namque natura subditus erat hominibus, in qua minor est pater. Vnde ipse dicit: Vado ad patrem, quia pater maior me est: in qua etiam minoratus est paulominus ab angelis. In illa autem in qua ipse & pater unum sunt, in qua non ex tempore uadit ad patrem, sed semper in ipso est, omnia per ipsum facta sunt, & ipse est ante omnes. Cuius multum est miranda magnæ dispensationis pietatis, qui dum parentes suos mysterium diuinæ suæ maiestatis necdum capere uidisset, exhibuit eis humanæ subiectionem humilitatis, ut per hanc eos paulatim ad agnitionem diuinitatis institueret. Cum enim dixisset, Quid est

Psal. 20.

Proverb. 8.

Proverb. 8.

Ioh. 1. 6.

Ioh. 1. 4.

Ibidem.

Ioh. 1. 4.

Psal. 8.

Ioh. 1. 6.

est

est quod me quærebatis: an nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse. Et ipsi non intellexerunt uerbum, quod locutus est ad illos, sicut Euangelista consequenter insinuat:

Descendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis.]

Dicebat ergo arcanum suæ diuinæ uirtutis parentibus humanæ suæ fragilitatis, matri suæ scilicet ueræ suæ carnis, & castissimo tutori castitatis illius, qui per id temporis, necdum prolata luce euangelica, ab omnibus penè qui eos nosse poterant, carnali coniunctione uir eius, carnali administratione pater æstimabatur, simul & uocabatur ipse Dominus saluatoris. Dicebat, inquam his, Quia in ijs quæ patris mei sunt, oportet me esse. Qui cum arcem tanti mysterij ascendere intelligendo non possent, neq; aliter eum in ijs quæ uerè patris eius essent, manere decernerent, nisi ut comprehendere nosset, descendit ipse cum ipsis ad inferiora conuersationis eorū, cœpitq; manere in his, quæ illorū erant: & erat eis pia dispensatione subiectus, donec proficiente humilitatis magisterio, quātum omnibus creaturis esset præferendus, agnoscerent. Quid pro his nostra agat superbia, obsecro paucis attendamus. Certè cum ea, quæ non æternaliter nouimus, sed iuuante Domino ex tēpore didicimus, arcana scripturarū, simpliciores quosq; fratres, loquentibus nobis intelligere non posse sentimus, statim extollī consuescimus: eisq; de respectis de nostra nos quasi singulari ac per plurima eruditione factamus, quali nō sint per plures etiam nobis multo doctiores: & qui à doctioribus nolimus despici, ipsi indoctiores nobis despiciere, imò etiam irridere gaudemus: neq; reminisci curamus, quia nō eis qui uel mysteria fidei, uel sui præcepta conditoris tantum meditando percipiunt: sed his potius, qui ea quæ discere potuerunt, operando exercent, regni aditus patet. Insuper etiam scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Et sicut Dominus ipse testatur, *Omni cui multum datum est, multum queretur ab eo. Ne nos ergo scientia inflat, sed charitas potius ædificet: sequamur exemplum apparentis in homine filij Dei, qui eis, quos se ad sublimia discenda sequi necdum ualere conspexit, seipsum benigna humilitate subiecit, cuius exemplo imbutos eorū animos cœlesti gratia dignos, cœlestis arcani redderet esse capaces.*

Iacob. 4.

Lucæ 12.

1. Cor. 8.

Et mater, inquit, eius conseruabat omnia uerba conferens in corde suo.]

Omnia quæ de Domino, uel à Domino dicta siue acta cognouerat mater Virgo, diligentius in corde retinebat, sollicitè cuncta memoria commendabat, ut cum demum tempus prædicandæ siue scribendæ incarnationis eius adueniret, sufficienter uniuersa, prout essent gesta, posset explicare querentibus. Imitemur & nos fratres mei, piām Domini matrē, ipsi quoq; omnia uerba & facta Domini ac Saluatoris nostri fixo in corde conseruando, horum meditatione diurna & nocturna importunos inanium nocentiumq; cogitationum repellamus incursum: horū crebra collatione & nos & proximos

nostros à fabulis superuacuis & malè dulcoratis detractionum colloquijs castigare, atq; ad diuinæ frequentiam laudis accendere curemus. Si enim fratres charissimi, in futuro beatitudine seculi habitare in domo Domini, ac perpetuò illum laudare desideramus, oportet nimirū & in hoc seculo, quod in futuro quæramus, sollicitè præmonstrēmus: frequentādo uidelicet ecclesiæ limina, & non solum in ea laudes Domini canendo, sed & in omni loco dominationis eius ea, quæ ad laudē gloriāq; conditoris nostri proficiāt, uerbis pariter ac factis ostēdendo.

Et Iesus, inquit, proficiebat sciētia, etate & gratia apud Deū & hominib;.]

Natura ueræ humanitatis indicat, in qua proficere ad tempus uoluit, qui in diuinitate idem est, & anni eius non deficient. Iuxta hominis quippè naturā proficiebat sapientia, non quidem ipse sapientior ex tempore existendo, qui à primā conceptionis hora spiritu sapientie plenus permanebat, sed eandem, qua plenus erat, sapientiā cæteris ex tempore paulatim demonstrando. Iuxta hominis naturam proficiebat etate, quia de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutem, consueto hominibus cretati ordine peruenit. Iuxta hominis naturam proficiebat gratia, non ipse per accessum temporis accipiendo, quod non habebat, sed pandendo donum gratiæ quod habebat. Et bene cū dictum esset, quia Iesus proficiebat sapientia, etate & gratia, adiunctum est, apud Deum & homines: quia quantum proficiente etate hominibus sapientiæ & gratiæ, quæ sibi inerat, dona patefaciebat, tantum eos ad laudē Dei patris semper excitare curabat. peragens ipse quod cæteris agendum præcepit: *Lucaat lux uestra corā hominibus, ut uideā opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est.* Atque ideo non solum apud homines gratia & sapientia proficere dicitur, in quantum ipsi eius sapientiam gratiamq; potuerunt cognoscere, sed etiam apud Deum, in quantum ad eius laudem gloriāq; sapientiam ac gratiam, quam in eo cognouere, retulerunt: cuius beneficijs ac muneribus æternis sit laus & gratiarum actio in omnia secula seculorum, Amen.

Psal. 101.

Matth. 35.

DOMINICA SECUNDA POST
Epiphaniæ diem. Ioannis 2.

In illo tempore nuptie facte sunt in Cana Galilæe, & erat mater Iesu ibi. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

Quod Dominus noster atq; Saluator ad nuptias uocatus, non solum uenire, sed & miraculum ibidem, quo conuiuas lætificaret, face re dignatus est, exceptis cœlestium sacramentorum figuris, etiam iuxta literā rectè fidem credentium confirmat. Porro Taciani & Marciani, cæterorumq; qui nuptijs detrahunt, perfidia quā sit damnabilis, insinuat. Si enim toro immacula

maculato, & nuptijs debita castitate celebratis culpa inesset, nequaquam Dominus ad has uenire, nequaquam eas signorum suorum initijs cōsecrare uoluisset. Nunc autem, quia bona est castitas coniugalī, melior continentia uidualī, optima perfectio uirginalī, ad comprobendam omnium electionem graduum, discernendum tamen singulorum meritum, ex intemerato Mariæ uirginis utero nasci dignatus est, à prophético Annæ uiduæ ore mox natus benedicitur, à nuptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatus, & hos suæ presentia uirtutis honorat. Sed nunc redeamus ad altiore cœlestium læticiam figurarum. Miracula namq̄ facturus in terra Dei filius uenit ad nuptias, ut ipsum se esse diceret, de quo sub typo solis Psalmista præcinit: In sole posuit tabernaculū suū, & ipse tanquam spōsus procedens de thalamo suo, Exultauit ut gigas ad currendam uiam; à summo cœlo egressio eius, Et occursum eius usque ad summū eius. Qui & ipse quodā loco de se suisq̄ fidelibus ait: Nunquid possunt filij spōsi lugere quandiu cum illis est sponsus? Veniet autem dies, cum auferetur ab eis spōsus, & tūc ieiunabunt. Quia nimirum incarnatio nostri Saluatoris ex quo patrib. cœpit promitti, multis est sanctorum lachrymis & lacu semper expectata donec ueniret. Similiter ex quo post resurrectionem ascendit ad cœlum, omnis sanctorum spes ad eius pendet reditum. Solo autem quo cum hominibus conuersatus est tempore, flere ac lugere nequiuerunt: quia iam secum etiam corporaliter eum, quem spiritaliter dilexerunt, habebant. Sponsus ergo Christus, sponsa eius est ecclesia, filij sponsi uel nuptiarum singuli quicq̄ fidelibus eius sunt: tempus nuptiarū est; tempus illud quando per incarnationis mysterium sanctam sibi ecclesiā sociauit. Non igitur casu, sed certi gratia mysterij uenit ad nuptias in terra carnali more celebratas, qui ad copulandam sibi spiritali amore ecclesiam de cœlo descendit ad terram: cuius quidem thalamus incorruptæ genitricis uterus fuit, in quo Deus humanæ naturæ cōiunctus est, & ex quo ad sociandam sibi ecclesiam tanquam sponsus processit. Primus nuptiarum locus Iudæa extitit, in qua filius Dei homo fieri, & ecclesiam sui corporis participatione cōsecrare, sui spiritus pignore in fide confirmare dignatus est: sed uocatis ad fidem gentibus, usq̄ ad fines orbis terræ earundem nuptiarum uotiuā gaudia peruenerunt. Nec uacat à mysterio quod die tertia, post ea quæ superior euangelij sermo descripsit, nuptiæ factæ referuntur: sed tertio tempore seculi Dominum ad aptādam sibi ecclesiam uenisse designat. Primum quippe seculi tēpus ante legem patriarcharum exemplo, secundum sub lege prophetarum scriptis, tertium sub gratia præconij euangelistarum, quasi tertij diei luce mundo resulsit, in quo Dominus & Saluator noster pro redemptoris generis humani in carne natus apparuit. Sed & hoc quod in Cana Galilææ, id est, in zelo transmigratiois, per

Bedæ tom. 7.

petratæ eadem nuptiæ esse perhibentur, typicè denunciat eos maxime gratia Christi dignos existere, qui zelo feruere piæ deuotionis, & mulare charismata maiora, ac de uitijs ad uirtutes bona operando, de terrenis ad æterna norit sperando & amando transmigrare. Discumbente autē ad nuptias Domino, uinum defecit, ut uino meliori per ipsum mirabili ordine facto, manifestaretur gloria latentis in homine Dei, & credentium in eum fides aucta proficeret. Quod si mysterium querimus apparente in carne Domino, merca illā legalis sensus suauitas paulatim cœperat ob carnalem phariseorum interpretationem, à prisca sua uirtute deficere, qui mox ea quæ carnalia uidebantur mandata ad spiritalē conuertit doctrinam, cunctamq̄ literæ legalis superficiem euangelicā cœlestis gratiæ uirtute mutauit, quod est uinū fecisse de aqua. Sed primò studeamus indagare quid sit, cum deficiente uino diceret mater Iesū ad eum:

Vinum nō habent. Respondit: Quid mihi & tibi est mulier? nondum uenit hora mea. Neq̄ enim matrem suam inhonoraret, qui nobis iubet honorare patrem & matrem: aut eam sibi esse matrē negaret, ex cuius carne uirginea carnem suscipere non desepxit, etiam Apostolo teste qui ait: Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Quo modo ex semine Dauid secundum carnem, si nō ex corpore Mariæ secundum carnem, quæ ex semine Dauid descendit? Sed in eo quod miraculū facturus ait, Quid mihi & tibi est mulier, significat se diuinitatis, qua miraculum erat patrandum, non principium temporaliter accepisse de matre, sed per æternitatem semper habuisse de patre. Quid mihi & tibi, inquit, est mulier, cui ex diuinitate, quā ex patre semper habuit, cum tua carne, ex qua carnem suscepit, commune non est. Nondum uenit hora mea, ut fragilitatem sumptæ ex te humanitatis moriendo demonstrarem: prius est ut potentiam eternæ deitatis uirtutes operando patefaciam. Veniet autem hora, ut quid sibi & matri commune esset ostenderet, cum eam moriturus in cruce discipulo uirgini uirginem commendare curauit. Carnis namq̄ infirma perpetuens, matrem, de qua hæc suscepit, piè cognitam, ei, quem maxime diligebat, discipulo commendauit, quam diuina facturus quasi incognitā se nosse dissimulat: quia hanc diuinæ natiuitatis autorem non esse cognoscit.

Erant autem lapideæ hydrice sex postea secundum purificationem Iudeorum, capientes singule metretas binas, uel ternas. Hydrice uocantur uasa aquarum receptui parata: Græcè enim ὑδρῶν aqua dicitur. Aqua autem scripturæ sacræ scientiam designat, quæ suos auditores & à peccatorum sordibus abluere & diuine cognitionis solet fonte potare. Vasa sex quibus continebatur aqua, corda deuota sunt sanctorum, quorum perfectio uitæ & fidei exemplum recte uiuendi ac credēdi proposita est generi humano per sex seculi labentis ætates, id est, usq̄ ad tempus Dominicæ passionis. Et bene lapideæ sunt uasa: quia fortia sunt præcordia

n iusto

Luce 2.

Psal. 18.

Matth. 9.

Exod. 20.

Rom. 1.

Ioan. 19.

iustorum, utpote illius fide & dilectione solida-
 ta lapidis, quem uidit Daniel præcisum de mō-
 te sine manibus, factumq; in mōtem magnum,
 Zach. 3. & implese omnem terram: & de quo dicit Za-
 charias, In lapide uno septem oculi sunt: id est,
 in Christo uniuersitas scientiæ spiritualis inhabi-
 tat: cuius & Apostolus Petrus meminit dicēs,
 1. Petr. 2. Ad quem accedentes lapidem uiuum, & ipsi
 tanquam lapides uiui superædificamini. Bene
 secundum purificationem Iudæorum tantum
 10 positæ sunt hydræ: quia Iudæorum tantum po-
 pulo lex per Moysen data est. Nam gratia euā-
 gelij & ueritas non minus gentibus, quam Iu-
 dæis per Iesum Christum facta est. Cipientes,
 inquit, singulæ metretas binas & ternas, quia
 scripturæ sanctæ autores & ministri prophetæ,
 modo de patre tantum loquuntur & filio, ut est
 illud: Omnia in sapiētia fecisti. Virtus etenim
 Dei & sapientia Christus est: modo etiam spiri-
 tus sancti faciunt mentionem, iuxta illud Psal-
 20 mographi: Verbo Domini cœli firmati sunt, &
 spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Verbum
 Domini & spiritum totam, quæ unus est Deus,
 intellige trinitatem. Sed quantum inter aquam
 & uinum, tantum distare inter sensum illum,
 quo scripturæ ante aduentum Saluatoris intel-
 ligebantur, & eum quem ueniens ipse reuela-
 uit Apostolis, eorumq; discipulis perpetuo se-
 quendum reliquit. Et quidem potuit Dominus
 uacuas implere hydras uino, qui in exordio
 humane creationis cuncta creauit ex nihilo: sed
 maluit de aqua facere uinum, quo typicè doce-
 ret, non se ad soluendum improbandumq; sed
 ad implendum potius legem prophetasq; uenisse:
 neq; alia se per euangelicam gratiam facere
 & docere, quam quæ legalis & prophetica scri-
 ptura eum facturum docturumq; signaret. Vi-
 deamus ergo, fratres, sex hydras scripturarum
 aqua salutari repletas, uideamus eandem aquā
 in suauissimum uini odorem gustumq; conuer-
 40 sam. In prima ætate seculi Abel iustum frater in-
 uidens occidit: & ob hoc ipse perpetua marty-
 rio gloria beatus, etiam in euangelicis & in a-
 postolicis literis iustitiæ laudem accepit, & fra-
 tricida impius aternæ maledictiōis poenas luit.
 Quicumq; his auditis metuunt cum impijs dam-
 nari, cupiētes benedici cum pijs, omnium odio-
 rum & inuidiæ fomitem abijciunt, Deo place-
 re per sacrificium iustitiæ, modestiæ, innocen-
 tiæ ac patientiæ curant, uas plenum aqua in scri-
 ptura inueniunt, unde salubriter abluti pota-
 50 tiq; gaudeant. Sed si intellexerint Cain homi-
 cidam Iudæorum esse perfidiam, occisionem
 Abel passionem esse Saluatoris, terram quæ
 aperuit os suum, & suscepit eius sanguinem
 de manu Cain, ecclesiam esse, quæ effusum à Iu-
 dæis Christi sanguinem in mysterium suæ re-
 nouationis accepit, nimirum aquam in uinum
 mutatam reppererunt: quia sacræ dictæ legis sa-
 cratijs intelligunt. Secunda ætate seculi incho-
 60 ante deletus est aquis diluuij mūdus, ob magni-
 tudinem peccatorū: sed solus Noe, propter ius-
 titiam est cum domo sua liberatus in arca. Hu-

ius plagæ audita uastatione horribili, pauco-
 rumq; liberatione mirabili, quisquis emenda-
 tius uiuere cœperit, liberari desiderans cum ele-
 ctis, timens exterminari cum reprobis, hydrā
 profecto aquæ, qua mundaretur uel reficeretur,
 accepit. At uero cum altius respicere cœperit,
 & in arca ecclesiam, in Noe Christum, in aqua
 delente peccatores aquam baptismi, quæ pec-
 cata diluit in hominibus uel in animalibus, quæ
 arca continebat, multifariam baptizatorū diffe-
 rentiam in columba, quæ post diluuium ramū
 oliuæ intulit in arcam, unctiōem spiritus san-
 cti qua baptizati imbuuntur, intellexerit, uisū
 profecto de aqua factum miratur: quia in uete-
 ris historia facti suam abluitionem; sanctificatio-
 nem; iustificationem prophetari contempla-
 tur. Tertia ætate seculi Deus tentans obedien-
 tiam Abraham, filium unicum eius quem diligit,
 in holocaustū sibi offerri præcepit. Non dissent
 Abraham facere quæ iubetur, sed pro filio im-
 molatur aries: ipse tamen pro obedientiæ uirtu-
 te eximia, perpetuæ benedictionis hereditate
 donatur. Ecce habes hydrām tertiam. Audiēs
 enim quanta uirtus obedientiæ, quanta merce-
 de remuneretur, & ipse obedientiā discere atq;
 habere satagis. Quod si immolationem filij uni-
 ci dilecti passionem eius intelligis, de quo di-
 cit pater: Hic est filius meus dilectus, in quo mi-
 hi bene complacui: in qua quia diuinitate im-
 passibili permanente, sola humanitas mortem
 passa est & dolorem, quasi filius offertur: sed a-
 ries mactatur. Si intelligis benedictionem, quæ
 promissa est Abraham, in te de gentibus creden-
 dis munus esse completum, nimirum tibi de a-
 qua uinum fecit: quia spiritalem sensum, cuius
 noua fragrantia inebriaris, aperuit. Quartæ æ-
 tatis intijis Dauid pro salute regnum Israēliti-
 cæ gentis fortitur, humilis, innocens & mitis,
 exul pro illo, cuius iniuria diu persecutiōe cru-
 ciabatur. Ecce hydrā quarta fonte salutari re-
 70 pleta. Quisquis hæc audiens humilitati atq; in-
 nocentiæ studere, & superbiam cœperit, atq; in-
 uiciam suo de corde repellere, quasi haustum
 aquæ limpidissimæ, quo reficiatur, inuenit. At
 si in Saule Iudæos persecutes, in Dauid Chri-
 stum & ecclesiam significari cognouerit, illorū
 ob perfidiam, & carnale simul imperium & spi-
 ritale destructum, Christi autem & ecclesiæ re-
 gnum semper esse mansurum, poculum utiq; ui-
 ni de aqua factum sentiet: quia se suamq; uitam
 & regnum, sed & ipsum regem ibi scriptum le-
 gere nouit, ubi prius quali de alijs ueterem le-
 gebat historiam. Quinta ætate seculi populus
 peccans captiuitate Nabuchodonosor Baby-
 loniam trāsmigrat: sed post septuaginta annos
 poenitens & correctus, in patriam per Iesum sa-
 cerdotem magnum reducitur: ubi domū Dei,
 quæ incensa est, & ciuitatem sanctam, quæ des-
 tructa est, reedificat. Hæc legens siue audiens
 80 quisq; cum peccandi metum corripit, ad poeni-
 tendi remedium confugit, aqua hydræ purissi-
 cantis ablutus est. Si uero intelligere didicerit
 Hierusalem & templum Dei ecclesiā Christi,
 Babylo-

Matth. 3.

Babylonem confusionem peccatorum, Nabuchodonosor diabolum, Iesum sacerdotem magnum, uerum eternumque pontificem esse Iesum Christum, septuaginta annos honorum plenitudinem operum, que per spiritus sancti dona largiuntur, uidelicet propter decalogum & septiformem eiusdem spiritus gratiam, uideritque hoc quotidie fieri, alijs nimirum a diabolo de ecclesia peccando raptis, alijs gratia spiritus sancti per Christum resipiendo ac poenitendo reconciliatis, uinum de aqua factum habet: quia ad se pertinere quae scripta sunt intelligens, magno compunctionis ardore, quali multo incallescens, quicquid sibi peccati captiuantis inesse deprehenderit, per Christi gratiam liberari de poscit. Sexta inchoante seculi aetate Dominus in carne apparens octaua die natiuitatis iuxta legem circumcisus est, tricesima & tertia post haec ad templum delatus, & legalia pro eo sunt munerata oblata. Haec intuentes ad literam, aperte discimus quanta nobis diligentia sunt euangelicae fidei subeunda mysteria, quando ipse benedictionem gratiae afferens, qui legem literae dedit, ueterum primo ceremoniarum ritu consecrari, quo cuncta diuinitus consecrat, & sic noua gratiae sacramenta suscipere simul & tradere curauit. Ecce hydria sexta ad abluenda peccati contagia, ad potanda uitae gaudia mundiorum ceteris afferens undam. Verum si in octaua diei circumcisione baptisma, quod in mysterium Domini a resurrectionis a peccatorum nos morte redemit, intelligis, in inductione in templum & oblatione hostiae purificantis figuratum cognoscis, fideles quosque de baptisterio ad altare sanctum ingredi, ac Domini corporis & sanguinis uictima singulari debere consecrari, uino quidem de aqua facta, & quidem meracissimo donatus es. Porro si circumcisionis diem ad generalem humani generis resurrectionem, quando mortalitas propago cessabit, & mortalitas tota immortalitate mutabitur, interpretaris: & circumcisos induci in templum cum hostijs intellexeris, quando post resurrectionem uniuersali expleto iudicio sancti iam incorruptibiles facti, ad contemplandam perpetuo speciem diuinae maiestatis cum honorum operum muneribus intrabunt: mirandum profecto, uinum de aqua fieri uidebis, cuius conditoris recte protestaris & dicas; Et poculum tuum inebrians quam praclarum est. Ergo Dominus uinum in gaudia nuptiarum non de nihilo facere uoluit, sed hydrias sex impleri aqua precipiens, hanc mirabilem conuertit in uinum: quia sex mundi aetates sapientia fatalis largitate donauit, quam tamen ipse ueniens sublimioris sensus uirtute fecundauit. Nam quae carnales carnaliter tantum sapiebant, ipse spiritaliter sentienda reserauit. Vultis audire fratres, qualiter de aqua fecerit uinum? Apparuit post resurrectionem suam duobus discipulis ambulatibus in uia, ibatque cum illis, & incipiens a Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant. Vultis iterum audire quomodo eo?

Bedae tom. 7.

dem sunt uino inebriati; Postmodum cognoscens quis esset, qui eis uerbum uitae propinabat, dicebant ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum loqueretur in uia & aperiret nobis scripturas?

Dicit ergo Iesus ministris: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas usque ad summum.] Qui per ministros, qui haec iubentur facere, nisi Christi signantur discipuli, qui impleuerunt hydrias aqua; Non quidem ipsi praeteritas mundi aetates legalibus, ac prophetiis implendo scriptis: sed ipsi intelligendo prudenter, & aperiendo fideliter: quia scriptura, quae a prophetis ministrata est, & salubris esset ad haustum sapientiae coelestis, & ad operum castigationem utilis. Impleuerunt autem eas usque ad summum, quia recte intellexerunt nullum fuisse tempus seculi a sanctis alienum doctoribus, qui siue uerbis, siue exemplis, siue etiam scriptis uiam uitae mortalibus panderent.

Et dicit eis: Ite, & haurite nunc, & ferte architrachino. Et tulerunt.] Architrachinus aliquis legisperitus illius temporis est, fortasse Nicodemus uel Gamaliel, uel discipulus tunc eius Saulus, nunc autem magister totius ecclesiae Paulus apostolus; Et dum talibus uerbum euangelij creditur, quod in litera legis & prophetiae latebat occultum, uinum utique architrachino de aqua factum propinatur. Vnde conuenienter perhibetur, quod architrachinus uocato sponso dixerit:

Omnis homo primum bonum uinum ponit, & cum inebriatus fuerit, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum uinum usque adhuc.] Quia doctorum est cognoscere distantiam legis & euangelij, ueritatis & umbrae, cunctisque ueteribus institutis, cunctis regni terreni promissis, nouam euangelicam fidei gratiam, & perpetua coelestis patriae dona proferre.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae, & manifestauit hoc signo, quia ipse esset rex gloriae; & ideo sponsus ecclesiae, qui ut homo communis ueniret ad nuptias, sed quasi Dominus caeli & terrae elementa prout uoluisset, conuerteret. Pulchra autem rerum conuenientia, qui initio signorum, quae mortalis ad huc mortalibus erat ostensurus, aquam conuertit in uinum: ipse initio signorum quae immortalis iam per resurrectionem effectus, immortalitatis uitae studia sola sectantibus ostenderet, carnalem prius & quasi inspidam mentem eorum sapore scientiae coelestis imbuit. Nam & primo consistens in terra, sui spiritus munere aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas: & postmodum misso eodem de caelis maiorem superni amoris simul & sapientiae spiritalis fragrantiam eorum cordibus infudit: data insuper omnium cognitione linguarum, quibus uniuerso orbi eam, quam perceperant, uitae gratiam propinare sufficerent. Haec ergo Christi & ecclesiae nuptias, fratres charissimi, quae & tunc una in ciuitate figurabantur, & nunc uniuerso celebrantur in orbe terrarum, tota mente diligamus harum gaudijs coelestibus indefessa bonorum operum intentione iungamur. Haec quia per fidem uocati intrauimus mundo dilectio-

n 2 nis

Matth. 22.

nis habitu, celebrare curemus, nostraq; actio-
nis simul & cogitationis maculas ante diem ex-
tremi discriminis ipsi sollicitius examinando di-
luamus: ne forte tunc ingrediens rex, qui has
suo filio nuptias fecit, si uiderit nos nuptialem
charitatis uestem non habere, eiciat nos, & li-
gatis à bene agendi facultate, pedibus nostris
ac manibus exteriores mittat in tenebras. Mū-
demus fide fortia cordium nostrorum uascula
secundum purificationem praeceptorum coele-
stium, impleamus hæc aqua scientiæ salutaris,
sacræ lectioni crebrius attendendo. Rogemus
Dominum ut ipsam, quam nobis scientiæ gra-
tiam contulit (ne forte inflet) charitatis suæ ser-
uore calefaciat, & ad superna querenda sola ac
sapientia conuertat: quatenus spiritaliter inebriati,
possimus & ipsi cum propheta cantare:
Potasti nos uino compunctionis. Sicq; sit, ut
nobis quoque bene proficientibus, & nunc ex
parte prout capere sufficimus, & in futuro per-
fecte Iesus manifestet gloriam suam: in qua ui-
uit & regnat cum patre in unitate spiritus san-
cti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Psal. 59.

DOMINICA III. POST EPI-
phaniam diem. Luca 5. & Marc.
1. & Matth. 9.

In illo tempore & factum est, cum esset Iesus in una ciuitatum,
& ecce uir plenus lepra, & uidens Iesum & procidens in sa-
ciem rogauit eum dicens: Domine si uis, potes me mundare.
Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIONE.

Matth. 9.

Bene ubi leprosus mundatur, certus non ex-
primitur locus, ut ostendatur non unum po-
pulum specialis alicuius ciuitatis, sed omnium
populos fuisse sanatos. Et quia Dominus ait,
Nō ueni soluere legem, sed adimplere: ille qui
excluebatur à lege, purgari se Domini pote-
state praesumens, non ex lege, sed supra legem
esse gratiam iudicabat, quæ leprosi maculam
possit abluere. Verum ut in Domino potesta-
tis autoritas, ita in illo fidei constantia declara-
tur. Ille in facie procidit, quod humilitatis est
& pudoris, ut unusquisque de suæ uitæ maculis
erubescat. Sed confessionem uerecundia non
repressit, ostendit uulnus, remedium postula-
uit: & ipsa religionis & fidei plena confessio est.
Si uis, inquit, potes me mundare. In uoluntate
Domini tribuit potestatem, de uoluntate au-
tem Domini non quasi pietatis incredulus du-
bitauit, sed quasi colluisionis suæ conscius non
praesumpsit.

Psal. 148.

Et extendens manum tetigit illum dicens: Volo, mundare. Et
confestim lepra discessit ab illo. Nihil medium est in-
ter opus Dei atque praeceptum: quia in prae-
cepto est opus. Denique dixit, & facta sunt. Vi-
des igitur quod dubitari non potest, quia uolū-
tas Dei potestas est. Si ergo uoluntas eius po-
testas est, qui unius uoluntatis asserunt, unius

utiq; asserunt potestatis. Itaq; quasi habens po-
testatem sanandi, & iubendi autoritatem, ope-
randi testimonium non refugit. Volo enim di-
xit propter Fotinum, imperat propter Arritū,
tangit propter Manichæum. Et lex quidē tangi
leprosos prohibet: sed qui Dominus legis est,
non obsequitur legi, sed legem facit. Non ergo
ideo tetigit, quia sine tactu mundare non pote-
rat, sed ut probaret quia subiectus non erat le-
gi: nec cōtagium timebat ut homines, sed quia
contaminari non poterat, qui alios liberabat,
lepra tactu Domini fugaretur, quæ solebat con-
taminare tangentem. Simulq; illud mirabile,
quod eo sanauit genere quo fuerat obsecratus.
Si uis, potes me mūdare. Volo, inquit, mūdare.
Habes uoluntatē, habes etiā pietatis affectum.

Et ipse praecepit illi, ut nemini diceret. Quare praeci-
pitur nemini dicere, nisi ut doceret non uulgan-
da nostra beneficia, sed premendar ut nō solū à
mercede abstineamus pecuniæ, sed etiā gratiæ.

Sed uide: ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua
sicut praecepit Moyses in testimonium illis. Ostendere se
sacerdoti iubetur, ut intelligeret sacerdos eum
non legis ordine, sed gratia Dei supra legē esse
curatum. Offerre autē sacrificium, ut ostende-
ret Dominus, quia legem non solueret, sed im-
pleret: qui secundum legem gradiens supra le-
gem sanaret eos, quos remedia legis non sana-
uerant. Et bene addidit in testimonium illis: hoc
est, si Deo credant, si impietatis lepra discedat.
Quod si quē mouet, quomodo Dominus Mo-
saium uideatur approbare sacrificium, cum id
non receperit ecclesia, meminere nondum es-
se coepisse sacrificium sanctum sanctorū, quod
corpus eius est. Nondū enim obtulerat in pas-
sione holocaustum suum. Non autem oportebat
auferrī significantia sacrificia, prius quam
illud quod significabatur, confirmatū esset con-
testatione Apostolorum praedicantium, & fide
credentium populorum. Quia uerō typicē uir
iste peccatis languidum genus designat huma-
num, recte non solum leprosus, sed & plenus le-
pra describitur. Omnes enim peccauerunt &
egent gloria Dei, illam scilicet ut extenta ma-
nu Saluatoris: hoc est, incarnato Dei uerbo, huius
manamq; contingente naturam ab erroris pri-
sci uarietate mundētur, possintq; cum Apосто-
lis audire: Iam uos mundi estis propter sermo-
nem, quem locutus sum uobis: & qui diutius
abominabiles à populi Dei erāt castris secreti,
iam aliquādo templo reddi, & sacerdoti queāt
offerri, illi utiq; cui dicitur: Tu es sacerdos in æ-
ternum. Audientes ab Apostolo: Templum e-
nim Dei sanctum est, quod estis uos. Offerantq;
pro emundatione sua sicut praecepit Moyses,
id est, exhibeant corpora sua hostiam uiuentē,
sanctam, Deo placentem. Verum meritō quaeritur,
quid nam sit quod Dominus nonnulla, quæ
gehsit abscondi iussit, & nec ad horam potuerunt
abscondi. Nunquid enim unigenitus filius
patri & spiritui sancto coaeternus, hac in re uel
le habuit, quod implere non potuit: Sed notan-
dum quod redemptor noster per mortale cor-
pus

Leuit. 14.

Rom. 3.

Ioan. 35.

Psal. 109.

1. Cor. 3.

Rom. 12.

pus omne quod egit, hoc nobis in exemplo actionis præbuit. Miraculum namque faciens & taceri iussit, & tamen taceri non potuit: ut uidelicet electi eius exempla doctrinæ illius sequentes, in magnis quæ faciunt latere quidem in uoluntate habeant, sed ut prosint alijs prodantur inuiti: quatenus & magnæ humilitatis sit, quod sua opera taceri appetunt, & magnæ sublimitatis sit, quod eorum opera taceri non possunt. Non ergo Dominus uoluit quicquam fieri & minimè potuit, sed quid uelle eius membra debeant, quid uel de eis etiam nolentibus fiat, doctrinæ magisterio exemplum dedit.

Subsequentis euangelij textus legitur in ferria quinta Cinerum. Lucæ 7. Ioan.

4. Matth. 8.

Cum autem impleisset omnia uerba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum.] Hic intelligendum est, cum impleisset quidam omnia uerba sua in aures plebis, intrasse Christum Capharnaum: hoc est, quia non ante quam hæc uerba terminasset intrauit, sed non esse expressum post quantum temporis interuallum, cum istos sermones terminasset, intrauerit Capharnaum. Ipso quippe inter uallo leprosus ille mundatus est, quem loco suo Matthæus interponit, iste autem antea preoccupat.

Matth. 8.

Centurionis autem cuiusdam seruum malè habens erat moriturus, qui illi erat preciosus.] Querit forte aliquis uel pius ut inueniat, uel impius ut reprehendat, quare ratione Euangelista seruum, qui non mortuus, sed sanatus subinfertur, dixerit esse moriturum. Cui breuiter respondendum, quia reuera erat moriturus, si non Domini sui fide deprecantis, & Christi pietate miserentis fuisset redditus uitæ. Sic & Ezechias rex iuxta quendam naturæ humanæ modum erat moriturus, cum ueracis prophætæ uerbis audiuit: Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non uiues, sed occulto diuinæ prouidentia iudicio, quæ omnia in mensura & numero & pondere disposuit, quidem adhuc annorum uitam lachrymis precibusque nauurus.

Esaiæ 38.

Sapient. 11.

Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudeorum, rogans eum ut ueniret & saluaret seruum eius.] Superna dispensatione factum est, ut seniores Iudeorum mitterentur ad Dominum, hisque assistantibus qui langueret sanaretur, quo inexcusabiles forent si credente uiro gentili non crederent. Verum quæritur quomodo conueniat, quod Lucas Centurionem nuncios misisse, Matthæus autem ipsum accessisse narrat ad Dominum. Sed pie quærentibus facile patet, quod Matthæus breuitatis causa dixerit ipsum accessisse, cuius desiderium & uoluntas ad Dominum ueraciter alijs licet deferretibus est perlata, mysticè etiam nobis commendans hoc, quod scriptum est: Accedite ad eum & illuminamini. Nam quia fidem Centurionis qua uerè acceditur ad Iesum, ipse ita laudauit ut diceret, Non inueni tantam fidem in Israel, ipsum potius accessisse ad Christum

Bedæ tom. 7.

dicere uoluit prudens Euangelista, quam illos per quos uerba sua miserat. Porro autem Lucas ideo totum quem admodum gestum sit aperuit, ut ex hoc intelligere cogere mur, quem admodum accessisse dixerit alius, qui mentiri non potuit. Sicut enim illa mulier, quæ fluxum sanguinis patiebatur, quamuis simbriam uestimenti eius tenuerit, magis tamen quia credidit, tetigit Dominum, quam illæ turba à quibus premebatur: ita & Centurio quo magis credidit, eo magis accessit ad Dominum.

Marc. 5.
Matth. 9.
Lucæ 8.

Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis.] Qui edificatam sibi à Centurione narrant synagogam, euidenter ostendunt, quia sicut nos ecclesiam, sic etiam illi synagogam non conuētum solummodo fidelium, sed & locum quo conueniebant, sint appellare soliti, iuxta quod & supra docuimus.

Iesus autem ibat cum illis.] Magna Domini sublimitas, qui solo uerbo curare ualebat: sed non minor humilitas, qui seruum dignatus est uisitare languentem. Nam quasi potens & benignus & rogatus saluare pergebat, & itineris medio rogatus dicto saluauit: ne uidelicet ob impotentiam uirium & non ob humilitatis exemplum corporaliter ire putaretur. Alibi ad sanandum reguli filium uenire noluit, ne diuitias honorasse uideretur: hic ne conditionem spreuisse seruum, ad Centurionis famulum mox ire consensit.

Ioan. 4.

Et cum iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos dicens: Domine noli ueuari. Non enim sum dignus ut sub tectum meum intres.] Propter uitæ gentilis conscientiam, grauari se magis dignatione putauit Domini quam iuari, nec posse habere hospitem Christum: cuius etsi fide præditus, nondum tamen erat sacramentis imbutus. Sed quia quæ nostra infirmitas non præsumit, diuina gratia dare nouit, & alius Centurio quis scit & iste credentem ex gentibus populum præfiguratur, magnæ fidei & iustitiæ merito spiritus sancti donum priusquam baptizaretur accepit, & iste necdum catechizatus & fidem suam laudari à Domino, & famulum saluari promeruit. De quo pulchre per allegoriam dicitur, quia Iesum non longè haberet à domo, tamen sub tectum suum eum salutare ipsius. Et qui naturali lege recte utitur, quo bona quæ nouit operatur, eo illi qui uerè bonus est appropriat. At qui errori gentilitatis etiam crimina iunxerunt, his aptari potest, quod confluentibus ad se turbis alibi Dominus ait: Quidam enim ex his de longè uenerunt.

Psal. 84.

Marc. 8.

Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, ut uentrem ad te.] Et nos qui de gentibus credimus, non ipsi ad Dominum uenire possumus, quem nunc in carne uidere nequaquam ualemus: sed quicunque passionis nostræ seruitutis agnouimus ad residentem in dextera patris, iam per fidem accedere debemus, iam seniores Iudeorum mittere: hoc est, summos ecclesie uiros, qui nos ad Dominum præcesserunt, suppliciter obsecrando patronos acquirere, qui nobis testimonium reddentes quod diligamus ecclesiam,

n 3 86

& quantum in nobis est, ædificare curemus, pro nostris apud Dominum nostrorumq; peccatis intercedant.

Sed dic uerbo, & sanabitur puer meus.] Magna fides Centurionis, qua uerbi opus in Christo confitetur; & nostræ sanationis accommoda mysterioris, qui etsi noueramus secundum carnem Christum, sed iam nunc non nouimus.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites.] Hominem se & potestati, uel tribuni uel præsidis subditum dicit, imperare tamen posse minoribus: ut subaudiatur cum multo magis, qui Deus sit, & super omnia potens, innumeram uirtutis angelicæ, quæ ad imperata obtinere, habere militiam.

Et dico huic uade & uadit, & alia ueni & uenit, & seruo meo fac hoc & facit.] Vult ostendere Dominum quocumque non per aduentum tantum corporis, sed per angelorum ministeria posse implere quod uellet. Repellendæ enim erant uel infirmitates corporum, uel fortitudines contrariæ, quibus homo ad debilitatem sæpe cõceditur, & uerbo Domini & ministerijs angelorum. Aliter, Milites & serui, qui Centurioni obediunt, uirtutes sunt naturales, quarum non minimam copiam multi ad Dominum uenientes secum deferunt. De quibus in Cornelij Centurionis laude dicitur: Quia erat uir iustus & timens Deum cum omni domo sua, faciens elemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper.

Act. 10.

Quo audio, Iesus miratus est.] Miratus est quod uidit Centurionem suam intelligere maiestatem. Sed quis in illo fecerat ipsam fidem uel intelligentiam, nisi ipse qui eam mirabatur? Quod si & alius eam fecisset, quid miraretur qui præsciis erat? Notandum ergo, quia quod miratur Dominus, nobis mirandum esse significat, quibus adhuc opus est sic moneri. Omnes enim tales motus cum de Deo dicuntur, non perturbati animi signa sunt, sed docentis magistri.

Et conuersus sequentibus se turbis dixit: Amen dico uobis, nec in Israel tantam fidem inueni.] Non de omnibus retro patriarchis & prophetis, sed de presentis æui loquitur hominibus. Quibus ideo Centurionis fides antefertur, quia illi legis prophetarumq; monitis edocti, hic autem nemine docente sponte credidit.

Et reuersus qui missi fuerant domum, inuenerunt seruum qui languerat, sanum.] Probat fides Domini, & serui sanitas roboratur. Potest ergo Domini meritum etiam famulis suffragari, non solum fidei merito, sed etiam studio discipline. Plenius sanè hæc explicat Mattheus, quod dicente Domino Centurioni, Vade & sicut credidisti fiat tibi, sanatus sit puer ex illa hora: sed beato Lucae moris est, quæ plena uiderit ab alijs Euangelistis exposita breuiare, uel etiam de industria præterire: quæ uerò ab eis omiſsa uel breuiter cognouerit at tacta, dilucidare solertius. Mystice, ut dixi, Centurio, cuius fides Israeli præfertur, electos nimium ex gentibus ostendit, qui quasi centenarius milite stipati, uirtutum spiritualium sunt perfectione sublimes, nilq; à Domino terrenum, sed

Matth. 8.

sola æternæ salutis gaudia sibi suisq; requirunt. Numerus enim centenarius, qui de læua transfertur ad dexteram, in cœlestis uitæ significatio ne poni consueuit. Vnde est quod arca Noe ceterum annis fabricatur, Abraham centenarius filium promissionis accepit, seuit Isaac & inuenit in ipso anno centuplum, atrium tabernaculi centum cubitos longum est, in ceterisimo psalmo misericordia & iudicium Domino cantatur, & cetera huiusmodi. Talis ergo meriti uiri pro his necesse est Domino supplicent, qui adhuc spiritu seruitutis in timore premuntur, quatenus eis paulatim ad sublimiora prouectis, perfecta dilectio foras mittat timorem.

Genes. 6.
Genes. 17.
Genes. 26.
Exod. 27.
Psal. 100.

1. Ioan. 4.

DOMINICA QUARTA POST
Epiphaniæ diem. Lucae 8. Matthei 8. Marc. 4.

In illo tempore factum est in una diebus, & Iesus ascendit in nauiculam, & discipuli eius. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIONE.

IN hac nauigatione Dominus utranq; unius Iesusdemq; sue personæ naturam dignatur ostendere, dum is qui ut homo dormit in nauî, furor rem maris ut Deus uerbo coerces. Porro iuxta allegoriam mare siue stagnum, quod cum suis transire desiderat, tenebrosus amarusq; seculi presentis accipitur æstus. Nauicula autem quæ ascendunt, nulla melius quam Dominicæ passionis intelligitur arbor: cuius beneficio quicq; fideles adiuti emensis mundi fluctibus habitationem patriæ cœlestis quasi stabilitatem securi litoris obtinent. Quod autem ipse in unam nauiculam cum discipulis Saluator ascendit, alibi quid significet aperit, cum prænuntio suæ passionis resurrectionisq; mysterio mox dicebat ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget seipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

Lucæ 9.
Matth. 10.
Marc. 8.

Nauigantibus autem illis obdormiuit.] Quia calcantibus seculum fidelibus, futuriq; regni quietem animo meditantibus, & uel secundo spiritus sancti flatu, uel proprii remigio conatus infidus mundi factus certatim post terga factantibus tempus subito Dominicæ passionis aduenit. Vnde bene Marcus hoc imminente noctis tempore gestum fuisse perhibet, ut ueri solis occubitum non sola Domini dormitio, sed & ipsa decedentis lucis hora significet.

Marc. 4.

Et descendit procella ueni in stagnum, & complebantur & periclitabatur.] Domino puppim crucis, qua somnû mortis carperet ascendente, fluctus blasphemantium persecutorum dæmoniacis excitati procellis assurgunt: quibus tamen non ipsius patientia turbatur, sed discipulorum imbecillitas concutitur, trepidat periclitatur.

Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes: Præceptor perimus.] Suscitant Dominum discipuli, ne eo dormiente fluctuum feritate dispereant: quia cuius

60

cuius mortem uiderant, maximis uotis resurrectionem querebant: ne si diutius ipse morte carnis sopiretur, eorum mens spiritali in perpetuum morte periret. unde bene sequitur:

At ille surgens increpauit uentum & tempestatem aquae: & cessauit, & facta est tranquillitas.] Ventum quippe surgens increpauit, quia resurrectione celebrata diaboli superbiam strauit, dum per mortem destruxit eum, qui habebat mortis imperium. Tempestatem quoque aquae surgens cessare fecit, quia uesanam Iudaeorum rabiem, quae caput quatiens clamauerat: Si filius Dei est, descendat nunc de cruce, & credimus ei, de sepulchro surgendo labefecit. Vbi iuxta litteram notandum, quod omnes creaturae sentiant creatorem. Quibus enim increpatur & imperatur, sentiunt imperantem: non errore haereticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate conditoris, quae apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt.

Dixit autem illis: Vbi est fides uestra?] Recte arguuntur, qui praesente Christo timebant, cum utique qui ei adhaerit, perire non possit. Cui simile est quod post mortis somnum discipulis apparrens, exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis, quia iis qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt. Itemque dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Ac si per metaphoram nauigij diceret, Nonne oportuit Christum soporari undis nauem, in qua quiescebat hinc inde uerrentibus, & ita sedatis extemplo tumidis gurgitibus cum uis diuinitatis suae cunctis patefacere potentiam?

Qui timebant mirati sunt, dicentes adiuuicem: Quis putas hic est? quia & uentis imperat & mari, & obdiuit ei.] Matthaeus ita scribit: Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic? &c. Non ergo discipuli, sed nauae & ceteri, qui in nauis erant, mirabantur. Sin autem quis contentiosus uoluerit eos qui mirabantur, fuisse discipulos, recte respondimus homines appellatos, qui necdum potentiam nouerant saluatoris. Et nos quoque singuli cum signo Dominicae crucis imbuti seculum relinquere disponimus, nauem profecto cum Iesu ascendimus, stagnum transfretare conamur. Sed qui non dormitauit, neque obdormiet custodiens semper Israel, nobis tam saepe nauigantibus, quali inter aequoris fremittus obdormit, quando crebrescente inter medios uirtutum nisus, uel immundorum spirituum, uel hominum prauorum, uel ipso nostrarum cogitationum impetu fidei splendor obtenebrescit, spei celsitudo contabescit, amoris flamma refrigescit. Verum inter huiusmodi procellas, ad illum necesse est gubernatorem curramus: illum seduli excitemus qui non seruiat, sed imperet uentis. Mox tempestates compefcet, refundet tranquillitatem, portum salutis indulgebis. Libet inter haec paucis discussa apostolici nauigij uarietate, qualiter bonos suum secretum inuget, malorum ue permixtio turbet, in-

tuere. Ecce enim, ut a perfectioribus inchoemus, post celebrata Dominica resurrectionis solennia, septem electi discipuli nauem piscari ad ascendunt: & quia non longe a terra perpetuae quietis, sed quasi cubitis ducentis aberant, hoc est, tantum mundo animum, quantum gemina dilectio posebat, apposuerant, quia se Petrus negocijs secularibus exuerat, iam Dominum in litore mortalitatis stantem cernere, iam cum illo epulari, iam mane supernae lucis aspirante mystico, magnorum piscium numero sua retia impleta, nec tam enrupta suscipere, atque infimis seculi fluctibus extrahere merentur. Alibi Petrus, ut supra legitur, iubente Domino retia laxat in capturam, pisciumque comprehendit multitudinem copiosam: sed quia ipse fragilis adhuc animi fuerat, ita ut Christo tremens diceret: Exi a me, quia homo peccator sum Domine, & retia tunc rupta sunt, & si non socij adiuuassent, naues etiam merse subderent. Item in hoc loco discipuli cum Domino nauem conscendunt, mare adunt: sed quia intrerant & Iudas, & Dominus in puppi, quae sedes erat gubernantis, dormisse, & uentus pontusque deforis sauisse perhibentur. Nam etiam multa illic discipulorum merita nauigabant, tunc adhuc eam perfidia proditoris agitabat: & qui suis meritis firmi fuere, turbabantur alienis. Itē Paulus cum fratribus Hierosolymam nauigas, & diem Penecosten ibi, spiritusque sancti gaudio celebrare festinans, recto cursu cuncta peragrat. Porro ab Hierosolymis Romam relegatus, quia cum infidelibus iter agit, mare furit, uenti refragantur, imber imminet, frigora fatigant, astra obnubilant, terra negatur, triticum in mare iactatur, nauis armamenta colluntur: ipsa postremo nauis arenis illisa dissoluitur, nauae quam non agnoscunt terram, nando perunt: & qui seculi undas onerati cupiditatibus subierant, eodem aduersante seculo uix nudi euadunt: iuxta quod idem Apostolus ait: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

DOMINICA IN SEXAGESIMA. Lucae 8. Matthaei 13. Marci 4.

In illo tempore cum turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & conculcatum est, & uolucres caeli comederunt illud. Et reliqua

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Hanc parabolam Dominus ideo per se ipsum exponere dignatus est, ut figurate se loqui innotesceret, rerumque significationes in eis etiam, quae per semetipsum noluit explanare, doceret esse querendas. Sed quia semen quod uerbum Dei sit, terramque uariam quod diuersum cor auditorum significet, ipse Dominus

aperuit, satorem quem nobis quarendum reliquit, nullum melius quam filium Dei intelligere possumus. Qui exiit seminare semen suum, quia de sinu patris, quod creaturæ non erat accessus egrediens, ad hoc uenit in mundum, ut testimonium perhiberet ueritati. Vnde bene iuxta Euangelistas alios hanc parabolam dicitur, de domo exisse, mare adisse, nauem conscendisse perhibetur: ipsum nimirum situ corporis, quod processu sermonis insinuans.

Ioh. 18.
Matth. 13.
Marci 4.

Et dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & conculcatum est, & uolucres cœli comederunt illud. Quæ Dominus exposuit, pia fide suscipienda sunt: quæ autem tacita nostræ intelligentiæ dereliquit, perstringenda sunt breuiter. Semen quod secus uiam cecidit, duplici læsura dispersit, & à uisitantibus scilicet conculcatum, & à uolucris raptum. Via est ergo cor sedulo malarum cogitationum transitu attritum atque arefactum, ne uerbi semen excipere ac germinare sufficiat. Atque ideo quicquid boni seminis uicinia talis uia contingit, pessimæ cogitationis meatu conculcatum à demoniis eripitur: qui uolucres cœli, siue quia cœlestis spiritalisq; sint naturæ, seu quia per aerem uolitant, appellantur.

Et aliud cecidit super petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Petram hic rectè dicitur durum & indomium cor, ac nullo ueræ fidei uomere penetratum. Hoc est autem humor ad radicem seminis, quod iuxta aliam parabolam oleum ad lampades uirginum nutriendas, id est, amor & perseverantia uirtutis.

Matth. 25.

Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Fructum centuplum, fructum perfectum dicit: nam denarius numerus pro perfectione semper accipitur, quia in decem præceptis legis custodia continetur. Actiua enim & contemplatiua uita simul in decalogi mandatis coniuncta est, quia in eo & amor Dei, & amor seruari proximi iubetur. Amor quippe Dei ad contemplatiuam, amor uero proximi pertinet ad actiuam. Denarius autem numerus per semetipsum multiplicatus, in centenarium surgit. Vnde rectè per centenarium magna perfectio designatur: sicut de illo qui sua pro Domino terrena relinquit, dicitur: Centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Quia quisquis pro Dei nomine temporalia atque terrena contemnit, & hic perfectionem mentis recipit, ut iam ea non appetat quæ contemnit, & in sequenti seculo ad æternam uitæ gloriam peruenit. Terra ergo bona fructu centuplo fecundatur, quando cor docile uirtutum spiritalium perfectione donatur.

Matth. 19.

Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Quoties hæc admonitiuncula, uel in Euangelio, uel in Apocalypsi Iohannis interponitur, mysticum esse quod dicitur, quarendumq; à nobis intentius ostenditur.

Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Nemo putet finita mox parabola, discipulos hæc interrogasse saluatore: sed, ut Marci ait, Cum esset singularis, interrogauerunt

eum ij, qui cum eo erant duodecim, parabolam.

Esa. 6.

Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Marcus ita dicit: Illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt. Ideoq; & nos cum discipulis Christi intremus in sanctuarium Dei, ut intelligamus nouissima mysteriorum regni Dei. Nam qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius dicentes cum Psalmista: Reuela oculos nostros, & considerabimus mirabilia de lege tua. Rectè itaque in parabolis audiunt & in ænigmatibus, qui clausis sensibus cordis, neque intrare, neque curant cognoscere ueritatem, oblitum Dominicæ præceptionis, Qui habet aures audiendi, audiat.

Matth. 13.
Lucæ 8.
Ioh. 12.
Act. 28.

10

Psal. 118.

Qui autem secus uiam, sunt qui audiunt: deinde uenit diabolus, & tollit uerbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. De hoc semine Marcus ita scribit: Hi autem sunt qui circa uiam ubi seminatur uerbum, & cum audierint, confestim uenit Satanas & aufert. Matthæus ita: Omnis qui audit uerbum regni, & non intelligit, uenit malus & rapit. Ex quo manifestè docetur, eos circa uiam seminatos, qui uerbum quod audiunt, nulla fide, nullo intellectu, nulla saltem tentante utilitatis occasione percipere dignantur. Porro super petrosa & in spinis, ut Dominus exponit, seminatur hi, qui auditi quidem uerbi, & utilitate probant, & desiderium gustant: sed ne ad id quod probant, perueniant, huius uitæ eos uel aduersa terrendo, uel prospera blandiendo, retardant. Contra quæ utraque damna semen quod acceperat, tutari curabat, qui ait: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & ueraces. His ergo tribus terræ generibus scito omnes, qui uerbum auditum non faciunt, esse designatos: à quibus omnibus, qui semen acceptum seruat, terra bona est: excipiuntur sane Iudæi & gentiles, qui ne audire qui dem merentur.

Marci 4.

Matth. 13.

2. Cor. 6.

Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à solitudinibus, & diuitijs & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Mirum, quomodo Dominus spinas diuitias interpretatus sit, cum illæ pungant, istæ delectent. Et tamen spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctiōibus mentem lacerant: & cum usque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto uulnere cruentant. Quas bene hoc in loco, alio Euangelista testante, nequaquam Dominus diuitias, sed fallaces diuitias appellat. Fallaces enim sunt, quæ nobiscum diu permanere non possunt. Fallaces sunt, quæ mentis nostræ inopiam non expellant. Solæ autem diuitiæ ueræ sunt, quæ nos diuites uirtutibus faciunt. Notandum uero est, quod exponens Dominus dicit, Quia solitudines & uoluptates suffocant. Suffocant enim, quia importunis cogitationibus suis guttur mentis strangulant: & dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum flatus uitalis necant, Notandum etiam quod

Matth. 23.

quod duo sunt, quæ diuitijs iungit, sollicitudines uidelicet & uoluptates. Quia profectio & percuram mentem opprimunt, & per affluentiam resoluunt. Re enim contraria possessores suos & afflictos & lubricos faciunt. Sed quia uoluptas conuenire cum afflictione non potest, alio quidem tempore per custodiae suæ sollicitudinē affligunt, atq; alio per abundantiam ad uoluptates emolliunt.

Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes uerbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Bona terra, ut prædiximus, omnibus tribus terræ nequæ uarietatibus contraria facit, & libenter uidelicet semē uerbi suscipiēdo, & quod suscipit, inter aduersa & prospera patienter ad fructus usq; tempora seruando. Aliter, Bona terra fructum per patientiam reddit: quia scilicet nulla sunt bona, quæ agimus, si non æquanimitate proximorum mala toleramus. Quāto enim quisq; altius profecerit, tanto in hoc mundo inuenit quod durius portet: quia dum à præsentis seculi mentis nostræ dilectio deficit, eiusdem seculi aduersitas crescit. Hinc est enim, quod pleuroscq; cernimus & bona agere, & tamen sub graui tribulationum falce defudare: sed iuxta uocē Domini, fructum per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter suscipiuntur. Quod uerò secundum Matthæū dicitur, Et fructum afferet, & facit aliud quidem centum, aliud autem sexaginta, porro aliud triginta: triginta referuntur ad nuptias. Nam & ipsa digitorum coniunctio, quasi molli osculo se complexans & foederans, maritum pingit & coniugem. Sexaginta ad uel duas, eo quod in angustia & tribulatione sint positæ, unde & in superiore digito deprimuntur. Quantoq; maior est difficultas experte quodam uoluptatis illecebris abstinere, tanto maior & præmium. Porro centesimus numerus (quæso, diligenter lector attende) à sinistra trāsfertur ad dexteram; & isdem quidem digitus, sed non eadem manu, quibus in læua manu nuptiæ significantur, & uiduæ, circumulum faciens exprimit uirginitatis coronam. Aliter, Fructū tricelimum uerbum profert, quod fidem sanctę trinitatis ædificat: sexagesimum, quod operis perfectionem docet, quia sex dies sunt, in quibus oportet operari: centesimum, quod ad dexteram regni uitam prædicat æternam.

DOMINICA IN QUINAGESIMA. Lucae 18. Matth. 20.
& Marci 10.

In illo tempore assumpsit Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolyman, & consummabitur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim genibus & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem uerbum istud, absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus uiam mendicans. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Præuidens Saluator ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longe ante & eiusdem passionis pœnam, & resurrectionis suæ gloriam prædicit, ut cum morientem, sicut prædictum esset, cernerent, etiam resurrectionis non dubitarent. Præuidens etiam quosdam hæreticos in ecclesia futuros, qui Christum dicerent legi prophetisq; docuisse contraria, aliumq; ueteris testamenti, atq; alium noui Deum esse credendum, ostendit prophetarum præsentia non alio magis, quam ad suæ dispensationis, quam pro nobis temporarie suscepit, intendisse mysterium: adeo, ut consummatio sit prophetiæ suæ passionis, & posterioris gloria celebrata perfectio. Necnon & paganorum demeritiam, qua eius crucē derident, apertissime confutat, quando proxima suæ passionis & tempus, quasi futurorum præscius ostendit, & locū quasi mortis intrepidus adiit.

Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Legimus in Euangelio secundum Ioannem, dicitur Ioh. 12. Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, respondisse turbam, atq; dixisse: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quid est ergo, quod discipuli toties sibi replicatum Dominicæ passionis arcanum intelligere nequeunt, & Iudæi ad unum uerbum & tam obscure positum, ut hoc expositione dignū Euangelista ducat. Hoc autem dicebat, inquit, significans qua morte esset moriturus: mox quia crucis exaltatio significetur, intelligit, nisi quia discipuli, cuius uitam maxime uidere desiderabant, eius mortem audire non poterant. Quem non solum hominem innocenter, sed & Deum uerum sciebant, hunc nullatenus mori uel posse putabāt. Et quia per parabolas eum sepe loquentem audire consueuerant, quoties aliquid de sua passione dicebat, hoc non ita, ut sonabat, intelligendum, sed amore dictante ad aliud quid allegorice referendum esse credebant. Iudæi uerò, quia in eius necem conspirauerant, quicquid de sua passione uel cruce loquebatur, intelligebant. Hoc enim loquebatur, quod ipsi summo pere & fieri optabant, & perficere satagebant: licetq; miro & inuitato modo idē subeundæ crucis sacramentum, quod fidelibus amor abscondit, infidelibus inuidia pandit.

Factum est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus uiam mendicans: & cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Cæcus iste per allegoriam genus humanum significat, quod in parate primo à paradisi gaudijs expulsus, claritatem supernæ lucis ignorans, damnationis suæ tenebras patitur: sed cū Hiericho appropinquare, Iesus dicitur, cæcus illuminatur. Hiericho quippe interpretatur luna: luna autem in sacro elo,

eloquio pro defectu ponitur carnis: quia dum menstruis momentis decrescit, defectum nostrae mortalitatis designat. Dum igitur conditor no-
ster appropinquat Hiericho, caecus ad lumen redit: quia dum diuinitas defectum nostrae carnis suscipit, humanum genus lumen, quod amiserat, recipit. Qui uidelicet caecus recte & iuxta uiam sedere, & mendicans esse describitur. Ipsa enim ueritas dixit: Ego sum uia. Ergo qui aeternae lucis claritatem nescit, caecus est: sed si iam in redemptorem credit, iuxta uiam sedet. Si autem iam credit, sed ut aeternam lucem recipiat rogare dissimulat, atque a precibus cessat, caecus quidem iuxta uiam sedet, sed minimè mendicat: si uerò credit & exorat, & iuxta uiam sedet caecus, & mendicat.

Ioan. 14.

Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui praebant, increpabant eum, ut taceret. Ipse uerò multo magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Quid isti designant, qui Iesum uenientem praecedunt, nisi desideriorum carnalium turbas, tumultusque uitiorum: qui priusquam Iesus ad cor nostrum ueniat, tentationibus suis cogitationem nostram dissipant, & uoces cordis in oratione perturbant. Sape namque dum conuerti ad Deum post perpetrata uitia uolumus, dum contra haec eadem exorare uitia, quae perpetrauimus, conamur, occurrunt cordi phantasmata peccatorum quae fecimus, mentis nostrae actum reuerberant, confundunt animum, & uocem nostrae deprecationis premunt. Sed quem turba increpat ut taceat, magis ac magis clamat: quia quanto grauiori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus.

Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Ecce stat, qui ante transibat: quia cum adhuc turbas phantasmatum in oratione patimur, Iesum aliquatenus transeuntem sentimus. Cum uerò orationi uehementer insistimus, stat Iesus & lucem restituit: quia Deus in corde figitur, & lux anima reparatur.

Matth. 6.

Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uideam. Nunquid qui lumen reddere poterat, quid uellet caecus ignorabat? Sed peti uult hoc quod & nos petere, & se concedere praenoscit. Importune namque ad orationem nos admonet, & tamè dicit: Scit namque pater uester quid opus sit uobis, antequam petatis eum. Ad hoc ergo requirit, ut petatur: ad hoc requirit, ut cor ad orationem excitet. Unde & caecus protinus adiungit, Domine ut uideam. Ecce caecus à Domino non aurum, sed lucem quaerit, paruipendit extra lucem aliquid quaerere. Quia etsi habere caecus quodlibet potest, sine luce non potest uidere quod habet. Imitemur ergo eum, quem & corpore audiuimus & mente saluatum, non falsas diuitias, non terrena dona, non fugitiuos honores à Domino, sed lucem quaramus: illam uidelicet lucem, quam uidere cum solis angelis possumus, quam nec initium inchoat, nec finis angustat: ad quam profectio lucem uia fides est. Unde recte & illum inando caeco protinus subiungitur:

Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit, & sequebatur illum, magnificans Deum. Videt & sequitur, qui bonum quod intelligit operatur: uidet autem, sed non sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed bona operari contemnit: Iesum enim sequitur, qui imitatur. Hinc namque dicit: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Coni-
deremus ergo quae graditur, ut sequi mereamur: sicque fit, ut non solum nostra uita in Deum proficiat, sed haec ipsa nostra conuersatio ad laudem Dei & alios accendat. unde illic subditur:

Ioan. 22.

Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem Deo. Dedit enim plebs laudem Deo, non solum pro impetrato munere lucis, sed & pro merito fidei impetrantis. Dedit laudem Deo, quia & Iesum uidit miserit corditer ac potenter lucem restituisse roganti, & obstinatae fidei clamorem, quae iuste quaesierit, mox consequi posse cognouit. Unde notandum, quia Dominus in carne apparetis, omnia quae uerbis docuit, exemplis firmavit. Qui enim nobis praecipit, sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est, & ipse in uniuersis quae cepit facere & docere, non suam ab hominibus, sed patris gloriam quaerebat.

Matth. 5.

Act. 1.

BEDAE PRESBYTERI HOMILIARUM HYEMALIIUM FINIS.

Bedae presbyteri Homiliae Quadragesimales.

IN DIE CINERVM.

Lucae 12. Matth. 6.



Estio sancti Euangelij secundum Lucam. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Facite uobis sacculos qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in caelis: quod fur non appropriat, neque timea corrumpit. Vbi enim thesaurus uester, ibi et cor uestrum erit. Sint lumbi uestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus uestris. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Non hoc praecipuum esse putandum est: ut nil pecuniae reseruetur à sanctis, uel suis scilicet, uel pauperum uisibus suggerendae, cum & ipse Dominus, cui ministrabant angeli, tamen ad informandam ecclesiam suam loculos habuisse legatur, & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus alijsque indigentibus tribuens: sed ne Deo propter ista feratur, & ob inopiae timorem iustitia deseratur.

Thesaurum non deficientem in caelis, quod fur non appropriat, neque

neque

neque tinea corrumpit.] Siue simpliciter accipien-
dum, quod pecunia seruata deficiat, uel uideli-
cēt à fure thesauris erepta, uel in thesauris ipsa
sui fragilitate scœdata: data autem pro Christo
perennem misericordiæ fructū conferat in cœ-
lis. seu certē ita intelligendum, quod thesaurus
boni operis si commodi terrestris occasione cō-
datur, faciliē corruptus intereat: at si cœlesti so-
lū intentione congeratur, non exterius ho-
minum fauōre, non intus inanis gloriæ ualeat
labe maculari. Fur em̄ de foris rapit, tinea scin-
dit interius: fur abstulit diuitias eorum, de qui-
bus Dominus ait, Receperunt mercedem suā.
Tinea corruptit uestes eorum, quos Psalmista
redarguens ait: Quoniam Deus dissipat ossa
hominum sibi placentium. Ossa enim uirtutum
robur appellat.

Matth. 6.

Psal. 52.

Vbi enim thesaurus uester est, ibi et cor uestrum erit.] Hoc
non solum de pecunia, sed & de cunctis posses-
sionibus sentiendum est. Gulosi Deus uenter
est. Ibi ergo habet cor, ubi & thesaurum. Luxu-
riosi thesauri epulæ sunt: lasciuia, ludicra: amato-
ris, libido. huic seruit unusquisq; à quo uiuitur.

FERIA V. POST CINERVM.

Luca 7. Matth. 8.

IN illo tempore intrauit Iesus Capernaum. Centurionis autem
cuiusdam seruus. Et reliqua.

Homiliam quare Dominica tertia
post Epiphania.

FERIA VI. POST CINERVM.

Luca 6. Matth. 5.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Diligite inimicos ue-
stros: benefacite his, qui uos oderunt. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

Quia dixerat supra quid ab inimicis pati
possint, nunc qualiter ipsi cum eisdem ini-
micis agere debeant, ostendit. Multi autem pu-
tant sufficere uirtutibus, nō odissē inimicos: cæ-
terum diligere plus præcipi, quam humana nā-
tura patiatur, nō uidentes: quia & Moyses. Sa-
muel & Stephanus pro inimicis orabāt, & mor-
tuos Dauid planxit inimicos. Neq; enim Do-
minus impossibilia, sed perfecta iuberet. Non
deficientes ergo dum tempus est, operemur bo-
nā ad omnes, maxime autē ad domesticos fidei.

Exod. 17.

1. Reg. 12.

Act. 7.

2. Reg. 1.

Gal. 6.

1. Cor. 4.

Psal. 68.

1. Ioan. 5.

*Benedicite maledicentibus uobis, orate pro calumniantibus
uobis.]* Et hec se. suisq; similes egisse testatur Apo-
stolus qui ait: Maledicimur, & benedicimus,
blasphemamur, & obsecramus. Sed hic merito
mouet, quomodo huic præcepto Domini nō sit
aduersum, quod & in prophetis inueniuntur
multæ imprecationes aduersus inimicos, quæ
maledictiones putātur, sicuti est illud: Fiat men-
sa eorum coram ipsis in laqueum, & cætera quæ
ibi dicuntur. Et Ioannes apostolus ait: Qui scit

fratrem suum peccare peccatū non ad mortē,
petet & dabitur ei uita peccanti non ad mortē.
Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut
roget quis. Vbi primō uidendum, quia prophē-
tæ per imprecationem quid esset futurum, ceci-
nerunt, non optantis uoto, sed spiritu præuidē-
tis: qui maxime solent figura imprecantis futū-
ra prædicere, sicut figura præteriti temporis, ea
quæ uentura erant, sæpe ceciuerunt: deinde in
Apostoli uerbis intelligendum esse quosdā fra-
tres, pro quibus orare nobis præcipitur, cū Do-
minus etiam pro persecutoribus nostris orare
nos iubeat. Quæ solui quæstio nō potest, nisi fa-
teamur esse aliqua peccata in fratribus inimi-
corum persecutione grauiora. Fratres autem
Christianos significari, multis diuinarū scriptu-
rarum documentis probari potest. Peccatū er-
go, fratres, ad mortem puto esse, cum post agni-
tionē Dei, per gratiā Domini nostri Iesu Chris-
ti quisq; oppugnat fraternitatem, & aduersus
ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, inui-
dentiæ facibus agitur. Peccatū autem non ad
mortem est, si quisquam non amorem à fratre
non alienauerit, sed officia fraternitatis debita
per aliquam infirmitatem animi non exhibue-
rit. Quapropter & Dominus in cruce ait: Pa-
ter ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt. Nō,
dum enim gratiæ spiritus sancti participes fa-
ci, societatem sanctæ fraternitatis inierant. Et
beatus Stephanus orat pro eis, à quibus lapida-
tur: quia nondum Christo crediderant, neq; ad-
uersus illam communem gratiam dimicabant.
Et apostolus Paulus propterea credo, non orat
pro Alexandro, quia iam frater erat, & ad mor-
tem, id est, inuidentiā, fraternitatē oppugnā-
do peccauerat. Pro his autem qui non abrupe-
rant amorem, sed timore succubuerant, orat ut
eis ignoscatur. Sic enim dicit: Alexander ara-
rius multa mala mihi ostendit, reddet illi domi-
nus secundū opera illius, quem & tu uita. Val-
de enim restitit nostris sermonibus. Deinde
subiungit pro quibus orat, ita dicens: In prima
mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes
me dereliquerunt, non illis imputetur. Ista dis-
ferentia peccatorum Iudam tradētem à Petro
negante distinguit.

Matth. 5.

Luca 6.

Luc. 23.

Act. 7.

2. Tim. 4.

Matth. 5.

Si quis te percutit in maxillam, præbe et alteram.] Non
ait, Eum qui te percutit, noli tu percutere, quā-
quam hoc etiam magnum præceptum sit: sed
ait, Para te adhuc percuti. Quod ad miseri-
cordiam pertinere hi maxime sentiunt, qui eis
quos multum diligunt, tanquam filijs uel qui-
buslibet dilectissimis suis ægrotantibus serui-
unt, uel paruulis, uel phreneticis, à quibus mul-
ta sæpe patiuntur: et si eorum salus id exigat,
præbent se etiam ut plura patiantur, donec uel
atatis, uel morbi infirmitas transeat. Quos er-
go Dominus medicus animarum curandis pro-
ximis instruebat, quid eos aliud docere posset,
nisi ut eorum, quorum saluti consulere uellent,
imbecillitates æquo animo tolerarent. Om-
nis nanque improbitas ex imbecillitate ani-
mi uenit: quia nihil innocentius est eo, qui in
uirtute

uirtute perfectus est. Multi autem alteram maxillam præbere nouerunt, diligere uero illum à quo feriuntur, ignorat. At uero ipse Dominus, qui utiq; præcepta quæ docuit, primus impleuit, percutiēti se in maxillam ministro sacerdotis non præbuit alterā, sed in super dixit: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Non tamen ideo paratus corde non fuit, non solum in alteram maxillam cædi pro salute omnium, sed etiā toto corpore crucifigi.

10an. 18.

Et ab eo qui auferit tibi uestimentum, etiam tunicam noli prohibere.] Quod de uestimento & tunica dictum est, non in eis solis, sed in omnibus faciendū est, quæ aliquo iure temporaliter nostra esse dicimus. Si enim hoc de necessarijs imperatum est, quanto magis superflua contemnere cōuenit?

Omni autem petenti te, tribue.] Omni petenti, inquit, non omnia petenti: ut id des, quod dare honeste & iuste potes. Quid si enim pecuniam petat, qua innocentem conetur opprimere? Quid si postremo stuprum petat? Sed ne multa persequar, quæ sunt innumerabilia, id profectō dandum est, quod nec tibi nec alteri noceat, quantum sciri aut credi ab homine potest. Et cui iuste negaueris quod petit, iudicanda est ipsa iustitia, ut non eum inanem dimittas. Ita omni petenti te tribues, quamuis non semper id quod petit tribues. Et aliquando melius aliquid tribues, cum petentem iniusta correxeris.

Et qui auferit quæ tua sunt, ne repetas.] De ueste, domo, fundo, iumento, & generaliter omni pecunia dicit. Vtrum autem & de seruis accipiendū sit, magna quæstio est: non enim Christianum oportet sic possidere seruum, quomodo equū aut argentum. Quanquam fieri possit, ut maiore precio ualeat equus quam seruus, & multo magis aliquid aureum uel argenteum. Sed ille seruus si rectius & honestius, & ad Deum colendum accommodatius abs te domino educatur aut regitur, quàm ab illo potest, qui eum cupit auferre, nescio utrum quisquam dicere audeat, ut uestimentum eum debere contemni. Hominem namq; homo tanquam seipsum diligere debet, cui ab omnium Domino etiam ut inimicos diligat, imperatur.

Et prout uultis ut faciant uobis homines, et uos facite illis similiter.] Quia charitas patiens est, benigna est, non tantum iniurias inimici fortissime suffert, sed amici quoq; gratiam benignissime præuenit. Nam redamare amantem, cunctos natura docuit: non amantem uero beneficijs ad amorem cogere, Christi solum doctrina perfectos instituit: qui cum nos priores prout nobis fieri uelimus, alijs facere iuberet, eundem mox sensum latius astruendo firmavit dicens:

Lucæ 6.

Tobie 4.

Matth. 7.

Ibid. 6.

Et si diligitis eos qui uos diligunt, quæ uobis est gratia? Nam et peccatores diligentes se diligunt, etc.] Si etiam peccatores publicani & ethnici, erga dilectores suos natura duce norunt esse beneficii, quatum uos, inquit, quibus ut gradus professionis eximior, ita cura necesse est sit uirtutis uberior, latioris sinu dilectionis amplecti debetis etiam non a-

mantes? Vnde quæstio dignū uidetur, quomodo cum Dominus eos qui diligentes se solum diligunt, beneficientibus sibi benefaciunt, amicitis cōgenerantur, non modo perfectam non habere charitatem, uerum peccatoribus æquiparari testetur, ille pectoris Domini recubitor epistolam de Dei & proximi dilectione consummans, non uspiam inimicos monuerit esse diligendos, sed absolute dixerit: Quia si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas Dei in nobis perfecta est. Quod si quem mouet, sciat eum non de inimicorum amore tacuisse, sed & illos fratrum nomine comprehendisse, fratremq; amoris intuitu diligere, & pro eis præcepisse orari: scilicet ut non semper inimici remaneant, sed relapsant à diaboli laqueis, nobiscq; germano fœdere socientur. Nec durū uideatur, quod nondum credentes, propter spem tamē credendi, fratres appellari posse dicimus. Nam idem Ioannes eos etiam filios Dei uocitare legitur: Quia Iesus, inquit, moriturus erat pro gente, & nō tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, cōgregaret in unū. Quādiu enim dispersi, nondum filij sunt Dei, sed cōueniendo in unum iam efficiuntur filij.

1. Ioan. 4.

10an. 14.

SABBATO POST CINERVM.

Marci 6. Matth. 14.

In illo tempore cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, et Iesus solus in terra. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE BARDEN LECTIO.

Labor discipulorum in remigando, & cōtrarius eius uentus, labores sanctæ ecclesiæ uariis designat, quæ inter undas seculi aduersantis, & immundorum flatus spirituū ad quietē patriæ celestis quasi ad sidam litoris stationē peruenire conatur. Vbi bene dicitur, Quia nauis erat in medio mari, & ipse solus in terra: quia nōnunquam ecclesia tantis gentiliū pressuris non solum afflicta, sed & fœdata est, ut si fieri posset, redemptor ipsius eam profusus deseruisset ad tempus uideretur. Vnde est illa uox eius: Inter undas procellasq; tentationum uertentium deprehensa, atq; auxilium protectionis illius gemebundo clamore quærentis: Vt quid Domine recessisti longē? Despicis in opportunitatibus in tribulatione? Quæ pariter uocem inimici persequentis exponit, in sequentibus Psalmi subiiciens: Dixit enim in corde suo, Oblitus est Deus, auertit faciem suam ne uideat usque in finem. Verum ille non obliuiscitur orationem pauperum, neq; auertit faciem suam à sperantibus in se: quin potius & certantes cum hostibus ut uincant adiuuat, & uictores in æternum coronat. Vnde hic quoq; aperte dicitur, Quia uidit eos laborantes in remigando. Videt quippe Dominus laborantes in mari, quāuis ipse positus in terra: quia etsi ad horā differre uideatur auxilium tribulatis impendere, nihilominus

Psal. 9.

hilominus eos ne in tribulationibus deficiant, suæ respectu pietatis corroborat, & aliquando etiam manifesto adiutorio uictis aduersitatibus, quasi calcatis sedatisq; fluctuum uoluminibus liberat, sicut hic quoq; subsequenter insinuat, cum dicitur:

Et circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos, ambulans super mare.] Stationes & uigiliæ militares in terna horarum spacia diuiduntur. Quando ergo dicit, quarta uigilia noctis uenisse ad eos Dominum, ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis tempore eis auxilium præbitum. Laborabant ergo toto noctis opacæ tempore, sed diluculo appropinquante, & lucifero solis dieiq; exortum promittente, uenit Dominus, & superambulans tumida freti terga comprimit: quia cū pressuris obrita fragilitas humana, pusillitatem uirium suarum considerat, nihil erga se aliud, quàm tenebras angustiarum, & æstus cernit hostium consipientium. Cum uerò mentem ad superni lumen præsidij, & perpetuæ dona retributionis erexerit, quasi inter umbras noctis repente exortum luciferi conspicit, qui diem proximum nunciet. Lucifer namq; cum plurimum tres horas noctis, id est, totam uigiliam matutinam, illuminare perhibetur. Adertiq; Dominus qui sopitis tentationum periculis, plenam liberatis fiduciam suæ protectionis attribuat. Sequitur:

Et uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eum super mare ambulantem, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim eum uiderunt, & conturbati sunt.] Adhuc hæretici putant phantasma fuisse Dominum, nec ueram assumpsisse carnem de uirgine. Deniq; Theodorus Pharanitanus quondam episcopus, ita scripsit, corporale pondus non habuisse secundum carnem Dominum, sed absq; pondere & corpore super mare deambulasse. At contra fides catholica, & pondus secundum carnem habere eum prædicat, & onus corporeum, & cum pondere atque onere corporali incedere super aquas, non inuisis pedibus. Nam Dionysius egregius inter ecclesiasticos scriptores, in opusculis de Diuinis nominibus hoc modo loquitur: Ignoramus enim qualiter de uirginis sanguinibus alia lege præter naturalem formabatur, & qualiter non inuisis pedibus corporale pondus habentibus, & materiale onus deambulabat in humidam & instabilem substantiam. Quomodo autem uolebat Dominus eos præterire tanquam alienos, ad quos de periculo naufragij liberandos aduenerat, nisi ut ad horam turbati & pauentes, sed continuo liberati, amplius reptationis suæ miraculum stuperent, ac maiores ereptori suo gratias referrent? Quia & in tempestatibus passionum, quæ pro constantia fidei a perfidis ingeruntur, talis nonnunquam prouiso diuinitus ostenditur. Sepè enim ita fideles in tribulatione positi superna pietas deseruisse uisa est, ut quasi laborantes in mari discipulos præterire Iesus uoluisse putaretur. Vnde est &

Psalm. 41. illud in Psalmista ecclesiæ, in martyrij certamine desudantis: Quare mei oblitus es, quare me

Bedæ tom. 7.

repulisti: & quare tristis incedo, dū affligit me inimicus? Dum confringuntur omnia ossa mea, & cætera. Sed dicunt inimici terrentes, ubi est Deus eorum? quasi naufragium fessis minitantes Apostolis. Dicit ipse Deus eorū: Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operiet te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Vnde hic quoque recte subiungitur:

Et statim locutus est cum eis, & dixit illis: Confidite, ego sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit uentus.] Prima trepidantium & periclitantium subuentio est, incussum cordibus expellere timorem: secunda, tempestatum furias suæ presentia uirtute compescere. Nec mirandum si ascendente in nauiculam Domino uentus cessauit. In quocumq; enim corde Deus per gratiam sui adest amoris, mox uniuersa uitiorum & aduersantis mundi, siue spirituum malignorum bella compressa quiescunt.

Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerant de panibus: erat enim cor illorum obcecatum.] Dominus quidem & in miraculo panum, quod esset conditor rerum ostendit: & in ambulando super undas, quod haberet corpus ab omni peccatorū grauedine liberum, edocuit: & in placando uentos, undarumq; rabiem sedando, quod elementis dominaretur monstrauit: sed carnales adhuc discipuli necdum hunc Deum esse cognoscunt. Et quidem uirtutum magnitudinem stupebāt, necdum tamen in eo ueritatem diuinæ maiestatis cognoscere ualebant.

Cumq; egressi essent de naui, continuo cognouerunt eum: & percurrentes uniuersam regionem illam, ceperunt in grabbatis eos, qui se male habebant circumferre, ubi audiebant eum esse.] Cognouerunt eum rumore, non facie: uel certe pro signorum magnitudine, quæ patrabat in populis, etiam plurimis uultu notis erat. Et uide quanta fides sit hominum terræ Genazareth, ut non presentium tantum salute contenti sint, sed mittant ad alias per circuitum ciuitates, quo omnes currant ad medicum.

Et quocumq; introibat in uicos, uel in uillas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos: & deprecabantur eum, ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.] Qui mali se habent, non tangerant corpus Iesu, neque totum uestimentum eius, sed extremam fimbriam: & quicunq; tetigerint, sanabuntur. Fimbriam uestimenti eius, minimum mandatum intellige: quod qui transgressus fuerit, minus uocabitur in regno cælorum: uel assumptionem carnis, per quam uenimus ad uerbum Dei, & illius postea fruemur maiestate.

DOMINICA PRIMA IN
Quadragesima. Lucæ. 4. Mat.
thæi 4. Marci 1.

In illo tempore regressus Iesus à Iordane, & agebatur in spiritu in deserto. Et reliqua.

○ BEDÆ

BEDÆ PRESBYTERI DE EA/
DEM LECTIONE.

Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane, et agebatur in spiritu in desertum diebus quadraginta, et tentabatur à diabolo.] Hæc baptizato Domino confestim facta, Mattheus Marcusq; designant. Quorum unus descripto eius baptismate, mox ita subiunxit: Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Alter ita: Et statim spiritus expulit eum in desertum, & erat ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana. Verum ne qui ueriret in dubium, à quo eum spiritu ductum siue expulsum diceret in desertum, consulte Lucas primò posuit, quia Iesus plenus spiritu sancto regressus est ab Iordane: ac deinde intulit, Agebatur in spiritu in desertum: ne quid contra eum ualuisse spiritus putaretur immundus, qui plenus spiritu sancto quod uolebat gradiendo, quæq; uolebat, agebat. Nam & infra ubi manifeste à diabolo assumptus siue statutus asseritur, non eius imbecillitas, sed inimici superbia, qui uoluntatem Saluatoris necessitatem putat, arguitur. Non ergo uirtute spiritus moxi Iesus agitur in desertum, sed uoluntate sui spiritus boni locum certaminis, quo aduersarium sternat, de uictoria certus ingreditur. Vbi nobis pariter ordinem recte conuersandi præmonstrat, ut post acceptam uidelicet in baptismo remissionem peccatorum, spiritusq; sancti gratiam, arctius contra nouas antiqui hostis insidias accingi, mente seculum deserere, & quasi manna deserti sola æternæ uitæ gaudia discamus esurire.

Et nihil manducauit in illis diebus: et consummatis illis, esurijt.] Quadragesima ieiuniorum habet auctoritatem, & in ueteribus libris ex ieiunio Moysi & Helie, & ex Euangelio, quia totidem diebus Dominus ieiunauit, demonstrâs Euangelium non dissentire à lege & prophetis. In persona quippe Moysi lex, in persona Helie propheta accipiuntur: inter quos in monte gloriosus apparuit, ut euidentius emineret quod de illo dicit Apostolus: Testimonium habens à lege & prophetis. In qua autem parte anni congruentius obseruatio quadragimæ constitueretur, nisi confinis atq; cõtigua Dominicæ passionis: quia in ea significatur hæc uita laboriosa, cui opus est continentia, ut ab ipsius mundi amicitia ieiunetur. Aliter, Ieiunauit Dominus cum tentaretur ante mortem, cibo adhuc indigens. Manducauit autem & bibit cum glorificaretur post resurrectionem, iam cibo non indigens. Hic enim ostendebat in se laborẽ nostrum, illic autem in nobis suam consolationem, quadragenis diebus utrunq; definiens. Quo numero quadragesima huius seculi significare uidetur excursus in his, qui uocatur per gratiam ad eum, qui nõ uenit legem soluere, sed adimplere. De cem namq; præcepta sunt legis iam gratia Christi diffusa per mundũ, & quadripartitus est mundus, & decẽ quadruplicata quadraginta faciunt. Quoniã qui redempti sunt à Domino, de regio-

nibus congregauit eos, ab oriente & occidente, & aquilone & mari. Ieiunans itaq; quadraginta diebus ante mortem carnis uelut clamabat: Abstinete uos à desiderijs huius seculi. Manducans autem & bibens quadraginta diebus post resurrectionẽ carnis uelut clamabat: Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi. Ieiunium quippe est in tribulatione certaminis, quoniam qui in agone est, ab omnibus abstinens est: cibus autem in spe pacis, quæ perfecta non erit, nisi cum corpus nostrum, cuius expectamus redemptionem, induerit immortalitatem, quod nondum adipiscendo gloriamur, sed sperando iam pacimur. Vtrumque Apostolus simul nos agere ostendit dicens: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Tanquã illud esset in cibo, hoc in ieiunio. Simul enim cum uia Domini carpinus, & à uanitate præsentis seculi ieiunamus, & futuri promissione reficimur; hic nõ apponentes cor, illic pacetes sursum cor. Quod autẽ Dominus consummatis ieiunij diebus esurijt, cum de Moysse uel Helia ieiunantibus nihil tale sit scriptum, ideo factum est, ne ab eo tentando pauens hostis aufereret, quem cũ tot signis cœlestibus præconatum, tum etiam uiris excellentissimis in abstinendo uideret æquatam. Esurijt enim humilis Deus homo, ne inimico innotescat sublimis homo Deus.

Dixit autem illi diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat.] Antiquus hostis redemptorem humani generis, debellatorem suum, in mundum uenisse cognouit. Vnde & per obsestum hominẽ dixit: Quid nobis & tibi fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos? Qui tamen prius cum hunc passibilem cerneret, cum posse mortalia perpeti humanitatis uideret, omne quod de eius diuinitate suspicatus est, ei factu suæ superbiæ in dubiũ uenit. Nihil quippe nisi superbum sapiens, dum esse hunc humilem cõspicit, Deum esse dubitauit: unde ad tentationum se argumenta conuertit, sed non sicut nos, qui puri homines sumus, irruente sæpe tentatione cõcutimur, ita redemptoris nostri anima tentationis est necessitate turbata. Hostis namq; noster etsi in excelsum montem eum permissus assumpsit, si daturum se regna mûdi perhibuit, si quasi in panem uertendos lapides ostendit, mentẽ tamen mediatoris Dei & hominum tentatione quassare non ualuit. Sic enim dignatus est hæc exterius cuncta suscipere, ut tamen eius mens interius diuinitati suæ inherens inconcussa permaneret. Qui & si quando turbatus spiritu infremuisse dicit, ipse diuinitus disponebat, quantum ipse humanitus turbaretur.

Et respondit ad illum Iesus: Scriptum est, quia non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo Dei.] Ideo sic respondit Dominus, quia propositum ei erat humilitate diabolum uincere, non potentia. Simulq; animaduertendũ, quod nisi ieiunare cõpisset Dominus, tentandi occasio non fuisset diabolo, secundum illud: Fili accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Sed & ipsa responsio Saluatoris hominem fuisse indicat;

Matth. 4
Marc. 1.Exod. 34.
1. Reg. 19.

Act. 28.

Matth. 5.

Psal. 106.

1. Petr. 2.

Matth. 28.

1. Cor. 9.

Rom. 12.

Matth. 8.

Ioan. 11.

Dent. 8.

Eccles. 1.

cat, qui tentatus est: Non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. Si quis ergo non uescitur uerbo Dei, iste non uiuit. Aliter, Hostis non ster adhuc in hac uita nos positos, quantomagis nos sibi rebellare conspiciat, tanto amplius expugnare contendit: eos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos uero eo uehementius incitatur, quo ex corde nostro quasi ex iure proprię habitacionis expellitur. Hoc enim in seipso Dominus sub quadam dispensatione figurauit, qui diabolum non nisi post baptismum se tētare permisit, ut signum nobis quoddam future cōuersationis innueret, quod mēbra eius postquā ad Deum proficerēt, tunc acriter tentationum insidias tolerarent.

Marc. 1.

Matth. 4.

Luc. 3.

Et duxit illum diabolus; et ostendit illi omnia regna orbis terre, in momento temporis. Cum ductus à diabolo Deus homo narratur, mens refugit, humana hoc audire aures expauescunt: cui tamen non esse incredibilia ista cognoscimus, si in illo & alia facta pēsamus. Certē iniquorum omnium diabolus caput est, & huius capitis mēbra sunt omnes iniqui. Quid ergo mirū si se permisit ab illo in montem duci, qui se pertulit etiam à mēbris illius crucifigi? Non est ergo indignum redemptori nostro, quod tentari uoluit, qui uenerat occidi. Iustum quippe erat, ut sic tētationes nostras suis tētationibus uinceret, sicut mortem nostram uenerat sua morte superare. Bene autem in momento temporis secularia & temporalia monstrātur. Non enim tam conspectus celeritas indicatur, quā caducę fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prętereunt, & sapē honor seculi abijt, antequam uenerit. Quid enim seculi potest esse diuturnum, cum ipsa diuturna non sint secularia?

Et ait ei: Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui uolo do illa: tu ergo proceidens si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Arrogas & superbus etiam hoc de iactantia loquitur, non quod in toto mundo habeat potestatem, ut possit omnia regna dare diabolus, cū sciamus plebsq; sanctos uiros à Deo reges factos. Si, inquit, proceidēs adoraueris coram me. Ergo qui adoraturus est diabolum, ante corruit.

Deut. 6. & 10.

Gal. 5.

Et respondens Iesus dixit illi: Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Dicēs diabolus Saluatori, Si proceidēs adoraueris me, e contrario audit, quod ipse magis adorare eū debeat Dominum & Deum suum. Quærūt forte aliquis, quomodo conueniat quod hic pręcipitur Domino soli seruiēdum, Apostoli uerbo qui dicit: Sed per charitatem seruite inuicem. Sed huic facile Gręcę lingua, ex qua scriptura translata est, origo satisfacit, in qua seruitus duobus modis ac diuersa significatione solet appellari. Dicitur enim λαβείας, dicitur & δουλεία. Sed dūlia intelligitur seruitus communis: hoc est, siue Deo siue homini, siue cuilibet rerum natura exhibitā: a qua etiā seruus, id est, δουλος, Gręcę nomē accipit. Latīa autem uocatur seruitus illa, quę soli diuinitatis cultui debita, neq; ulli est, participanda creaturę. Vnde & idololatrę nuncu-

Bedę 10m. 7.

pantur hi, qui uota, pręces & sacrificia, quę unī Deo debuerant, idolis impendant. Iubemur ergo per charitatem seruire inuicem, quod est Gręcę δουλεία: iubemur unī Deo seruire, quod est Gręcę λαβείας. Vnde dicitur: Et illi soli seruiēs, quod est Gręcę λαβείας. Et iterum: Nos enim sumus circuncisio, spiritui Dei seruiētes: quod est in Gręcō λαβείας.

Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum super pinnam templi. Vt quem gula uel auaritia superare non poterat, tentet & uana gloria, si forte illum uel ipsa uictoria suę iactantia deicere queat.

Et dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. In omnibus tētationibus hoc agit diabolus, ut intel ligat si filius Dei sit: sed Dominus sic responsionem temperat, ut eum relinquat ambiguum. Mitte te deorsum. Vox diaboli qua semper omnes deorsum cadere desiderat, Mitte te, inquit: persuadere potest, pręcipitare non potest.

Scriptum est enim, quod angelis suis mandauit de te, ut conseruerent te, & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Hoc in nonagesimo psalmo legitur. Verum ibi non de Christo, sed uiro sancto prophetia est. Male ergo interpretatur scripturas diabolus. Certē si uerē de Saluatore scriptum nouerat, debuerat illud dicere, quod in eodem psalmo contra se sequitur: Super aspidē & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonē & draconem. De angelorum auxilio quasi ad infirmum loquitur, de sui conculcatione quasi tergiuersator tacet.

Et respondens Iesus, ait illi: Dicitur est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Falsas de scripturis diaboli sagittas, ueris scripturarum frāgit clypeis. Et notandum quod necessaria testimonia de Deuteronomio tantum protulerit, ut secundę legis sacramenta monstraret. Non tentabis, inquit, Dominum Deum tuum. Suggestebatur enim tanquam homini, ut signo aliquo exploraret ipse quantus esset, id est, quā multū apud Deū posset, quod uitio se fit cū sit. Pertinet namq; ad sanam doctrinam, quando habet quod faciat homo, non tentare Dominū Deum suum. Neq; enim & ipse Saluator non poterat tueri discipulos suos, quibus tamen ait: Si uos persequuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliā. Cuius rei prior exemplum prębuit: Nam cum potestatem haberet ponendi animam suam, nec eam poneret, nisi cum uellet, in Aegyptum tamen infans portantibus parētibus fugit. Et ad diem festum non euidenter, sed latenter ascendit, cum aliās palam loqueretur Iudgis irascentibus, & de inimicissimo animo audientibus, nec tamen ualētibus in eum mittere manus, quia nondum uenerat hora eius. Quia ergo palam docendo & arguendo, & tamē inimicorū rabiem ualere in se aliquid non sinendo Dei demonstrabat potestatem, idem tamen fugiendo & latendo hominibus instruebat infirmitatem: ne Deum tentare audeat, quando habet quod faciat, ut quod ca- uere oportet, euadat.

Et consummata omni tētatione, diabolus recessit ab illo usq; ad tempus. Vides ipsum diabolum non esse in stu-

Phil. 3.

Psal. 90.

Deut. 6.

Matth. 10.

Ioan. 10.

Matth. 2.

Ioan. 7.

Ioan. 7.

dio pertinacem, cedere ueræ solere uirtuti. Et
 si inuidere non desinat, tamen instare formidat:
 quia frequētius refugit triūphari. Audito itaq;
 Dei nomine, recessit, inquit, usq; ad tempus. Po-
 stea enim non tentaturus, sed aperte pugnatu-
 rus aduenit. Quāuis sæpē antiquus hostis post
 quam menti nostræ tentationum certamen in-
 stiterit, ab ipso suo certamine ad tempus rece-
 dit: non ut illatæ maliciæ finem præbeat, sed ut
 corda quæ per quietem securā reddiderit, repē-
 te rediens facilius inopinatus irumpat. Notā-
 dum autem, quod tribus solum tentatoris frau-
 dibus expositis, omnem tentationem dicit esse
 consummatam: quia uidelicet his omnium ui-
 tiorum origines amplectuntur & fontes Ioan-
 ne attestante qui ait: Quia omne quod in mun-
 do est concupiscentiæ carnis est, & concupiscē-
 tia oculorum, & superbia uitæ. Et in euangelica
 parabola tribus solum reprobis negotijs ab eter-
 næ uitæ dapibus excluduntur. Primus, inquit,
 dixit: Villam emi, & necesse habeo exire, & ui-
 dere illam. Et alter dixit: Iuga bouum emi quin-
 que, & eo probare illa. Et alius dixit: Vxorem
 duxi, ideo non possum uenire. Vxor is quippe
 appetitus sicut & gula ad concupiscentiā car-
 nis pertinet. Villæ emptio quæ auaritia non ca-
 ret, ad superbiam uitæ respicit. Probatio quinque
 iugorum, id est, corporalium rerum curiositas,
 quæ est uana gloria, ad concupiscentiam refer-
 tur oculorum. Nam per oculos maximè curio-
 sitas præualeat. Et his quidē Dominus quasi for-
 tior facie ad faciem tentatur: nos uerò cum &
 ipsi percepto baptisinate gratia spiritus, eremū
 uirtutum adimus, cum ieiuniū quadragesima-
 le suscipimus, id est, ab illecebris secularibus to-
 to uitæ nostræ tempore continere disponimus,
 uel tacitis appetimur insidijs, uel aliquādo etiā
 proximi ore pulsamur. Quis cum blandiens di-
 cit. Homo fortis es, manduca & bibe, & similis
 mane, uidendum est ne nobis serpentis antiqui
 nescius uenena propinet: dicendumq; Non in
 pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo Dei.
 Verūm multi concupiscentiā carnis deuicta,
 mox auaritia pulsantur, & aliquoties etiam su-
 perantur, adeo ut pro oblatiis muneribus diabo-
 lum adorare non metuant. Quorum ubi pluri-
 mi continentiam laudant, maiores etiā per-
 sonæ honorant, dona tribuunt, fit ut uoluptatū
 uictores philargyria uincantur: & crescente per
 tempus infanta, diuites quosq; quos per aper-
 ta facinora demone plenos agnoscunt, non mo-
 do non execrentur & arguant, sed & flexa cer-
 uice adorent & suspiciant. Vnde dicit Apосто-
 lus, auaritiā simulachrorum esse seruitutem.
 Qui si & hanc Saluatoris exemplo triumphā-
 rint, Dominum uidelicet Deum suum adorādo,
 & pro æternis gaudijs illi soli seruīdo: ade-
 rit & tertia uana gloria uestis, quæ uictorum
 præcedētium uictores de suis uiribus extollat,
 ut quali in uirtutū culmine positos ulterius se
 iam cadere non posse presumat. Et hoc planē
 curiosis oculis Deum tentare est, de suis quem-
 piam meritis gloriari: cōtra hoc quod fidem di-

scipulis auctens ait, Cum feceritis omnia, quæ
 præcepta sunt uobis, dicit: Serui inutiles su-
 mus, quæ debuimus facere, fecimus. Qui cum
 alibi præcipere, ne iustitiā nostram coram ho-
 minibus faciamus, in eiusdem definitione iei-
 unium tantum, elemosynam atq; orationē sub-
 iunxit: triplici scilicet hostis telo totidem arma
 defensionis opponens, ut ieiunio concupiscen-
 tia carnis, elemosynis auaritia, precibus iactā-
 tia pellatur meritum.

FERIA TERTIA POST
 Inuocauit. Matth. 21.

In illo tempore cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota
 est uniuersitas. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
 EADEM LECTIONE.

Dominus & Deus, autor & reparator hu-
 manæ generis Christus, ante mundi consti-
 tutionem prælegerat cum patre, & quando, &
 ubi pateretur pro salute hominum. Impleta er-
 go huius tēporis plenitudine, instante iam pas-
 sione, appropinquare uoluit loco passionis, ubi
 inueniri posset ab his, per quos eadē passio
 erat celebranda, ne quali refugiens mortē assi-
 mareretur. Non enim metuebat mortem, sed po-
 testate imperabat morti. Ait ergo Euangelista:

Quia cum intrasset Iesus Hierosolymā, commota est uniuersitas
 ciuitas, dicens: Quis est hic? Ad ingressum Saluato-
 ris cōmota est ciuitas, admirata est populi fre-
 quentia, ignorans Domini intrantis uirtutem
 atq; potentiam. Simile quid & in eius ascensio-
 ne de angelis legimus, qui dum triumphali pō-
 pa ascendente cernerent, & carnem iam glo-
 rificatam ad cœlos uehentem, admirantes dice-
 bant: Quis est iste rex gloriæ? Notandum uerò
 quod ante sex dies paschæ, sicut alius Euange-
 lista dicit, uenit Dominus Bethaniā, ubi La-
 zarum suscitauerat, atque in crastinum alino
 sedens, turbis diuinas laudes acclamātibus Hie-
 rosolymam ingressus est, quod olim in pascha-
 li agno mystice fuerat præsignatum. Scriptum
 namq; est in lege: Decima die mensis primi tol-
 lat unusquisque agnum per familias & domos
 suas, & seruabit eum usq; ad quartumdecimū
 diem mensis huius, immolabitq; eum omnis
 multitudo filiorum Israel usq; ad uesperam. Er-
 go sciendum hanc de paschali agno prophe-
 tiam, Dominus Iesus decima die primi: hoc est,
 ante quinque dies paschæ, ciuitatem Hierosoly-
 mam ingressus, coniurante aduersus se senio-
 rum principumq; concilio, præstolabatur hor-
 ram qua pro mundi salute Deo patri se in odo-
 rem suauitatis hostiam offerret.

Populi autem dicebant: Hic est Iesus à Nazareth propheta. Superbis Iudæis quis nam esset, qui cum tanta
 gloria ciuitatem intrabat, interrogantibus, sim-
 plex turba quod nouerat, satebatur. Hic est, in-
 quit, Iesus propheta. Propheram appellabant,
 quia errabant, & quid dicerent, ignorabāt. Ne-
 sciebant

sciebant enim eum Deum aut Dei filium appellare, sed error eorum perfecta scientia plenus erat. Nam Moyses de eo dixerat: Prophetam uobis suscitabit Dominus de fratribus uestris, illum audietis tanquam me. Et ipse de se loquitur: Non capit perire prophetam extra Hierusalem. Ita uero accipiendus est propheta, ut sit Dominus prophetarum, sicut est rex regum, & Dominus dominantium.

Luce 19.

Et intrauit Iesus in templum. Quod Dominus in ciuitatem ingressus, primo templum adiit, formam religiosæ conuersationis, quam sequi debeamus, ostendit. Cum enim oppidum uel castellum, siue aliquem locum, ubi domus orationis Deo sit consecrata, ingredimur, prius ad illum festinare debemus: & postquam nos per orationis studia Deo commendauerimus, sic demum ad ea, quæ necessitas fragilis uita exigit, peragenda negotia potius accedamus.

Et cepit eijcere uendentes in illo ementes, & mensas nummulariorum, & cathedras uidentium columbas euerit. Inter omnia miracula, quæ Dominus in mundo corporaliter gessit, hoc præcellentissimum & maximū est. Plus enim fuit (ut dicit beatus Hieronymus) hoc, quod unus homo inermis multamilla armatorum de templo eiecit, quam quod Lazarum quatruiduam a mortuis suscitauit. Fulgor enim diuinitatis resplendebat in aspectu humanitatis, atq; ideo uidentes insolitam claritatem in facie hominis radiantē, intuētes terga cædenti dabant, & resistere non audebāt.

Et dicit eis, scriptum est: Domus mea, domus orationis uocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Domus illa Dei ad hoc à Salomone primū, & postea Iesu sacerdote & Zorobabel cōstructa fuerat, nō quod Deus in manufactis templis habitet, sed ut sibi nomen eius inuocetur: ibiq; deuotæ plebis orationes audiret, uota susciperet, munera & oblationes acciperet. Sed illi eam speluncam latronum fecerant, quia ad hoc in templo resistebant, ut aut non dantes munera corporaliter punirent, aut dantes spiritaliter necarēt. Legis liquidem præceptum erat, ut ter in anno conuenirent omnes ex diuersi regni Iudaici partibus, ad augustissimum & sanctissimum in orbe templum, in Pascha uidelicet, Pentecoste & Scenopogia: & eiusdem legis præceptum erat, ne uacui in conspectu Domini apparerent. Et plerūque contingebat, ut qui de remotioribus partibus ueniebant, non haberēt quod in sacrificio Domini offerrent: quia ad longitudinem itineris secum pecora sua adducere non ualebant. Proinde sacerdotes habebant pinguisima animalia, quæ usus sacrificij exposcit, & ea non habentibus uendētes, accepta pecunia rursus empta suscipiebant: hoc modo prædam de simplici populo facientes. Verum erant quidam ita pauperes, qui etiam sumptibus & uictu indigebant, & non solum hostias, sed nec eas uenderent, habebant. Ad hoc idem sacerdotes nummularios in templo statuerunt, qui mutua eis sub hac occasione pecuniam darent. Sed quia lex usuras prohibuerat, nec aperte eis duplica-

Bedæ tom. 7.

tam pecuniam exigere poterant, excogitauerunt rursus aliam fraudem, ut pro usuris reciperent uarias species munerum, uiam passam uel delicta, & diuersi generis poma: ut quod in nullo non licebat, in his rebus exigerent, quæ nullis emuntur: hos appellabant ipsi proprio sermone collybistas, qui collubia, id est, uilia munuscula dabant, quæ Græcè tragemata, Latine bellaria dicuntur. Istiusmodi negotiationes & fraudes cernens Dominus in domo patris sui fieri, sicut beatus Ioānes dicit, facto flagello de resticulis, innumeram multitudinē de templo eiecit. Attendant istud ecclesiæ sacerdotes, & caueant, ne domum Dei in speluncam latronum uertant. Latio enim est, qui lucra de regione scitatur, & ex cultu sanctitatis studet occasione negotiationis. Proinde metuendum est illis, ne sicut illi de templo materiali eieci sunt, ita illi de templo spiritali eiciantur. Quotidie enim Dominus domum patris sui, sanctam uidelicet ecclesiam, intrat, & occupatos lucris turpibus eiecit, atq; unius criminis habere uendentes pariter & ementes. Vendētes enim sunt, qui sacros ordines ad præmium largiuntur: ementes uero, qui pro iustitiâ pecuniam tribuunt, & dato precio patris emunt peccatum. Notandum uero quod dicitur, Mensas nummulariorum, & cathedras uidentium columbas euerit. Quid enim per mensas nummulariorum, nisi altaria intelliguntur, quæ per auaritiâ malorum sacerdotum mensę efficiuntur nummulariorum? Quid uero per cathedras uidentium columbas, nisi magistralis dignitas in ecclesia accipitur, quæ & ipsa cum ad lucra deflexerit, ad nihilum redigitur? Quid uero per columbas, nisi spiritus sanctus accipitur, qui super Dominum baptizatum in columbæ specie apparuit? Qui autem sunt, qui columbas uendunt, nisi hi qui spiritum sanctum per manus impositionem ad præmium tribuunt? Sed Dominus cathedras uidentium columbas euerit, quia talium sacerdotum destruit. Quicumque enim episcopus gratiâ spiritus sancti uēdiderit, etiam si nō in conspectu hominum pōtifficali stola fulgere uideatur, iā ante Dei oculos sacerdotio priuatus est. Hinc & sacri canones simoniacā hæresim anathematizant, & sacerdotio priuari præcipiunt eos, qui pro spiritali gratiâ impensa quærunt precium. Moraliter: Sicut in ciuitate templum cæteris aedificijs præminet, ita in plebe fidelium uita religiosorum. Templum ergo Dei, est ipsa mens fidelium, dicente Apostolo: Vos estis templum Dei, & spiritus sanctus habitat in uobis. Hæc igitur mens fidelis, si relicta innocentia in læsionem proximi peruersas perfert cogitationes, spelunca utiq; latronum efficitur: nec iam domus orationis uocatur, sed latibulum latronum: nam illud meditatur agere, unde proximo suo possit nocere. Non ergo sit in domo peccatoris nostri negotiatio, non ementium uendētiumq; commercia, ne iratus Iesus intret, & flagello districtæ seueritatis puniat concretas fores suæ mansionis.

Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & curauit eos.] Biectis indignis & prophanatoribus templi, cæcos & claudos mirabiliter sanauit, ut per hoc uirtutis suæ, suis aduersarijs daret iudiciū, & uocem se laudantiū puerorum, Hofanna in excelsis clamanitium, tali testimonio confirmaret: ostendens opere, quod illi uocibus consonabant, simul etiam uisa Christi tanta potentia cōuerterentur, & crederent. Ideo enim illis cernētibz cæcos illuminauit, ut illi fidei lumen recipent: ideo claudos direxit, ut illi claudicationē mentis abijcerēt, & meliores pedes in recta operatione habere inciperent. Videntes autē pueros clamantes in templo, Hofanna, benedictus qui uenit in nomine Domini, dixerunt:

Audis quid isti dicunt?] Indignē ferentes, quōd Christo quasi diuinas laudes, & quæ soli Deo cōueniunt, acclamarent. Verum Dominus ita responsū suū ex omni parte præmunuit, & quod diceret, ita temperauit, ut nec calumniatoribus insidijs pateret, uel laudes illas, quæ quasi à pueris errantibus sibi deferrentur, abijceret. Non enim respondebat, quod illi audire uolebant: Bene dicunt pueri, iuste de me sentiunt. Nec rursus ait, Errant pueri, debetis ignoscere incertis: sed respondit, Audio, sicq; uoces illorum testimonio, psalmographi confirmauit dicens: Nunquid legistis, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Deus enim pater ex ore infantium & lactentium laudem per fecit: quia per simplices & innocentes filio suo testimonium perhibuit, per quod inimicos suos Iudæos, infestissimos persecutores, euidentissime confudit: & relictis illis abijt foras in Bethaniam, quæ domus obedientiæ interpretatur. Quoniam primò monstrabatur, quia synagogā erat relicturus, & ad domum obedientiæ, hoc est, ad ecclesiam gentium transiturus. Simul & illud intuendum, quōd ita pauper erat, ut nec tugurium haberet: ita nulli adulabatur, ut in tanta urbe, tamq; populosa à nemine reciperetur. Et die quidem in Hierusalem prædicabat, sero uerò reuertebatur Bethaniam, ubi erat amicus eius Lazarus, cū Martha & Maria sororibus. Felices certē, multumq; beati, qui Dominū hospitem habere meruerunt, cuius presentia tristitia cuncta mouebatur, salubria iucūdaq; omnia prouidebantur. Sed & illi nihilominus felicissimi summeq; beatissimi, qui ita se ab omni malicia castos immunesq; custodiunt, ut illos Dominus inhabitare, & apud eos manere dignetur. Hoc ergo uoris sedulis, hoc sanctis deliderijs exposcamus, ut ita in nobis uniuersa uitia, & quicquid fœdum, quicquid aspectibus suis est indignum, expurget, sic nos uirtutum floribus exornet, quatenus penetralia cordis nostri aptissimum sibi habitaculū efficere dignetur.

Dominus & redemptor noster Iesus, qui cum Deo patre & spiritu sancto uiuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

IN EADEM FERIA. MARCI
11. Matth. 21. Lucæ 19. Ioan. 7.

IN illo tempore, cum introisset Iesus in templum, coepit eijcere uendentes & ementes in templo. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

Quod maledicēdo ficum infructuosam per figurā fecit Dominus, hoc idem mox apertius ostendit eijciendo improbos e templo. Neque enim aliquid peccauit arbor, quōd esuriente Domino poma non habuit, quorum necdū tempus aduenerat: sed peccauere sacerdotes, qui in domo Domini negocia secularia gerēbant, & fructum pietatis, quem debuerant, quemq; in eis Dominus esuriebat, ferre superfederant. Arefecit Dominus arborem maledictā, ut homines hæc uidentes siue audientes, multo magis intelligerent sese diuino condemnandos esse iudicio, si absq; operum fructu de plausu tantum sibi religiosi sermonis, uel de sonitu & tegumento blandirētur uiridantium foliorum. Verum quia non intellexerunt, in ipsos consequenter distractionem meritæ ultionis exercuit, & eiecit commercia rerum humanarum de domo illa, in qua diuinas tantum res agi, hostias & orationes Deo offerri, uerbum Dei legi, audiri & decantari præceptum erat. Et quidem credendum est, quia ea tantum uendi uel emtreperit in templo, quæ ad ministerium necessaria essent eiisdē templi, iuxta hoc quod aliās factum legimus, cum idem templū ingrediens inuenit in eo uendentes & ementes, oues, & boues, & columbas. Quia nimirū hæc omnia non nisi ut offerrentur in domo Domini, eos qui de longē uenerant ab indigenis comparare credendum est. Si ergo Dominus nec ea uolebat uendari in templo, quæ in templo uolebat offerri, uidelicet propter studium auaritiæ siue fraudis, quod proprium solet negociantium facinus: quanta putas animaduersione puniret, si inuenisset ibi aliquos risu uel uaniloquio uacantes, aut alij cuiuslibet uitio mancipatos? Si enim ea quæ alibi liberè geri poterant, Dominus in domo sua temporalia negocia geri non patitur, quanto magis ea quæ nusquam fieri licet, plus cœlestis ire merentur, si in adibus Deo sacratis aguntur? Verum quia spiritus sanctus in columba super Dominum apparuit, recte per columbas sancti spiritus charismata signatur. Qui autem sunt in templo die hodie, qui columbas uendunt, nisi qui in ecclesia precium de impositione manus accipiunt, per quam uidelicet impositionem spiritus sanctus cœlitus datur? Columba ergo uenditur, quando manus impositio, per quam spiritus sanctus accipitur, ad precium præbetur. Sed redemptor noster cathedras uendentium columbas euertit, quia talium negociatorum sacerdotium destruit. Hinc est quod sacri Canones Simoniacam heresim damnant, & eos sacerdotio priuari

Matth. 21.
Marc. 11.

Ioan. 7.

priuari precipiunt, qui de largiendis ordinibus precium quaerunt. Cathedra ergo uendentium columbas euertitur, quia si qui spiritalem gratiam uenundant, uel ante humanos, uel ante Dei oculos sacerdotio priuantur.

Et non sinebat, ut quisquam transferret uas per templum.] De uasis dicit illis, quae mercandi gratia inferebant. Caeterum absit, ut uasa Deo dicata Dominus eijceret de templo, uel introferri prohiberet in templum, ubi futuri sui examinis insigne praetendit exemplum: sed potius immunda & prophana eliminat uasa de templo, ac ne amplius inferantur, prohibet: quando non solum de ecclesia omnes repellit ac deturbat reprobos, uerum etiam ne ultra ad turbandam ecclesiam intrent, aeterno eos uerbere compescit. Sed & in praesenti haec est uera domus Domini, id est, cordis fidelium purificatio, ut non tantum peccata, quae inerant, diuinitus immissa compunctio tollerent, sed etiam ne haec ultra repetant, diuina in eis gratia perseverans adiuuet.

Esaiæ 56. *Et docebat, dicens eis: Nonne scriptum est, Quia domus mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus?]* Omnibus, inquit, gentibus, non uni genti Iudaicae, nec in uno Hierosolymae urbis loco, sed in toto orbe terrarum, & nequaquam taurorum & hircorum & arietum, sed orationis.

Matth. 7. *Vos autem fecistis eam speluncam latronum.]* Qui ad accipienda munera in templo residebant, profecto quibus quibusdam non dantibus laesiones exquirerent, dubium non erat. Domus ergo orationis spelunca latronum facta fuerat, quia ad hoc in templo assistere nouerant, ut aut non dantes munera studerent corporaliter persequi, aut dantes spiritaliter necare. Templum quoque & domus Dei, est ipsa mens atque conscientia fidelium, quae si quando in laesione proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latronum resident. Et simpliciter gradientes interficiunt, quando in eos, qui in nullo rei sunt, laesionis gladios defigunt. Mens enim fidelium non iam domus orationis, sed spelunca latronum est, quando relicta innocentia & simplicitate sanctitatis, illud conatur agere, unde ualeat proximis nocere.

FERIA QVARTA. MATTH.

12. Marc. 8. Luca 11.

In illo tempore accesserunt ad Iesum Pharisei & scribae, dices: Magister, uolumus a te signum uidere. Qui respondens ait illis: Generatio mala & adultera signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signum Iona prophetae. Sicut enim fuit Iona in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EAEDEM LECTIONE.

NArratur in superioribus, quomodo Dominus daemonia cum, qui erat cecus & mutus, triplici miraculo sanauerat. Sed scribae & pharisaei, qui ad hoc semper Domino adhaerebant, ut illius admiranda opera uel negarent, uel si-

nistra interpretatione deprauarent, coeperunt blasphemantes dicere, quod in Beelzebub principe daemoniorum eijceret daemones. Contra quos cum longa Dominus disputatione differuisset, sicut nunc Euangelista dicit, responderunt quidam de scribis dicentes: Magister, uolumus a te signum uidere. Sic in sanatione signa postulabant, quasi illa, quae uiderant, non reuera fuerint. Magistrum etiam sub dolo appellabant, cuius doctrinae aperta malicia repugnabant. Quae uero signa, uel unde postulauerint, alius Euangelista apertius ostendit dicens: Uolumus signum uidere de caelo. Volebant igitur, ut uel in morem Heliae ignem descendere praeciperet de caelo, uel etiam in similitudinem Samuelem aetiuo tempore faceret mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere: tanquam illa, quae Dominus fecerat, non de caelo fuissent, sed opera potius Beelzebub. Sed qui illa calumniabantur, quae praemanibus habebant, & sine utilitate sua uel fidei fieri sentiebant, multo magis illa calumniarentur, & dicerent haec non uirtute Christi, sed uarijs aeris passionibus accidisse. Fortassis etiam dicturi erant, similiter magos multa in Aegypto signa fecisse de caelo. Sunt qui dicunt illos petiisse a Domino, ut manna plueret de caelo: quia secundum alium Euangelistam dixerunt, Quod signum ostendis nobis? Patres nostri manna manducauerunt in deserto. Sed siue hoc siue illud petierint, intentione struendae calumniae absque dubio fecerunt. Verum uideamus quid eis Dominus responderit.

Qui respondens, ait illis: Generatio mala & adultera signum quaerit.] Egregie satis adulteram uocat generationem Iudaeorum, quia legitimum uirum dimiserat, & iuxta Ezechielis uaticinium, multis se amatoribus copulauerat.

Et signum, inquit, non dabitur ei, nisi signum Iona prophetae.] Quia enim illi signum de caelo tentando petierant, respondit eis Dominus, non se signum de caelo eis daturum, quod indigni erant accipere, sed tale quale Ionas naufragus, & ceto sorte uoratus, tamen Dei miseratione liberatus, & accepit & dedit. Non enim merebantur accipere signum diuinitatis, sed humanitatis: passionis, non glorificationis. Discipulis uero suis Dominus signum dedit de caelo, quia eius aeternae diuinitatis gloriam, & prius in monte transfiguratus, & post in caelum ascendendo subleuatus ostendit.

Sicut enim fuit Iona in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrae tribus diebus & tribus noctibus.] Manifestissimum est ex hoc loco Iona prophetam typum Domini Saluatoris gestasse. Iona namque interpretatur columba, siue dolens: quae nomina utique competunt redemptori, super quem baptizatum spiritus sanctus in specie columbae descendit. Et de quo Esaias dicit: Vere languiores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Iona missus est ad praedicandum Ninuiam, quae interpretatur speciosa: & Saluator ad salutem gentium missus est, ut illis ad fidem conuer-

lis sibi aptaret ecclesiam, quam precioso sanguine mundaret, & de turpi speciosam faceret. Piscis namque, qui Ionam uorauit in pelago, significat mortem quam Dominus pertulit in mundo. Ionas in uentre ceti fuit tribus diebus & tribus noctibus, sic & Christus in sepulchro iacuit tribus diebus, & totidem noctibus. Et sicut Ionas in uentre ceti non permansit, sed eiectus est in aridam: ita & Saluatoris nostri anima non relicta in inferno, nec caro eius uidit corruptionem, sed per gloriam resurrectionis perductus est ad aridam immortalitatis. Quo exemplo declaratur iuxta litteram Iudæos, sicut Niniuitæ quodam fuerant, grauibus peccatis fuisse obnoxios, & nisi poeniterent subuersioni proximos. Verum sicut Niniuitis, ita quoque adhuc dari Iudæis tempus poenitentiae, nec eos debere desperare, si uellent poenitentiam agere. Oritur hoc loco non contemnenda quaestio, quare dicatur Dominus tribus diebus & tribus noctibus fuisse in corde terræ, cum sicut Euangelium loquitur, parascæue hora sexta sit crucifixus, & circiter horam nonam, inclinato capite emisit spiritum, sabbato in sepulchro quiesuerit, & prima sabbati ualde diluculo a mortuis surrexerit. Sed hoc synecdochicis accipiendum est, à parte uidelicet totum. Nam si partem parascæue cum preterita nocte, qua comprehensus est, accipias, itaque sabbatum nihilominus cum sua nocte, ut rursum noctem Dominicam cum eodem die, quo illucescente surrexit, inuenies profecto integrum triiduum, & tres noctes. Sciendum etiam, quod dupla erit mors nostra: in anima uidelicet & corpore. Domini uero mors simplis fuit: quia peccatum quod est mors animæ, non admisit, sicut & eius resurrectio simplis extitit. Dominus autem triginta sex horis iacuit in sepulchro: una uidelicet die, & duabus noctibus. Duodecim uero horæ diei ad uiginti quatuor horas duarum noctium, simplicium ad duplum sunt: & duodecim quidem horæ diurnæ simplæ morti nostri redemptoris conueniunt: uiginti quatuor autem horæ nocturnæ, ad duplam nostram consentiunt mortem. Magno ergo sacramento, una die & duabus noctibus iacuit in sepulchro: quia luce simplæ mortis suæ, tenebris duplæ mortis nostræ adiunxit. Veniens enim ad nos, qui in morte carnis & spiritus eramus, unam suam, id est, carnis mortem pertulit, & duas nostras absoluit: simplicem suam nostræ duplæ contulit, & duplam nostram subegit.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabitur eam: quia poenitentiam egerunt in predicatione Ione. Condemnabant Niniuitæ gentem Iudæorum non potestare, sed comparatione correctionis uitæ: egerunt enim poenitentiam in predicatione Ionæ, quod quia Iudæi ad predicationem Domini non fecerunt, merito illorum comparatione damnabuntur. Et ecce plus quam Iona hic: Ionas enim paucis diebus predicauit, Christus tribus semiannis: Ionas missus est ad Assyrios, qui barbari & increduli erant: Christus ad Iudæos, qui domestici, & populus Dei esse debuerat,

ille exteris gentibus, iste ciuibus locutus est: Ionas tantum uoce predicauit, nihil signorum exhibuit, Christus tot miracula faciens ubique non recipiebatur, sed contra Beelzebub calumniam sustinebat. Plus ergo Iona hic, hoc est, in medio uestrum, hic enim loci aduerbium est.

Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Scriptura libri Regum fert, quomodo regina Saba, gente sua & imperij dignitate relicta, per tot difficultates itineris uenerit in Iudæam, uolens audire sapientiam Salomonis, quodque multa munera ei obtulerit, sed plura receperit. Iuste ergo Iudæos in iudicio condemnabit, quia ipsa à finibus terræ requisit eum, quem sapientiae singularis dono nouerat esse famosum: Iudæi uero secum habentes Dominum, qui est uirtus & sapientia patris, non modo eum non audiebant, sed blasphemabant.

Regina Austri, inquit, surget in iudicio cum generatione ista. Patet ex hoc loco una bonorum & malorum resurrectio, cum regina electa dicitur resurrectura cum reprobis.

Et ecce plus quam Salomon hic. Hoc est, in praesentiarum inter uos conuersatur, qui Salomone incomparabiliter praestantior est. Mystice in Niniuitis poenitentibus, & electa regina Austri fides ecclesiae predicatur, & Israelii praefertur. Sancta enim ecclesia ex duabus partibus congregatur: altera eorum qui non peccauerunt, altera eorum qui peccare desierunt.

Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quaerens requiem, & non inuenit. Potest qui de simpliciter intelligi, quod hoc Dominus ad ostendendum distinctionem suorum & satanae operum adiunxit: quia uidelicet ipse polluta mundare uelit, satanas uero ea quae mundata fuerint, grauioribus sordibus quaerat attaminare. Tamen etiam potest de quolibet haeretico uel schismatico, siue falso catholico non inconuenienter accipi. Immundus namque spiritus existit ab homine, quando in baptismo per confessionem fidei catholicae, & abrenunciationem mundanorum actuum ab haeretico uel schismatico diabolus egreditur. Ambulat per loca arida & in aquosa: id est, circa corda sanctorum, quae ab humore fluxae cogitationis purgata sunt. Querens requiem: id est, inuestigans si quos in eis nequitiae suae gressus figere possit. Sed non inueniens: quia in castis & mundis mentibus locum habere non potest, sed solum in prauorum cordibus gratam habet quietem. hinc & ad Iob de diabolo Dominus sub specie Leuiathan dicit, Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus: quia nimirum in tenebrosis & simulatricibus conscientijs quiescit, & lasciuus & luxuriosis mentibus delectatur.

Tunc dicit: Reuertar ad domum meam, unde exiui. Hoc est, Requiram haeretico, quem in baptismo dimisi. Valde autem timendus est hic uersutus, ne forte culpa quam nobis dimissam credimus, peius nos per incuriam uacantes, à bonis operibus opprimat.

Et

Et ueniens inuenit scopis mundatam & ornatam, uel secundum alium Euangelistam, scopis mundatam, uacantem & ornatam.] Veniens enim malignus spiritus domū, id est, mentē talis hominis, inuenit scopis mundatam, hoc est, gratia baptismatis à peccatis originalibus ablutam, uacantem à bonis operibus, ornatam simulatis uirtutibus.

Tunc uadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi inhabitant ibi.] Solet septenarius numerus in sacro eloquio pro uniuersitate accipi, quia omne seculi tempus per septem dies uoluitur. Per septem igitur alios nequiores spiritus, uniuersitas omnium uitiorum designatur. Septē ergo nequiores spiritus ingrediuntur, quia quęcunque post perceptam in baptismo remissionem peccatorum, hæretica prauitas uel seculi cupiditas arripuerit, omnium seruum facit esse uitiorum. Vnde bene spiritus nequiores dicuntur, quia talis cum septē capitalibus uitij plenus sit, ipsas tamen uirtutes habere simulat.

Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus.] Quia melius erat uitam ueritatis non cognoscere, quā post agnitam retrorsum conuerti.

Sic erit & generationi huic pessime.] Quibus uerbis aperte ostenditur, hæc similitudo specialiter ad Iudæos pertinere. Quod, inquit, specialiter in uno quolibet geri solere narraui, generaliter in generatione Iudæorum fieri non desinit. Immundus namque spiritus exiit à Iudæis, quando

in monte Sinai legem accipientes, dixerunt: Omnia quę præcepit Dominus Deus noster, faciemus, & obedientes erimus. Ambulauit per loca arida quærens requiem, quia expulsus à Iudæis ambulauit per solitudines gentium, quę arebant æstu uitiorum, & pinguedinem spiritus sancti non habebant, quia inebriari optabat Psal. 62. Psal. 62, dicens: Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Quæ cum postea Dominum credidissent, illo non inuento in eis loco dixit:

Reuertar in domum meam unde exiui.] Hoc est, possidebo Iudæos, quos ante dimiseram. Et ueniens, inuenit mundatam scopis, per circumcisionem uacantem, hoc est, cœlesti auxilio desertā, & Christum hospitem non habentem; qui dicit:

Relinquetur uobis domus uestra deserta, ornatam superstitiosis traditionibus, & hypocriti Phariseorum. Reuertitur ad eos diabolus, quia tales erant, & addita septenaria omnium dæmonum plenitudine, inhabitat pristinam domum.

Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus.] Multo enim deteriores sunt nunc Iudæi Christū in synagogis suis quotidie blasphemantes, quam essent olim in Aegypto idola colentes. Grauitus quippe est nō suscipere eum qui uenerit, quam non credere uenturum.

Adhuc eo loquente, ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei.] Occupato in officio predicationis domino, stabat foris mater & fratres eius, quærentes ei loqui, cui quidā nūciauit:

Mater, inquit, tua, & fratres stant foris uolentes loqui tibi.] Non simpliciter iste Domino hoc nūciauit

se putandus est, sed sub dolo uolens experiri, utrum operi diuino affectum carnalium præferret propinquorum. Vnde prudentissimè se matrem nosse dissimulat, ut ostendat se potius cognoscere & amare eos, qui per cognationē spiritus propinqui sunt, quam qui per cognationē carnis, unde sequitur:

At ille respondens, dicenti sibi ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei.] Non autem Dominus maternæ pietatis respuit officium, qui per legem præcepit, dicēs: Honora patrem tuum & matrem, sed Dei patris ministeria maternis præponit affectibus. Hinc alibi dicit: Qui amat patrem & matrem super me, non est me dignus. Nec conuenit fratres, sed cognationi carnis opus præferendum docet esse prædicationis. Nemo autem turbetur cum audit fratres, quia fratres Domini in Euangelio uocantur consobrini eius, filij scilicet Mariæ materteræ eius, quæ fertur fuisse mater Iacobī minoris & Ioseph & Iudæ, quos in alio Euangelio fratres Domini legitimus appellatos. Mystice uero mater Domini synagoga intelligitur de carne, cuius editus est: fratres autem, est populus Iudæorum. Saluatore igitur intusposito mater eius et fratres eius stat foris, quia dum Iudæi in Christum credere nolent, dum ad eum qui ad illorum salutem missus fuerat, intrare per fidem negligenter, turba gentium præoccupans ingressa est, & nūc Domini sermonibus, fruitur, & doctrina illis foris statibus, & circa terrenā legis intelligentiā, & literarum custodiā diuersantibus, quique, quantum in ipsis est, magis Christum ad docenda carnalia foris cogunt exire, quam ipsi ad discenda spiritalia uolunt intrare.

Et extendens manus in discipulos suos dixit: Ecce mater mea & fratres mei.] Matrem & fratres dicit Apostolos, impletores paternæ uoluntatis, qui à Deo patre illum missum credebant, paratissimoque animo intendebant. Nec negauit matrem, de qua carnem assumpserat, sicut insaniunt Marcionistæ & Manichæi, qui eum dicunt non habuisse uerū corpus, sed phantasticū: sed spiritalē propinquitatem carnis pretulit consanguinitati, ut & nos doceret in causa Dei nullum de affectione carnis recognoscere, unde adhuc sequitur:

Quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror & mater est.] Quod Dominus eum, qui uoluntatem patris sui fecerit, fratrem & sororem uocat, propter utrumque sexum qui ad fidem colligitur, non est mirum. Valde autem mirum, & quæsitum dignum est, quomodo etiam mater Domini dici possit. Nam & discipulos fratres dignatus est appellare post resurrectionem, ita inquit: Ite nunciate fratribus meis. Qui ergo frater est in eo credendo, & patris uoluntatem implendo, quomodo etiam mater fieri possit, inuestigandum est. Sed sciendum, quia sicut quis frater Domini efficitur in eum credendo, ita etiam mater prædicando. Quali enim mater Christi quis efficitur, cum per eius prædicationem amor Domini

Exod. 19.

Matth. 10.

Marci 6.

Exod. 19.

Psal. 62.

Matth. 23.

Matth. 23.

mini in proximi mente generatur. Magna dignatio, inæstimabilis bonitas, inenarrabilis misericordia, hominem, qui seruus uocari dignus non fuerat, fratrem Domini appellari. Quia quia ex æquo perpendere non ualemus, saltem digne uenerari satagamus, omnique industria laboremus, ne aliqua uitiorum scorditate degeneres, & tanto nomine iudicemur indigni: defendamus nobis moribus id quod nomine uocamur, ne non intelligentes honorem diuinæ filiationis, comparemur iumentis insipientibus, & similes illis simus. Et ut ea quæ loquimur, obtinere mereamur, illius semper adiutorium nobis adesse poscimus, qui cum esset unicus filius Dei, propter nos dignatus est esse filius hominis Iesus Christus Dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Psal. 48.

SABBATO POST INVOCAUIT,
Marci 9. Matth. 17. Luc. 9.

In illo tempore assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum & Ioannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADĒ
DEM LECTIONE.

In euangelio Lucæ sic scriptum est: Factum est autem post hæc uerba fere dies octo, & assumpsit Petrum, & Iacobum & Ioannem, & ascendit in montem, ut oraret, &c. Octaua autem die Dominus promissam futuræ beatitudinis gloriæ discipulis manifestat, ut & ostensa cœlestis uitæ dulcedine, cunctorum, qui hæc audire possint, corda refoueat, & octonario dierum numero, uerum tempore resurrectionis gaudium doceat esse uenturum. Nam & ipse octaua die, id est, post sextam sabbati qua crucem ascendit, ac septimam sabbati qua in sepulchro quieuit, à mortuis resurrexit: & nos post sex huius seculi ætates, in quibus pro Domino pati & laborare gaudemus, ac septimam sabbati animarum, quæ interim in alia uita geritur, octaua profecto ætate resurgemus. Nam quod Matthæus Dominum, Marcusque post sex transfiguratum dicunt dies, nec temporis ordine, nec ratione mysterij discrepant à Luca, qui octo dies dicit: quia illi medios tantum ponunt dies, unde & absolute post sex dies factum commemorant. Hic primum quo hæc Dominus promisit, & ultimum quo sua promissa compleuit, adiungit: ideoque temperantius fere dies octo ponit. Et in ratione mystica illic post sex mundi ætates sanctis ab omni labore quiescendum, hic uero tempore octauo designat esse resurgendum. Vnde pulchre & sextus Psalmus pro octaua scribitur, cui initium est, Domine ne in furore tuo arguas me, quia nimirum per sex ætates quibus operari licet, precibus est insistendum, ne in octauo retributionis tempore à iudice corripiamur irato. Quod & ipse Dominus uoluit hoc loco

Matth. 17.
Marci 9.

nos ostenso suæ orationis exemplo docere, de quo secundum Lucam dicitur: Quia ascendit in montem, ut oraret. In montem namque oraturus & transfiguraturus sic ascendit, ut ostendat eos qui fructum resurrectionis expectant, qui regem in decore suo uidere desiderant, mente in excelsis habitare, & continuis precibus insistere debere. Tres solummodo discipulos secum ducit, uel quia multi sunt uocati, pauci uero electi: uel quod hi qui nunc fidem, qua imbuti sunt, sanctæ trinitatis incorrupta mente seruauerint, tunc æterna eius merentur uisione lætari.

Et transfiguratus est, inquit, coram ipsis, & uestimenta eius facta sunt splendentia, candida nimis uelut nix. Transfiguratus Saluator non substantiam ueræ carnis amittit, sed gloriam futuræ uel suæ uel nostræ resurrectionis ostendit: qui qualis tunc Apostolis apparuit, talis post iudicium cunctis apparebit electis. Nam in ipso tempore iudicandi & bonis simul & malis in forma serui uidebitur, ut uidelicet impij quem spreuere, Iudæi quem negauere, milites quem crucifixere, Pilatus Herodesque quem iudicauere, queant agnoscere iudicem. uestimenta autem Domini, recte sancti eius accipiuntur, teste Apostolo, qui ait: Qui cunctique ergo in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quæ uidelicet uestimenta Domino in terris consistente despecta, aliorumque similia uidebantur: sed ipso montem petente nouo candore refulgent, quia nunc quidem filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus. Sciamus autem quia cum apparuerit, similes ei erimus. Videbimus enim eum sicuti est. Vnde bene de eisdem uestimentis subditur: Qualia fullo super terram non potest candida facere, nam quia ille hoc loco intelligendus est fullo, quem poenitens Psalmista precatur: Amplius laua me ab iniustitia mea, & à delicto meo munda me, non potest suis fidelibus in terra dare claritatem, quæ eos conseruata manet in cœlis.

Et apparuit illis Helias cum Moysse, & erant loquentes cum Iesu. Moyses & Helias, quorum unum mortuum, alterum in cœlis raptum legimus, uisi in maiestate cum Domino, ut Lucas scribit, futuram in illo omnium sanctorum gloriam significat: qui uidelicet tempore iudicij, uel uiui in carne reperendi, uel ab olim gustata morte resuscitandi, & pariter sunt regnaturi cum illo. At testante etenim Apostolo: Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis obuiam Domino in aëra, & sic semper cum Domino erimus. Aliter, Moyses & Helias, hoc est, legislator, & prophetarum eximius, apparent & loquuntur cum Domino in carne ueniente, ut ostendant ipsum esse, quem cuncta legis & prophetarum oracula promiserunt. Apparent autem non in infimis, sed in monte cum illo, quia nimirum soli illi, qui mente terrena desideria transcendunt, maiestatem sanctæ scripturæ, quæ in Domino est adimpleta, perspicunt. Denique & filij Israel uidere Moysen, sed ad Deum in montana subeuntem sequi non

Lucæ 9.

Esa. 33.

Matth. 20.

Gal. 3.

1. Ioan. 3.

Psal. 50.

Deut. 34.

4. Reg. 2.

1. Thess. 4.

Exod. 34.

non

non merentur, ad se quoque reuersum non sine uelamine cernunt. Heliam nouere, sed solis triumphum ascendentis cum filiis prophetarum contemplatur Heliseus. Quia multi passim scriptura uerba legimus, sed quae celsa in Christi mysterijs splendeat, per paucos perfectiores intelligunt.

Et respondens Petrus ait: Rabbi, bonum est nos hic esse, et faciamus tria tabernacula, tibi unum, et Moysi unum, et Heliae unum. Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti. **O** quanta felicitas uisioni Deitatis inter angelorum choros adesset perpetuo, si tantum transfigurata Christi humanitas, duorumque societas sanctorum ad punctum uisa delectet, ut eos, ne discedant etiam obsequio, Petrus sistere uelit: qui etsi pro stupore humanae fragilitatis nesciat quid dicat, insitit tamen sibi dat affectus indicium. Nesciebat enim quid diceret, qui oblitus est regnum Dei sanctis a Domino, non alicubi terrarum, sed in caelis esse promissum. Nec recordatus est, se suosque coapostolos mortali adhuc carne circumseptos, immortalis uitae statum subire non posse, cui mente excefferat, quod in domo patris, quae in caelis est, domus manufacta necessaria non sit. Sed et usque nunc imperitiae notatur, quisque legi et prophetis et Euangelijs tria tabernacula facere cupit, cum haec adinuicem nullatenus ualeant separari, unum habentia tabernaculum, hoc est, ecclesiam Dei.

Et facta est nubes obumbrans eos. **Q**ui materiale tabernaculum quaesiuit, nubis accepit obumbraculum, ut discat in resurrectione non tegmine domorum, sed spiritus sancti gloria, sanctos esse protegendos, de qua Psalmista: Filij autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Et in Apocalypsi sua Ioannes: Et templum, inquit, non uidi in ea. Dominus omnipotens templum illius est, et agnus.

Et uenit uox de nube dicens: Hic est filius meus charissimus, audite illum. **Q**uia imprudenter interrogauerat, propterea responsionem Domini non merentur: sed pater respondet pro filio, ut uerbum Domini completeretur: Ego testimonium non dico

pro me, sed pater qui me misit, ipse pro me dicit testimonium. Vox quoque de caelo patris loquentis auditur, quae testimonium perhibeat de filio, et Petrum errore sublato doceat ueritatem, imò in Petro ceteros Apostolos. Hic est, inquit, filius meus charissimus, huic figendum est tabernaculum, huic obtemperandum. Hic est filius, illi serui sunt Moyses et Helias: debent et ipsi uobiscum in penetralibus cordis sui Domino tabernaculum praeparare. Concordat sane hic Euangelij locus cum uerbis ipsius Moysi, quibus incarnationi Dominicae testimonium ferens aiebat: Prophetam uobis suscitabit Dominus Deus uester de fratribus uestris, tanquam me ipsum audietis, iuxta omnia quae locutus fuerit uobis. Erat autem, Omnis anima quaecumque non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Quem ergo Moyses, cum uenerit in carne audiendum ab omni anima quae saluari uelit, praedixit, hunc iam uenientem in carne, Deus pater audiendum discipulis ostendit,

et suum esse filium caelesti uoce signauit. Et quasi manifestius fidem aduentus eius illis insinuans, Hic uir, inquit, hic est ille, quem Moyses iste uobis saepius in mundo nasciturum promissit. Huius uerbis iuxta praecipitum ipsius Moysi et uos auscultate, et omnes ueri amatores auscultare iubere. Et notandum quod sicut Domino in Iordane baptizato, sic et in monte clarificato totius sanctae trinitatis mysterium declaratur: quia nimirum gloriam eius, quam in baptismo credentes confitemur, in resurrectione uidentes collaudabimus. Nec frustra spiritus sanctus hic in lucida nube, ut alius Euangelista commemorat, illic apparebat in columba: quia qui nunc simplici corde fidem, quam percepit, seruat, tunc luce aperta uisionis quod crediderat, contemplantur, ipsaque, qua illustrabitur, in perpetuum gratia protegetur.

Et statim circumspicientes, neminem uiderunt amplius nisi Iesum tantum secum. **U**bi coepit filius designari, mox serui discesserunt, ne ad illos paterna uox emissa putaretur. Aliter, cum fieret uox super filium, inuentus est ipse solus: quia cum manifesta ueritatem seipsum electis, erit Deus omnia in omnibus, imò ipse cum suis unus per omnia Christus, id est, caput cum corpore splendebit. Propter quam unitatem alibi dicitur: Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis, qui est in caelo.

Et descendentibus illis de monte, praecipit illis, ne cui quae uiderent, narrarent, nisi cum filius hominis a mortuis resurrexerit. **F**uturi regni praemeditatio, et gloria trinitatis demonstrata fuerat in monte. Non uult ergo hoc in populis praedicari, ne et incredibile esset pro rei magnitudine, et post tantam gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret.

DOMINICA II. IN QUADRAGESIMA. Matthaei 15. Lucae 19. Marci 7.

In illo tempore egressus Iesus secessit in partes Tyri et Sidonis. Et ecce mulier Cananea a finibus illis egressa, clamauit, dicens ei: Misere mei Domine, fili Dauid: filia mea male a demonio uexatur. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EARUM DEM LECTIOE.

In lectione sancti Euangelij, quae modo lecta est, fratres charissimi, audiuius magnam mulieris fidem, patientiam, constantiam et humilitatem. Cuius magis est admiranda mentis deuotio, qua ipsa quidem utpote gentilis a diuinorum eloquiorum funditus erat segregata doctrinis, nec tamen illis quae eadem eloquia praedicant, sit priuata uirtutibus. Habebat namque magnam fidei perfectionem, quae pietatem Saluatoris implorans ait:

Misere mei Domine, fili Dauid. **C**um enim eundem Dominum filium Dauid appellat, profecto patet, quia uerum hunc hominem, uerum credit

& Deum. Cum pro filia rogans, non illam secū adducit, non Dominum ad eam uenire precatur: constat apertissimè quod eum uerbo salutem posse dare confidit, cuius præsentiam corporis nullā requirit. Sed in hoc quod eum post multas lachrymas tandem prostrata adorat, dicens: Domine adiuua me, nequaquam se de eius diuina maiestate ambigua docet, cuius adorandam ut Dei didicit esse potētiam. Habet patientiæ uirtutem non exiguam, quæ Domino ad primam petitionem eius nō respondēte uerbum, nequaquam à precibus cessat: sed ampliori instantia auxilium, quod cœperat, pietatis eius implorat. Respondere autem ei differt Dominus, non quia misericors medicus miserorū preces despicit, de quo ueracissimè scriptū est,

Psal. 9.

Desiderium pauperum exaudiuit Dominus. sed ut perseverantiam mulieris nobis semper imitabilem demonstrat, quæ quo magis cōtempa uidebatur à Domino, eo ardentius cœptis instabat precibus. Respondere differt, ut discipulorum quocq; suorum misericordes animos (qui quasi homines ad clamorem mulieris publice eos persequentis erubescabant) ad postulandum simul cum ea prouocaret. Nam ipse tēperamentum misericordiæ suæ nouerat, qui omnia in mensura, & numero & pondere disposuit. Respondere distulit, ne daretur occasio ludæis calumniandi, quod gentiles in docendo uel sanando prætulit, ideo ipsi fidem eius suscipere iuste recusauerunt. Et hoc est quod ait:

Sapient. 11.

Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israel. Quia per se ipse solus docebat ludæos, qui per suos discipulos etiam gentibus ad fidei gratiā uocauit, de quibus alibi dicit: Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, & fiet unum ouile, & unus pastor. Hinc est quod unā per se in corpore gentilem sanaturus puellam, non hoc, antequam probata omnibus incomparabili fide matris perficit. Habet autem eadem mater etiam constantiæ & humilitatis insigne præcipuum, quæ canibus comparata à Domino, nec sic quidem ab instantia precandī desistit, uel à sperando pietatis munere mentem reuocat: sed susceptam libenter complexata contumeliam, non solum canibus se similem non negat, sed & catellis se ipsa æquiparandam adiungit, prudentiq; argumento Domini sententiam confirmat, nec cœptæ à se tamen petitionis improbitate quiescit. Confirmat namq; sententiā Domini, cui dicenti,

Ioan. 10.

Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus, respondit: Etiam Domine. Id est, ueraciter ut asseris, ita est: quia non est bonum, sumere salutem plebis Israel cœlitus destinatam, & dare eam gentibus. sed cum addit,

Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Prudentissimè demonstrat, quantam humilitatem, quantam intus gerat pectoris constantiam, quæ indigna quidem sit intergrus Domini doctrinis, quibus ludæi utebatur epulis refici, sed quantulacunque ei à Domino

foret impartita gratia, hanc sibi ad salutē proficere posse putauerit. Vnde rectè à pio Saluatore, qui præces illius non superba dedignatione, sed dispensatione prouida ad tempus distulit, audire meruit:

O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Magna quippè fatis habebat fidem, quæ nec prophetarum antiqua, nec recentia ipsius Domini miracula, præcepta uel promissa cognoscens, insuper à Domino toties contempta perseverat in precibus: & quem fama tantum uulgante didicerat saluatorem, rogando pulsare non omittit. Propter quod & magnum suæ postulationis cōsequitur effectum, cum Domino dicente, Fiat tibi sicut uis, sanata est filia eius ex illa hora. Merito autem hæc mulier, natura quidem gentilis, sed corde constans & credula, congregatæ de gentibus ecclesiæ fidem deuotionemq; significat, quem expulsi de iudæa prædicatores sancti, uerbo simul & mysterijs gratiæ cœlestis imbuerunt. Relegamus namq; superiorem sancti Euāgelij lectionem, & inueniemus, quia uenientes ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, grauissimis Dominum & discipulos eius perfidiæ suæ pulsare tumultibus, quos ipse mox digna inuentione cœrcitos reliquit. Et egressus inde, secessit in partes Tyri & Sidonis. Vbi manifeste præfiguratur, quod post passionem resurrectioneq; suam Dominus in prædicatoribus suis, ludæorum perfida corda relicurus, & in partes gentium exterarum esset secessurus. Tyrus quippe & Sidon, quæ ciuitates fuere gentilium, monumenta doctrinæ ac uitæ gentilis, in quibus stulti confidunt, indicant. Vnde bene mulier, quæ Dominū credula precatur, à sinibus illis egressa perhibetur: quia nisi prisca conuersationis habitacula uana reliquisset, ad Christi ecclesiā nunquā ueniret: nisi antiqui dogmata anathematizasset erroris, nequaquā nouam fidei gratiam suscipere posset. Vnde beatus Paulus cū in Iudaismo profecisset, postea uocatus in ecclesia Dei profecit ultra coartaneos suos. Filia demonesiosa, pro qua postulat, anima quælibet est in ecclesia, malignorum spirituum magis deceptionibus, quàm conditoris sui mancipata præceptis: pro qua necesse est mater ecclesia Dominum sollicitè interpellet, ut quam ipsa foris monendo, obsecrando, increpando corrigere non ualet, ille interius aspirando corrigat, atque ab eorum tenebris conuersam, ad agnitionem ueræ lucis exercent. Verum etiam si ad primas rogantis ecclesiæ lachrymas Dominus respondeat, id est, postulatam errantibus sospitatē mentis dare distulerit, nec sic quidē à petendo, quærendo, pulsando desistendum est, neq; impetrādi subeunda est desperatio: sed tātā potius perseverandam instantiam, tam obstinato frequentandus clamore Saluator, tantum etiam sanctorum eius inter letanias appetenda suffragia, donec & ipsi de cœlis Domino pro audienda supplicent ecclesia. Sicq; fit, ut si mentem ab intentione proposita non mutauerit, nequaquā frustru petitionis fraudetur: sed siue pro sua fragilitate

Matth. 19.

Gal. 1.

litate quis, seu pro alijs interuenerit, desiderato potiat effectum. Nam etsi quis nostrum conscientiam habet auaritia, elationis, uanae gloriae, indignationis, iracundiae uel inuidiae, ceterorum uel uitiorum sorde pollutam, filiam profectio habet male a daemone uexatam, pro cuius sanatione supplex ad Dominum currat: quia nimirum de corde cogitationem progenitam diabolica tolerat arte demeritam: cuius emendationem a pio conditore crebris, imò continuis debeat flagitare lamentis & precibus. Si quis bona quae gessit, forte periurij, furti, blasphemiae, detractionis, rixae, uel etiam corporalis immunditiae, ceterorum uel huiusmodi peste foedauit, filiam habet immundi spiritus furij agitatum: quia uidelicet actionem, quam bene laborando acceperat, iam diaboli fraudibus seruido stulte disperdidit. Ideoque necesse est, ut cum reatum suum cognouerit, mox ad preces lachrymasque confugiat, sanctorum crebris intercessionibus auxilia quarat, qui pro eius salute rogates Dominus dicat: Precamur Domine miserator & misericors, patiens & multae miserationis, dimitte eam, quia clamat post nos: dimitte reatum, et dona gratiam, nostrum intimo affectu quærunt pronus suffragium. Necesse est debita submissus humilitate, non iam se ouium Israeliticarum, id est, mundarum consortio dignum iudicet animarum, sed potius eum comparandum, & caelestibus indignum arbitretur esse muneribus. Nec tamen desperando a precandi quiescat instantia, sed indubitata mente de largitoris summi bonitate confidat: quia qui de latrone confessorum, de persecutore Apostolum, de publicano Euangelistam, de lapidibus potuit facere filios Abraham, ipse etiam canem impudentissimum conuertere Israeliticam possit in ouem: cui merito donatae castitatis etiam uitae aeternae pascua largiatur, id est, peccatorem conuersum a uia sua mala iustum facere dignetur, quem merito bonae actionis ad regnum caeleste perducat. Vidensque Dominus tantum fidei nostrae ardorem, tam perstinacem orandi perseverantiam, tandem misererebitur, & nobis quoque sicut uolumus fieri, concedet: ut uidelicet expulsis uitiofarum tumultibus cogitationum, dimissis peccatorum nexibus, & pura nobis serenitas mentis, & perfectio boni redintegretur operis. Notandum interea, quod haec orandi pertinacia ita solum meretur esse fructifera, si quod ore precamur, hoc etiam mente meditetur, neque alio clamore laborum, quam cogitationum scindatur intus. Sunt enim, qui intrantes ecclesiam multis psalmodiarum uel orationem sermonibus perlegant, sed alibi corde intendentes, nec ipsi quid dicant recolunt: ore quidem orantes, sed mente foris uagantes, omni se orationis fructu priuant: putantes a Deo precem exaudiri, quam nec ipsi, qui fundunt, audiunt: quod antiqui hostis instinctu fieri, nemo est qui animaduertere nequeat. Scies enim utilitatem orandi, & inuidens hominibus gratiam impetrandi, immittit hominibus multimoda cogitationum leuium, & aliquando etiam

Bedae tom. 7.

turpium nocentiumque phantasmatum, quibus orationem impedit, adeo ut non nunquam tales tantosque discurrerent cogitationum fluctus prostrati in oratione toleremus, quales nec in lectio resupini faceret tolerare nouerimus. Vnde necesse est, fratres charissimi, ut agnitam diaboli curemus superare malitia: & ipsi uidelicet animi ab huiusmodi nebulis, quas hostis aspergere gaudet, in quantum possumus seruando, & pro defensoris perpetuum flagitatio praesidium, qui potens est quamuis indignis peccatoribus & pure orandi & perfecte impetrandi concedere gratiam. Multum autem iuuat orationis puritas, si in omni loco uel tempore nos ab actibus temperemus illicitis: si semper ab ociosis fermocinationibus auditum pariter castigemus & linguam: si in lege Dei ambulare, & testimonia eius assuescamus toto corde scrutari. Quaecumque enim sepius agere, loqui uel audire solemus, eadem necesse est sepius ad animum quasi solitam propriamque recurrant ad sedem: & si uolubra suae palustris, columbae limpida solent frequentare fluenta, ita cogitationes impurae mentem immundam perturbant, castam spirituales sanctificant. Sane si ad exemplum Cananæ mulieris, in orando perstamus, fixique manemus, adertit gratia conditoris nostri, quae cuncta in nobis errata corrigat, immunda sanctificet, turbulenta serenet. Fidelis namque & iustus est, ut remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate, si ad illum sedula mentis uoce clamemus, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

FERIA III. POST REMINISCE,
re. Lucae 20. Matth. 23. Marc. 12.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Attendite a scribis, qui uolunt ambulare in stolis, et amant salutationes in foro, et primas cathedras in synagogis, et primos discubitus in conuiuijs. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM
DEM LECTIONE.

Ambulare in stolis, cultioribus uestimentis indutos ad publicum procedere significat: in quo inter cetera diues ille, qui epulabatur quotidie splendide, peccasse describitur. Notandum autem quod non salutat in foro, non primos sedere uel discumbere uetat eos, quibus hoc officij ordine competit, sed eos nimirum qui haec siue habita seu certe non habita indebite amant, a fidelibus quibusque quasi reprobos docet esse cauendos, animum uidelicet non grauidum iusta distinctione redarguens. Quamuis & hoc culpa non careat, si uidem in foro litibus interese, qui in cathedra Moyli synagogae magistri desiderant appellari. Duplici sane ratione a uanae gloriae cupiditate attendere iubemur, ne scilicet eorum uel simulatione seducamur, estimantes bona esse quae faciunt: uel emulatione inflamemur,

p frustra

frustra gaudētes in bonis laudari quæ simulāt.

Qui deuorant domos uiduarum, simulantes longam orationem, hi accipient damnationem maiorem.] Non tantum, ait, accipiet damnationem, sed adiunxit maiorem: ut insinuet etiam illos, qui in angulis stantes orāt ut uideantur ab hominibus, damnationem mereri. Sed eos qui hæc prolixius quasi religioſiores agendo, non solum laudes ab hominibus, sed & pecunias quæerunt prolixiori damnatione plectēdos. Sūt enim qui se iustos, & magni apud Deum meriti simulantes, ab infirmis quibuslibet, & peccatorum suorum conscientia turbatis, quasi patroni pro eis in iudicio futuri pecunias accipere non dubitāt: & cum porrecta manus pauperi preces suauare soleat, illi ob hoc maxime in precibus, ut pauperi nummū tollant, pernoscāt: quibus illa Iudæ maledictio non immeritō congruit, Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Condemnatus quippe cum iudicatur, exit: & orationem suam in peccatum recipit, qui magna nunc æstimationis apud homines habitus, in diuino tunc examine non solū nō pro alijs se interuenire, sed nec sua sibi merita sufficere posse deprehēdit: imō ipsarum, quibus humanū iudiciū sefellit, precū inter criminina pœnas luit.

FERIA QUARTA POST
Reminiscere.

Homiliā eiusdem requite in Dominica quinquagesimæ super Euangelio Lucæ. Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, &c.

FERIA QUINTA POST
Reminiscere.

Homiliam eiusdem inuenies Dominica prima post Trinitatis super Euangelio Lucæ, Hominis quidam erat diues.

FERIA SEXTA POST
Reminiscere. Lucæ 20.

In illo tempore cepit Iesus dicere ad plebem parabolam hanc: Homo plantauit uineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre fuit multis temporibus. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM
LECTIONE.

Docente Domino populum & Euangelizate, conuenerunt principes sacerdotum & scribæ cum senioribus, & interrogauerunt, tentantes in qua potestate signa faceret. Quibus sua arte superatis, Dominus quæ coeperat exequitur: siquidem & illis audientibus, plebem magis quod uerba sua libentius audiat, alloquitur, parabolam scilicet inferens, qua & illos impietatis arguat, & ad gentes regnum Dei doceat transferendum. Homo ergo qui plantauit uineam, ipse est, qui iuxta aliam parabolam con-

duxit operarios in uineam suam. Uinea enim Domini Sabaoth, domus Israel est: coloni, sicut sunt operarij, qui ad excolendam uineam hora prima, tertia, sexta & nona dicuntur esse conducti. Ipse autem peregre fuit, nō loci mutatione: nam Deus unde abesse potest, qui loquitur: Cœlum & terrā ego impleo: Et alibi: Ego Deus appropinquans, & non de longinquo, dicit Dominus. Sed abire dicitur à uinea, ut uinitoribus liberum operandi arbitriū derelinquat. Cuius similitudo est, quod locata colonis uinea per Esaiā dicit: Et expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas.

Et in tempore misit ad cultores seruum, ut de fructu uineæ darent illi. Qui casum dimiserunt eum inanem.] Bene tempus fructuum posuit, non prouentuum. Nullus enim fructus extitit Iudæorum, nullus huius uineæ prouentus, tametsi crebrō ac sollicitē quæreretur, inuētus est. Seruus ergo, qui primō missus est, ipse legifer Moyses intelligitur, qui quadraginta annos continuos, fructum aliquem legis, quam dederat, à cultoribus inquirerebat, sed casum nunc dimiserunt inanem. Territauerunt enim Moysen in castris, & Aaron sanctum Domini. Et uexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius. Qui & ipse seruus, quid de fructu uineæ sentiat, palam carmine declarat dicens. Ex uinea enim Sodomorū uitis eorum, & propago eorum ex Gomorrhæ. Uua eorū uua fellis, botrus amaritudinis ipsius. Furor draconum uinum eorum, & furor aspidum insanabilis.

Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque dantes, & afficientes contumelia dimiserunt inanem.] Seruus alter David prophetam regem significat, qui post Moysen missus est, ut colonos uineæ post edicta legalia, psalmodia modulatione & dulcedine citharæ ad exercitium boni operis excitarer. Nam & ipse David quo cor populū ad superna suspenderet, interitus carnalium uictimarum laudes Domini continuas suauimelodia decantari constituit. Sed & hunc affectum contumelia dimiserunt inanem. Dicentes enim, Quæ nobis pars in David, aut quæ hæreditas in filio Isai, regnū simul David ignobili stirpe, & religionem impietate mutarunt. Attamen ille pro hac uinea, quæ de Aegypto translata, Palestinae montes sua umbra protexit, ne funditus extirpetur, exorat: Domine Deus uirtutum conuerte nunc, respice de cœlo, & uisita uineam istam, & dirige eam, quam plantaui dextera tua ubi pariter exponit, qui sit homo ille, qui hanc uineam plantauit, Dominus scilicet Deus uirtutum.

Et addidit tertium mittere, qui & illi uulnerates ciccorūt.] Tertium seruum prophetarū chorū intellige, qui continuis attestacionibus populum conuenerint, & quæ huic uineæ uentura imminerunt mala, prædixerint. Sed quem prophetarum nō sunt persequuti, & occiderunt eos qui pronuntiant de aduentu iusti. Et hi autem multa de huius uineæ sterilitate dixerunt, sed unius Hieremias planctum ponere sufficit. Ego autem, inquit, plantaui te uineam electam, omne se-

men

men uerum. Quomodo ergo cōuersa est in prauum uinea aliena? Pro cuius uineę tuitione, ne uidelicet in ea, siue pro ea, fragilis & infirmæ ci toq; perituræ suauitatis holus nasceretur, Na both Iezraeliten non modò uulneratum, uerū etiā legimus extinctum. Cuius etli nullum propheticum dictum accipimus, tamē propheticum factum, quia multos pro hac uinea futuris martyres proprio sanguine prophetauit. His sanē tribus seruatorum gradibus, omnium sub lege doctorum figuram posse comprehendere, Dominus alibi manifeste prodit dicēs: Quo niā necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moyſi, & prophetis, & psalmis de me.

Lucæ 24.

Dixit autem Dominus uineę: Quid faciam? Mittam filium meum dilectū: forsitan cū hunc uiderint, uerebuntur. Quod Dominus uineę dubitatiuē, & non deliberatiuō modo loqui dicitur, nō de ignorantia uenit. Quid enim nesciat Dominus uineę, q̄ hoc loco Deus pater intelligitur? Sed semper ambigere dicitur deus, ut libera uolūtas homini reseruet.

Psalm. 2.

Quem cum uidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes: Hic est hæres, occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. Manifestissimè Dominus probat Iudæorum principes non per ignorantiam, sed per inuidentiā crucifixisse filium Dei. Intellexerunt enim hūc esse cui dictum est: Postula à me, & dabo tibi gētes hæreditatem tuam. Et propterea quasi sibi consulentes aiebant: Ecce mundus totus post eum abiit: & si dimittimus eum, sic omnes cre dent in eum. Hæreditas ergo filij, ecclesia est cū cū ei data de gentibus, quam non moriens illi pater reliquit, sed ipse sua morte mirabiliter ac quis iuit, quia resurgendo possedit. Hanc autem occiso eo mali coloni præripere moliebantur, cum crucifigentes eum Iudæi fidem, quæ per eum est, extinguere, & suam magis, quæ ex lege est, iustitiā præferre, ac gentibus imbuendis conabantur inserere.

Psalm. 2.

Ioan. 12.

Heb. 13.

Exod. 40.

Marc. 12.

Et electum illum extra uineam, occiderunt. Extra uineam hæres uineę trucidatur, quia Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populū, extra portam passus est. Siue electus extra uineā & occisus est, quia prius ab incredulorum corde repulsus, ac deinde cruci additus est. In cuius figuram Moyses altare holocausti, in quo uicti marum sanguis funderetur, non intra taberna culum, sed ad ostium posuit: mysticè docens, quia & Dominica crucis altare extra Hierosolymorum portam ponendum: & ipse uera patris hostia Christus à domo Iudæorum, quam sanctificaturus adierat, non intimo corde recipiendus, sed foris esset suo cruore tingendus. Quod uerò secundum Marcum mutato ordine dicitur, Et apprehendentes eum occiderunt. & eiecerunt extra uineam, notat eos pertinaciæ, qui nec crucifixo & resuscitato à mortuis Domino prædicantibus Apostolis credere uoluerunt, sed quasi cadauer uile proiecerunt. Quia quantum in se erat, à suis eum finibus excludentes, gentibus suscipiendum dederunt.

Quid ergo faciet illis Dominus uineę? Veniet & perdet colonos istos, & dabit uineam alijs. Quo audio, dixerunt illi: Abi.

Beda tom. 7.

st.] Contradixerunt sententiæ Domini, quia contra suam perfidiā dictam esse cognouerunt. Intelligebant enim parabolam non merito sanctitatis ad capiendā mysterij uerba iam parati, sed malitiæ flammis ad agenda quæ dicebantur, accēsi: atq; ideo quæ in mente haberāt, quamuis in parabolis dicta, quasi iam olim meditata cognoscere parati. Negantibus ergo Iudæis iustum fore sciētiam diuinæ legis, quam ipsi spernebant, ad gentes transferri, quid Saluator respondeat, intuerē.

Ille autem afficiens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scriptū est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Quomodo, inquit, implebitur hæc prophētia, quæ lapidem ab ædificantibus reprobatum in caput anguli dicit esse ponendū, nisi quia Christus à uobis reprobatus & occisus, credituris est gentibus prædicandus, ut quasi lapis angularis duos condens in semetipsum, ex utroq; populo unam sibi fidelium ciuitatem, unum templum ædificet. Eisdem enim synago gemagistros, quos supra colonos dixerat, nunc ædificantibus appellat: quia qui subditam sibi plebem ad ferendos uitæ fructus quasi uineam excolere, ipsi hanc Deo inhabitatore dignā quasi domum construere & ornare iubebantur. Unde & Apostolus fidelibus scribens ait: Dei agricultura, Dei ædificatio estis. Sed qui uineæ Dei fructum negare quasi agricolę mali, idem quasi mali cæmentarij Domini Dei lapidem preciosum electum, qui uel in fundamentis in angulo ponendus erat, subtrahere, hoc est, fidem Christi auditoribus suis conabatur eripere. Sed illis licet nolentibus, idem lapis caput anguli firmauit, quia de utroq; populo quorquor ille uoluit, sua fide coniunxit.

Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conuassabitur: supra quem autem ceciderit, comminuet illum. Aliud est offendere Christum per mala opera, aliud negare per impietatem. Qui peccator est, & tamen illi credit, cadit quidem super lapidem & conuassatur, sed non omnino comminuitur: reseruat enim per sapientiam ad salutem. Supra quem uerò ille ceciderit, hoc est, cui lapis ipse irruerit, & qui Christum penitus negauerit, comminuet eum, ut ne testa quidem remaneat, in qua hauriatur aqua pulillum. Siue de his dicit, quod cadunt super eum, qui illum modò conuassant, uel iniurijs afficiunt. Ideo nōdum penitus intereunt, sed tamē conuassantur, ut nō recti ambulēt. Supra quos autem cadit, ueniet illis desuper in iudicio cum poena perditionis. Ideo dixit, Cominuet eos, ut sint impij tanquā puluis, quem projicit uentus à facie terræ.

Et quærebant principes sacerdotum & scribæ mittere in illum manus illa hora, & timerunt populum. Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam. Principes sacerdotum & scribæ quasi mentientem contra se Dominum quærebant interficere, sed hōe idem quærendo docebant uera esse, quæ docebat. Ipse quippe est hæres, cuius iniustam necē aiebat esse uindicandam. Illi nequam coloni, qui ab occidendo Dei filio ad modicum quidem ti

Psalm. 117.

1. Cor. 3.

Esaiæ 30.

Psalm. 1.

mōre humano retardari, donec ueniret hora eius, nunquam uerò diuino amore potuerit cohereri. Morali sanè intellectu cuiq; fidelium, cum mysterium baptismi, quod exerceat operando committitur, quasi uinea quæ excolat locatur. Mittitur seruus unus, alter & tertius, q; de fructu accipiant, cū lex, psalmodia, prophetia, quarum monitionem bene agendo sequatur, legitur. Sed missus seruus contumeliosus affectus uel cæsus eicitur, cum sermo auditus uel contemnitur, uel quod peius est, etiam blasphematur. Missus insuper hæredem quantum in se est occidit, qui & filium Dei cõculcauerit, & spiritui gratiæ, quo sanctificatus est, contumeliam fecerit. Perdito malo cultore, uinea dabitur alteri, cum dono gratiæ quod superbus spreuit, humilis quisq; dicabitur. Sed & hoc quod principes sacerdotum, & scribæ manum mittere quærentes in Iesum, terrore populi retinètur, quod geritur in ecclesia, cū quislibet solo de nomine frater eam, quam non diligit, ecclesiasticæ fidei ac pacis unitatem propter cohabitantium fratrum bonorum multitudinem uel erubescit uel timet impugnare. Qui tamen, sicut de stultissima uisus truhione Dominus ait, Cum tempus fuerit, in altum alas eriget: quia persequendo ecclesiam, quasi Dominum cruci addicere, & ostentui gaudebit habere.

106 39.

SABBATO POST REMI
niscere. Lucæ 15.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÈM LECTIONE.

Miruantibus de peccatorum susceptoribus scribis & phariseis, tres ex ordine parabolas Saluator posuit: duabus primis, de quibus disputatum est, quantum ipse cum angelis de poenitentium salute gaudeat insinuans: tertia uerò, quæ sequitur, non suum tantummodo suorumq; gaudium demonstrans, sed & inuidentiū murmur reprehēdes. Homo itaq; qui duos filios habuisse dicitur, Deus pater intelligitur, duorum uidelicet genitor populorum, & quasi duarū generis humani stirpium autor atq; creator. Maior enim filius, eos qui in unius Dei permansere cultura: minor eos, qui usq; ad colēda idola Deum deserere, significat. Pars substantiæ, quæ minorem filium contingit, ipse sensus in homine rationalis est. Viuere enim, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere, diuini substantia muneris est: quàm minor filius expetiit à patre, cum homo sua potestate delectatus, per liberum sese arbitriū regere, atq; à Domino que sunt exuere conditoris. Diuisitq; illis substantiam, fidelibus scilicet suæ gratiæ protectionem, quam desiderabant impartiendo: infidelibus

uero naturalis soluti ingenii, quo contenti erant, beneficium concedendo.

Et non post multos dies congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose.] Longè profectus est, non locum mutando, sed animū. Quanto enim quisq; plus in prauo opere delinquit, tanto à Dei gratia longius recedit. Quod non post multos dies dixit factum, ut congregatis omnibus peregre proficisceretur in regionem longinquam, quia non multo post institutionē humani generis, placuit animæ per liberum arbitrium ferre secum quādam uelut potentiam naturæ suæ, & deserere eum, à quo condita est, prædens uiribus suis: quas uires tanto consumit citius, quanto eum deserit à quo datae sunt. Itaq; hanc uitam prodigam uocat, amantē sumere atq; spaciari pompis exterioribus, intus inanescemem, cum ea quisq; sequitur, quæ ab illa procedūt, & relinquit eū, qui libi est interior.

Et postquam omnia dissipasset, facta est fames ualida in regione illa.] Omnia quæ dissipauit, ornamenta naturæ quæ consumpsit, significat: fames in regione longinqua, indigētia uerba ueritatis est, in obliuione creatoris. De qua dicitur in prophetis: Quia mittet Dominus famem in terra, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audienti uerbum Dei.

Amos 8.

Et ipse cepit egere: & abiit, & adhæsit uni ciuium regionis illius.] Merito egere cepit, qui thesauros sapientię Dei, diuitiarumq; celestium altitudinem dereliquit. Vnus autem ciuium regionis illius, cui egens adhæsit, ille est uicq; qui concupiscentiis terrenis merito sue peruerſitatis prepositus, princeps huius mundi à Domino uocatur. Et de quo Apostolus: Deus, inquit, huius seculi excæcauit mentes infidelium.

1047. 14.

2. Cor. 4.

Et misit illum in uillam suam, ut pasceret porcos.] In uillam mitti, est substantię mundialis cupiditate subjugari, de qua in alia parabola quidam spirituales epulas, ad quas inuitabatur, fastidiens dixit: Villam emi, & necesse habeo exire, & uidere illam. Porcos uerò pascerere, est ea quibus immundi spiritus gaudeant, operari.

Lucæ 14.

Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis, quas porci manducabant.] Siliquæ quibus porcos pascebat, sunt doctrinæ seculares sterili suauitate resonantes, de quibus laudes idolorum, fabularumq; ad deos gentium uario sermone atq; carminibus percrepant, quibus dæmonia delectantur. Vnde cum iste saturari cupiebat, aliquid solidū & reuerentem, quod ad beatam uitam pertineret, inuenire uolebat in talibus, & non poterat. Hoc est enim quod ait:

Et nemo illi dabat. In se autē reuersus.] Iam scilicet ab eis, quæ forinsecus frustra illicunt & seducunt, in conscientię interiora reducem faciens intentionem suam.

Dixit: Quanti mercenarij patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.] Vnde hoc scire poterat, in quo erat tāta obliuio Dei, sicut in omnibus idololatriis fuit, nisi quia ista recogitatio iam relapsa est, cum Euangelii prædicaretur: Mercenarij

cenarij ergo patris abundant panibus, quia qui futurę mercedis intuitu digna operari satagunt, quotidianis supernę gratię reficiuntur alimonijs. At uerö fame pereunt, qui extra patris edes positi, uentrę cupiunt implere de siliquis: id est, qui sine fide uiuētis, uitam beatam inanis philosophię studijs inquirunt. Sicut enim panis, qui cor hominis confirmat, uerbo Dei quomētem reficiat, assimilatur: ita siliqua, quę & ipsa intus inanis, foris mollis est, & corpus non reficit, sed implet, ut sit magis oneri quā uisui, seculari sapientię non immeritō comparatur, cuius sermo facundię plausu sonorus, sed uirtute utilitatis est uacuuus.

Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater, peccauit in cęlũ & coram te. Quam misericordę piūmq; nouerat patrem, qui nec offensus à filio patris dedignetur audire uocabulū. Surgam ergo, inquit, quia me iacere cognouit: & ibo, quia longe recessi, ad patrem meum, quia sub principiē porcorū miserabili egestate tabesco. Peccauit autem in cęlum, corā spiritibus angelicis sanctisq; animabus, in quibus sedes est Dei, significat: corā te uerö, in ipso conscientię interioris cōclauis, qua dei solius oculi penetrare ualebāt.

Et iam non sum dignus uocari filius tuus. Fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Ad filij quidem affectum, qui omnia quę patris sunt, sua esse nō ambigit, aspirare nequaquam pręsumit, sed mercenarij statum iam pro mercede seruiturus desiderat. Verum ne hęc quidem nisi paterna dignatione sermeri possit testatur. Vbi sunt ergo Pelagiani stę, qui sua se uirtute saluari posse confidunt, cōtra apertissimam ueritatis sententiam quę ait: *Sine me nihil potestis facere.*

Et surgens uenit ad patrem suum. Venire ad patrē, est in ecclesia cōstitutū per fidem, ubi iam possit esse peccatorū legitima & fructuosa confessio.

Cum autem adhuc longē esset. Et antequam intelligeret Deum, sed tamen cum iam pię quæreretur, uidi illum pater ipse. Impios enim & superbos conuenienter non uiderē dicitur, tanquam ante oculos non habere. Ante oculos enim haberi, non nisi qui diliguntur, dici solent.

Et misericordia motus est, & occurrens cecidit super collū eius. Non enim pater unigenitū filium deseruit, in quo usq; ad nostram lōginquam etiam peregrinationem cucurrit atq; descendit, quia Deus erat in Christo, mundum reconciliās sibi. Et ipse Dominus ait: Pater in me manens ipse facit opera sua. Quid est autē cadere super collum eius, nisi inclinare & humiliare in augmentum eius brachium suum? Et brachium Domini eius reuelatum est: quod est utiq; Dominus noster Iesus Christus.

Et osculatus est eum. Cōsolari uerbo gratię Dei ad spem indulgentię peccatorum, hoc est, post longa itinera remeantem à patre mereri osculum charitatis.

Dixitq; ei filius: Pater, peccauit in cęlum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus. Incipit iam peccata constitutus in ecclesia cōfiteri, nec dicit omnia quę diciturū se esse promiserat, sed usq; ad illud,

Bedę tom. 7.

Non sum dignus uocari filius tuus. Hoc enim uult fieri per gratiā, quod se indignum esse per meritā fatetur. Non addidit quod in illa meditatione dixerat, Fac me sicut unū de mercenarijs tuis. Cum enim panē non haberet, uel mercenarij esse cupiebat: quod post osculum patris generosissimē iam dedignatur. Intelligit namq; inter filium, mercenarium, & seruum nō minimam esse distantiam: seruum uelidelicet esse eum, qui adhuc metu gehennę, siue presentium legum à uitijs temperat: mercenarij, qui spe atq; desiderio regni cęlorum: filium, affectū boni ipsius atq; amore uirtutum. In quarum uirtutum trium consummatione, beatus Apōstolus omnem salutis summam concludēs, Nunq; inquit, manet fides, spes, charitas, tria hæc, maior autem his charitas, quę nos ad futurū iudicij ac suppliciorum metu, uirtutum facit contagia declinare: spes, quę mentem nostram de presentibus auocans, uniuersas corporis uoluptates cęlestium premiorum expectatione contēmit: charitas, quę nos ad mortē Christi & spiritualium uirtutum fructum mentis ardore succendens, quicquid illis contrarium est, toto facit odio detestari. Vnde prodigius iste postquam in semetipsum reuersus, dire tamis supplicia formidabat, uelut iā seruus effectus, etiam mercenarij statum de mercede iam cogitans concupiscit. Sed eum pater occurrens nō contentus mīnora concedere utroq; gradu sine dilatione transcurso, pristina filiorum restituit dignitati: nec iam de mercede conductoris, sed de hæreditate fecit cogitare parentis.

Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum. Stola prima est, uestis innocentię, quam homo bene conditus accepit, sed male persuasus amittit: quando post culpę pręuaricationis cognouit se esse nudum, gloriaq; immortalitatis perdita pellicem, hoc est, mortale sumpsit indumentum. Serui qui eam profecerunt, reconciliationis prædicatores sunt. Profecerunt enim stolam primam, quando mortales terrenosq; homines ita sublimandos asseuerāt, ut non solum ciues angelorum, sed & hæredes Dei, & cohæredes sint Christi futuri.

Et date anulum in manum eius, & calciamenta in pedes. Anulus est uel syncerę fidei signaculum, quā cuncta promissa in credentium cordibus certa impressione signantur, uel nuptiarum pignus illarum, quibus ecclesia spōsatur. Et bene anulus in manū datur, ut per opera fides clarescat, & per fidem opera firmentur. Calciamenta autem in pedes officium euangelizandi denunciant, ut cursus mentis ad cęlestia tendēs, à terrenarum cōtagio rerum intuiolata seruetur & munda, priorumq; munitus exemplis super serpentes & scorpiones securus incedat. Manus igitur & pedes, id est, opus ornatur & cursus: opus, ut recte uiuamus: cursus, ut ad eterna gaudia properemus. Non enim habemus hic manētem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

Et adducite uirtulum saginatum, & occidite. Vitulus saginatus, ipse item Dominus est, sed secundum

p 3 carnem.

carnem. Et bene saginatus, quia caro eius adeo est spiritali opima uirtute, ut pro totius mundi salute sufficiat in odorem suauitatis, nidore uellicet immolationis ad Deum mittere, & p omnibus exorare. Adducere autem uitulum, & occidere, est predicare Christum, & mortem eius insinuare. Tunc etenim cuius nostrum quasi recens occiditur, cum credit occisum: tunc caro eius comeditur, cum eius passionis sacramentum & ore ad emundationem percipitur, & corde ad imitationem cogitur.

Et manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.] Non solum filius, qui reuixit, & inuentus est, uerum pater & serui illius sacrosancti uirtuti, qui propter filium occisus erat, carne refecti epulatur, quia patris cibus, salus est nostra: & patris gaudium, nostrorum est remissio peccatorum. Nec tantum patris, sed & filij & spiritus sancti: quia sicut una in diuinitate uoluntas & operatio, ita & una est delectatio sanctæ & indiuiduæ trinitatis. Unde beatus Abraham tres angelos hospitio recipiens, uitulum tenerimum & optimum occidisse, eisq; cum lacte, pane, & buryo epulandum legitur obtulisse. Quia qui beatam trinitatem recte de uotionis officijs reficere, id est, iustificari desiderat, mortem quoq; debet unigeniti filij Dei in carne, quæ est una in eadem trinitate persona, piæ confessionis sinceritate celebrare. Et notandum quod ante stola prima, ante anulus, ante calicameta præstantur, & sic deinde uitulus immolatur: quia nisi spem quisq; primæ immortalitatis induerit, nisi anulo fidei opera præmunerit, nisi ipsam fidem piè confitendo predicauerit, non potest sacramentis interesse cælestibus.

Et ceperunt epulari.] Istæ epulæ atque festiuitas nunc celebrantur, per orbem terrarum ecclesia dilatata atq; diffusa. Vitulus enim ille in corpore & sanguine Domico & offertur patri, & patet totam domum.

erat autem filius eius senior in agro.] Filius senior, populus Israel est, qui licet in longinqua non abierit, non tamen domi, sed in agro dicitur esse moratus: quia populus idem neq; usq; ad colenda creatorem deseruit, neq; legis, quam acceperat, interiora penetrauit: sed literę solū custodia contentus, exteriora magis & terrena operari simul & sperare solebat, audiens p prophetā: Si uolueritis & audieritis me, bona terre comedetis.

Et cum ueniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum.] Appropinquat filius domui, cū populus ille in quibuscunq; Israelitis consideratoribus (nam multi tales inuenti sunt in eis, & sæpe inueniuntur) labore seruilis operis improbato, ex istdem scripturis ecclesiæ libertatē considerat. Audit symphoniam & chorum, scilicet spiritu plenos uocibus consonis euangelium predicare, quibus dictum est: Obsecro uos fratres, ut idipsum dicatis omnes & concorditer, cōuersantium animam & cor unū in laudes Dei.

Et uocauit unum de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isq; dixit illi.] Vocat unum de seruis, cum sumit ad legendum aliquem prophetarum, & in eo

querens quodammodo interrogat, unde ista festa in ecclesia celebrantur, in quibus se esse non uidet. Respondeat ei seruis patris propheta:

Prater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum saginatum: quia saluum illum recepit.] In extremis enim terræ fuit frater tuus, sed inde maior exultatio cantatum Domino canticum nouum: quia laus eius ab extremis terræ. Et propter eum qui absens erat, occisus est ille, cui dictum est: Et holocaustum tuum pingue fiat.

Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illum.] Indignatur etiam nunc, & adhuc non uult introire. Cum ergo plenitudo gentium intrauerit, egredietur opportuno tempore pater eius, ut etiam omnis Israel saluus fiat: ex cuius parte cæcitas facta est, uelut absentia in agrum, donec plenitudo filij minoris longè in idololatria gentium constituti, redud ad manducandum uitulum intraret. Erit enim quandoque aperta uocatio Iudæorum in salute Euangelij: quam manifestationem uocationis tanquam egressum patris appellat ad rogandum maiorem filium.

At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruius tibi, & nunquam mandatum tuum præterij.] Queritur quomodo ille populus nunquam mandatum Dei præterisse dicatur: sed facile illud occurrit, neque de omni mandato dictum esse, sed de uno maxime necessario, quo nullum alium Deum colere iussus est. Neque iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligitur habere personam, qui nunquam ab uno Deo ad simulachra conuersi sunt. Quamuis enim tanquam in agro positus, iste filius terrena desideraret, ab uno tamen Deo ista desiderabat bona: quod etiam patris ipsius testimonio comprobatur, cum dicit, Tu mecum es semper. Non enim quasi mentientem redarguit, sed secum perseverantiam eius approbas, ad fruitionem potioris atq; iucundioris exultationis inuitat.

Et nunquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer.] Peccator profecto hœdi nomine significari solet, sed ablit ut Antichristum intelligam. Multum enim absurdum est, eum cui dicitur, Tu mecum es semper, hoc à patre optasse, ut Antichristo crederet. Neq; omnino in eis Iudæorum, qui Antichristo credituri sunt, istum filium fas est intelligi. Quomodo autē epularetur ex illo hœdo, si ipse est Antichristus, qui non ei crederet? Aut si hoc est epulari ex hœdi occisione, quod est de Antichristi perditione latari, quomodo dicit filius quem recipit pater, hoc sibi non fuisse concessum, cum omnes filij Dei de illius aduersarij damnatione lataturi sint? Nimirum ergo ipsum Dominum sibi negatū ad epulandum cōqueritur, dum eum peccatorem putat. Cum enim hœdus est illi genti, id est, cū eū sabbati uisitorē & profanatorē legis existimat, iucundari epulis eius non meruit: ut quod ait, Nunquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer, tale sit, ac si diceret: Eū qui mihi hœdus uidebatur, nunquam mihi dedisti ad epulandum, eo ipso mihi illum ipsum non concedens, quo mihi hœdus

Esaiæ 42
Psal. 19.

Rom. 10.

Genes. 18.

Esaiæ 1.

1. Cor. 1.

50

60

duis uidebatur. Quod autem dicit, Cum amicis meis, aut ex persona principum cum plebe intelligitur, aut persona populi Hierosolymitani cum cæteris populis Iuda.

Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, uenit, occidisti illi uitulum saginatum.] Meretrices sunt gentilium superstitiones, cum quibus substantiam dissipare, est relicto uno conuulbio uerbi Dei, cum turba demonum cupiditate turpissima fornicari.

At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.] Quod dicit, Et omnia mea tua sunt, non putandum est ita dictum, quasi non sint & fratris, ut tanquam in terrena hereditate patiaris angustias. Quomodo possint esse omnia maioris, si habet ibi iunior etiam partem suam? Sic enim a perfectis & perpurgatis, ac iam immortalibus filiis habentur omnia, ut sint & omnium singula, & omnia singulorum. Ut enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet. Cum ergo beatitatem illam obtinuerimus, nostra erunt ad uiuendum superiora, nostra erunt ad conuiuendum aequalia, nostra erunt ad dominandum inferiora. Si quem autem mouet, quomodo patri supplicans ueritas dicat, Et mea omnia tua sunt, & tua mea: cui similitudinem uideatur sonare, quod huic filio dicitur, Et omnia mea tua sunt: sciat unigeniti filij esse omnia, quæ patris sunt, per hoc quod etiam ipse Deus est, & de patre natus, patri est æqualis. Nam & illud quod de spiritu sancto loquens ait, Omnia quæ habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit uobis: de his dixit, quæ ad ipsam patris pertinent diuinitatem, in quibus illi est æqualis omnia, quæ habet pater habedo. Neque enim spiritus sanctus de creatura, quæ patri est subiecta, & filio erat acceptus quod ait, De meo accipiet: sed utique de patre, de quo procedit spiritus, de quo natus est & filius. Siue itaque duos filios hos ad utrumque populū, siue (ut quibusdam placet) ad duos quoslibet homines, poenitentem uidelicet & iustum, uel qui sibi iustus uideatur, referre uolueris, cogauit maior frater, quia frater iunior mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

DOMINICA III. IN QUADRAGESIMA. Luc. 11. Matt. 9. Mar. 3.

In illo tempore erat Iesus eiciens demonium, & illud erat mutum. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EARUM DEM LECTIO.

Math. 9. **D**Aemoniacus iste apud Matthæum non solum mutus, sed & cæcus fuisse narratur, curatusque dicitur à Domino, ita ut loqueretur, & uideret. Tria ergo signa simul in uno homine perpetrata sunt: cæcus uidet, mutus loquitur, possessus demone liberatur. Quod & tunc qui-

dem carnaliter factum est, sed & quotidie completur in conuersatione credentium, ut expulso primum demone fidei lumen aspiciant, deinde ad laudes Dei tacentia prius ora laxentur.

Quidam autem ex eis dixerunt: in Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia.] Non hæc aliqui de turba, sed pharisæi calumniabantur & scribæ, sicut alij Euangelistæ testantur. Turbis quippe, quæ minus erudita uidebantur, Domini semper facta mirantibus, illi contra uel negare hæc, uel quæ negare nequiuert, sinistra interpretatione peruertere laborabant: quasi non hæc diuinitatis, sed immundi spiritus opera fuissent, id est, Beelzebub, qui deus est Accaron. Nam Beel quidē ipse est Baal, Zebub autē musca uocatur. Nec iuxta quædam mendosa exēplaria, I litera, uel d, in fine est nominis legenda, sed b. Beelzebub ergo Baal muscarum, id est, uir muscarum, siue habens muscas interpretatur: ob fordes uidelicet immolaticij cruoris, ex cuius spurcissimoritu uel nomine principem demoniorum cognominabant.

Et alij tentantes, signum de caelo querebant ab eo.] Veli in morem Helix ignem de sublimi uenire cupiebant, uel in similitudinem Samuëlis tempore æliuo mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere: quasi non possint & illa calumniari, & dicere ex occultis & uarijs aeris passionibus accidisse. At tu qui calumnias ea, quæ oculis uides, manu tenes, utilitate sentis, quid feceris de ijs, quæ de caelo uenerint? Vtique respondebis, & magos in Aegypto multa signa fecisse de caelo.

Ipse autē ut uidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur, & domus supra domum cadet.] Non ad dicta, sed ad cogitata respondit, ut uel sic compellerentur credere e potentie eius, qui cordis uidebat occulta. Si autē omne regnū in seipso diuisum desolatur, ergo patris, & filij & spiritus sancti regnū non est diuisum, quod sine ulla contradictione non aliquo impulsu desolandum, sed aeterna est stabilitate mansurum. Si uero sanctæ & indiuiduæ trinitatis indiuiduum, imò quia indiuiduum manet regnum, desistant Arriani minorem patre filium, minorem filio sanctum dicere spiritum: quia quorum unū est regnum, horum est & una maiestas.

Si autem & satanas in seipso diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius, quia dicitis in Beelzebub eicere me demonia?] Hoc dicens ex ipsorum confessione uolebat intelligi, quod in eum non credendo in regno diaboli esse elegissent, quod utique aduersum se diuisum stare nō posset. Eligant ergo pharisæi quod uoluerint: si satanas satanam nō potest eicere, nihil contra Dominum quod dicerent, inuenire potuerunt: si autem potest, multo magis sibi prospiciant, & recedant de regno eius, quod aduersum se diuisum stare non potest. In quo autem Dominus Christus eiciat demones, nē demoniorum principem existiment, attendant quod sequitur:

Si autem ego in Beelzebub eicio demonia, filij uestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt.] Dixit hoc utique

de discipulis suis illius populi filijs, qui certe di-
scipuli Domini Iesu Christi bene sibi cōsēj fue-
rant nihil se malarum artium à bono magistro
didicisse, ut in principe demoniorum efferent
dæmones. Ideo, inquit, ipsi iudices erunt uestri.
ipsi, inquit, ipsi ignobilia & contemptibilia hu-
ius mundi, in quibus nō artificiosa malignitas,
sed sancta simplicitas meę uirtutis apparet, ipsi
testes mei iudices erunt uestri. Aliter, Filios Iu-
dæorum exorcistas gentis illius ex more signi-
ficat, qui ad inuocationem eijciebāt dæmones.
Et coarctat eos interrogatione prudenti, ut cō-
sueantur spiritus sancti esse opus. Quod si ex-
pulsio, inquit, dæmonum in filijs uestris, Deo,
non dæmonibus deputatur, quare in me idem
opus non eandem habeat causam? Ergo ipsi ue-
stri iudices erunt, non potestate, sed compar-
atione, dum illi expulsionem dæmonum Deo
assignat, uos Beelzebub principi demoniorū.

*Porro si in digito Dei eijcio dæmonia, profectio peruenit in
uos regnum Dei.]* Ille est digitus, quem confiteetur
& magi, qui contra Moysen & Aaron signa fa-
ciebant, dicentes: Digitus Dei est iste, quo & ta-
bulæ lapideæ scriptæ sunt in monte Sina. Igitur
manus & brachium Dei filius est, & digitus e-
ius spiritus sanctus, patris, & filij & spiritus san-
cti una substantia est. Non te scandalizet mem-
brorum inæqualitas, cum ædificet unitas cor-
poris. Aliter, Digitus Dei uocatur spiritus san-
ctus propter partitionem donorum, quæ in eo
dantur unicuique propria, siue hominum siue
angelorum. In nullis enim membris nostris ma-
gis apparet partitio quam in digitis. Quod au-
tem dixit, Peruenit in uos regnum Dei: regnū
Dei nunc dicit, quo damnantur impij, & à fide-
libus de peccatis suis pœnitentiā nunc agen-
tibus fecernantur.

*Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea que
posidet.]* Fortem diabolum, atrium uerò illius
mundum, qui in maligno positus est, appellat,
in quo usq; ad Saluatoris aduentum male paca-
to potiebatur imperio: quia in cordibus infide-
lium sine ulla contradictione quiescebat. Vn-
de & alibi princeps mundi uocatur, dicente Do-
mino: Venit enim princeps mundi, & in me ni-
hil inueniet. Et iterū: Nunc princeps mundi eij-
cietur foras, de qua & hic eiectione substituitur:

*Si autem fortior illo superueniens uicerit eum, uniuersa ar-
ma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.]*
De seipso quippe loquitur, quod non concordia
fallax operatione quemadmodū calumniaban-
tur, sed fortiori potentia uictor homines à dæ-
monio liberaret. Arma in quibus male fortis il-
le confidebat, astutiæ doliq; sunt nequitie spiri-
talis: spolia uerò eius ipsi homines sunt ab eo
decepti. Quæ uictor Christus distribuit, quod
est insigne triumphantis, quia captiuā ducens
captiuitatem, dedit dona hominibus, quosdam
quidē Apostolos, alios Euangelistas, hos pro-
phetas, illos pastores ordinans & doctores.

*Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non colligit me
cum, dispergit.]* Non putet quisquam de hæreticis
dicūm & schismaticis, quanquam & ita ex lu-

perfluo possit intelligi, sed ex consequentibus
textuq; sermonis ad diabolum refertur, & quod
non possint opera saluatoris Beelzebub operi-
bus comparari. Ille cupit animas hominum re-
nere captiuas, Dominus liberare: ille prædicat
idola, hic unius Dei notissimam: ille trahit ad uir-
tia, hic ad uirtutem reuocat. Quomodo ergo
possunt habere concordiam inter se, quorum
opera diuisa sunt:

*Cum immundus spiritus exierit de homine, perambulat per
loca iniquosa.]* Quamuis simpliciter intelligi pos-
sit, Dominum hæc ad distinctionem suorum &
satanæ operū adiunxisse, quod scilicet ipse sem-
per polluta mūdare, satanas uerò mundata gra-
uioribus festinet ataminare sordibus, tamē &
de heretico quolibet uel schismatico, uel etiam
malo catholico potest non inconuenienter ac-
cipi. De quo tempore baptismatis spiritus im-
mundus, qui in eo prius habitauerat, ad confes-
sionē catholicæ fidei, abrenunciationemq; mun-
danæ conuersationis eijciatur, locaq; iniquosa
peragret, id est, corda fidelium, quæ à mollitie
fluxæ cogitationis expurgata sint, callidus in-
diator exploret, si quos ibi forte suæ nequitie
gressus figere possit. sed bene dicitur:

Quærens requiem, & non inueniens.] Quia castas
mentes effugiēs, in solo diabolus corde prayo-
rum gratam libi potest inuenire quietem. unde
de illo Dominus: Sub umbra, inquit, dormit in
secreto calami & locis humentibus. In umbra
uidelicet tenebrosas conscientias, in calamo,
qui foris nitidus, intus est uacuus, simulatri-
ces, in locis humentibus lasciuas mollesq; men-
tes insinuans.

Dicit: Reuertar in domū meam unde exiui.] Timendus
est iste uersiculus, non exponendus, ne culpa,
quam in nobis extinctam credebamus, per in-
curiam nos uacantes opprimat.

Et cum uenerit, inuenit scopis mundatam.] Hoc est, gra-
tia baptismatis à peccatorum labe castigatam,
sed nulla boni operis industria cumulatam. un-
de bene Matthæus hanc domum uacantē, sco-
pis mundatā atq; ornatam dicit inuentam. Mun-
datam uidelicet à uitijis pristinis per baptismū:
uacantē à bonis actibus per negligentia: orna-
tam simulatis uirtutibus per hypocrisin.

*Et tunc uadit & assumit septem alios spiritus nequiores se,
& ingressi habitant ibi.]* Per septem malos spiritus
uniuersa uitia designat. Quemcumq; enim post
baptisma siue prauitas hæretica, seu mundana
cupiditas arripuerit, mox omnium prosternet in
ima uitiorum. Vnde recte nequiores tunc eum
spiritus dicuntur ingressi, quia non solum habe-
bit illa septem uitia, quæ septē spiritalibus sunt
cōtraria uirtutibus, sed & per hypocrisin ipsas
se uirtutes habere simulabit.

Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus.] Me-
lius quippe erat ei uiam ueritatis non cogno-
scere, quam post agnitionem retrorsum con-
uertit. Quod in Iuda traditore, uel Simone ma-
go, cæteris que talibus specialiter legimus im-
pletum. Quod autem generaliter hæc parabo-
la tendat, ipse secundum Matthæum Saluator
expo-

Exod. 8.
Deut. 9.

Joan. 14.

Joan. 12.

Psal. 57.
Ephes. 4.

10

20

30

40

50

60

Job 4.

Matth. 2.

1. Pet. 2.

Matth. 26.

Act. 8.

exposuit, ubi ea terminata mox subdidit, dicens: *Matth. 9.* Sic erit & generationi huic pessima: id est, qd' de uno quolibet specialiter geri solere narrauit, hoc in tota generaliter huius populi gente geri nō desinat. Immundus quippe spiritus exiuit à Iudæis, quando acceperunt legem, & ambulauit per loca arida quærens sibi requiem: expulsus uidelicet à Iudæis ambulauit per gentiū solitudines. Quæ cum postea Domino credidissent, ille non inuenit loco in nationibus dixit: *Matth. 23.* Reuertar ad domū meam pristinam, unde exiui: habebō Iudæos, quos ante dimiseram. Et ueniens inuenit uacantem, scopis mundatā. Vacabat enim templum Iudæorum, & Christum hospitem non habebat dicentem; Dimittetur uobis domus uestra deserta. Quia igitur Dei & angelorum præsidia non habebant, & ornati erant superfluis obseruationibus pharisæorum, reuertitur ad eos diabolus, & septenario sibi numero dæmonum addito, habitat pristinam domum, & fiunt posteriora illius populi peiora prioribus. Multo enim nunc maiore dæmonū numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum, quàm in Aegypto posens fuerant ante legis notitiam: quia aliud est uenturum non credere, aliud eum non suscepisse, qui uenerit. Septenarium autem numerum adiunctum diabolo, uel propter sabbatum intellige, uel propter numerū spiritus sancti, ut quo modo in Esaia super uirgam de radice Iesse, & florem, qui de radice conscendit, septem spiritus uirtutū descendisse narrantur, ita & e cōtrario uitiorū numerus in diabolo consecratus sit.

In cōmemoratione diuæ uirginis Mariæ
de Euangelio, Extollens uocem
quædam mulier.

Factum est autem cum hæc diceret, extollens uocem quædam mulier de turba, dixit illi: *Beatus uenter qui te portauit, & ubera que suxisti.* Magnæ deuotionis & fidei hæc mulier ostenditur, quæ scribis & pharisæis Dominum tentantibus simul & blasphemantibus, tanta eius incarnationem præ omnibus syncretitate cognoscit, tanta fiducia confitetur, ut & præsentium procerum calumniam, & futurorū confundat hæreticorum perfidiam. Nam sicut tunc Iudæi sancti spiritus opera blasphemando uerum consubstantialemq; patri Dei filium negabant, sic hæretici postea negando Mariam semper uirginem, sancti spiritus operante uirtute nascituro ex humanis membris unigenitro Deo carnis suæ materiam ministrasse, uerū consubstantialemq; matri filium hominis fatentur non debere dixerunt. Sed si caro uerbi Dei secundum carnem nascentis à carne uirginis matris pronunciat extranea, sine causâ uenter qui eam portasset, ubera quæ lactassent, beatificatur. Quæ enim consequentia eius lacte creditur nutritus, cuius semine negatur esse conceptus: cum ex unius eiusdemq; fontis origine secundum phisicos uterq; liquor emanare probetur. Nisi forte putanda est uirgo sementiuam

suæ carnis materiam nutriendo in carne Dei filio suggerere potuisse, incarnando autem quasi maiori & inuitato miraculo minimè potuisse. Sed huic opinioni obstat Apostolus dicens, *Gal. 4.* Quia misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Neque enim audiendi sunt, qui legendum putant, natum ex muliere, factum sub lege, sed factum ex muliere: quia cōceptus in utero uirginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne. Alioquin nec uerè filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Eutychem dictis extollamus uocem cum ecclesia catholica, cuius hæc mulier typum gessit, extollamus & mentem de medio turbarum, dicamusq; saluatori: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. Verè enim beata parens, quæ (sicut quidam ait) enixa est uerpera regem,

Qui cœlum terramq; tenet per secula, cuius Numen, & æterno complectens omnia gyro, Imperium sine fine manet: quæ uentre beato Gaudia matris habens cū uirginitatis honore, Nec primā similē uisa est, ne habere sequentē.

At ille dixit: Quinimo, beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. Pulchrè Saluator attestatōni mulieris annuit, non eam tantummodo, quæ uerbum Dei corporaliter generare meruerat, sed & omnes qui idem uerbum spiritualiter auditu fidei concipere, & boni operis custodia uel in suo uel in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint, asseuerans esse beatos. Quia & eadem Dei genitrix & inde quidē beata, quia uerbi incarnandi ministra est facta temporalis: sed inde multo beator, quia eiusdem semper amandi custos manebat æterna. Quæ sententia sapientes Iudæorum clam percutit, qui uerbum Dei non audire & custodire, sed negare & blasphemare quærebant.

FERIA SECUNDA. LV. CAL
4. Matthæi 11. & Marci 6.
Ioannis 6.

In illo tempore dixerunt pharisæi ad Iesum: Quanta audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua. Et reliquas.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADĒM LECTIōNE.

Resert superius euangelista, quia cū uenisset Dominus Nazareth, & in synagoga lectoris functus officio, ab omnibus intēta & studio sa fuisset intentione auditus, cunctiq; mirarētur in uerbis gratia, quæ procedebāt de ore illius, cœperunt pharisæi & scribæ inuidentes dicere: Nonne hic est filius Ioseph & Quanta Nazarenorum cæcitas, qui eum quem in uerbis factisq; Christum esse cognoscunt, ob generis tantum notitiam contemnunt: quorum tamen error falsus nostra est, & hæreticorum condemnatio. In tantum enim cernebant hominem Iesum Christum, ut hunc filium Ioseph, & iuxta alios euan-

euangelistas fabrum, uel fabri clamarent filiū. Inter quæ intuentium, quare Christus in carne apparēs fabri filius, imō faber appellari uoluerit. Sanōq; intellectu sentiendum, quōd etiā per hoc se eius ante secula filiū esse docuerit, qui fabricator omnium in principio creauit Deus cœlum & terram. Nam etsi humana non sunt comparanda diuinis, typus tamen integer est, quia pater Christi igni operatur & spiritu. Vnde & de ipso, tanquam fabri filio, præcursor eius ait: Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni, qui in domo magna huius mundi diuersi generis uasa fabricat: imō uasa iræ spiritus igne molliendo in misericordiæ uasa commutat. Vnde bene Malachias, cum ex persona patris diceret, Ecce mittam angelum meum, & præparabit uiam ante faciem meam. Et statim ueniet ad templum sanctum suum dominator, quem uos queritis: post pauca subiunxit atq; ait, Et sedebit confians & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & conflabit eos quasi aurum & quasi argentum. Sed huius sacramenti Iudæi ignari, diuinæ uirtutis opera profapia carnalis contemplatione despiciunt, sicut non solum ex præcedentibus ipsorum, sed etiam ex subsequētibus Domini uerbis apparet, cum subditur,

Et ait illis: Vtiq; dicitis mihi hanc similitudinem, Medice cura te ipsum. Quanta audiimus facta in Capernaum, fac et hic in patria tua.] Quorum insana perfidia sanam licet nesciens fidem confitetur, quæ Dominum Christum fabrum cognominat & medicū. Faber est enim uerus, quia omnia per ipsum facta sunt: medicus est, quia omnia per ipsum restaurata sunt in cœlis & in terra. Et sicut de se ipse testatur, non habent opus sani medico, sed male habentes. Et quia diximus quo instrumento fabricandi, dicamus & quo utatur genere mercedi dicandi. Præteriens uidit cæcū à natiuitate, ex-puit in terram, & fecit lutum de sputo, liniuitq; super oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloë, quod interpretatur missus. Abiit ergo & lauit, & uenit uidēs. Agnosce igitur magnæ modum medicinæ, & gaude, quia per hanc illuminari meruisti. Lutum de terra, caro Christi est: sputum de ore, diuinitas eius est, quia caput Christi Deus. Sputum luto immixtum, nos illuminat in natatoria Siloë baptizatos, quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriā eius, quam prius tenebris arcantibus cōprehendere non poteramus. Per fabrum ergo Christum creatus es, ut esses: per medicum Christum recreatus es, ut post uulnere sanus esses. Qui ab irridentibus quidem ciuibus se ipsum curare, hoc est, in sua patria uirtutes facere monetur, sed non ociose ab Euangelista alio excusatur, quia non poterat ibi uirtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et mirabatur propter incredulitatem illorum, ne fortasse quis uiliorem nobis fieri debere patriæ putaret affectum. Amabat itaque ciues, sed ipsi se charitate patria liuore priuabant.

Ait autem: Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus

est in patria sua.] Prophetam dicit in scripturis Dominum Christum, & Moyses testis est, qui ait: Prophetam uobis suscitabit Deus uester de fratribus uestris tanquam me. Non solum autem ipse qui caput & Dominus est prophetarū, sed & Helias, Hieremias, ceteriq; propheta minoris in patria quam in exteris ciuitatibus habitus sunt. Quia propemodū naturale est, ciues semper ciuibus inuidere. Non enim considerāt præsentia uiri opera, sed fragilem recordantur infantiam, quasi non & ipsi per eosdem gratias gra-dus ad maturam ætatem uenerint.

In ueritate dico uobis, multe uidue erant in diebus Helie in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus et mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, et ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Sidonis ad mulierem iudæam.] Nō inquit hoc, quōd diuina fastidiosus ciuibus beneficia subtrahō, prophetarum gestis aduersatur, quia sicut fame quondam omnem terram premente, nemo est in Iudæa reperiens Helie dignus hospitio, sed exteræ gentis est uidua quæ sita, quæ ob fidei gratiam à tanto propheta uisitari deberet. Et sicut multis ibidē leprosis Naaman tantum Syrus, quia deuotè quæsierat, ab Heliseo propheta curari promeruit: sic & uos non alia quam inuidiæ perfidiæq; causa superuo munere priuabit. Quorum si facta prophetarum etiam allegoricè discussis, inuenies profecto Dominum in patriæ suæ, à qua receptus non est, perfidia superbiam notasse Iudæorum. Nomine uerò Capernaum, quæ ager consolationis interpretatur, gentium prædicasse salutem, ubi maiora quotidie signa per apostolos apostolorumq; successores, non tam in corporum, quam in animarum sanatione patrantur. Igitur uidua ad quam Helias missus est, gentem designat ecclesiam, quæ à suo diutius conditore deserta, populum rectæ fidei nescium, quasi pauperem filium egenastipe nutriebat: id est, uerbo fructus ex parte docebat, donec adueniens sermo propheticus, qui exiccato uellere Israël, utpote clausa cœli ianua, fame periclitabatur in Iudæa, pasceretur ibi simul, & pasceret, & receptus uidelicet à credentibus, & resiciens ipse credentes. Vnde bene hæc eadem uidua in Sarepta Sidonis dicitur esse morata. Sidon quippe uenatio inutilis, Sarepta uerò incēdium uel angustia panis interpretatur: quia ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Vbi rebus superuacuis acquirendis quasi aucupandi cura impendebatur, ubi diræ sitis incendium panisq; spiritalis antea fiebat angustia, ibi farina oleumq; ore prophetico benedicuntur, id est, fructus & hilaritas charitatis, siue gratia corporis Domini, & charismatis unctio indefectiuo uerbi cœlestis munere fecundatur. Cuius hæcenus in uasis oleum gaudij spiritalis & benedictionis farina non deficit, ceteris quæ non credunt gentibus, inopia panis diuini miseris & uenatui deditis inutili. Nam & ipsa pulcherrimè mythicū sibi prius quam moreretur panē factura, duo se ligna colligere uelle testatur: non solo ligni nomine, sed etiam numero

Deut. 18.

3. Reg. 17.

4. Reg. 5.

Rom. 5.

mero lignorum signum crucis exprimens, quo nobis est panis uitæ preparatus æternæ.

4. Reg. 5. Et multi leproserant in Israel sub Heliseo propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.] Quia nota est historia, de mysterio necesse est paucis intememus. Et Naaman ergo iste Syrus, qui interpretatur decorem, populum demonstrat nationem quondam perfidiam scelerumque lepra maculosum, sed per sacramentum baptismatis ab omni mentis & corporis foeditate purgatum: qui captæ consilio puella, hoc est, supernæ inspirationis gratia, quam Iudæis conseruare non ualentibus gentes rapuere, salutem sperare communitus septies lauari iubetur. Quia nimirum solum baptismi genus, quod ex spiritu sancto regenerat, saluat. Vnde iure caro eius post lauacrum, uelut caro pueri parui, apparuisse memoratur: siue quia cunctos in Christo baptizatos, in unam parit gratia mater infantiam, seu magis ille sit intelligendus puer, de quo dictum est, Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis: cuius corpori per baptismum tota credentium soboles adunatur. Et ut cuncta hic baptismi scires sacramenta premonstrata, in quo abrenuntiare satanæ, fidem confiteri precipimur, negat se Naaman ultra dijs alienis litaturum, solum per omnia Domino seruiturus. Partem quoque terræ sanctæ secum tollere gaudet, quia baptizatos oportet Dominici quoque corporis participatione confirmari. Merito igitur Naaman, cuius dum aqua corpus abluitur, fide per corpus abluitur: id est, populus gentium Iudæis lepra contumaciæ squalentibus antefertur. Merito uidua Sareptana, id est, ecclesia ligno crucis refici desiderans Iudæis fame uerbi pereuntibus, pane sacrosancti corporis, & uiuifici spiritus unctione recreatur. Probatumque Dominus non ob suam impotentiam ciuibus, sed ob eorum inuidentiam uirtutum dona negasse. Atque hoc exemplo totam postremam gentem, non quia non amaretur, sed quia ipsa se amari non amaret, ab eo derelictam doctoribus scilicet inde ob saluationem gentium toto orbe dispersis. Sed quod Dominus uerbo de Iudæis, hoc ipsi de se Iudæi facto testantur. Nam sequitur.

Psalm. 34. Et repleti sunt omnes in Synagoga ira hæc audientes, & surarerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem.] Sacrilegia quippe Iudæorum, quæ multo antè Dominus prænuiciauerat, per prophetam dicens, Retribuebant multi mala pro bonis, in Euangelio docet esse completa. Nam cum ipse per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. Nec mirum si perdidissent salutem, qui eiecerunt de suis finibus Saluatorem. Moralis enim Dominus, & qui docuerit exemplo sui Apostolos suos omnibus omnia fieri, nec uolentes repudiat, nec inuitos alligat, nec eicientibus reluctatur, nec rogantibus deest. Sic Geræfenos alibi, cum uirtutes eius sustinere non possent, quasi infirmos & ingratos reliquit. Simul intellige non ex necessitate fuisse, sed uoluntariam corporis passionem; nec captum à Iudæis, sed à se oblatum. Etenim quando uult capitur,

Matth. 8.
Marc. 5.
Luce 8.

quando uult labitur, quando uult suspenditur, quando uult non tenetur.

Et duxerunt, inquit, illum usque ad supercilium montis, supra quem ciuitas illorum erat edificata, ut precipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat.] O peior magistro discipulorum hæreditas. Diabolus uerbo Dominum tentat, Iudæi facto: ille dicit, Mitte te, isti adoriuntur ut mittant. Et quidem Dominus supercilium montis precipitandus ascenderat, sed per medium illorum, mutata subito uel obstupefacta furentium mente, descendit, quos adhuc sanare quam perdere malebat, ut cassata uidentes suæ coepta nequitia, à poscenda deinceps eius morte desisterent. Necdum enim uenerat hora passionis, quæ non quolibet sabbato, sed in pasceute Paschæ futura extiterat: necdum locum passionis, qui non in Nazareth, sed Hierosolymis hostiarum sanguine figurabatur adierat. Sed nec hoc genus mortis, qui crucifigendus à seculo præconabatur elegerat. Non igitur à Nazareis precipitari, non ab Hierosolymitis lapidari, non inter pueros Bethleemitas ab Herode perimi, non alia uel alia uoluit morte consummari. Quod enim tali morte regie potestatis iudicium, quo fidelium frons armaretur emineret: Sed solum crucis expectatum est uexillum, cuius figura & celerrimo dexteræ motu contra maligni hostis tentamenta depingi, & ipsa nihilominus figura monarchiæ singularis potuisset typus haberi, ut quomodo triumphum crucis exponens Apostolus ait, In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium & terrestrium & inferorum. Hoc est enim, quod eiusdem crucis cacumina ad cœlos tendunt, ima petunt inferos, cornua terram tegunt. Vide ergo clementiam Saluatoris, qui nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec iniuria uiolatus Iudæam deserit: quin etiam immemor iniuriæ, memor clementiæ, nunc docendo, nunc liberando, nunc sanando in fide plebis corda demulcet.

FERIA TERTIA, POST OCTA
li. Lucæ 17. Matth. 18.

In illo tempore dixit Iesus ad discipulos suos: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si poenitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi. Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EA
DEM LECTIONE.

Tale quid & in Deuteronomio legimus, ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum ne habeas super illo peccatum. Quo igitur ordine scandala declinare & uia perpetuam uitare possumus insinuat, si nos uidelicet ipsos, ne quæ lædamus, attēdimus, si peccantē zelo iustitię corripiamus, si ex corde poenitentem misericordiam pietatisque uiscera pādīmus. Vbi caute intuentum est, quia non passim peccati dimittere; sed

Phil. 2.

Deut. 19.

sed poenitentiam agenti dimittere iubemur, & primò quidem peccatè misericorditer increpare, ut sit cui postmodum habeamus iuste dimittere. Qui ergo fratrem uidēs peccare tacuerit, non minus Dominici præcepti transgressor est, quam is qui eidem poenitenti ueniam dare non luerit: quia qui dixit, Si poenituerit, dimittet: præmisit, Si peccauerit, increpa. Itaq; uenia fratri post increpationē largienda est: sed illi utiq; qui se poenitendo ab errore conuertit, ne uel difficili uenia, uel remissa sit indulgentia.

Esti septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Poenitet me: dimittite illi.]

Septenario numero nō uenig dandę terminus ponitur, sed uel omnia peccata dimittenda, uel semper poenitenti dimittendū præcipitur. Solet enim sep̄ per septem cuiuscunq; rei aut temporis uniuersitas indicari. unde quod in psalmo canitur, *Septies in die laudem dixi tibi: nihil est aliud quā,*

Psal. 118.

Psal. 33.

Matth. 18.

semper laus eius in ore meo. Nā & alibi Petro interroganti quoties peccanti in se fratri dimittat, an usq; septies; respondit Dominus: Non dico tibi usq; septies, sed usq; septuagies septies: id est, quadringentis nonaginta uicibus, ut toties peccanti fratri dimitteret in die, quoties ille peccare non posset. Peccanti igitur in te fratri, si poenitentiam egerit, dimittendi habes potestatem, imò necessitatem, ut & tibi poenitenti, ac ueniam flagitanti pater qui est in cœlis, ignoscat. At si increpatus conuertit, & poenitentiam

Matth. 18.

agere neglexerit, quid super hoc ueritatis sententia decernat, intueret: Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eū, & cætera usq; quod ait: Si autem & ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et meritò: quia sub nomine fidelis egit opera infidelis. Aliter sanè ueniam fratri petenti, aliter inimico persequenti dare iubemur. Hinc uidelicet, ut accepta remissione peccati, quo nobis infontibus nocuit, socia nobis charitate communicet: illi uerò, ut cum nobis malum uult, & si potest, facit, nos semper bonum uelimus, faciamusq; quod possumus. Neq; enim Dauid eundem ueniam modum persequutoribus suis poenitentia remedio priuatis, quamuis misericorditer eos lugens præstare potuit, quē fratribus salubri cōpunctione castigatis Ioseph beneuolè cognouit cœdus exhibit.

a. Reg. 3.

Genes. 50.

FERIA QUARTA. MAR/
ci 7. Matthæi 15.

In illo tempore conueniunt ad Iesum pharisæi, & quidam de scribis uenientes ab Hierosolymis. Et cum uidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est, non lotis, manducare panes, uituperauerunt. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA/
DEM LECTIONE.

Matth. 11.

Quam uera illa confessio Domini ad patrem, Quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Homines terræ Genazareth, qui minus docti uidebā

tur, nō solum ipsi ueniunt, sed suos infirmos adducunt: imò gestant ad Dominum, ut uel simbram eius, quo saluari queant, mereantur contingere. Ideoq; confessim merita cupitæ salutis mercede potiuntur. At uerò pharisæi & scribæ, qui doctores esse populi debuerant, non ad uerbum audiendum, non ad quædam medelam, sed ad mouendas solum quæstionum pugnas ad Dominū concurrunt, eosq; de non lotis corporis manibus uituperāt, in quorum operibus; quæ per manus siue per cætera corporis membra fiunt, nihil immundiciae sordidantis inuenire ualebant, cum se magis ipsos culpæ debuerint, qui lotas aqua manus habentes conscientiam liuore pollutam gestabant. Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebrò lauerint manus, nō manducant (tenentes traditionem seniorum) & à foro nisi baptizentur, non comedunt. Superstitiosa est hominum traditio semel lotos ad manducandum panem crebrus lauare, & à foro nisi baptizentur, non comedere. Sed necessaria est doctrina ueritatis, quæ iubet eos qui cum pane uitæ descendente de cœlo participare desiderant, crebrò eleemosynarum, lachrymarū, aliorumq; iustitiæ fructuum lauamento sua opera purgare, ut casto corde & corpore cœlestibus ualeant communicare mysterijs. Necessarium est inquinamenta, quæ ex temporalium negotiorum curis quisq; contraxerit, subsequenti bonarum cogitationum & actuum permundet instantia, si interna refectionis cupit epulis perfrui. Sed pharisæi spiritalia prophetarū uerba carnaliter accipientes, quæ illi de cordis & operis castigatione præcipiebant, dicentes, *La uamini, mundi estote, & mundamini qui fertis uasa Domini, isti de corpore solummodo lauando seruabāt. Frustra autem pharisæi, frustra omnes Iudæi lauant manus, & à foro baptizantur, quamdiu cōtemnunt fonte Saluatoris ablui. In uanum baptisimata seruant uasorum, qui cordium suorum & corporum eluere sordes negliunt, cum certum sic Moysen & prophetas, qui uasa populi Dei uel aquis dilui, uel igne purgari, uel oleo sanctificari quacunq; ex causa iusserunt, non in hoc materialium rerum emundationem, sed mentium potius & operum castigationem ac sanctimoniam, atq; animarum nobis mandare salutem.*

Et interrogabant eum pharisæi & scribæ: Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem?] Mira pharisæorum scribarumq; stultitia. Dei filium arguunt, quare hominum traditiones & præcepta non seruet. Manus autem, id est, opera, non corporis utique manus, sed animæ lauandæ sunt, ut fiat in illis uerbum Dei.

Et dicebat illis: Bene irruitum facitis præceptum Dei, ut traditionem uestram seruetis.] Falsam calumniam uera responsione confutat. Cum, inquit, uos propter traditionem hominum præcepta Domini negligatis, quare discipulos meos arguendos creditis, quod seniorum iussa paruipendant, ut Dei scita custodiant; Moyses enim dixit, *Honora patrem*

Ioan. 6.

Esaiæ 9.

Esaiæ 52.

Exod. 20.

Deut. 5.

Exod. 21 patrem tuum & matrē tuā: & qui maledixit
 Leuit. 20. rit patri aut matri, morte moriatur. Honor in
 scripturis non tantum in salutationibus & offi-
 cijs deferendis, quantum in eleemofyna ac mu-
 nerū collatione sentitur. Honora, inquit Apo-
 1. Tim. 5. stolus, uiduas, quæ ueræ uiduæ sunt. Hic honor
 donum intelligitur. Et in alio loco: Presbyteri
 Ibidem. duplici honore sunt honorandi, maxime qui la-
 borāt in uerbo & doctrina Domini. Et per hoc
 Deut. 25. mandatum iubemur, boui trituranti os nō clau-
 1. Cor. 9. dere, ut dignus sit operarius mercede sua. Vos
 Lucæ 10. autem dicitis: Si dixerit homo patri aut matri
 corban, quod est donum quodcumq; ex me tibi
 Leuit. 20. profuerit. Et ultra non dimittis eum quicquam
 Deut. 5. facere patri suo aut matri, & cætera. Præcepe-
 rat Dominus uel imbecillitates, uel ætates; uel
 penurias parentum considerans, ut filij honora-
 rent etiam in uite necessarijs ministrandis parē-
 tes suos. Hanc prouidentissimā Dei legem uo-
 lentes scribæ pharisæiq; subuertere, ut impieta-
 tem sub nomine pietatis inducerent, docuerūt
 pessimos filios, ut si quis ea, quæ parentibus of-
 ferenda sunt, Deo uouere uoluerit, qui uerus
 est pater, oblatio Domini præponatur parentū
 muneribus. Vel certē ipsi parentes, quæ Deo
 consecrata sunt, ne sacrilegij crimen incurrer-
 ent. Declinantes egestate conficiebant, atque
 ita fiebat ut oblatio liberorum sub occasione
 templi, & Dei in sacerdotū luca cederet. Hæc
 pessima pharisæorum consuetudo de tali occa-
 sione ueniebat, multos habentes obligatos ære
 alieno, & nolentes sibi creditum reddere, dele-
 gabant sacerdotibus, ut exacta pecunia mini-
 sterijs templi & eorū uisibus deseruiret. Potest
 autem & hunc breuiter habere sensum: Munus
 quodcumq; ex me est, tibi proderit. Compelli-
 ris, inquit, filios ut dicant parētibus suis, Quod
 cumq; donum oblaturus eram Deo, in tuos con-
 sumo cibos, tibiq; prodest pater & mater, ut il-
 licites accipiant, quod Deo uidebant man-
 cipatum, in opem magis uellent uitam ducere,
 quam comedere de consecratis.

Et aduocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes
 & intelligite. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod
 possit eum coinquinare. Sed quæ de homine procedunt, illa sunt
 quæ communicant hominem. Verbum communicat,
 propriè scripturarū est, & publico sermone te-
 ritur. Populus Iudæorum partem Dei esse se iac-
 tans, communes cibos uocat, quibus omnes
 utuntur homines. Verbi gratia: Suillam carnē,

Leuit. 11. lepores & istiusmodi ostreas, animantia quæ
 Deut. 14. ungulam non findunt, nec ruminant, nec squa-
 mofa in piscibus sunt. Vnde & in actibus Apo-
 stolū scriptū est: Quod Deus sanctificauit,
 tu ne commune dixeris. Commune ergo quod
 cæteris hominibus patet, & quasi nō est de par-
 te Dei, pro immundo appellatur. Nihil est, in-
 quit, extra hominem introiens in eum, quod
 possit eū coinquinare. Sed quæ de homine pro-
 cedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem.
 1. Cor. 8. Opponat prudens lector, & dicat: Si quod in-
 1. Cor. 10. trat in os non coinquinat hominem, quare ido-
 lothytis nō uescimur? Et Apostolus scribit: Nō

Bedæ tom. 7.

potestis calicem Domini bibere, & calicem dæ-
 moniorum. Sciendum ergo quod ipsa quidem
 cibaria, ut Dei creatura, per se munda sint, sed
 idolorū ac demonū inuocatio ea facit immūda.

Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum disci-
 puli eius parabolam. Et ait illis: Sic est uos imprudentes estis?
 Quod aperte dictum fuerat & patebat auditu,
 Apostoli per parabolam dictum putant, & in
 re manifesta mysticam quærunt intelligentiam,
 corripunturq; à Domino, quare parabolice di-
 ctū putant, quod perspicue locutus est. Ex quo
 animaduertimus uitiosum esse auditorem, qui
 obscure manifesta, aut manifeste dicta obscure
 uelit intelligere. Nō intelligitis, quia omne ex-
 trinsecus introiens in hominem, non potest eū
 communicare, quia non intrat in cor eius, sed
 in uentrē & in secessum emittitur purgans om-
 nes escas: Omnium Euangeliorum loca apud
 hæreticos & peruersos plena sunt scandalis. Et
 ex hac sententiola quidam calumniatur, quod
 Dominus physica disputationis ignarus, putet
 omnes cibos in uentrem ire & in secessu dige-
 ri, cum statim infusæ escæ per artus & uenas, ac
 medullas nervosq; fundatur. Vnde & multos
 qui uitio stomachi perpetem sustineant uomi-
 tum, post coenas & prandia statim euomere,
 quod ingesserint, & tamen corpulentos esse,
 quia ad primum tactum liquidior cibus & po-
 tus per membra fundatur. Sed istiusmodi ho-
 mines, dum uolunt alterius imperitiā repre-
 hendere, ostendunt suā. Quamuis enim tenuis-
 simus humor & liquens esca, cum in uenis artu-
 bus cōcocta fuerit & digesta, per occultos me-
 tus corporis, quos Græci πύλας uocant, ad infe-
 riora delabatur, & in secessum uadit. Dicebat au-
 tem, Quoniam quæ de homine exeunt, illa com-
 municant hominem. Ab intus enim de corde
 hominum cogitationes malæ procedunt, adul-
 teria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ
 & cætera. De corde, inquit, exeunt cogitatio-
 nes malæ. Ergo anima principale nō iuxta Pla-
 tonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde
 est. Et arguendi ex hac sententiā, qui cogitatio-
 nes à diabolo immitti putant, & non ex propria
 nasci uoluntate: diabolus adiutor esse & incen-
 tor malarum cogitationum potest, autor non
 potest. Sin autem semper in insidijs positus, le-
 uem cogitationum nostrarum scintillam suis
 fomitibus inflammari, non debemus opinari
 eum cordis quoque occulta rimari, sed ex cor-
 poris habitu & gestibus astimare, quid uersus
 mus intrinsecus. Verbi gratia: Si pulchram mu-
 lierem nos crebro uiderit respicere, intelligit
 cor amoris iaculo uulneratum.

FERIA QUINTA. LV
 CAE IIII.

In illo tempore surgens Iesus de synagoga, intrauit in domum
 Simonis. Et reliqua.

Homiliam Bedæ requirit sabbato post
 Pentecostes.

q Dominus

DOMINICA QUARTA QUADRAGESIMA, sive Lætare, Ioan. 6. Luca 9.
Marc. 6. Matt. 19.

In illo tempore abiit Iesus trans mare Galilæe, quod est Tiberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna, quia uiderant signa que faciebat super his, qui infirmabantur. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADÉM LECTIÓNE.

QUI signa & miracula Domini ac Saluatoris recte cum legunt uel audiunt accipiunt, non tam in his quid foris stupeant attendunt, quam quid horum exemplo intus agere, quid in his mysticum perpendere debeant inspicunt. Ecce enim propinquante pascha, die festo Iudæorum, sequentem se multitudinem Dominus uerbo salutis pariter & ope curationis erigebat. Nam sicut alius Euangelista scribit, loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebat sanabat, eademque doctrina & sanatione completa, paucis de cibarijs abundantissime refecit. Et nos ergo, fratres charissimi, huius exemplo facti propinquante pascha die festo nostrare demptionis, adiuncta fratrum caterua Domini num toto corde sequamur, quoque actionum itinere ingressus sit diligentissime contemplerur, ut uestigia eius sequi mereamur. Qui enim dicit, se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Quicquid in nobis imperitiæ nocentis in esse deprehenderimus, crebra uerbi illius auditione tergamus: & quicquid uitæ tentantis morbi, uidelicet spiritualis, nos interius uastare senserimus, solitæ pietatis illius munere postulemus emundari. Sed & si ei unitos nos coelestis uitæ dulcedine conspexerimus, eius gratiâ flagitemus: ut necessariæ nos compunctionis & cæterarum uirtutum spirituum donis satiare dignetur, quatenus tempore sacrosanctæ resurrectionis illius interius exteriusque decenter ornati sacramenta nostræ salutis puro corpore simul & corde sumamus. Verum quia breuiter ista prælibauimus, libet diligentius totam sacræ seriem lectionis intrare, & quicquid in ea mysticum indagare ualeamus, uestras persequi charitati.

[Abiit Iesus trans mare Galilæe, quod est Tiberiadis.] Primo dicendum iuxta historiam, quia mare Galilæe, quod multis pro diuersitate circumiacentium regionum uocabulis distinguitur, illis tantum in locis Tiberiadis uocatur, ubi Tiberiadem ciuitatem aquis, ut aiunt, calidis salubrem ab occidente præmonstrat. Si quidem interfluente Iordane, duodeuiginti passuum milibus in longum, & quinque extenditur in latum. Mystice autem mare turbida ac tumentia huius seculi uolumina significat, in quibus prauis quilibet iniuste delectati, quasi profundis dediti pisces mentem ad superna gaudia non intendunt. Unde bene idem mare Galilæe, id est, rota cognominatur: quia nimirum labor labentis seculi quasi in uertiginem corda mittit, quæ ad perennis

uitæ desideria erigi non permittit. De quibus Psalmista, In circuitu, inquit, impij ambulat. Sed abeuntem trans mare Galilæe Iesum multitudo maxima sequebatur, quæ doctrinæ sanationis & refectionis ab eo coelestis summa uenera perciperet, quia priusquam Dominus in carne appareret, sola illum gens Iudæa sequebatur credendo: postquam uero per incarnationis suæ dispensationem fluctus uitæ corruptibilis adijt, calcauit & transijt, maxima mox eum multitudo credentium secuta est nationum, spiritaliter instrui, sanari ac satiare desiderans, & cum Psalmista deprecans, Domine ad te confugi, doce me facere uoluntatem tuam. Et misere re mei Domine, quonia infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et iterum de percipiendis ab eo uitæ perpetuæ alimentis confisa, Dominus inquit, pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocalauit. Quod autem subsiens in montem Iesus ibi sedebat cum discipulis suis, sed ueniens ad eum multitudinē descendit, sed hanc in superioribus refecit, quam inferioribus paulo antea curauerat, nequaquam frustra factum credamus, sed ad significandum mystice: quia doctrinam & charismata sua Dominus iuxta percipientium capacitatem distribuit, infirmis quidem adhuc mentibus ac paruulis spiritu simpliciora credens sacramenta, celsioribus autem quibusque & perfectioribus sensu secretiora suæ maiestatis arcana reuerens, arctiora deuotæ conuersationis itinera suggerens, & altiora præmiorum coelestium dona promittens. Denique cuidam scisci tantis, quid faciens uitam æternam possideret, quasi inferius adhuc posito communia suæ dona largitatis impendit dicens: Non occides, non moechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem. Cui postmodum maiora sequenti, & uelut ad montem uirtutum ascendere cupienti, Si uis, inquit, perfectus esse, uade, uende omnia que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo, & ueni sequere me. Cuius discretionem moderaminis non solum per se Dominus in carne docēs exhibuit, uerum nunc quoque per uerbi sui ministros exhibere non cessat. Unde de eisdem sub unius boni serui persona testatur, quia dare debeant conseruis in tempore tritici mensuram, id est, pro captu audientium opportune & mensurate uerbi dapes suggerere. Quod uero propinquante Pascha Dominus turbas docet, sanat & refecit, possumus ita mystice interpretari, quia Pascha transitus dicitur, & quoscunque Dominus interna munerum suorum suauitate recuperat, ad salubrem profecto transitum præparat, ut carnis uidelicet concupiscentias mentis sublimitate transcendat, infirma mundi desideria prospera pariter & ad uersa coelesti spe & amore conculcent: etsi nec dum anima uel carne ad superna ualeant pertingere, quia hoc nimirum in futuro promittitur, quicquid tamen carnales quasi altum amplecti conspiciunt, comparatione æternorum quasi

Psal. 119.

Psal. 142.

Psal. 63.

Psal. 22.

Matth. 19.

Marc. 10.

Lucæ 18.

Matth. 24.

quasi nihilum despiciat: iuxta exemplum illius
 qui uidens imperium superexaltatum & eleua-
 tum super cedros Libani, transiit temporalia
 contemplando, & quasi non esse uidebat, quem
 cito tollendum praeuidebat. Quod subleuasse
 oculos Iesus, & uenientem ad se multitudinem
 uidisse perhibetur, diuinæ pietatis indicium est:
 quia uidelicet cunctis ad se uenire querentibus
 gratia misericordiae coelestis occurrere consue-
 uit. Et ne querendo errare possint, lucem sui spi-
 ritus aperire currentibus solitus est. Nam quod
 oculi Iesu dona spiritus eius mystice designent,
 testatur in Apocalypsi Ioannes, qui figuratè lo-
 quens de illo, Et uidi, inquit, agnum stantem tan-
 quam occisum, habentem cornua septem, & o-
 culos septem, quæ sunt septem spiritus Dei missi
 in omnem terram. Quod tentans Philippum
 Dominus, Vnde, inquit, ememus panes ut mā-
 ducet hi, prouida utiq; dispensatione facit, nō
 ut ipse quæ nō nouerat discat, sed ut Philippus
 tarditatem suæ fidei, quam in magistro sciente
 ipse nesciebat, tentatus agnoscat, & miraculo
 facto castiget. Neque enim dubitare debuerat
 præsentererum creatore, qui educit panem de
 terra, & uino lætificat cor hominis, paucorum
 denariorum panes sufficere turbarum milibus
 non paucis, ut unusquisque sufficienter accipe-
 ret, & iam saturatus abiret. Quinque autem pa-
 nes, quibus multitudinē populi saturauit, quin-
 que sunt libri Moysi, quibus spiritali intellectu
 patefactis, & abundantiore iam sensu multipli-
 cati auditorum fidelium quotidie corda refici-
 cit. Qui bene hordeacei fuisse referuntur, pro-
 pter nimirum austeriora legis edicta, & tegu-
 menta literæ grossioris, quæ interiorē spirita-
 lis sensus quasi medullam celabāt. Duo autem
 pisces quos addidit, psalmistarum nō inconue-
 nienter & prophetarum scripta significāt, quo-
 rum unum canendo, alterum colloquendo suis
 auditoribus futura Christi & ecclesiæ sacramē-
 ta narrabant. Et bene per aquatilia animantia
 figurantur illius æui præcones, in quo populus
 fidelium sine aquis baptismi uiuere nullatenus
 possit. Puer qui quinque panes & duos pisces
 habuit, nec tamen eos esurientibus turbis di-
 stribuit, sed Domino distribuendos obtulit, po-
 pulus est Iudæorum literalis sensu puerilis, qui
 scripturarum dicta clausa secum tenuit, quæ ta-
 men Dominus in carne apparens accepit, &
 quid intus haberent utilitatis ac dulcedinis o-
 stendit, & quàm multiplici spiritus gratia, quæ
 pauca ac despecta uidebantur, exuberarent pa-
 rumq; successores cunctis nationibus ministran-
 da porrexit. Vnde bene alij ferunt Euangeli-
 stæ, quia panes & pisces Dominus discipulis,
 discipuli autem ministrauerunt turbis. Cum e-
 nim ministerium humanæ salutis institutum coe-
 pisset enarrari per Dominum ab eis qui audie-
 runt, in nos confirmatum est. Quinque liquidem
 panes & duos pisces fregit & distribuit discipu-
 lis suis, quādo aperuit illis sensum, ut intelligen-
 rent omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi &
 Bedæ tom. 7.

Psal. 36.

Apo. 5.

Psal. 103.

Matth. 15.

Luce 9.

Marc. 6.

Luce 24.

prophetis & psalmis de ipso. Discipuli appo-
 fuerunt turbis, quādo profecti prædicauerūt
 ubiq; Domino cooperante & sermonem con-
 firmante sequentibus signis. Fœnum in quo di-
 scumbens turba reficitur, concupiscētia carnis
 intelligitur, quæ calcare & premere debet om-
 nis, qui spiritalibus alimentis satiari desiderat.
 Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius
 tanquam flos fœni. Discumbat ergo super fœ-
 num & florem fœni castiget, quæ castiget car-
 pus suum, & seruituti subiciat, uoluptates car-
 nis edomet, luxuriæ fluxa restringat, quæ quis pa-
 nis uiui cupit suauitate refici: quisquis supernæ
 gratiæ dapibus renouari amat, ne infima uet-
 state deficiat, caueat. Quinque uiri qui man-
 ducauerunt, perfectionem eorum qui uerbo ui-
 tæ reficiuntur, insinuant. Virorum quippe no-
 mine solent in scripturis perfectiores quinq; figu-
 rari, quos fœminea mollicies nulla corrumpit,
 quales cupit eos esse, quibus dicit Apostolus,
 Vigilate, state in fide, uiriliter agite & confort-
 tamini. Millenarius autem numerus, ultra quæ
 nulla nostra computatio succrescit, plenitudi-
 nem rerum de quibus agitur, indicare consue-
 uit: quinario uerò numero quinque notissimi cor-
 poris nostri sensus exprimuntur, uisus uidelicet,
 auditus, olfactus, gustus & tactus. In quibus sin-
 gulis quicunq; uiriliter agere & confortari fata-
 gunt, sobriè & piè & iuste uiuendo, ut coelestis
 sapientiæ mereantur dulcedine recreari, hi ni-
 mirum quinque milibus uirorū, quos Dominus
 mysticis dapibus satiavit, figurantur. Nec præ-
 tereundum quod refecturus multitudinem gra-
 tias egit. Egit quippe gratias, ut & nos doceret
 de perceptis coelitus muneribus gratias semper
 agere, & ipse quantum de nostris profectibus
 gratuletur, & de nostra spiritali refectioe gau-
 deat intimare. Vultis enim nosse, fratres, quan-
 tum nostræ congaudeat salutis? Narrat Euange-
 lista Lucas dedisse eum discipulis potestatem
 calcandi supra omnem uirtutē inimici, eorumq;
 nomina scripta indicasse in cælis, & statim in-
 fert, In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, &
 dixit: Confiteor tibi pater Domine cœli & ter-
 ræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudē-
 tibus, & reuelasti ea paruulis. Claret ergo quia
 salutis ac uitæ fidelium congratuletur, qui patrē
 gratias agendo collaudat, quod ea quæ super-
 bientibus abscondit, humilibus spiritu secreta
 reuelauerit. Quod autem saturata multitudinē
 iussit discipulos colligere, quæ superauerāt fra-
 gmentorum ne perirent, hoc signat profectū,
 quia pleraq; sunt arcana diuinorum eloquiorū,
 quæ uulgi sensus non capit: nōnulla quæ per se
 quidem minus docti assequi nequeunt, sed a do-
 ctoribus exposita mox intelligere queunt. Hęc
 ergo necesse est, ut qui ualent diligentius ser-
 uando colligant, & ad eruditionem minorū suo-
 rum dicto uel scripto faciunt peruenire: ne ali-
 quæ uerbi illorum desidia pereāt, plebisq; q;
 tollantur, qui hęc Domino donante interpretā-
 do colligere norunt. Collegerunt, inquit, & im-
 pleuerunt duodecim cophinōs fragmentorum.

Marc. 16.

Psal. 40.

1. Cor. 9.

1. Cor. 16.

Tit. 2.

Luce 10.

Ibidem

Matth. 23.

Quia duodenario numero solet perfectiois eiuslibet summa figurari, recte per duodecim copinos fragmentorum plenos omnis spiritualium doctorum chorus exprimitur, qui obscura scripturarum, quæ per se turbæ nequeunt & meditando colligere, & meditata & mandata literis suo pariter & turbarum usui conseruare iubetur. Hoc ipsi facere Apostoli & Euangelistæ, non pauca legis & prophetarum dicta mystica suis interpretatione addita inserendo opusculis. Hoc sequaces eorum ecclesiæ toto orbe magistri, etiam integros nonnulli utriusque testamenti libros diligentiori explanatione discutiedo: qui quamuis hominibus despecti, cœlestis tamen gratiæ sunt pane fecundi. Nam seruilia copinis solent opera fieri. Vnde de populo, qui in luto quondam ac lateribus seruiebant in Aegypto, dicit psalmista: Manus eius in cophino seruerunt. Illi ergo homines cum uidissent, quod fecerat lignum, dicebant: Quia hic est uerè propheta, qui uenturus est in mundum. Rectè quidem dicebant Dominum prophetam magnum magnæ salutis præconem iam mûdo futurum. Nam & ipse prophetâ se uocare dignatur ubi ait: quia non capit perire prophetam extra Hierusalem. Sed necdum plena fide proficiebant, qui hunc etiam Deum dicere nesciebant. Ergo illi uidentes signum, quod fecerat Iesus, dicebant: Quia hic est uerè propheta, qui uenturus est in mundum. Nos certiori cognitione ueritatis & fidei uidentes mundum, quem fecit Iesus, & signa quibus illum repleuit, dicamus: Quia hic est uerè mediator Dei & hominum, qui implet mundum diuinitate, & mundus per ipsum factus est, qui in propria uenit genus humanum querere & saluare, quod perierat, ac recreare mundum, quem fecerat, qui cum suis fidelibus per præsentiam diuinitatis est in mundo omnibus diebus usque ad consummationem seculi, qui in consummatione seculi per humanitatem uenturus est in mundum, ut reddat singulis secundum opera eorum: impios quidem & peccatores æternum proiciens in ignem, iustos autem in uitam introducens æternam, in qua uisit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

DOMINICA PALMARVM. MATH.
21. Marc. 11. Lucæ 19. Ioan. 12.

In illo tempore cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, & uenisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc misit duos de discipulis suis dicens eis: Ite in castellum, quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, soluite & ad ducite mihi. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EAD
DEM LECTIÖNE.

Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui pro humani generis salute passus de cœlo descenderat ad terras, appropinquante hora passionis appropinquare uoluit

loco passionis, ut etiã per hoc claresceret, quia non inuitus, sed sponte pateretur. In asino uenire, & à turbis rex appellari & laudari uoluit, ut etiã per hoc eruditus quisque cognosceret ipsum esse Christum, quem sic illò uenturum propheta olim præmissa signauerat. Ante quinque dies paschæ uenire uoluit, sicut ex Ioannis Euangelio didicimus, ut etiam per hoc ostenderet se esse agnum immaculatum, qui peccata tolleret mundi. Agnus quippe paschalis cuius immolatione populus Israel est ab Aegyp̄tia seruitute liberatus, ante quinque dies paschæ, id est, quarta decima luna ad uesperam iussus est immolari: significans eum qui nos suo sanguine redempturus ante quinque dies paschæ, id est, hodierno die magno præcedentium sequentiumque populorum gaudio ad laudationem deductus, uenit in templum Dei, & erat quotidie docēs in eo. Quinta demum peracta die, ubi ueteris paschæ sacramenta hactenus obseruata consummauit, ad noui deinceps obseruanda discipulis sacramenta tradidit, egressus in montem Oliueti, tentus est à Iudæis, & mane crucifixus, ipsa nos die à damnata dominatione redemit, qua antiquus ille Hebræorum populus per immolationem agni iugum Aegyp̄tiæ seruitutis abiecit. Ergo Dominus instar agni paschalis ante quinque dies, quam pati inciperet, locum passionis adiit, ut se insinuaret esse illum, de quo prædixit Esaias: Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Et paulò superius: Ipse autem uulneratus est, propter iniquitates nostras, & liuore eius sanati sumus. Sed inuidorum corda principum in cunctis, que prouidit gessit, eum potius persequi, quam in eum credere maluerunt, & multum miseram uitæ autorem morti potius dare, quam per eum ipsi uiuificari studebant. Verum nos perfidorum cecitate declinata eorum magis exempla, qui fideliter Dominum laudare, sequamur, & iter eius mysticum mystica, ut decet interpretatione scrutemur. Asina & pullus, quibus sedens Dominus Hierosolymam uenit, utriusque populi, Iudæi uidelicet & gentilis, simplicia corda designant, quibus ille præfrensus quæque à noxia libertate suo frenans imperio ad uisionem supernæ pacis perducit. Hierosolyma etenim uisio pacis interpretatur. Et bene cum ad montem Oliueti uenisset Dominus, discipulos qui hæc animalia adducerent, misit: quia non nostris ad eum meritis, sed sola ipsius gratia largiente peruenimus Ioanne attestante qui ait: Et in hoc charitas est, non quasi nos dileximus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Mons namque Oliueti celsitudine Dominicæ dilectionis; qua nos misericorditer illustrare ac saluare dignatus est, insinuat: non solum quia olei naturalucis ministra est, & laborum dolorumque solamen, uerum etiam quia cunctis quibus immiscetur, solet excellere liquoribus. Et Apostolus de charitate locuturus, Adhuc, inquit, excellentiorem uobis uiam demonstro. Ad montem igitur Oliueti ueniens Dominus, alinos sibi quis

Ioan. 12.

Ioan. 1.

Exodi 12.

Psal. 80.

Lucæ 13.

1. Tim. 2.

Ioan. 7.

Matth. 18.

Matth. eu. 11.

Psal. 61.

Apoc. 22.

Rom. 2.

Esaiæ 53.

Ibidem

50

1. Ion. 4.

1. Corinib. 13.

bi quibus Hierosolymam petat, præcepit exhiberi, figuratè significans hoc, quod alibi dicit aperte, Quia sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat uitam æternam. Duos ad exhibenda sibi iumenta misit discipulos, ut significaret in utrumque populum, circumcissionis uidelicet & præputij, prædicatores esse destinandos. Vel certe duos misit, ut eosdem prædicatores doctrina simul & operatione perfectos esse moneret: ne uel erroris uerba inordinati ueritati miscerent, uel ea quæ rectè docuissent, peruersè uiuendo negarent.

Inuenietis, inquit, asinam & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Pullum quoque alligatum fuisse alij Euangelistæ testantur. Vterque enim populus funibus peccatorum erat circumplexus, & solutione diuina opus habebat. Ille lege quæ acceperat malè utendo, ille nunquam accipièdo peccauerat. Vnde bene dicit Apostolus, Quia non est distinctio: omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei, iustificati per gratiam ipsius gratis. Et pulchrè alij tres Euangelistæ, qui gentibus scripserunt, pullum solummodo Domino adductum memorant. Matthæus autem Euangelista, qui ex Hebræis & Hebræo sermone scripsit Euangelium, etiam asinè facit mentionem, prouida utraq; dispensatione, ut quorum salutem scribendo quaesierunt, hos saluandos à Domino mylticè docerent esse figuratos.

Et si quis uobis, inquit, aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Et doctoribus præcipitur, ut si quid eis obstitit aduersitatis, si quis prohibuerit peccatores à laqueis diaboli solui, & per confessionem fidei Domino adduci, non tamen prædicandum desistant, sed constanter insinuent, quia Dominus ad ædificandam ecclesiam talibus opus habet. Quamuis enim sæuus sit persecutor & immanis, non potest eorum oblitescere saluationi, quos nouit Dominus, quia sunt eius quos ad uitam præordinauit æternam. Adhibetur autem huic factio prophetæ testimonium, ut appareat Dominum quidè in omnibus, quæ de ipso erant scripta complecti, sed inuidia cæcatorum scribas & pharisæos ea, quæ ipsi legebant, intelligere nequiuisse.

Dicite filie Sion, Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. Filia Sion ecclesia est fidelium, pertinens ad supernam Hierosolymam, quæ est mater omnium nostrum, cuius portio tunc non minima erat in populo Israel regem habens mansuetum: quia non terrena immitibus, sed mansuetis ecclesia regna dare consuevit dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. De quibus psalmista: Mansueti, inquit, possidebunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Rex uerò mansuetus mansuetus, id est, humilibus corde terram pacis tribuit, quos in terra belli & tribulationum quondam rex impius, id est, diabolus, superbiam uulnere strauit. Sedens, inquit, super asinam & pullum filium subiugalis; quia requiescit in corde

humilium & quietorum & trementium uerba eius, siue eorum qui in synagoga iugum legis trahere nouerunt: seu illorum qui gentili diu libertate effrenes, eiusdem synagoga instantia ad fidei & ueritatis sunt gratiam conuersi.

Adducentes autem asinam & pullum discipuli, imposuerunt super eos uestimenta sua, & Dominum desuper sedere fecerunt. Vestimenta discipulorum opera sunt iustitiæ, Psalmista teste qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitia. Asinos quos nudos inueniunt discipuli, suis sternunt uestimentis, & ita desuper Dominum imponunt, cum prædicatores sancti quoslibet à sanctitatis habitu uacuos inueniunt, hosque uirtutum suarum exemplis ad suscipiendam fidem & dilectionem sui conditoris imbuunt. Non enim nudam Dominum asinam, non nudum uoluit ascendere pullum, quia siue Iudeus siue gentilis, nisi sanctorum fuerit dictis ornatus & actis, non potest Dominum habere rectorem, sed regnat potius peccatum in morte. Si eius corpore ad obediendum concupiscens

Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Plurima hæc turba innumerabilem martyrum designat exercitum, qui corpora sua, animarum uidelicet tegumenta, pro Domino dabant, quo sequentibus electis planiorem rectè uiuendi callem facerent: ne qui uidelicet dubitaret ibi pedem bonæ actionis ponere in pace, ubi non paucos uiderent in bello præcessisse martyrij.

Alij autem cedebant ramos de arboribus, & sternebant in uia. Rami arborum, dicta sunt patrum præcedentium exempla. Et quisquis in exemplum rectè credèdi siue operandi quid propheta, quid Apostoli, quid ceteri sancti dixerunt seu fecerunt, pandit ramos, profectò de arboribus cædit, quibus iter asini Dominum portantis complacet: quia sententias de sanctorum libris excerptis, per quas simplicium Christi corda ne in uia ueritatis errent, ædificet.

Turbæ autem, quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hos anna filio Dauid. Vna eademque confessionis & laudationis uoce Dominum, qui præcedunt & qui sequuntur exaltant: quia una nimirum fides est eorum, qui ante incarnationem Dominicam, & qui postea probati, quamuis sacramenta habuerint pro temporum ratione dispensaria, Petro attestante qui ait: Sed per gratiam Domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi. Quod autem aiunt, Hos anna filio Dauid, hoc est, quod in psalmo legitur: Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua, hoc est, quod in magnæ deuotione laudis in Apocalypsi sanctorum chorus resonat: Salus Deo nostro, qui sedit super thronum, & agno.

Benedictus qui uenit in nomine Domini. In nomine Domini, in nomine Dei patris significat, quod ipse alibi Iudæis non credentibus dicit: Ego uenit in nomine patris mei, & non recepistis me: alius ueniet in nomine suo, illum recipietis. Venit enim Christus in nomine Dei patris, quia in omnibus quæ gessit & dixit, patrem glorificare & glorificandum hominibus predicare cu

rauit. Veniet Antichristus in nomine suo, qui cum sit homo omnium nequissimus & diabolus comite plenus, non dedignabitur se filium Dei cognominari: aduersatur enim & extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur. Assumit autem versiculum laudis turbe de psalmo centesimo decimo septimo, quem de Domino cantatum nemo qui dubitet. Unde pulchre de ipso in eodem psalmo praemittitur: Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli: quia uidelicet Christus, quem reprobauerunt Iudaei aedificantes suarum decreta traditionum, factus est in momentum utriusque populi credentis, Iudaei scilicet & gentilis. Quod enim in psalmo lapis angularis uocatur Christus, hoc est utique quod in Euangelio precedentium sequentiumque colaudatur uoce turbarum. Quod autem in eisdem laudis prosecutione subiungitur, Hosanna, id est, salus siue saluifica in altissimis, perspicue docet aduentum Domini in carne, non solum humani generis in terra, sed & angelorum in caelis esse salutem: quia dum nos redempti ad superna perducimur, eorum profectio numerus, qui fatana cadente erat minoratus, impletur. Hic enim Paulus ait, instaurari omnia in Christo, quae in caelis & quae in terra sunt in ipso. Recte igitur, Hosanna in altissimis in eius laudem canitur, cuius tota incarnationis dispensatio pro implenda gloria patriae coelestis aderat. Proinde necesse est, fratres mei, ut ad promissam nobis patriam tota mentis deuotione tendamus, semper recordantes, quia etiam angusta est uia qua ingredimur, beata est mansio ad quam festinamus. Felicius quippe est per asperum iter ad regnum, quam per amoenum planumque ad supplicium duci. Felicius est continentia carnis temporali gaudium perenne mereri, quam pro lasciuia parui temporis aeternam luere uindictam. Ecce iesum quadragesima die Domino auxiliante iam plurima ex parte conpleuimus, testis est unicuique conscientia sua: quia quanto districtius se sanctis his diebus Domino mancipasse meminit, tanto amplius gaudens sanctum Dominicae resurrectionis tempus expectat. At si quem forte adhuc conscientia minus perfecte castigata accusat, nulli dubium quin pauidus ac tremens tantae solennitatis praestolatur aduentum. Nec tamen hic talis de salute diffidat, ne aliqua suorum numerositate uel enormitate scelerum confusus, barathrum desperatione incidat, iuxta illud Salomonis, Impius cum uenerit in profundum malorum, contemnit: sed sollicitè perpendat, quia si tempus annuae festiuitatis, qua de autoris nostri resurrectione laetamur, tanto uel gaudio castus uel impurus metu & confusione afficitur, multo magis in tempore districti examinis, quando generalis omnium resurrectio celebratur, & iam audita iudicis sententia, hos conscientia munda excusans laetificat, illos noxia accusans in perpetuum damnat. Quisunque ergo, fratres dilectissimi, continentiae armis accincti

ab initio iam quadragesimae cum tentatore superbo certare coeperunt, uideant caute ne coeperta deferant, priusquam hoste prostrato ministerijs donentur angelicis. Qui uero hactenus armaturam uirtutum non induit, uel hodie incipiat, hodie cum turbis illis fidelibus fidei opera assumat, imploret pietatem eius, qui in nomine patris aduentens benedictionem mundo attulit, & Hosanna in altissimis proclamans, saluari se superna in patria flagitet. Sternat uestimenta sua in uia, id est, membra sui corporis humiliet in praesenti, ut exaltet ea Deus in futuro, memor illius Dauidici, quia exultabunt ossa humiliata. Ramos de arboribus cedat, & sibi sternat in uia: id est, sanctorum scripta sedulus ad memoriam reuocet, quibus stantes nec adant roborant, lapsi ne diutius iaceant hortantur, resurgentes ut uirtutibus exerceantur instruant, exercitati uirtutibus praemia in caelis ut sperent, erigunt: hisque gressus suae actionis, ne in lapidem offensionis & petram scandali offendant, praemuniat, ac sic etiam ipse cum ceteris fidelibus redemptoris sui uestigia sequatur, passionisque ac resurrectionis eius mysteria digna mentis puritate ueneretur, quae electis omnibus membris uidelicet suis in remedium uulnerum simul & coelestium gaudiorum plenus dare dignatus est Iesus Christus Dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen.

FERIA SECUNDA POST
Palmarum. Ioan. 12.

IN illo tempore ante sex dies pascha uenit Iesus Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

MORIS esse prudentium solet, non solum ex eis, quae recte apprehenderint, uerum etiam ex illis, quae aliter gesta seu dicta cognouerint, prudentiae discere uirtutem: haec nimirum ut imitentur sequendo, illa ne incurrant deuitando. Quod nos, fratres dilectissimi, in hodierna sancti Euangelij lectione facere & ratio cogit, non tantum uidelicet deuotionem amatorum Christi ad exemplum discere uirtutis, sed perfidiam considerare, & consideratam declinare persequentium. Sequamur enim necesse est illarum prudentiam foeminarum, quas tanta fide & dilectione Domino adhaesisse cognouimus: fugiamus insipientiam pontificum & pharisaeorum, qui sapientiam Dei circumuenire insidijs & interficere querebant: caueamus demeritiam eorum, qui sanctificandi propter pascha Hierosolymam ascenderant, sed oblitii sanctificationis, in ipsa domo orationis Saluatoris nec tractabant. Imminebat pascha, quo sanctificati quengac mundum ad esum agni uenire oporteret: & ipsi qui sanctificandi ad templum descenderant, sordid,

1. Tim. 2.

Ephes. 1.

Proverb. 18.

Psal. 50.

Esai. 8. 18.
ac 1. Petr. 2.

10

20

30

40

50

60

fordidiores iam de conspuratione effundendi sanguinis descendebat. Curemus solerter, quia paschæ nostri tempus appropiat. In illo iam ueniente sanctificati ad altare Dominicum accedamus, non agni carnes comeduri, sed nostri redemptoris mysteria sancta sumpturi. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Nemo domum orationis conuertat in speluncam latronum: nemo membrum Christi mortis laqueos substernat, nemo manens adhuc in morte ad accipienda uitæ mysteria præsumat accedere. Qui eum non diligit, manet in morte. Diligamus Christum in seipso, diligamus in membris eius: quæramus Dominum, & uiuet anima nostra: quæramus autem eum, non sicut impij ad occidendum, sed ut fideles perpetuo fruendum. Quærebant, inquit, Iesum, & colloquebantur adinuicem in templo stantes. Quid putatis quia non uenit ad diem festum? Quærebant enim Iudæi Iesum, sed male: quærebant enim ut uenientem ad diem festum interficerent. Quæramus autem nos illum stantes in templo Dei, & perseverantes unanimiter in oratione, & colloquamur adinuicem psalmis, hymnis, canticis spiritualibus, in gratia postulantes ipsum, ut uenire ad diem festum nostrum, & sua nos præsentia illustrare, sua ipse nobis dona sanctificationis dignetur.

Dederunt autem pontifices & pharisæi mandatum: ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum. Demus & nos inuicem mandatum, fratres mei, ut si quis cognouerit in cuius corde fratris uerba sunt uiscera misericordie, maior humilitas, benignitas, modestia, potentia, cæterarumque abundantior copia uirtutum, præsentis uidelicet indicia Christi, indicet cõfessum ubi sit talis, ut uestigia Christi quæ apud eum sunt inueta, fideliter imitando teneamus. Sciens autem Dominus conspiciendo de se occidendo Iudæos, non fuga insidiantium declinauit malos, sed certus de gloria resurrectionis primo uenit Bethaniam, proximam Hierosolymis ciuitatem, ubi Lazarum suscitauerat à mortuis: deinde etiam Hierosolymam, ubi ipse pateretur & resurgeret à mortuis. Hierosolymam quidem, ut ipse ibi moreretur: Bethaniam uero, ut suscitatio Lazari cunctorum memorie arctius imprimeretur, & magis magisque confunderentur, atque inexcusabiles conuincerentur impij principes, qui occidere non timerent eum, qui suscitare possit à mortuis, & nec beneficijs suscitationis prouocati, nec diuina suscitantis uirtute perterriti, animos ab iniusta eade retraherent. Et ne dicerent machinatores calumniarum, phantastice suscitatum fuisse Lazarum, facta ibi Domino cœna, & ipse unus erat ex discumbentibus cum eo, ut dum uiuentem, loquentem, epulantem, cum suis familiariter conuersantem uiderent siue audirent, uel suscitantis potentiam agnoscerent, & acciperent gratiam, uel obdurato corde nolentes ueritati acquiescere, incurrerent poenam. Mystice autem cœna hæc Dominica, ubi Martha ministrabat, & Lazarus inter alios

discumbebat, fides est ecclesie quæ per dilectionem operatur. unde alibi Dominus de credituris in se populis dicit ad discipulos: Ego cibum habeo manducare, quæ uos nescitis. Et hoc exponens adiunxit: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. In qua cœna Martha ministrat, cum anima quæque fidelis operam Domino suæ deuotionis impendit: Lazarus uero unus sit ex discumbentibus cum Domino, cum etiam ij qui post peccatorum mortem resuscitati ad iustitiam sunt, una cum eis qui in sua permanente iustitia, de præsentia ueritatis exultant, poenitentes simul cum innocetibus cœlestis gratie muneribus aluntur. Et bene eadẽ cœna in Bethania celebratur, quæ est ciuitas in latere montis Oliueti, & interpretatur domus obediencie. Dominus namque obediencie ecclesia est, quæ fideliter Domini iussis obtemperat: & ipsa est ciuitas, quæ super montem misericordie constituta, nunquam potest abscondi: ipsa quoque de sui latere constructa redemptoris, id est, aqua ablutionis & sanctificationis, quæ de ipsius latere pro se morientis exierit, imbuta est: ubi etiam altera foror Lazari Maria in magne indicium dilectionis accepit libram unguenti nardi pistici preciosi, & unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius. Quo factum non solum succedit indicium deuotionis, sed & aliarum fidelium Deo animarum signat pietatis obsequium. Sed prius notandum, quod sicut narratur Matthæo & Marco didicimus, non solum pedes Domini Maria, sed & caput nardo perfudit. Nec dubitandum est quia & ipsa sit mulier, quæ, sicut Euangelista Lucas refert, Quondam peccatrix ad Dominum cum alabastro uenit unguenti, & stans retro fecus pedes eius, lachrymis coepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Eadẽ ergo est mulier, sed ibi pedes solum Domini prona ungebat, & hoc inter poenitentium lachrymas, hic autem gaudia iustæ operationis & pedes ungere, & ad caput quoque unguendum non dubitauit erigi. Ibi quippe rudimenta poenitentium, hic iustitia perfectarum designat animarum, unde recte tunc mensura unguenti non dicitur, nunc autem libra fuisse perhibetur. Quid namque per libram unguenti, nisi perfectio iustitiæ exprimitur: Tunc quale fuerit unguentum, tacetur, nunc quia nardi pistici, id est, fidelis, neque extraneis speciebus adulterati, sed preciosi fuerit indicatur, ut perfectiæ fidei & actionis quæ sit castitas, intimetur. Per caput autem Domini quod unxit Maria, sublimitas diuinitatis eius, per pedes humilitas in carnationis exprimitur. Et pedes unguimus eius, cum mysterium susceptæ incarnationis debita laude prædicamus: caput unguimus, cum excellentiam diuinitatis digna uerbi opinione ueneramur. Quid enim per unguentum, nisi bonus odor opinionis insinuat: Paulo attestante, qui ait: Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorẽ nostræ sue manifestat per nos in omni loco. Potest quoque per caput domini mediator Dei & hominum, qui est caput ecclesie, recte significari: per pedes autem ultima qualibet membra

Ioan. 4.

Matth. 26.

Marc. 14.

Lucæ 7.

2. Cor. 2.

Matth. 25. eius non inconuenienter intelligi, de quibus in fine dicitur est, Quam diu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Et caput unguimus Domini, cum diuinitatis eius gloria digna fidei, spei, charitatisque dulcedine complectimur, cum laudem nominis eius bene uiuendo dilatamus. Pedes unguimus Domini, cum pauperes eius uerbo consolationis ne desperare in pressuris debeant, refouemus. Eosdem capillis nostris extergimus, cum de rebus quae nobis superfluunt, egentium necessitati communicamus: fitque de nobis quod sequitur,

Cantic. 1. Et domus impleta est ex odore unguenti. Quia pro modulo nostro mundus impletur ex opinione deuotionis, qua Deum & proximum simplici puroque corde uenerari ac diligere probamur: fitque quod in amoris cantico sponsa gloriatur, dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Vbi aperte quid Maria semel fecerit, typice autem quid omnis ecclesia, quid anima quaeque perfecta semper faciat, ostenditur.

Dixit ergo unus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui eum traditurus: Quare hoc unguentum non uendit trecentis denarijs, et datum est egenis? Vae impio traditori, uae complicitibus nequitiae eius, etiam nunc membra Christi frequentibus, qui famam uirtutis, quam ipsi non merentur, proximis, qui hanc habent, inuidere non cessant. Et quidem purare possemus Iudam cura pauperum hanc fuisse locutum, sed prodit mentem illius testis uerax, qui ait:

Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos habens, ea quae mittebantur, exportabat. Non ergo tunc Iudas periit, quando pecunia corruptus Dominum prodidit, sed iam perditus Dominum sequebatur, qui loculos habens Dominicos, & ea quae mittebantur, non solum in eius ministerio portare, sed etiam furto exportare solebat. Videns enim Dominus cor lucae cupiditatis iam sordibus pollutum, prauidens peiore proditionis sordibus pollendum, commisit eius fidei quicquid habebat in sacculis, eumque de his quae uellet facere, permisit, ut uel collati honoris, uel habitae memoria pecuniae mentem ab ipsius uenditione reuocaret. Verum quia semper auarus eget, neque unquam beneficiorum perfidus meminit, impius a furto pecuniae quam portabat, peruenit ad traditionem domini quam destinabat.

Matth. 14. Dixit ergo Iesus: Sine illam, ut in diem sepulturae meae seruet illud. Quasi innocenter interroganti Iudae Dominus simpliciter & mansuete, quo ministerium Mariae pertineret, exposuit: quia ipse uidelicet moriturus, & ad sepeliendum aromatibus esset unguendus. Ideoque Mariae, cui ad unctionem mortui corporis eius, quamuis multum desideranti peruenire non liceret, donatum sit uiuenti adhuc impendere obsequium, quod post mortem celeri resurrectione praeventa nequiret. un de bene Marcus Dominum de illa dixisse testatur. Quod habuit, haec fecit: praue nit ungerere corpus meum in sepultura. Quod est aperte di-

cere: Quia corpus meum iam defunctum tangere non poterit, solum quod nunc potuit, fecit, praue nit uiuum adhuc funerandi officio donare.

Pauperes enim semper habebitis uobiscum, me autem non semper habebitis. Et hic magnae moderamine patientiae Dominus non Iudam arguit avaritiae, & non pauperum gratia de pecunia loquitur, sed ex ratione demonstrat non esse culpandos eos, qui ei inter homines conuersant de facultatibus suis ministrarent, cum tam paruo tempore ipsi apud ecclesiam corporaliter mansurus, pauperes autem quibus elemosyna fieri possit, in ea semper essent habendi.

Cognouit ergo turba multa ex Iudeis, quia illic esset, et uenerunt non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum uiderent, quem suscitauit a mortuis. Curiositas hos, non charitas adduxit ad Iesum. Sed nos uersa uice, fratres charissimi, si cognoscimus ubi Iesus est, ubi mansionem facit, ubi Bethaniam, id est, domum animae obedientis in qua habitat, inuenit, ueniamus illuc contemplatione, non propter hominem tantum, quem a morte animae suscitatum spiritualiter uiuere donauit, sed ut bonam hominis uitam imitando per hoc ad uisionem Iesu pertingere mereamur: quia pro certo cognouimus ubi Iesus est. Resurrexit enim post mortem, & ascendit in caelum, ibi habet mansionem perpetuam. Ipsa est uera Bethania, ciuitas scilicet caelestis, quam nullus ualet nisi obediens intrare. Studeamus igitur uenire illuc internis cordis affectibus, suspiremus illuc ipsum domus illius conditorem, petamus omnes, petamus singuli, ut inhabitemus in domo eius omnibus diebus uitae nostrae: non ut Lazarum ibi uideamus quem suscitauit a mortuis, sed ut ipsi cum Lazaro & caeteris sanctis resuscitati a mortuis, uideamus uoluntatem Domini, & protegamur a templo sancto eius.

Cogitauerunt autem principes sacerdotum, ut Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudeis, et credebant in Iesum. O caeca caecorum uersutia, occidere uelle suscitatum, quasi non possit suscitare occisum, qui poterat defunctum. Et quidem se utrumque posse docuit, qui & Lazarum defunctum, & seipsum suscitauit occisum. Sed nos, fratres, relicta malitia perfidorum, sequamur deuotionem fidelium, abeamus ab impiorum contubernio, non sedeamus in consilio uanitatis, & cum iniqua gerentibus non intremus: credamus in eum, qui non tantum corpus, sed & animam saluat a morte, seruemusque operando quod credimus, ut credentes uitam aeternam habeamus in nomine eius, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

FERIA TERTIA PALMARUM. Marci 14. Matthaei 26. Lucae 22. Iohannis 18.

In illo tempore, erat autem pascha et azyma post biduum. Et reliqua.

BEDAE

BEDAE PRESBYTERI DE EA/
DEM LECTONE.

Pascha, quod Hebraice dicitur phase, non à passione ut pleriq; arbitrantur, sed à transitu nominatur, eo quod exterminator uidens sanguinem in foribus Isralitarū pertransierit, nec percussit eos, uel ipse Dominus præbens auxilium populo suo desuper ambulauerit. cuius sacramentum uocabuli sublimius exponens euangelista Ioannes ait: Ante diem autem festū paschæ, sciēs Iesus quia uenit hora eius, ut trās-
 Exod. 12. **Exod. 12.** **Ioan. 13.** **Exod. 12.** **Marc. 14.** **Luce 22.** **Ioan. 13.** **1. Cor. 5.**
 eat ex hoc mundo ad patrē. Vbi manifestē declarat, ideo solennitatis huius diem per legem mystice transitum esse uocati, quod agnus Dei qui peccata mundi tolleret, in eo de hoc mundo siue ipse transiturus, siue nos salubri transitu quali de Aegyptia esset seruitute ducturus. hoc sane iuxta ueteris instrumenti scripturam inter pascha & azyma distat, quod pascha ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad uesperā, hoc est, quartadecima luna primi mensis. Quintadecima autem luna, quando egressum est de Aegypto, succedebat festiuitas azymorum, quæ septem diebus, id est, usq; ad uigilium primum diem eiusdem mensis, ad uesperā est statuta solennitas. Verum Euangelistæ indifferenter & diem azymorum pro pascha, & pro diebus azymorū pascha ponere solent. Dicit enim Marcus, Erat autem pascha & azyma post biduum. dicit Lucas, Dies festus azymorū qui dicitur pascha. item Ioannes, Cum primo azymorum die, id est, quintadecima luna res ageretur, ait: Et ipsi non introierunt in pratoris, ut non contaminarentur, sed manducarent pascha. Quod ideo fecere, quia & paschæ dies in azymis panibus est celebrari præceptus, & nos quasi pascha perpetuum facientes, semper ex hoc mundo transire præcipimur. Vno quippe die agno immolato ad uesperam, septem ex ordine dies sequuntur azymorum: quia Christus Iesus semel pro nobis in plenitudine temporis passus, quod septem diebus agit, in azymis syncretitatis & ueritatis præcepit esse uiuendū, omnique semper uisus nos desideria terrena, quasi Aegypti retinacula fugere, & uelut à munda, na cōuersatione secretam solitudinem iter admonet subire uirtutum.

Et quærebant summi sacerdotes & scribæ, quomodo eum do- lo tenerent & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.] Qui debuerāt pascha uicino parare uictimas, leuigare templi parietes, pauimenta uerrere, uasa mundare, & secun- dum ritū legis purificari, ut esu agni digni fierent, cōgregantur ineutes consilium, quomodo occidant Dominū, non timentes seditionē ut simplex sermo demonstrat, sed cauentes, ne auxilio populi de suis manibus tolleretur.

Et cum esset Bethania in domo Simonis leprosi, & recumbe- ret.] Passurus pro omni mundo, & uniuersas nationes suo sanguine redempturus, moratur in Bethania in domo obedientiæ, quæ quondam

fuit Simonis leprosi: non quod leprosus illo tē- pore permaneret, sed quia ante leprosus, postea à Salvatore mundatus est, nomine pristino permanente, ut uirtus curantis appareat. Nam & in catalogo apostolorum cum pristino uicio & officio Matthæus publicanus appellatur, q-
 Matth. 10. **10.**
 certē publicanus esse desierat. Quidam Simonem leprosum uolunt intelligere partem populi, quæ crediderit Domino, & ab eo curata sit. Simon quoq; obediens dicitur.

*Venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati preciosi, & fracto alabastro effudit super caput eius.] Mulier ista Maria erat Magdalene, soror Lazari, quæ suscitauit Iesus à mortuis, ut Ioannes aperte cō-
 Ioan. 12. **10.**
 memorat, qui hoc etiam factū ante sex dies paschæ testatur, pridie quàm asino sedens, cū pal- mis & laude turbarum Hierosolymam ueniret.*

*Ipse est autem nō alia, quæ quondam, ut Lucas scribit, peccatrix adhuc ueniens, pedes Domi-
 Luce 7. **20.**
 ni lachrymis pœnitentiæ rigauit, & unguento piæ cōfessionis linituit: & quia multum dilexit, multorum ueniām peccatorū à pio iudice promeruit. Nunc uerò iustificata & familiaris effusa Domīno, non tantū pedes eius, ut idē Ioan- nes narrat, uerum etiā caput, ut Matthæus Mar- cusq; perhibet, oleo sancto perfudit. Est autem alabastrum genus marmoris candidi, uarijsq; maculis intertincti, quod ad uasa unguentaria cauari solet, eo quod optime seruare ea incorru-
 Ioan. 12. **10.**
 pta dicatur. Nascitur circa Thebas Aegyptias, & Damascum Syriæ cæteris candidius, probatissimum uerò in India: nardus uerò est frutex aromatica, graui, ut aiunt, & crassa radice, sed breui ac nigra fragilliq;, quam uis pinguis in re-
 Matth. 26. **10.**
 dolente, aut cypressum, aspero sapore, folio paruo densiq;, cuius cacumina in aristas se spargunt. Ideoq; gemina dote pigmentarij nardi spicas ac folia celebrant. Et hoc est quod ait Mar-
 Marc. 14. **10.**
 cus, Vnguenti nardi spicati preciosi, quia uide licet unguentum illud, quod attulit Maria Do-
 40
 mino, non solum de radice confectum nardi, uerum etiam quo preciosius esset, spicarū quoq; et foliorum eius adiectione odoris ac uirtutis illius erat accumulata gratia. Ferunt autē de nar- do Phylologi, quod principalis sit in unguentis: unde merito unctioni capitis & pedum Domini oblata est. Sunt quidem multa eius genera, sed omnia herbæ præter Indicum, quod preciosius est. Mystice autem deuotio hæc Mariæ*

Domino ministrantis, fidem ac pietatem designat ecclesiæ sanctæ, quæ loquitur in amoris Cantico, dicēs: Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Quæ nimirum uerba, & semel iuxta literam manibus Mariæ compleuit, & quotidie in omnibus suis membris spiritualiter implere nō desinit, quæ toto diffusa orbe gloriantur, & dicunt: Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorē notitiæ suæ manifestat per nos in omni

loco: quia Christi bonus odor sumus Deo. Quæ cum potentiā diuinæ uirtutis eius, quæ illi unā cum patre est, digna reuerentia confiteretur, laudat & prædicat, caput profectō illius unguento

perfundit

perfundit

perfundit

perfundit

perfundit

Matth. 10.

Ioan. 12.

Luce 7.

Ioan. 12.

Matth. 26.

Marc. 14.

Cant. 1.

1. Cor. 3.

perfundit precioso. Cum uerò assumpta myste-
ria humanitatis æquæ digna reuerentiâ suspicit,
in pedes utiq; Domini unguentum nardi pisti-
cum, id est, fidele ac uerum perfundit: quia il-
lam eius naturam qua terram contingere, hoc
est, inter homines conuersari dignatus est, pia
predicatione commendat, ac deuotis uenera-
tur obsequijs.

Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, &
dicentes: Vt quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim
10 unguentum istud uenundari plus quàm trecentis denarijs, & da-
ri pauperibus.] Marcus quoq; hæc, quomodo &
Matthæus, synecdochicè loquitur, pluralem
uidelicet numerum pro singulari ponens, nam
10 Iohannes distinctus loquens, Iudam hæc locutū
esse testatur. Et hoc gratia cupiditatis, eo quòd
fur fuisset, & loculos habens, ea qua mitteban-
tur, portaret. Potest etiam intelligi, quòd & alij
discipuli aut senferint hoc, aut dixerint, aut eis
Iuda dicente persuasum sit, atq; omnium uolun-
tatem Matthæus & Marcus etiam uerbis ex-
presserint: sed Iudas propterea dixerit, quia fur
erat, cæteri uerò propter pauperū curā, Iohannē
autem de solo illo cōmemorare uoluisset, cuius
ex hac occasione furandi consuetudinem credi-
dit intīmandam, quod uerò sequitur,

Et fremebāt in eam.] Nequaquā de bonis ac diligē-
tibus Christum Apostolis dictum crediderim,
sed de illo potius sub numero plurali, qui nec
Domino nec discipulis eius fideliter adhæsisse,
neq; pauperum curam habuisse probatus est.

Iesus autem dixit: Sinite illam, quid illi molesti estis? bonum
opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis uobiscū,
& cum uolueritis, potestis illis benefacere, me autem non semper
habebitis.] Alia oboritur questio, quare Iesus post
resurrectionem dixerit ad discipulos, Ecce ego uos-
10 uoscum sum usq; ad consummationem mun-
di, & nunc loquitur, Me autem non semper ha-
bebitis. Sed mihi uidetur in hoc loco de præsen-
tia dicere corporali, quia nequaquam cum eis
ita futurus sit post resurrectionem, quomodo
nunc in omni cōiuctu & familiaritate. cuius rei
memor Apostolus ait: Etsi noueramus Iesum
Christum secundum carnem, sed nunc iam non
nouimus eum.

Quod habuit, hæc fecit: præuenit ungerē corpus meum in se-
pulturam.] Quod uos putatis perditionem esse
unguenti, officium sepulturæ est. Nec mirum si
mihi bonum odorem suę fidei dederit, cum ego
pro ea fusurus sim sanguinem meum.

Amen dico uobis, Vbiq; predicatum fuerit Euangelium
istud in uniuersum mundū, & quod fecit hæc, narrabitur in me-
moriā eius.] Attende notitiā futurorū, quòd pas-
surus post dies paucos sciat Euangeliū suū toto
orbe celebrandū. Notandū aut, quòd sicut Ma-
ria gloriā adeptā est toto orbe quocūq; eccle-
sia sanctā diffusa est, de obsequio quod Domino
piæ deuotionis exhibuit: ita è cōtrario ille, qui
obsequio eius detrudere temeraria lingua non
timuit, perfidie nota longè lateq; infamatus, &
Deo simul atq; hominibus merito factus est exo-
sus. Sed Dominus bonum laude digna remune-
rans, futuras impij cōsumelias tacēdo præterijt.

Et Iudas Iscariotes, unus de duodecim, abiit ad summos sacer-
dotes, ut proderet eum illis.] Infelix Iudas damnus,
quod ex effusione unguenti se fecisse credebat,
uult magistri precio cōpensare: nec certā iam
postulat summā, ut saltē lucrosa uideretur pro-
ditio, sed quasi uile tradēs mancipiū, in potesta-
te ementiū posuit, quantū uellent dare. Quod
aut dicit, Abijt ad summos sacerdotes, ut pro-
deret eum illis: ostendit eum nō à principibus
inuitatū, non ulla necessitate constrictum, sed
spontē propria scelerata mētis inijsse consiliū.

Qui audientes gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se da-
turos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet.] Mul-
ti hodie Iudæ scelus, quòd Dominū ac magistrū
Deumq; suū pecunia uēdiderit, uelut immane
& nefariū exhorrent, nec tamen cauent. Nam
cum pro muneribus falsum contra quemlibet
testimonium dicūt, profectō quia ueritatē pro-
pecunia negant, Deū pecunia uendūt. Ipse em̄
10 dixit, Ego sum ueritas, cum societate fraternita-
tis aliqua discordiæ peste cōmaculāt, Dominū
produnt, quia Deus charitas est. Quæ ergo cha-
ritatis & ueritatis iussa spernunt, Deum utiq;
1. Ioh. 4. qui est charitas & ueritas, produnt, maxime
cum nō infirmitate uel ignorantia peccant, sed
in similitudinem Iudæ quærunť opportunitatē,
qualiter arbitris absentibus mendacio uerita-
tem, uirtutem crimine mutent.

Et primo die azymorū, quando pascha immolabant, dicunt
ei discipuli: Quòd uis eamus, & paremus tibi comedere pascha?
Primū diem azymorū, quartumdecimū primi
mensis appellat, quando fermento abiectione pas-
scha immolare, id est, agnum occidere solebāt
ad uesperam. Quod exponens Apostolus ait:
Etenim pascha nostrū immolatus est Christus.
Qui licet die sequenti, hoc est, quintadecima sic
luna crucifixus, hac tamen nocte qua agnus im-
molabatur, & carnis sanguinisq; sui discipulis
tradidit mysteria celebranda, & à Iudæis tentus
ac ligatus ipsius immolationis, hoc est, passio-
nis suę sacrauit exordium.

Emitit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem,
& occurret uobis homo lagenam aquę baiulans.] Indicium
quidem præscię diuinitatis est, quia cum disci-
pulis loquens, quid alibi futurum sit, nouit. Pul-
chrè autem paraturis pascha discipulis, homo
lagenam, siue, iuxta alium Euangelistā, ampho-
ram aquę baiulans occurrit, ut ostendatur hu-
ius paschæ mysterium pro ablutione perfecta
mundi totius esse celebrandum. Aqua quippe
lauacrum gratiæ, lagena fragilitatem designat
eorum, per quos eadem erat gratia mundo mi-
nistranda. Vnde aiunt: Habemus autem thesau-
rum istum in uasis fictilibus. Parant ergo pascha
discipuli, ubi aquę infertur lagena, ut ad esse tē-
pus influent, quo cultoribus ueri paschæ typi-
cus de limine ac postibus cruor auferatur, & ad
tollenda mundi crimina uiuifici fontis bap-
tisma consecratur.

Sequitur eum, & quocūq; introierit, dicite domo domus,
quia magister dicit: Vbi est refectio mea, ubi pascha cum discipu-
lis meis manducem?] Consultē tā aquę baiuli, quam
domini domus sunt prætermissa uocabula, ut
omnibus

omnibus uerum pascha celebrare uolentibus, hoc est, Christi sacramentis imbuti, eumque suæ mentis hospitio suscipere et quærentibus facultas danda signetur.

Et ipse uobis demonstrabit coenaculum grande stratum, et ibi parate uobis, etc.] Coenaculum magnū lex spiritalis est, quæ de angustissimis literæ egrediens, in sublimi loco recipit saluatorē. Nam qui adhuc occidentem literam seruauerit, qui non aliud in agno quàm pecus intellexerit, iste nimirum minus pascha facit, quia maiestatem spiritus in uerbis Dei comprehendere necdum didicit. Atqui qui aquæ baiulum, hoc est, gratiæ præconē, in domū ecclesiæ fuerit secutus, hic per spiritum illustratam superficiem literæ transcendendo in alto mentis solario Christo refectionem præparat: quia cuncta uel paschæ sacramenta, uel cætera legis decreta, eius esse sacramenta cognoscit.

Vespere autem facta, uenit cum duodecim: et discumbentibus eis et manducantibus, ait Iesus: Amen dico uobis, quia unus ex uobis me tradet, qui manducat mecum.] Qui de passione prædixerat, & de proditore prædicit, dans locum poenitentia, ut cum intellexisset sciri cogitationes suas & occulta consilia, poeniteret eum facti sui. Et tamen non designat specialiter, ne manifeste coargutus impudentior fieret. Mittit crimen in numero, ut agat conscius poenitentiam.

At illi coeperunt cōtristari, et dicere ei singulatim: Nunquid ego? Et certe nouerāt undecim apostoli, quod nihil tale contra Dominum cogitarēt, sed plus credunt magistro quàm sibi, & timentes fragilitatem suam tristes interrogabant de peccato, cuius conscientiam non habebant.

Qui ait illis: Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.] Omnia Domini potentia: primum dixerat, Unus ex uobis me tradet, perseverat proditor in malo, manifestius arguit, & tamen nomen propriè non designat. Iudas cæteris contristatis & retrahentibus manum, & interdicens cibos ori suo, temeritate & impudētia, quam magistrum proditurus erat, etiam manum cum magistro mittit in catinum, ut audacia bonam conscientiam mentiretur.

Psal. 40. Et filius quidem hominis uadit, sicut scriptum est de eo: Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur.] Nec primo nec secundo correptus à prodicione retrahit pedem, sed patientia Domini nutrit impudentiam suam, & thesaurizat sibi iram in die iræ. Poenam prædicit, ut quem pudor non uicerat, corrigant denunciata supplicia. Sed & hodie quoque, & in sempiternum uæ illi homini, qui ad mensam Domini malignus accedit, qui insidijs mente conditis, qui præcordijs aliquo scelere pollutis mysteriorum Christi oblationibus sacrosanctis participare non metuit. Et ille enim in exemplum Iudæ filium hominis tradit, non quidem Iudæis peccatoribus, sed tamē peccatoribus membris uidelicet suis, quibus illud inæstimabile & inuolabile Domini corpus ac sanguinis sacramentum temerare præsumit. Ille Deus uendit, qui eius timore atque amore neglecto, terrena pro illo & caduca, imò etiā

Rom. 3.

criminoſa diligere & curare conuincitur.

Bonum esset ei, si non esset natus homo ille.] Non ideo putandus est ante fuisse quàm nasceretur, quia nulli possit esse bene, nisi ei qui fuerit: sed simpliciter dictum est, multo melius esse non subsistere, quàm male subsistere.

Et manducantibus illis, accepit Iesus panem, et benedicens fregit, et dedit eis, et ait: Sumite, hoc est corpus meum.] Finis paschæ ueteris solennijs, quæ in commemorationem antiquæ de Aegypto liberationis populi Dei agebantur, transiit ad nouum, quod in suæ redemptionis memoriam ecclesiam frequenter uolebat: ut uidelicet pro carne agni ac sanguine sui corporis sanguinisque sacramentum substitueret, ipsumque se esse monstraret. Cui iurauit Dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech. Frangit autem ipse panem, quem discipulis porrigit, ut ostendat corporis sui fractionem non absque sua sponte ac procuratione uenturam: sed, sicut alibi dicit, potestatem se habere iterum sumendi eam. Quem uidelicet panem certū quoque gratia sacramenti, priusquam frangeret benedixit, quia naturam humanam quam passurus assumpsit, ipse unā cum patre & spiritu sancto gratia diuinæ uirtutis impleuit. Benedixit panem & fregit, quia hominem assumptum ita mortī subdere dignatus est, ut eū diuinę immortalitatis ueraciter inesse potentia demonstraret, ideoque uelocius eum à morte resuscitandum esse doceret.

Et accepto calice, gratias agens, dedit eis, et biberunt ex illo omnes.] Cum appropinquare passioni dicitur, accepto pane gratias egisse perhibetur. Gratias itaque agit, qui flagella alienæ iniquitatis suscipit: & qui nihil dignū percussione exhibuit, humiliter in percussione benedicit: ut hinc uidelicet ostendat, quid uniuersisque in flagello culpæ propriæ facere debeat, si ipse æquanimitè flagella culpæ portat aliena: ut hinc ostendat, quod in correptione faciat subditus, si in flagello positus, patri gratias agit æqualis.

Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur.] Quia panis corpus confirmat, uinum uero sanguinem operatur in carne: hic ad corpus Christi mysticè, illud refertur ad sanguinē. Verum quia & nos in Christo, & in nobis Christum manere oportet, uino Domini calicis aqua miscetur: attestante enim Ioanne, aqua populi sunt. Et neque aqua solam, neque solum uinum, sicut nec granū frumenti solum sine aqua admixtione & confectione, in panem cuiuspiam licet offerre, ne talis uidelicet oblatio quasi caput à membris secernendū esse significet, & uel Christū sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, uel nos sine illius passione saluari, ac patri offerri posse conſingat. Quod autem dicit, Hic est sanguis meus noui testamenti, ad distinctionem respicit ueteris testamenti, quod hircorum & uittulorum est sanguine dedicatum, dicente inter aspergendū legistatorem: Hic est sanguis testamenti, quod madauit ad uos Deus. Necessè est enim

Psal. 109.

Ioan. 10.

Apoc. 17.

Leuit. 16.

Exod. 24.

exem/

exemplaria quidem uerorum his mundari; ipsa autem coelestia melioribus hostijs quam istis, iuxta quod Apostolus per totam ad Hebraeos epistolam, inter legem distinguens & Euangelium, pulcherrima expositione ac plenaria ratione declarat.

Amen dico uobis, quod iam non bibam de genimine uitae, usque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei.] Vitem siue uineam Domini appellatam esse synagogam, & omnis pars scriptura, & apertius testatur Esaias in cantico de illo cantato: *Vinea, inquit, Domini faba oth, domus Israel est, de qua nimirum uinea Dominus multo tempore bibebat, quam uis pluribus ramis in amaritudinem uitae alienae conuersis: quia tamen multis in illa plebe exorbitantibus a recto fidei itinere, non desuere plurimi toto legis tempore, quorum pijs cogitationibus stimulis uirtutibus delectaretur Deus. Verum passo in carne ut legalis illa & figuralis obseruatio cessaret, atque ea quae secundum litteram gerebantur in spiritalem translata sensum, melius in nouo testamento iuuante sancti spiritus gratia teneretur. Iturus ergo ad passionem Dominus ait: iam non bibam de genimine uitae, usque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei. ac si aperire dicat: Non ultra carnalibus synagogaerum ceremonijs delectabor, in quibus etiam ista paschalis agni sacra locum tenuere praecipuum. Aderit enim tempus meae resurrectionis, aderit dies ille cum ipse in regno Dei positus, id est, gloria uitae immortalis sublimatus, de salute eiusdem populi fonte gratiae spiritualis regenerati nouo uobiscum gaudio perfundat.*

Et hymno dicto, exierunt in montem oliuarum.] Hoc est quod in Psalmo legimus, *Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum. Potest autem hymnus etiam ille intelligi, quem Dominus, secundum Ioannem, patri gratias agens decantabat, in quo & pro se ipso & pro discipulis, & pro eis qui per uerba eorum credituri erant, eleuatis sursum oculis precabatur. Et pulchre discipulos sacramentis sui corporis ac sanguinis imbutos, & hymno praereceptionis patri commendatos in montem educit oliuarum: ut typice designet nos per acceptionem sacramentorum suorum, perque operum suae intercessionis ad altiora uirtutum dona & charismata sancti spiritus, quibus in corde perungamur, conscendere debere.*

Et ait eis Iesus: Omnes scandalizabimini in nocte ista.] Praedicat quod passuri sunt, ut cum falsi fuerint, non deserent salutem, sed agentes poenitentiam liberentur. Et signanter addidit, *In nocte ista scandalizabimini: quia quomodo qui inebriantur, nocte inebriantur, sic & qui scandalum patiuntur, in nocte & in tenebris sustinent. Nos uero dicamus: Nox praeterijt, dies autem appropinquauit.*

Quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oves.] Hoc alijs uerbis in Zacharia propheta scriptum est, & nisi fallor, ex persona prophetae ad

Deum dicitur: *Percute pastorem, & dispergentur oves. Sexagesimo quoque octauo psalmo, qui totus a Domino canitur, huic sensui congruente, Quoniae quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt. Percutitur autem pastor bonus, ut ponat animam suam pro ouibus suis, & de multis gregebis errorum fiat unus grex & unus pastor.*

Petrus autem ait ei: Et si omnes scandalizati fuerint, sed non ego.] Non est temeritas nec mendacium, sed fides est apostoli Petri, & ardens affectus erga Dominum saluatorem.

Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus uocem dederit, ter me es negaturus.] Et Petrus de ardore fidei promittebat, & Saluator quasi Deus futura nouerat. Et nota quod Petrus in nocte neget, & neget tertio. Postquam autem gallus cecinit, & decrescentibus tenebris uicina lux nunciata est, conuersus fleuit amare, ternae negationis sordes lachrymis lauans.

Non est sane arbitrandum, esse contrarium quod Marco dicente, Priusquam gallus bis uocem dederit, ter me es negaturus, caeteri euangelistae simpliciter dixerunt, Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Tota enim Petri negatio, trina negatio est. In eadem namque permanlit negatione animi propositoque mendacij, donec admonitus quid ei praedictum sit, amaro fleu & cordis dolore sanaretur. Haec autem tota, id est, trina negatio si post primum galli cantum inciperet, falsum dixisse uiderentur tres, qui dixerunt dixisse Dominum, Quia antequam gallus cantaret, ter eum Petrus esset negaturus. Rursus, si totam trinam negationem ante peregisset, quam cantare gallus inciperet, superfluo dixisse Marcus deprehenderetur ex persona Domini, Amen dico tibi, quia tu in nocte hac, priusquam gallus bis uocem dederit, ter me negaturus es. Sed quia ante primum galli cantum coepta est illa trina negatio, attenderunt illi tres non quando eam completurus esset Petrus, sed quanta futura esset, quandoque coeptura, id est, quae trina ante galli cantum, quamquam in animo eius & ante primum galli cantum tota possit intelligi. Quamuis enim uerbis negantis ante primum coepta, ante secundum autem galli cantum perfecta sit tota illa trina negatio, tamen affectatione animi & timore Petri ante primum tota concepta est. Nec interest quantis morarum interuallis trina uoce nunciata sit, cum cor eius etiam ante primum galli cantum totam possideret, tam magna scilicet formidine imbibita, ut posset dominum non solum semel, sed iterum & tertio in interrogatus negare, ut rectius diligentiusque attendentibus quomodo iam moechatus est mulierem in corde suo, qui eam uiderit ad concupiscendum: sic Petrus quandocumque uerbis aederet timorem, quem tam uehementem animo conceperat, ut perdurare posset usque ad tertiam Domini negationem, tota trina negatio ei temporari deputanda est, quando eum trinae negationi sufficiens timor inuasit.

Et ueniunt in praedium cui nomen Gethsemani.] Monstratur usque hodie locus Gethsemani, in quo Dominus

Iodh. 10.

10

20

30

40

50

60

Matth. 5.

minus orauit ad radices montis Oliueti, nunc ecclesia desuper edificata. Interpretatur autem Gethsemani, uallis pinguium siue pinguedinũ. Quod uerò nõ solum dicta uel opera nostri Saluatoris, uerum etiã loca & tempora, in quibus operatur & loquitur, mysticis (ut sæpè dictum est) sint plena figuris, cum in monte orat Dominus, quasi tacite nos admonet, sublimia tãtum orando inquiri, & pro cœlestibus bonis supplicari debere. At cum in ualle orat, & hoc in ualle pinguium siue pinguedinis, ipsius æquè insinuat nobis humilitatẽ semper in orationibus, & internæ pinguedine dilectionis esse seruandam: ne quis uidelicet orans Deum, iactare sua merita in exemplum pharisæi superbientis audeat: quin potius humili uoce ac mente proclamet, Deus propicius esto mihi peccatori: ne aridum à dilectione proximi cor gestans, ad placãdam sibi conditoris gratiam genu flectat, iuxta eũ qui ceterum denarios fratri quos sibi debebat, dimittere nolens, decem milia talenta sibi à Domino frustra precabatur remitti: ne iesuniũ ab amore conditoris pectus habens, temporalia quælibet potius in oratione, quàm eius uisionẽ requirat, adnumerandus in eis de quibus ait ipse: Quia receperunt mercedem suam. In imo quippe cogitationem ponere, quid est aliud, quàm quaedam ariditas mentis: Qui autem intellectũ cœlestium iam per sancta desideria de supernis intimã delectationis cibo pascuntur, quasi largiori alimento pinguescunt. Hac enim pinguedine saginari psalmista concupierat, cũ dicebat: Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Quãtum uerò ad ipsam Dominicæ passionis dispensationem pertinet, aptè approprians morti Dominus in ualle pinguedinis orauit: quia per uallem humilitatis & pinguedinẽ charitatis pro nobis mortem subiit. Humiliauit enim semetipsum, factus obediens patri usq; ad mortem. Et maiorem hac dilectionẽ nemo habet, ut animã suam ponat quis pro amicis suis.

Et assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem secum, & cepit pauere & tedere. Et ait illis: Tristis est anima mea usq; ad mortem.] Timet Christus: cum Petrus non timeat, Christus timet. Petrus dicit, Animã meam pro te ponam: Christus dicit, Anima mea turbatur. Vtrunq; uerum est, & plenum utrunq; ratione. Quia & ille qui est inferior, nõ timet: & ille qui est superior, gerit timentis affectum. Ille enim quasi homo, uim mortis ignorat: iste autẽ quasi Deus in corpore constitutus, fragilitatem carnis exponit, ut eorum qui sacramentum incarnationis abiurant, excluderetur impietas. Deniq; & hoc dixit, & Manichæus non credit, Valentinus negauit, Marcion phantasma iudicauit. Eo autem usq; hominem, quem ueritate corporis demonstrabat, æquabat affectu, ut diceret: Sed tamen nõ sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Suscepit ergo uoluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nominò, quia crucẽ prædico. Mea est uoluntas quã suam dixit: quia ut homo suscepit tristitiã meã, ut homo locutus est. Et ideo ait: Non sicut ego

Bedæ tom. 7.

uolo, sed sicut tu uis. Mea est tristitia, quam nemo suscepit affectu. Ergo pro me doluit, q pro se nihil habuit quod doleret. Et sequestrata delectatione diuinitatis æternæ tædio meã infirmitatis afficitur. Tristis est, inquit, anima meã usq; ad mortem. Nõ propter mortem tristis est Dominus, quia eum conditio corporalis affectus, nõ formido mortis offendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire quæ corporis sunt, ut eluriret, sitiret, angeretur, contristeretur. Diuinitas autẽ cõmutari per hos nescit affectus.

Sustinete hic, & uigilate. Et cum processisset paululum, prociidit super terram.] Quod præcipit, Sustinete hic, & uigilate, non à somno prohibet, cuius tempus non erat imminente discrimine, sed à somno in fidelitatis, & torpore mentis. Dato autem eis præcepto ut sustinerent uigilantq; secum, paululum procedens ruit in faciem suam; & humilitatem mentis habitum carnis ostendit.

Et orabat, ut si fieri posset, transferret ab eo hora, & dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me.] Quid erat illa uox, nisi sonus infirmitatis nostræ? Multi adhuc infirmi contristantur futura morte, sed habeant rectum cor, uitent mortem quantum possunt: sed si non possunt, dicant quod ipse Dominus non propter se, sed propter nos dixit. Quid enim dixit: Pater, si fieri potest, transfer à me calix iste. Ecce habes uoluntatem humanam expressam. Vnde iam rectum cor: Sed

non quod ego uolo, sed quod tu. Non ueni, inquit, facere uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui misit me. Suam uoluntatem dixit, quã temporaliter sumplit ex uirgine: uoluntatẽ uerò eius, qui eum misit, eam uidelicet signã, quã intemporaliter æternus habuit cum patre cõmunem. Orat transferre calicem, ut ostendat uerẽ quodd & homo erat. Reminiscens autem & propter quod missus est, perficit dispensationẽ ad quam missus est, & clamat: Sed non quod ego

uolo, sed quod tu. Si moritur mors me non moriente secundum carnem uidelicet transeat ait, calix iste. Verum quia nõ aliter hoc fiet, ait: Non quod ego uolo, sed quod tu. Quod autem patrem inuocans, duplici nomine dicit Abba pater, utriusq; populi illum, & Iudæi scilicet & gentilis, Deum esse ac Saluatorem ostendit. Idem namq; Abba, quod & pater significat: sed Abba Hebræum, pater Græcum est & Latinũ.

Vt ergo utrunq; populum in eum crediturum, ab utroq; eum inuocandum esse doceret, utraq; lingua eum primus ipse inuocat. Ipse est enim bonus pastor, qui animam dando pro ouibus suis, unum de duobus gregibus ouile perficit. Ideoq; utriusq; uoce gregis auxiliium patris flagitat, ut nos utriq; exẽplo illius informati, ubi aduersã immineat uentura, nos patre Deũ, Hebræi abba inuocantes, una fidei & charitatis deuotione præsidium cœlestẽ quæramus. Vnde doctor egregius formã docẽdi à Domino sumẽs, ita suos alloquitur auditores: Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in q clamamus abba pater: Abba nimirum illi, q de Israelitico populo, nos pater, q de gentib, ad fidẽ Christi uenimus.

1041. e.

1041. 20.

Róm. 8.
Gal. 4.

*

Et

Et ueniens inuenit eos dormientes, & ait Petro: Simon dormis? Non potuisti una hora uigilare? Ille qui supra dixerat, Etiam si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor, nunc tristitia magnitudinis somnum uincere non potest.

Matth. 6. Vigilare & orate, ut non intretis in tentationem.] Impossibile est humanam animam non tentari. Unde & in oratione Dominica dicimus, Et ne nos inducas in tentationem, quam ferre non possumus, non tentationem penitus resutates, sed uires sustinendi in tentationibus deprecantes. Ergo & in presentiarum non ait, Vigilate & orate ne tentemini, sed, ne intretis in tentationem: hoc est, ne tentatio uos superet ultima, & intra suos casses teneat. Verbi gratia: Martyr, qui per confessionem Domini sanguinem fudit, tentatus quidem est, sed tentationis retribus non est ligatus: qui autem negat, in plagas tentationis incurrit.

Rom. 8. Spiritus quidem promptus est, caro uero infirma.] Hoc aduersum temerarios dictum est, qui quicquid crediderint, putant se posse consequi. Itaque quantum de ardore mentis confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus: sed tamen, iuxta Apostolum, spiritu carnis opera mortificemus. Facit hic locus & aduersus Eutyrianos, qui dicunt unam in mediatore Dei & hominum Domino ac Salvatore nostro operationem, unam fuisse uoluntatem. Cum enim dicit, Spiritus quidem promptus est, caro uero infirma, duas uoluntates ostendit, humanam uidelicet quae est carnis, & diuinam quae est deitatis. Vbi humana quidem propter infirmitatem carnis recusat passionem, diuina autem eius est promptissima. Quoniam formidare quidem in passione humanae fragilitatis est; suscipere autem dispensationem, passionis diuinae uoluntatis atque uirtutis est.

Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens. Et reuersus, denuo inuenit eos dormientes.] Solus orat pro omnibus, sicut & solus patitur pro uniuersis. Languescebant autem & opprimebantur Apostolorum oculi negatione uicina.

Et uenit tertio, & ait illis: Dormite iam & requiescite. Sufficit, uenit hora, ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum.] Cum dixisset, Dormite iam & requiescite, & adiuugeret Sufficit, ac deinde inferret, Venit hora, ecce tradetur filius hominis, & cetera, utique intelligitur post illud, quod eis dictum est, Dormite & requiescite, si uisisset Dominum aliquantulum, ut hoc fieret quod praemisisset, & tunc intulisset, Ecce appropinquat hora siue uenit hora. Ideo post illa uerba positum est, Sufficit, id est, quod requiescistis iam sufficit. Sed quia commemorata ipsa non est interpositio silentij Domini, propter ea conuincat intellectum, ut in illis uerbis alia pronuntiatio requiratur.

Surgite, eamus, ecce qui me tradet, prope est.] Postquam tertio orauerat, & Apostolorum timorem sequente poenitentia impetrauerat corrigendum, securus de passione sua pergit ad persequutores, & ultro se interficiendum praebet, dicitque discipulis: Surgite, eamus, ecce qui me tradet prope est. Non nos inueniant quali timentes & retracta

tes, ultro pergamus ad mortem, ut confidentia & gaudium passuri uideant.

Dederat autem traditor eius signum eis, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite eum. Et cum uenisset, statim accedens ad eum ait: Aue Rabbi. Et osculatus est eum.] Impudens quidem & scelerata confidentia, magistrum uocare, & osculum ei ingerere quem tradebat. Tamen adhuc aliquid habet de uerecundia discipuli, cum non eum palam tradidit persequutoribus, sed per signum osculi. Suscepit autem Dominus osculum traditoris, non quo simulare nos doceat, sed ne proditorem fugere uideatur, simul & illud Dauidicum complens: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.

Psal. 119. Unus autem quidam de circumstantibus educens gladium, percussit seruum summi sacerdotis, & amputauit illi auriculam.] Petrus hoc fecit, ut Ioannes euangelista declararet, eodem nimirum mentis ardore, quo cetera fecerat. Sciebat enim quomodo Phinees puniit de sacrilegos mercedem iustitiae & sacerdotij perennis acceperat. Lucas autem addit, quod Dominus tangens auriculam serui sanauerit eum. Nunquam ergo pietatis suae Dominus obliuiscitur, qui etiam hostes suos non patitur uulnerari. Illi iusto mortem inferunt, ipse persequutorum uulnera sanat: mystice docet etiam eos, qui in suae mortis consensione uulnus anime contraxerant, si fructum poenitentiae facerent dignum, salutem posse mereri.

Et respondens Iesus ait illis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me: quotidie eram apud uos in templo docens, & non me tenuistis.] Stultum est, inquit, eum cum gladijs & fustibus querere, qui ultro se uestris tradat manibus, & in nocte quasi latentem & uestros oculos declinantem per proditorem inuestigare, qui quotidie in templo doceat. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas uestra in tenebris est.

Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt.] Impletur sermo Domini quem dixerat, quod omnes discipuli scandalizarentur in illo in ipsa nocte. Nam etsi turba permittente ad petitionem Domini fugerunt, ut Ioannes scribit: pauorem tamen ac timiditatem suae mentis ostendebat, quod ad fugae praesidium promptiores, quam ad fiduciam patiendi cum Christo extiterant.

Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis.] Quod ait, Amictus sindone super nudo, subauditur corpore, id est, corpore super nudo: quia non aliud indumentum, quam solam habebat sindonem. Quis autem fuerit iste adolescens, Euangelista non dicit. Quisquis uero fuit, maiorem in se quam in ceteris amorem Domini permanisse comprobatur, qui illis iam fugientibus, ipse donec ab hostibus comprehenderetur, uinculo charitatis astrictus eum prosequi non omisit: quamuis necdum perfectam haberet charitatem, qui a comitatu Saluatoris uel tentus profugere potuit. Quia sicut perfecta charitas foras mittit timorem, ita timor mentem oblidens, imperfectam arguit charitatem. Sed notandum solertius, quod de hoc adole-

te scri-

te scribens Euangelista non ait, Quia fugit à comitatu Domini: uel, Fugit à sequendo Dominum: sed, Reiecta, inquit, sindone, nudus profugit ab eis. Fugit enim ab hostibus, quorum & præsentiam detestabatur & facta: non fugit à Domino saluatore ac magistro suo, cuius amorem etiam corpore absens fixum in corde seruauit. Neque aliquid uetat intelligi Ioannem hunc fuisse, adolescentem dilectum præ cæteris magistro discipulum. Nam & illum eo tempore fuisse adolescentem longa post hæc in carne uita eius indicio est. Potuit enim fieri, ut ad horam tenetium manibus elapsus, mox resumpto indumento redierit, & sub dubia noctis luce se se turbis ducentium Iesum, quasi unus de ipsis immiscuerit, donec ad atrium pontificis, cui erat notus, perueniret, iuxta quod in suo ipse Euangelio commemorat. Sicut autem Petrus, qui culpam negationis poenitentia lachrymis abluuit, & confessione Domini amoris funditus extirpauit, recuperationem ostendit eorum, qui in martyrio labuntur: ita cæteri discipuli, qui articulum comprehensionis fugiendo preuenierant, cautelam fugiendi docent eos, qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt: quibus tutius est multo præsidia latebrarum petere, quam se discrimini certaminum exponere. Ita etiam iste adolescens, qui reiecta sindone nudus profugit ab impijs, illorum & opus designat & animum: qui ut securiores ab incursum hostium fiant, quicquid in hoc mundo possidere uidentur, abijciunt, ac nudis potius Domino famulari, quam adhærendo mundi rebus materiam tentandi, atque à Deo reuocandi aduersarijs dare didicerunt. Iuxta exemplum beati Ioseph, qui relicto in manibus adultere pallio foras exiliuit, malens Deo nudus, quam indutus cupiditatibus mundi meretrici seruire.

Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem. Summum sacerdotem Caipham significat, qui (sicut Euangelista Ioannes scribit) erat pontifex anni illius, de quo cõsentanea testatur Iosephus, quia pontificatum sibi absque merito dignitatis emerit à principe Romano. Non ergo mirum est, si iniquus pontifex inique iudicat.

Petrus autem à longè secutus est eum usque in atrium summi sacerdotis. Merito à longè sequebatur, qui tam proxime erat negaturus. Neque enim negare posset, si Christo proximus adhæsisset. Verum in hoc maxima nobis est admiratione uenerandus, quia Dominum non reliquit etiam cum timeret. Quod enim timet, nature est: quod sequitur, deuotionis: quod negat, obreptionis: quod poenitet, fidei. Aliter, Quod ad passionem eundem Dominum à longè sequitur Petrus, significabat ecclesiam securam quidem, hoc est, imitaturam passionem Domini, sed longè differenter. Ecclesia enim pro se patit, at ille, pro ecclesia.

Et sedebat cum ministris, & calefaciebat se ad ignem. Est dilectionis ignis, est cupiditatis: de hoc dicitur. Ignem ueni mittere in terram, & quid uolens nisi ut ardeat. De illo autem: Omnes adulterantes uelut clibanus corda eorum, iste super cre-

dentibus in cœnaculo Sion descendens, uarijs linguis eos Deum laudare docuit: ille in atrio Caiphæ instinctu maligni spiritus accensus, ad negandum ac blasphemandum Dominum noxias perfidorum linguas armabat. Quod enim intus in domo principis sacerdotum synodus maligna gerebat, hoc ignis in atrio foris inter frigora noctis materialiter accensus typicè præmonstrabat. Quicumque ergo uiciosum noxiisque in se extinguit incendium, potest dicere cum propheta Domino: Quia factus sum sicut uter in pruinâ, iustificationes tuas non sum oblitus. In quibuscumque autem flammam charitatis turbida uitiorum flumina obruerunt, audiunt à Domino: Quoniam abundauit iniquitas, refrigerat charitas multorum. Quo frigore torpescit hora Apostolus Petrus, quasi prunis ministrorum Caiphæ calefieri cupiebat, quia temporalis commodi solatiu perfidorum societate quærebatur. Sed non mora, respectus à Domino cum ignem prauorum corpore, tum infidelitatè in corde reliquit: ac post resurrectionem Domini sancto igni recreatus, funditus excessum trinae negationis, trina dilectionis confessione purgauit. Tunc etenim completa illa memorabili piscem captura, cum uenisset ad Dominum cum condiscipulis suis, prunas posuit, & piscem superpositum, & panem mox uidens, sui cordis arcana prunis inflammauit amoris.

Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes: Quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manu factum, & post triduum aliud non manu factum edificabo. Quomodo falsi testes sunt, si ea dicit quæ Dominum dixisse legimus? Sed falsus testis est, qui non eodem sensu dicta intelligit quo dicuntur. Dominus enim dixerat de templo corporis sui, sed & in ipsis uerbis calumniantur, & paucis additis uel mutatis quasi iustam calumniam faciunt. Saluator dixerat, Soluite templum hoc: isti commutant, & aiunt, Ego dissoluam templum hoc manu factum. Vos, inquit, soluite, nõ ego: quia illicitum est ut ipsi nobis inferamus mortem. Deinde illi uertunt, Et post triduum aliud non manu factum edificabo, ut proprie de templo Iudaico dixisse uideatur. Dominus autem ut ostenderet animal uiuum & spirans templum dixerat, Et ego in triduo suscitabo illud. Aliud est edificare, aliud suscitare.

Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum dicens: Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil respondit. Ira præceps & impatiens non inueniens calumniae locum excutit de solio pontificem, ut insaniam mentis motu corporis demonstraret. Quanto plus Iesus tacebat ad indignos responsione sua falsos testes & sacerdotes impios, tanto magis pontifex furore superatus eum ad respondendum prouocat, ut ex qualibet occasione sermonis locum inueniat accusandi. Nihilominus Iesus tacet: sciebat enim quasi Deus, quicquid respondisset torquendum ad calumniam.

Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dicit ei: Tu es Christus filius Dei benedictus? Iesus autem dixit illi: Ego sum.

Ioan. 18.

Genes. 39.

Libro. 18. Anti
quitatũ ca. 4.

Luc. 12.

Osee. 7.

Aet. 2.

Psal. 118.

Matth. 24.

Ioan. 21.

Ioan. 2.

Matth. 26. In Matthæo scriptum est, quod interroganti & adiuranti se pontifici si esset Christus, respondit: Tu dixisti. Pro quo Marcus posuit, Ego sum: ut uidelicet ostenderet tantum ualere quod edicit Iesus, Tu dixisti, quantum si diceret, Ego sum.

Et uidebitis filium hominis à dextris sedentem uirtutis, et uenientem cum nubibus caeli.] Si ergo tibi in Christo à Iudæe, Pagane & heretice, contemptus, infirmitas & crux contumelia est, uide quia per hæc filius hominis ad dexteram Dei patris sessurus, & ex partu uirginis homo natus in sua cum cœli nubibus est maiestate uenturus. Vnde & Apostolus cum crucis abiectione descripsisset dicens, quod humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, adiunxit

Philipp. 2. atque ait: Propter quod & Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Iesus Christus in gloria est dei patris.

Summus autem sacerdos sciens uestimenta sua ait: Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam.] Quem de folio sacerdotali furor excusserat, eadem rabies ad sciendædas uestes prouocat. Scindit uestimenta sua, ut ostendat Iudæos sacerdotalem gloriam perdidisse, & uacuum sedem habere pontificis. Sed & consuetudinis Iudaicæ est, cum aliquid blasphemiae, & quasi contra Deum audierint, sciendere uestimenta sua: quod Paulum quodam &

Aff. 14. Barnabam, quando in Lycaonia deorum cultu honorabatur, fecisse legimus: Herodes autem quia non dedit honorem Deo, sed acquieuit im-

Aff. 12. moderato fauori populi, statim ab angelo percussus est. Altiore autem mysterio factus est, ut in passione Domini pontifex Iudæorum sua ipse uestimenta disciderit, cum tunica Domini nec ab ipsis, qui eum crucifixerunt, militibus scindi potuerit. Figurabatur enim, quod sacerdotium Iudæorum pro sceleribus ipsorum pontificum esset sciendum, & à suæ statu integritatis omnimodis soluendum: soliditas uero sancte uersalis ecclesiae, quæ uestis sui redemptoris sollet appellari, nunquam ualeat dirumpi: quin potius et si Iudæi, si gentiles, si heretici, si mali catholici humilitatem Domini saluatoris contemnant, eius tamen usque ad consummationem seculi in illis, quos sors electionis inuenerit, inuiolata sit permanens castitas.

Et ceperunt quidam conspuere eum, & uelare faciem eius, & colaphis eum cedere, & dicere ei: Prophetiza. Et ministri

Isai. 50. alapis eum caedebant.] Impleta est hoc loco propheta, quæ ait: Dedi maxillas meas alapis, & faciem meam non auerti à confusione sputorum. Sed qui tunc casus est colaphis siue alapis Iudæorum, cæditur etiam nunc blasphemis falsorum Christianorum: qui tunc consputus est saluatis infidelium, nunc usque uersanis nominerentur fidelium exhonoratur atque iritatur opprobrijs. Velauerunt autem faciem eius, non ut eorum ille scelerum non uideat, sed ut à se ipsis, sicut quondam Moyse fecerunt, gratiam cognitionis eius abscondant: si enim crederent Moyse, crederent forsitan &

Exod. 34. Domino, Quod uelamentum usque hodie manet
Ioan. 5.
2. Cor. 3.

super cor eorum non reuelatum: nobis autem in Christum credentibus ablatum est. Neque enim frustra eo moriente uelum templi scissum est medium, & ea quæ toto legis tempore latuerant, & abscondita carnali Israël fuerant, noui testamenti cultoribus sunt patefacta sancta sanctorum arcana. Quod uero dicunt ei, Prophetiza: & iuxta alios Euangelistas, Prophetiza quis est, qui te percussit, quasi in contumeliam faciunt eius, qui se à populis prophetam uoluerit haberi. Sed ipso dispensante, quæ patitur omnia pro nobis fiunt, ut sicut Petrus hortatur Christo in carne passo nos eadem cogitatione armemur, atque ad toleranda pro nomine eius irrisumum opprobria præparemur.

Et cum esset Petrus in atrio, deorsum uenit una ex ancillis summi sacerdotis: et cum uidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras? At ille negauit, dicens: Neque scio, neque noui quid dicas.] Quid sibi uult, quod prima eum prodit ancilla, cum uiri utique magis eum potuerint recognoscere nisi ut & iste Iesus peccasse in necem Domini uideretur, & iste Iesus redimeretur per Domini passionem. Et ideo mulier resurrectionis accipit prima mysterium, & mandata custodit, ut ueterem præuariationis aboleret errorem.

Et exiit foras ante atrium, et gallus cantauit.] De hoc galli cantu cæteri Euangelistæ tacent, non tam factum esse negant: sicut & multa alia alij silentio prætereunt, quæ alij narrant.

Rursus autem cum uidisset illum ancilla, cepit dicere circumstantibus: Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit.] Non hæc eadem, quæ prius accusabat, ancilla esse credenda est. Dicit namque Matthæus apertissime: Exeunte illo ianuam, uidit eum alia, & ait ijs qui erant ibi, & cæter. In hac autem negatione Petri discimus, non solum abnegari Christum ab eo qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus autem non ait Petro, Discipulum meum te negabis: sed, Me negabis. Negauit ergo ipsum, cum se negauit eius esse discipulum.

Et post pusillum rursus qui stabant, dicebant Petro: Verè tu ex illis es. Nam et Galileus es.] Non quod alia lingua Galilæi, quam Hierosolymite loquerentur, qui utriusque fuerint Hebræi: sed quod unaquæque prouincia & regio suas habeat proprietates, ac uernaculum loquendi sonum uitare non possit. Vnde in actibus Apostolorum cum ijs quibus spiritus sanctus insederat, omnium gentium linguis loquerentur, inter alios qui de diuersis mundi plagis aduenerant, etiam illi qui habitabant Iudæa dixisse referuntur: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus unumquisque linguam nostram in qua nati sumus? Et Petrus fratribus loquens in Hierusalem, Et notum, inquit, factum est omnibus habitantibus in Hierusalem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach. Quare lingua eorum, nisi quia idem nomen aliter illi, hoc est, Hierosolymite, aliter sonabant Galilæi?

Ille autem cepit anathematizare, et iurare, quia nescio hominem istum, quem dicitis, Et statim iterum gallus cantauit.]

Soler

Solet scriptura sacramentum causarum per sta-
tum designare temporū. Vnde Petrus qui me-
dia nocte negauit, ad galli cantum pœnituit.
Qui etiam post resurrectionē Domini diurna
sub luce illum quem tertio negauerat, tertio æ-
quē se amare professus est. Quia nimirū quod
in tenebris obliuionis errauit, & speratā iam
lucis rememoratione correxit, & eiusdem ue-
rē lucis adepta presentia plenē totum, quicquid
mutauerat, erexit. Hunc, opinor, gallum aliquē
doctorum intelligendum, qui nos facientes ex-
citans, & somnolentos increpans dicat: Eui-
late iusti, & nolite peccare.

2. Cor. 15.

Et recordatus est Petrus uerbi quod dixerat ei Iesus: Prius-
quā gallus cantet bis, ter me negabis, & cepit flere. Quam
nociuā prauorum colloquia: Petrus ipse inter
infideles uel hominem se nosse negauit, quem
inter condiscipulos iam Dei filium fuerat con-
fessus. Sed nec in atrio Caiphæ retentus pote-
rat agere pœnitentiam. Egreditur foras, ut alij
narrat Euangelistā, quatenus ab impiorum
concilio secretus, sordes pauidæ negationis li-
beris fletibus abluat.

Matth. 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

Et consessim concilium facientes manē summi sacerdotes cum
senioribus & scribis, & uniuerso concilio, uincientes Iesum du-
xerunt, & tradiderunt Pilato. Non solum ad Pilatū,
sed etiam ad Herodem ductus est, ut uterq; Do-
mino illuderet. Et cerne sollicitudinem sacerdo-
tum in malo. Tota nocte uigilauerunt, ut homi-
cidium facerēt, & uinctum tradiderunt Pilato.
Habebant enim hunc morem, ut quem ad iudi-
cassent morti, ligatū iudici traderent. Attamen
notandum, quod non tunc primum ligauerunt
eum, sed mox comprehensum nocte in horto,
ut Ioannes declarat, ligauerunt, & sic adduxe-
runt eum ad Annam primum.

Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudeorum? Pila-
to nihil aliud criminis interrogante, nisi utrum
rex Iudeorum sit, arguuntur impietatis Iudæi,
quod ne falso quidem inuenire potuerint, quod
obicerent Saluatori.

At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Sic respondit, ut
& uerum diceret, & sermo eius calumniæ non
pateret. Et attende quod Pilato, qui inuitus fe-
rebat sententiam, aliqua in parte responderit:
sacerdotibus autem & principibus respondere
noluerit, indignosq; suo sermone iudicari.

Pilatus autem rursus interrogauit eum, dicens: Non respon-
des quicquam? uide in quantis te accusant. Iesus autem amplius
nihil respondit. Ethnicus quidem est qui condem-
nat Iesum, sed causam refert in populum Iudeo-
rum, Vide in quantis te accusant. Iesus autem
nihil respondere uoluit, ne crimē diluens, dimit-
teretur a praside, & crucis utilitas differretur.

Ponifices autem concitauerunt turbam, ut magis Barrabam
dimitteret eis. Hæret Iudæis usq; hodie sua peti-
tio, quā tanto labore impetrarunt. Quod enim
data sibi optio pro Iesu latronem, pro Salua-
tore interfectorem, pro datore uitæ elegerunt
ademptorem, meritō salutē perdidērunt, &
uitam: & latrocinij sese ac seditionibus in tan-
tum subdidērūt, ut & patriam regnumq; suum
quod plus Christo amauere, perdidērunt, & ha-

Bedæ tom. 7.

tenus eam quam uēdidere, siue animæ siue cor-
poris libertatem recipere non meruerint.

Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo uultis
ut faciam regi Iudeorum? At illi iterum clamauerunt: Crucifige
eum. Pilatus uerò dicebat eis: Quid enim mali fecit? Mul-
tas liberandi Saluatorē Pilatus occasiones de-
dit. Primum latronem iusto conferens, deinde
inferens: Quid ergo uultis ut faciam regi Iudeo-
rum? Cumq; responderunt, Crucifigatur: non
statim acquieuit, sed iuxta suggestionem uxoris
10 tris; quæ mandauerat ei, ut Matthæus scribit,
Nihil tibi & iusto illi, ipse quoque respondens,
Quid enim ait, mali fecit, hoc dicendo Pilatus
absoluit Iesum.

Matth. 27.

At illi magis clamabant: Crucifige eum. Vi implere-
tur quod in uigesimo primo psalmo dixerat,
Circumdederunt me canes multi, congregatio
malignantium obsedit me: & illud Hieremiæ,
Facta est mihi hæreditas mea sicut leo in sylua,
dederunt super me uocem suam. Esaia quoque
in hac sententia congruente, Et expectaui ut fa-
cerent iudicium: fecerunt autem iniquitatem
& non iustitiam, sed clamorem.

Hier. 22.

Esaie 31.

Pilatus autem uolens populo satisfacere, dimisit illis Barra-
bā, & tradidit Iesum flagellis & caesum, ut crucifigeretur. Iesus
autem flagellatus non ab alio, quam ab ipso Pi-
lato intelligendus est. Scribit namq; apertē Io-
annes, Clamauerunt rursus omnes dicentes:
Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barra-
bas latro. Tunc ergo apprehendit Pilatus Ie-
sum, & flagellauit. Ac deinde subiungit: Et mi-
lites plectentes coronam de spinis, imposue-
runt capiti eius, & cætera. Quod quidem ideo
fecisse, atque ideo credendus est militibus eum
illudendum tradidisse, ut satiati pœnis & op-
probrijs eius Iudæis mortem eius ultra sitire de-
sisterent. Hoc autem factum est, ut quia scriptū
erat, Multa flagella peccatorum, illo flagellato
nos a uerberibus liberaremur, dicente scriptu-
ra: Flagellum non appropinquabit tabernacu-
culo tuo.

Ioan. 19.

Psal. 31.

Psal. 90.

Milites autem duxerunt eum in atrium pratorij, & conuo-
cant totam cohortem, & induunt eum purpura, & imponunt
ei plectentes spineam coronam, & ceperunt salutare eum: Aue
rex Iudeorum. Milites quidem, quod rex Iudeo-
rum fuerat appellatus, & hoc ei scribæ & sacer-
dotes crimen obiecerant: quod sibi in populo
Israëlitico usurparet imperium, illudentes hoc
faciunt, ut nudatum pristinis uestibus induant
purpura, qua reges ueteres utebantur, & pro-
diademate imponāt ei coronam spineam, pro
sceptro regali dent calamum, ut Matthæus scri-
bit, & adorent quasi regem. Nos autem omnia
hec intelligamus mysticē. Quomodo enim Cai-
phas dixit, Oportet unum hominem mori pro
omnibus, nesciens quid diceret: sic & isti quod-
cunque fecerunt, licet alia mente fecerint, ta-
men nobis qui credimus, sacramenta tribue-
bant. Notandū autem quod pro eo quod Mar-
cus ait, Et induunt eum purpura: Matthæus ita
posuit, Et exuentes eum chlamydem coccineā
circumdederunt ei. Vbi intelligitur quod Mat-
thæus ait, Chlamydem coccineam circundede-

Matth. 27.

Ioan. 11.

Marc. 15.

Matth. 27.

runt ei, hoc Marcus dixisse, Indutum purpura. Pro regia enim purpura chlamys illa coccinea ab illudentibus adhibita erat, & est rubra quaedam purpura, cocco simillima. Potest etiam fieri, ut purpuram etiam Marcus commemorauerit, quam chlamys habebat, quamuis esset coccinea. Mystice ergo in purpura qua indutus est Dominus, ipsa eius caro quam passionibus obsecit, insinuat; de qua praemissa dixerat propheta, Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & uestimenta tua quasi calcanti in torculari? In corona uero, quam portabat, spinea nostrorum susceptio peccatorum, pro qua mortalis fieri dignatus est, ostenditur: iuxta quod praecursor ipsius testimonium ei perhibens, ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Natus spinas in significatione peccatorum poni solere testatur ipse Dominus, qui protoplasto in peccatum prolapsus dicebat: Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi, quod est aperte dicere: Conscientia tua punitiones tibi & aculeos uitiorum procreare non desistet. Quod uero iuxta Euangelium Lucae Dominus apud Herodem alba ueste induitur, in ceteris uero Euangelistis a militibus Pilati sub coccineo siue purpureo habitu illusus esse perhibetur: collata utraque narratione in uno innocentia & castitas assumptae humanitatis, in altero autem ueritas passionis, per quam ad gloriam regni immortalis esset peruenturus, exprimitur. Sicut enim purpura colorem sanguinis, qui pro nobis effusus est, imitatur: ita & habitus regni quod post passionem intrauit, nobisque intrandum patefecit, insinuat. Verum quia dixit Apostolus, Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis: & Esaias Domino delectis omnibus, His, inquit, uelut ornamento uestitis: potest in hoc utroque Domini habitu inimicorum quidem sententia probo, sed ipsius Domini electione gloriosissimo omnis electorum eius multitudo, quae in martyres uenerandos, & caeteram fidelium plebem distinguitur, aptissime designari. Alba etenim ueste induitur, cum munda iustorum confessione circundatur: purpura siue cocco uestitur, cum in triumpho uictoriosorum martyrum gloriatur.

Et percutiebant caput eius arundine, & consuebant eum, & ponentes genua adorabant eum. Hae tunc fecerunt milites Pilati, haec usque hodie faciunt haeretici & pagani milites utique diaboli. Quia enim caput Christi Deus, caput eius percutiunt, qui eum Deum esse uerum denegant. Et quia per arundinem scriptura solet confici, quasi arundine caput Christi feriunt, qui diuinitatis illius contradicentes, errorem suum confirmare auctoritate sacrae scripturae conantur. Spuunt in faciem eius, qui eius praesentiam gratiae uerbis execrandis ex interna caeca mentis insaniam concepris respuunt, & Iesum Christum in carne uenisse denegant. Et quidem milites eum quasi qui Deum se ipse falso dixisset illudentes, adorabant: sed sunt hodie, quod est grauioris uesaniae, qui eum certa fide ut Deum uerum adorant,

sed peruersis actibus innoxia uerba eius quasi fabulosa despiciunt, ac promissa regni illius temporalibus illecebris longe postponunt.

Et educunt illum, ut crucifigerent eum. Et angariauerunt praeteruentem quempiam Simonem Cyrenaeum uenientem de uilla, patrem Alexandri & Rufi, ut tolletet crucem eius. Magnae tunc opinionis fuisse Simon iste uidetur, cum filij quoque eius quasi iam noti omnibus designentur ex nomine. Sed cauendum, ne cui uideatur contrarium, quod Ioannes scribit ipsum Dominum sibi crucem portasse: ceteri uero Euangelistae hunc Simonem Cyrenaeum eam baiulasse referunt. Primo namque a Domino portata, ac deinde Simonem, quem exeuntes forte obuium habuerunt, portanda imposita est. Et hoc congruo satis ordine mysterij. Quia nimirum ipse passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Et quia Simon iste non Hierosolymita, sed Cyrenaeus esse perhibetur (Cyrene enim Libyae ciuitas est, ut in actibus Apostolorum legimus) recte per eum populi gentium designantur, qui quondam peregrini & hospites testamentorum, nunc obediendo ciues sunt & domestici Dei. Et sicut alibi dicitur, Haeredes quidem Dei, coharedes autem Christi. Vnde apte Simon obediens, Cyrene haeres interpretatur. Nec praetereundum, quod idem Simon de uilla uenisse refertur. Villa enim Graecae pagos dicitur. Vnde paganos appellamus eos, quos a ciuitate Dei alienos, & quali urbanae conuersationis uidemus esse expertes. Sed de pago Simon egrediens, crucem portat post Iesum, cum populus nationum paganis ritibus derelictis, uestigia Domini passionis obedienter amplectitur.

Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum, caluarie locus. Extra urbis portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum, & caluarie, id est, decollatorum sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Dominus, ut ubi prius erat area damnatorum, erigerentur uexilla martyrij: & quomodo pro nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus, & crucifixus, sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigitur.

Et dabant ei bibere myrrhatum uinum, & non accepit. Deus loquitur ad Hierusalem: Ego te plantaui uineam meam ueram, quomodo facta es in amaritudinem uitae alienae? Amara uitis amarum uinum fecit, quod propinat Domino Iesu, ut impleatur quod scriptum est: Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quod autem dicitur, Et non accepit, uel secundum Matthaeum, Cum gustasset, noluit bibere: hoc indicat, quod gustauerit quidem pro nobis mortis amaritudinem, sed tertia die resurrexerit. Quod enim ait Marcus, Non accepit, intelligitur, non accepit ut biberet. Gustauit autem, sicut Matthaeus testis est, ut quod idem Matthaeus ait, Noluit bibere, hoc Marcus dixerit, Non accepit: ac ueritatem autem gustauerit. Sed & hoc quod ait Marcus, Myrrhatum uinum, intelligendum est Matthaeum dixisse cum felle mixtum, Fel quippe pro amaritudine posuit, & myrrhatum

Esai. 63.

Ioan. 7.

Gen. 3.

Luc. 23.

Galat. 3.
Esai. 49.

2 Cor. 11.

Ioan. 19.
Matth. 27.
Marc. 15.
Luc. 23.

1. Petr. 2.

Act. 2.

Ephes. 2.
Rom. 8.

Galat. 3.

Hier. 2.
Esai. 5.

Psal. 68.

Matth. 27.

rhatum enim uinum amarissimum est: quam fieri possit, ut & felle & myrrha uinum amarissimum redderetur.

Et crucifigentes eum, diuiserunt uestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolletet.] Hæc Ioannes euangelista plenius exponit, quod scilicet milites cetera in quatuor partes iuxta suum numerum diuidentes, de tunica quæ inconsutilis erat desuper contexta per totum sortem miserunt. Quadrupartita autem uestis Domini quadrupartitâ eius figurauit ecclesiam, toto scilicet orbe, qui quatuor partibus constat, terrarum diffusam, & omnibus eisdem partibus æqualiter, id est, concorditer distributam. Tunica uero illa sortita omnium partium significat unitatem, quæ charitatis uinculo continetur. Si enim charitas iuxta Apostolum & super eminentiorem habet uiam, & supereminet scientiæ, & super omnia præcepta est, merito uestis qua significatur desuper contexta perhibetur. In sorte autem quid nisi gratia Dei commendata est? Sic quippe in uno ad omnes peruenit, cū fors omnib. placuit, quia & Dei gratia in unitate ad oēs peruenit. Et cū fors mittitur, nō personæ cuiuscūq; uel meritis, sed occulto Dei iudicio ceditur. Et quæ, sicut dicit Apostolus, Verus homo noster simul affixus est cruci cū illo, ut euacuetur corpus peccati, ut ultrâ non seruiamus peccato, quâdiu id agunt opera nostra, ut euacuetur corpus peccati: & quamdiu exterior homo corrumpitur, ut interior renouetur de die in diem, tēpus est crucis. Hæc sunt etiâ bona opera quidē, tamen adhuc laboriosa, quorum merces requies est. Sed ideo dicitur, Spe gaudentes, ut requiem futurâ cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem significat crucis latitudo in transuerso ligno, ubi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus, per latitudinem hilaritatem operantis, quia tristitia facit angustias. Per altitudinem autem, cui caput adiungitur, expectatio retributiōis de sublimi iustitia Dei, qui reddet unicuiq; secundū opera sua, his quidem secundum tolerantiam boni operis gloriâ & honorem & incorruptionem quærentibus uitam æternam. Itaq; etiâ longitudo, qua totum corpus extenditur, ipsam tolerantiam significat, unde longanimes dicuntur qui tolerant. Profundum autem quod terræ infixū est, secretum sacramenti præfiguratur. Recordaris nisi fallor, quod uerba Apostoli in ista designatione expediantur, ubi ait, In charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, altitudo, & profundum.

Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.] Sunt qui arbitrentur hora quidem tertia Domini crucifixum, à sexta autem hora tenebras factas usque ad nonam, ut consumptæ intelligantur tres horæ ex quo crucifixus est, usque ad tenebras factas. Et posset quidem hoc rectissime intelligi, nisi Ioannes diceret hora quasi Pilatū sedisse pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autē Gabbatha. Sequitur enim,

Parasceue paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce rex uester, &c. Si ergo hora quasi sexta Pilato sedere pro tribunali, traditus est crucifigendus Iudæis, quomodo hora tertia crucifixus est, sicut uerba Marci nō intelligentes quidā putauerunt? Iam certè dixerat Marcus, Crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius. Si ergo eius rei gestæ tempus uoluit commemorare, sufficeret dicere, Erat autem hora tertia: ut quid adiunxit, Et crucifixerunt eum? nisi quia uoluit aliquid recapitulando significare, quod quæsitum inueniretur, cum scriptura ipsa illis tēporibus legeretur, quibus uniuersæ ecclesiæ notum erat, qua hora Dominus ligno suspensus est: unde posset huius uel error corrigi, uel mendaciū refutari. Sed quia sciebat à militibus Dominum crucifixū, non à Iudæis, occultè ostendere uoluit eos magis clamauerunt ut crucifigeretur, quam illos qui ministrerunt principi suo secundum suum officium præbuerunt. Intelligitur ergo fuisse hora tertia, cū clamauerunt Iudæi, ut Dominus crucifigeretur. Et ueracissimè demonstratur, tunc eos crucifixisse quando clamauerunt, maxime quia nolebāt uideri se hoc fecisse, & propterea eum Pilato tradiderant, quod eorum uerba fati indicant secundum Ioannē. Quod ergo maxime uideri fecisse nolebāt, hoc eos hora tertia fecisse Marcus ostendit: uerissimè indicās magis fuisse Domini necatricem linguam Iudeorum, quam militum manus.

Et erat titulus cause eius inscriptus, Rex Iudeorum.] Titulus positus supra crucem eius, in quo scriptū erat, Rex Iudæorū, illud ostendit, quod nec occidendo efficere poterunt, ut eum regem non haberent, qui eis manifestissima & eminentissima potestate secundū sua opera redditurus est. Vnde in Psalmo canitur: Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctum eius. Qui aptè etiâ, quoniam rex simul & pontifex est, cum eximiam patri suæ carnis hostiam in altari crucis offerret, regis quoq; qua præditus erat, dignitatem titulo prægredit, ut cunctis legere, hoc est audire & credere uolentibus inueniret, quod per crucis patibulum non perderit suum, sed confirmari potius & corroborari imperium.

Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum à dextris, & aliū à sinistris eius.] Latrones qui cū Domino sunt hinc inde crucifixi, significat eos qui sub fide & confessione Christi uel agonē martyrii, uel quælibet continentię arctioris instituta subeunt. Sed qui cūq; hæc pro æterna solū cœlestiq; gloria gerūt, hi profectō dextri latronis merito ac fide designantur: ac qui siue humanæ laudis intuitu, seu quolibet minus digna intentione mundo abrenunciant, nō immeritō blasphematoris ac sintri latronis mentē imitantur & actus. De qua libet dicit Apostolus, Si tradidero corpus meū ut ardeam, si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum, si alia plura aut pietatis opera facere, aut dona gratiæ spiritalis accepisse uidear, charitatem autem non habeam, nihil

Matth. 5. mihi prodest. Beati autem, qui sua propter Do-
Luce 6. minum & propter Euangelium relinquunt: beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribis dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.] Etiam nolentes confitentur scribae & potestifices, quod alios saluos fecerit. Itaque uos uerstra condemnat sententia: qui enim alios saluos fecit, utique si uellet, seipsum saluare poterat.

Christus rex Israel descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus.] Fraudulenta promissio. Quid est plus, de cruce adhuc uiuentem descendere, an de sepulchro mortuum resurgere? Surrexit, & non creditis: ergo etiam si de cruce descendere, similiter non creditis.

Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.] Quomodo qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei: quandoquidem unus eorum conuiciatus est secundum Lucam testimonium, alter & com-

Luce 23. pescuit eum, & in Deum credidit: nisi intelligamus Matthaeum & Marcum breuiter perstringentes hunc locum, pluralem numerum pro singulari posuisse, sicut in epistola ad Hebraeos

Hebr. 11. legimus pluraliter dictum, Clauserunt ora leonum, cum solus Daniel significari intelligatur.

Dan. 6. Et pluraliter dictum, Secuti sunt, cum de solo Esaiam tradatur. Quid autem uisitatius, uerbi gratia, quam ut dicat aliquis, Erruistici mihi insultant, etiam si unus insultet? Tunc enim esset contrarium quod Lucas de uno manifestauit, si illi dixissent ambos latrones conuictatos Domino, cum non posset sub numero plurali unus intelligi. Cum uero dictum est latrones uel qui cum eo crucifixi erant, nec additum est ambo: non solum si ambo fecissent, posset hoc dici, sed etiam quia unus hoc fecit, potuit uisitato locutionis modo per pluralem numerum significari. Quod uero, Luca testante, unus latro Dominum blasphemauit, dicens, Si tu es Christus, saluum fac te ipsum & nos: alter uero illum digna inuectione redarguit, & Dominum fidei supplicatione precatur, dicens: Domine, memento mei cum ueneris in regnum tuum, usque hodie geri in ecclesia uidemus, cum mundanis tacti afflictionibus ueri simul & falsi Christiani, illi qui dem qui ficta mente Dominicae passionis sacramenta gerant, ad praesentis uitae gaudia cupiunt liberari a Domino. At qui simplici intentione cum Apostolo non gloriantur, nisi in cruce Domini nostri, ita potius a praesentibus aerumnis optant erui, ut spiritum suum in manus sui commendent auctoris, unaque cum ipso regni caelestis desiderent esse participes. Unde bene ille, qui fide dubia Dominum precabatur, funditus est contemptus a Domino, neque ulla reponione dignus habitus. At uero praesces illius, qui aeternam a se salutem quarebat, pia mox Dominus exauditione suscipere dignatus est. Quia nimirum quicumque in tribulationibus positi, temporalia tantum a Domino solatia requirunt, temporalibus se pariter & aeternis gaudijs priuant. Qui autem ueraciter bo-

Gal. 6. na patrie caelestis suspirant, ad haec absque ulla dubietate Christo miserante perueniunt.

Et facta hora sexta, tenebrae factae sunt per totam terram usque in horam nonam.] Clarissimum mundi lumen retraxit radios suos, ne aut pendentem uideret Dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. Et notandum quod Dominus sexta hora, hoc est, recessuro a centro mundi foci crucifixus sit: diluculo autem, hoc est, oriente iam sole, resurrectionis suae mysteria celebrarit. Statu enim temporis signauit, quod effectu operis exhibuit: quia mortuus est propter peccata nostram, & resurrexit propter iustificationem nostram. Nam & Adam peccante scriptum est, quod audierit uocem Domini Dei ambulantis in paradiso ad auram post meridiem. Post meridiem, nempe inclinata luce fidei: ad auram uero, refrigerescente seruore charitatis. Deambulans autem audiebatur, quia ab homine peccante recesserat. Rationis ergo, imo diuinae pietatis ordo poscebat, ut eodem temporis articulo quo tunc Adae prauaricanti occluserat, nunc latro nisi Dominus poenitenti ianuam paradisi refereret: & qua hora primus Adam peccando mortem huic mundo inuexerat, eadem hora secundus Adam mortem moriendo destrueret.

Et hora nona exclamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli, eli, lama, sabachthani, quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?] Principio uigesimi primi Psalmi usus est: illud quod in medio uersiculi legitur, Respice in me, superfluum est. Legitur enim in Hebraeo, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Nec mireris uerborum humilitatem, querimonias derelicti, cum formam serui sciens scandalum crucis uideas. Sicut enim esurire, & sitire, & fatigari, non erant propria diuinitatis, sed corporales passiones: ita & quod dicitur, Ut quid me dereliquisti, corporalis uocis erat proprium: quia solet secundum naturam corpus nullatenus uelle a sibi coniuncta uita fraudari. Licet enim & ipse Saluator hoc dicebat, sed proprie ostendebat corporis fragilitatem manens uirtus & sapientia Dei.

Ut homo ergo loquitur, meos circumferens motus, quod in periculis positi a Deo nos derisi putamus, ut homo turbatur, ut homo flet, ut homo crucifigitur.

Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce Heliam uocat.] Non omnes, sed quidam, quos arbitror milites fuisse Romanos, non intelligentes sermonis Hebraici proprietatem: sed ex eo quod dixit, Eli, eli, putantes Heliam ab eo inuocatum. Sin autem Iudaeos qui hoc dixerint, intelligere uolueris, & hoc more sibi solito faciunt, ut Dominum imbecillitate infamet, qui Heliae auxilium deprecatur.

Currens autem unus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sine, uideamus, si ueniat Helias ad deponendum eum.] Quam ob causam Domino acetum sit potum datum, Ioannes ostendit plenius, dicens: Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas autem positum erat aceto plenum, illi ergo spon-

1041. 19.
Psal. 68.

spongiam plenam aceto, hyfopo circumponen-
tes, obtulerunt ori eius. Vidit ergo quoniam con-
summata sunt omnia, quae oportebat ut fieret,
antequam acciperet acetum, & traderet spiri-
tum. Atque ut hoc etiam consummaretur, quod
ait, Et in liti mea potauerunt me aceto, Sitio, in-
quit. Tanquam hoc diceret, Hoc munus fecistis,
date quod estis. Iudaei quippe ipsi erant acetum
degenerantes a uino patriarcharum & prophe-
tarum, tanquam de pleno uase, de iniquitate mu-
di huius impleto, cor habentes uelut spongiam
cauernosis quodammodo atque tortuosis latibu-
lis fraudulentam. Hyfopum, cui circumposuerunt
spongiam aceto plenam, quoniam herba est hu-
milis, & peccus purgat, ipsius Christi humilita-
tem congruenter accipimus, quam circumdederunt,
& se circumuenisse putauerunt. Vnde illud
in Psalmo: Asperges me hyfopo, & mundabor.
Christi namque humilitate mundamur, quia nisi
humiliter semetipsum, factus obediens patri
usque ad mortem crucis, non utique sanguis eius in
peccatorum remissionem, hoc est, in nostri mun-
dationem fuisset effusus. Per arundinem uero,
cui imposita est spongia, scriptura significatur,
quae implebatur hoc facto. Sicut enim lingua di-
citur uel Graeca, uel Latina, uel alia quaelibet so-
num significans, qui lingua promitur: sic arun-
do dici potest litera, quae arundine scribitur.
Sed significantius sonos uocis humanae usita-
tissime dicimus linguas: scripturam uero arun-
dinem dici, quo minus usitatam, eo magis est my-
stice figuratum.

Iesus autem emissa uoce magna, expirauit.] Quid hac
uoce magna dixerit Dominus, Lucas aperte de-
signat, dicens: Pater, in manus tuas commendo
spiritum meum: & haec, inquit, dicens expira-
uit. Quod uero scribit Ioannes, Quia cum acce-
pisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est,
& inclinato capite tradidit spiritum, inter illud
quod ait, Consummatum est, & illud, Et incli-
nato capite tradidit spiritum, emissa est uox illa
magna, quam tacuit Ioannes, ceteri autem tres
commemorauerunt.

Et uelum templi scissum est in duo, a sursum usque deorsum.]
Scinditur uelum templi, ut arca testamenti &
omnia legis sacramenta quae regebantur, appa-
reant, atque ad populum transeant nationum. An-
te enim dictum fuerat, Notus in Iudaea Deus,
in Israel magnum nomen eius: nunc autem, Exal-
tare super caelos Deus, & super omnem terram,
inquit, gloria tua. Et in Euangelio prius dixit, In
uiam gentium ne abieritis: post passionem ue-
ro suam, Euntes, inquit, docete omnes gentes.

*Videns autem centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans
expirasset, ait: Verè homo hic filius Dei erat.*] Manifesta
causa miraculi centurionis exponitur, quod ui-
dens Dominum sic expirasse, hoc est spiritum emi-
sisse dixerit: Verè homo hic filius Dei erat. nul-
lus enim habet potestatem emittendi spiritum,
nisi qui animarum conditor est. Et hoc confide-
randum est, quod centurio ante crucem in ipso
scandalo passionis uerè Dei filium confiteatur,
& Arrius in ecclesia praediceat creaturam. Vn-

de merito per Centurionem fides ecclesiae desi-
gnatur, quae uel mysteriorum caelestium per
mortem Domini reserato, continuo Iesum &
uerè iustum hominem, & uerè Dei filium syna-
goga tacente confirmat.

*Erant autem et mulieres de longe aspicientes, inter quas es-
rat Maria Magdalene, et Maria Iacobi minoris, et Ioseph ma-
ter, et Salome: et cum esset in Galilea, sequebantur eum, et mi-
nistrabant ei.*] Iacobum minorem dicit Iacobum
Alphai, qui & frater Domini dicebatur, eo quod
esset filius Mariae mater terae Domini, cuius in
Euangelio suo meminit Ioannes dicens: Stabat
autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror ma-
tris eius Maria Cleophae. Maria autem Cleo-
phae uideretur eam dicere à patre siue à cognatio-
ne. Vocabatur uero minor Iacobus ad distin-
ctionem maioris Iacobi, uidelicet filij Zebedaei,
qui inter primos Apostolos uocatus est & ele-
ctus à Domino. Consuetudinis autem Iudaicae
fuit, nec ducebatur in culpam more gentis anti-
quo, ut mulieres de substantia sua uictum atque
uestitum praecceptoribus ministrarent: hoc quia
scandalum facere poterat, in nationibus Paulus
abiecit se memorat. Nunquid non habemus
potestatem sorores mulieres circumducendi, sicut
& ceteri apostoli faciunt? Ministrabant autem
Domino de substantia sua, ut meteret earum car-
nalia, cuius illae metebant spiritualia. Non quo in-
digeret cibis Dominus creaturarum, sed ut typum
ostenderet magistrorum, quod uictum atque uestitum
ex discipulis deberet esse ceteris. Sed uideamus
quales comites habuerit, Mariam scilicet Mag-
dalenam, à qua septem daemonia eiecerat, & Ma-
riam Iacobi, & Ioseph matrem materteram suam,
& alias quas in ceteris Euangelij legimus.

*Et cum iam sero esset factum, quia erat parasceue, quod est
ante sabbatum, uenit Ioseph ab Arimathaea nobilis decurio.*] De-
curio uocatur, quod sit de ordine curiae, & offi-
cium curiae administret, qui etiam curialis à procu-
ratorum muna ciuilia solet appellari. Arimathaea
autem ipsa est Ramathaim ciuitas Helchanae &
Samuelis in regione Thamnitica iuxta Diospo-
lim. Parasceue uero Graece, Latine praeparatio
dicitur. Quo nomine Iudaei, qui inter Graecos
morabantur, sextam sabbati appellabant, eo quod
in illo ea quae requies sabbati necessaria essent,
praeparare solerent, iuxta hoc quod de mana quon-
dam preceptum est: Sexta autem die colligetis duplum,
&c. Quia ergo sexta die factus est homo, & totum
est mundi creatura perfecta, septima autem con-
ditor ab opere suo requieuit, unde & hanc sab-
batum, hoc est, requiem uoluit appellari, recte salua-
tor eadem sexta die crucifixus, humanae restaura-
tionis impleuit arcanum. Ideoque cum accepisset ace-
tum, dixit, Consummatum est: hoc est, sextae diei,
quod pro mundi refectione suscepti, iam totum est
opus expletum. Sabbato autem in sepulchro requiem
scilicet, resurrectionis quae octaua die uentura erat,
expectabat aduentum. Vbi nostrae simul deuotio-
nis ac beatae retributionis praelucet exemplum,
quod in hac quidem sexta seculi gratiae pro Domino patitur,
& uelut mundo necesse est crucifigi. In septima
uero aetate, id est, cum lethi quis debitum soluit,
corpora

Psal. 50.

Philip. 1.

Luc. 23.

Ioh. 19.

Psal. 75.

Psal. 56.

Matth. 10.

Matth. 28.

Ioh. 19.

Rom. 15.
1. Cor. 9.Mar. 16.
Luc. 8.Exod. 16.
Gen. 2.

corpora quidem in tumultis, animas autē secreta in pace cum Domino manere, & post bona oportet opera quiescere, donec octaua tādē ueniente ætate etiā corpora ipsa resurrectione glorificata cū animabus simul in corruptionem æternæ hereditatis accipiant.

Venit, inquit, Ioseph ab Arimathea nobilis decurio, qui et ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introiit ad Pilatū, et petijt corpus Iesu. Magnæ quidem Ioseph iste dignitatis ad seculum, sed maioris apud Deum meriti fuisse laudatur. Talem namq; existere debebat eum, qui corpus Domini sepeliret, qui & per iustitiam meritorum tali ministerio dignus esset, & per nobilitatem potentia secularis facultatē posset obtinere ministrandi. Non enim quilibet ignotus aut mediocris ad præsidē accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare.

Ioseph autem mercatus est sindonem, et deponens eum inuoluit sindone. Et ex simplici sepultura Domini, ambitio diuitum condemnatur, qui ne in tumultis quidem possunt carere diuitijs. Possimus autē iuxta intelligentiā spiritalem hoc sentire, quod corpus Domini non auro, non gemmis & serico, sed linteamine puro obuoluendum sit: quam & hoc significet, quod ille in sindone munda inuoluitur Iesum, qui pura eum mente suscepit. Hinc ecclesiæ mos obtinuit, ut sacrificiū altaris non in serico, neque in panno tincto, sed in lino terreno celebretur, sicut corpus est Domini in sindone munda sepultum: iuxta quod in gestis pontificalibus à beato papa Syluestro legimus esse statutum.

Et posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, et aduoluit lapidem ad ostium monumenti. De monumento Domini ferunt, qui nostra ætate de Hierosolymis in Britannia uenere, quod domus fuerit rotunda de subiacente rupe excisa tantæ altitudinis, ut intrò consistens homo uix manu extēta culmen possit attingere, quæ habet introitū ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus atque impositus est. In cuius monumenti parte aquilonari sepulchrū ipsū, hoc est, locus Domini corporis de eadem petra factus est: sepulchrum habens pedes longitudinis, crūm uerò palmarum mensura cetero pauimento altius eminens. Qui uidelicet locus non desuper, sed à latere meridiano per totum patulus est, unde corpus inferebatur. Color autem eiusdem monumenti ac loculi rubicundo & albo dicitur esse permixtus.

Maria autem Magdalene, et Maria Ioseph, aspiciabant ubi poneretur. In Luca legimus, quia stabant omnes noti eius à longe, & mulieres quæ secutę erant eum. His ergo notis Iesu post depositum eius corpus ad sua remeantibus, solæ mulieres quæ arctius amabant, funus subsecutę, quomodo poneretur, inspicere curabant, ut ei tempore congruo munus possent deuotionis offerre. Sed & hæcenus sanctæ mulieres die parasceues id est, preparationis idem faciunt, cum animæ humiles, & quo maioris sibi conscia fragilitatis, eo maiori Saluatoris amore seruētes passionis eius uestigijs in hoc seculo, quo requies est præ-

paranda futura, diligenter obsequuntur, & si forte ualeant imitari, piā curiositate, quo ordine sit eadem passio complēta, perpendunt.

IN COENA DOMINI.
Ioannis 13.

Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum. Iudas Simonis Iscariotes. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE
EADĒM LECTIÖNE.

Scripturus Euangelista Ioannes memorabile illud Domini mysterium, quo discipulis in Pascha, priusquam ad passionem iret, pedes lauare dignatus est, primò ipsum nomen Paschæ, quid mysticè significaret, aperire curauit, ita incipiens: Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Pascha quippe transitus interpretatur, nomen ex eo uetus habens, quod transierit in eo Dominus per Aegyptum, percutiens primogenita Aegypti, & filios Israël liberās, & quod ipsi filij Israël transierint illa nocte de Aegypcia seruitute, ut uenirent ad terram promissæ olim hereditatis & pacis. Mysticè autem significans, quod in eo Dominus transiturus esset ex hoc mundo ad patrem, & quod eius exemplo fideles abiectionis temporibus desiderijs, abiecta uitiorum seruitute, continuis uirtutum studijs transire debeant ad promissionem patriæ cœlestis. Quomodo autem transierit Iesus ex hoc mundo ad patrem, pulchro sermone designat Ioannes euangelista, cū dicit: Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos, id est, in tantum dilexit, ut ipsa dilectione uitam ad tempus finiret corporalem, mox de morte ad uitam, de hoc mundo transiturus ad patrem. Maiorem namq; hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Vnde recte uterque transitus, & legalis uidelicet & euangelicus, sanguine consecratus est. Ille agni paschalis, iste eius de quo dicit Apostolus: Etenim pascha nostrū immolatus est Christus. Iste sanguine fuso in cruce, ille in crucis modum medio limine, & super luminari medijs asperso in postibus.

Et cœna, inquit, facta, cum diabolus iam misisset in cor ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, et quia à Deo exiuit, et ad Deum uadit, surgit à cœna, et ponit uestimenta sua. Locuturus de maxima humilitate assumptæ humanitatis prius commemorat æternitatem diuinæ potestatis, ut & ipsum uerum Deum hominemq; demonstraret, & ut nos illius præcepti admo neat, ut quanto magni sumus, humiliemur in omnibus. Homo erat uerus, qui hominum pedes tangere ac lauare, per hominem tradidit, atq; ab hominibus poterat

poterat crucifigi: Deus erat uerus, cui omnia dedit pater in manus, quia à Deo exiuit, & ad Deum rediit. Sciebat ergo Dominus, quia diabolus iam miserat in corde Iude, ut traderet eum, sciebat quia omnia dedit ei pater in manus: inter quæ omnia & ipsum traditorem, & eos quibus tradendus erat, & mortem quam erat passurus, ut de his omnibus quæ uellet, faceret, malumque eorum sua potentia conuerteret in bonum. Sciebat quia per humilitatem incarnationis à Deo exiuit, & per uictoriam resurrectionis ad Deum erat rediturus, nec Deum cum inde exiret, nec nos deserens cum rediret. Sciebat quidem omnia hæc, & tamen in magnæ suæ iudiciū pietatis, in magnæ nostræ exemplum humilitatis surgit à cœna, & ponit uestimenta sua, lauit pedes discipulorum, non Dei Domini, sed hominis serui implens officium, ut eius quoque pedes humiliter ablueret, cuius manus in sua traditione nouerat procaciter esse polluendas. Quod si altiori indagine mysterium hoc humilimum nostri Saluatoris pertractare delectat, cœna hæc sacrosancta, in qua cum discipulis recubuit Dominus, tēpus significat uniuersum, quo corporaliter in ecclesia demoratus, & dapibus uerbi salutaris ac miraculorum suorum dulcedine cunctos longè lateque pauit, & ipse audientium fide ac dilectione passus est: quia quotquot ad gratiam ueritatis conuertit, per hos nimirum corporis sui, quod est ecclesia, quasi more uescitum fecit augmentum. Surrexit autem à cœna, & posuit uestimenta sua, quando temporaliter cum hominibus amplius conuersari desistens, membra corporis assumpti deposuit in cruce. Accepto linteo præcinxit se, quando accepto à patre mandato patienti, pro nobis in ipso passionis exercitio sua membra circumdedit. Sollet namque per lintheum, quod multifario tormentorum labore conficitur, afflictio passionum figurari. Et Dominus ponens uestimenta linteo præcingitur, ut significet se habitum corporis, quem induit, non sine pressura dolorum, sed longa crucis tribulatione deponere. Misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus, quando defunctus in cruce aquam unam cum sanguine de latere suo profudit in terram, quibus credentium opera mundaret, eademque opera non solum passionis sacramentis sanctificare, sed etiam eiusdem exemplis confirmare dignatus est. Quod autem inchoata pedum lauatiōe dicitur, Venit ergo ad Simonem Petrum, non ita intelligendum est, quasi post aliquos ad illum uenerit: sed quia ab illo qui primus Apostolorum erat, cœperit, & ille tale ministerium, quia mysterium nesciebat, non frustra horruerit. Quod etiam quilibet eorum acturus fuisse non dubitatur, si non illa terreretur sententia, qua Petro dictum est:

Si non lauero te, non habebis partem mecum. Vbi aperte monstratur, quod hæc pedum lauatio spiritalem carnem & animæ purificationem, sine qua ad consortium Christi peruenire non potest, in-

nuat. Vnde Petrus hæc audiens, solito mox amoris diuini seruore correptus, respondit:

Domine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput. Ac si aperte dicat: Quia iam te docente intelligo, quod lauando pedes meos errata mea tēmi dare significas, non solum pedes, sed & manus & caput tibi lauandum offero: quia non solum incessu, sed etiam actu, uisu quoque, auditu, gustu, olfactu & tactu, multa me committere, quæ à te debeant dimitti, non ambigo. Sed seruico amatori quid respondeat Dominus, quomodo hūc ad intelligentiam mysticæ lauatiōis paulatim prouocet, audiamus.

Qui lotus est, inquit, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Manifeste denunciat, quod lauatio pedum illa remissionem quidem peccatorum designaret: non tamen ea quæ semel in baptisinate datur, sed illa potius quæ quotidiani fidelium reatus, sine quibus in hac uita non uiuit, quotidiana eius gratia mundantur. Pedes namque, quibus incedentes terram tangimus, iudeoque eos à contagio pulueris, sicut reliquum corpus, immunes custodire nequimus, ipsam terræ inhabitationis necessitatem designant: quæ in quantum quotidie delides nos & negligentes afficimur, in tantum etiam ut magni quique & summæ conuersationis uiri à cœlesti, quam maxime diligunt, contemplatione reuocantur, ut si dixerimus, Quia peccatum non habemus,

nos ipsos seducamus, & ueritas non sit in nobis. Qui ergo lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Quia qui ablutus est fonte baptisimatis in remissionem omnium peccatorum, non indiget rursus, imò non potest eodem modo abluui, sed quotidiana tantum mundanæ conuersationis contagia necesse habet, quotidiana sui redemptoris indulgentia tergantur. Est enim toto actionum suarum corpore mundus, exceptis duntaxat ijs, quæ menti ne-

cessitate curæ temporalis adhererunt, ob quorum quotidianam sordidationem simul & emundationem quotidie dicimus orantes: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Verum hæc de Apostolis eorumque similibus dicta sunt, Beati uidelicet & im-

maculati, qui timentes Dominum ambulant in uisus eius. At nos qui diuini sæpe timoris oblitii, iter læuum incedimus, non illa leui & quotidiana orationum solennitate possumus ab erratum nostrorum forde liberari, sed maior necesse est inquinatio maiori orationum, uigiliarum uel ieiuniorum, lachrymarum atque elemosynarum exercitio purgetur: ipso nimirum interius uestigia cordis nostri mundante, qui sedens in dextera Dei per assumptæ habitum humanitatis quotidie interpellat pro nobis. Postquam uerò lauit pedes discipulorum Dominus, accepit uestimenta sua, & cum recubisset, iterum aperuit uerbo ministeriū lauatiōis, quod eis paulo antè factū necdū scientibus exhibuerat. Quia postquam patiente in cruce lauacrum nobis remissionis cōsecrauit, accepit membra iam immortalia quæ mortalia posuerat, & cum

post

post resurrectionem apparuisset discipulis, ac familiariter cum eis esset etiam in conuescendo per dies quadraginta conuersatus, exposuit eis utilitatem sue passionis, cuius eatenus, quia uirtutem mysticam nesciebant, euentum satis timebant.

Si ergo, inquit, laui uestros pedes, Dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Quæ uidelicet sententia & ad literam & ad mysticum sensum recte accipi, & deuote debet impleri. Ad literam quidem, ut per charitatem seruiamus inuicem, non solum in lauando pedes fratrum, sed etiam in quibuslibet eorum necessitatibus adiuuandis: ad mysticum uero intellectum, ut sicut Do-

Matth. 6.

Marc. 11.

1. Ioan. 5.

Iacob. 5.

1. Ioan. 3.

1. Pet. 2.

Esa. 53.

Ephes. 4.

Psal. 118.

minus nobis peccata poenitentibus dimittere consueuit, ita etiam nos peccantibus in nos fratribus dimittere festinemus. Sicut ille lauit nos à peccatis nostris interpellando patrem pro nobis, ita & nos si scimus fratrem nostrum peccare peccatum non ad mortem, petamus ut detur ei uita peccanti non ad mortem. Et sicut Iacobus apostolus admonet, confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem, ut saluemur: sicut ille pro nobis animam suam posuit, sic & nos instante temporis articulo pro fratribus animas ponamus. Sequitur:

Amen dico uobis, non est seruus maior domino suo, neque apud folius maior eo qui misit illum. Hoc ideo dixit, quia lauerat pedes seruorum suorum Dominus, & ipse qui misit, eorum quos misit. Apostolus Græcè, Latine dicitur missus, ut ostenderet ea quæ excelsus fecit humiliter, multo magis humilibus & infirmis humiliter esse facienda. Sed ut hoc in loco spiritualis intellectus commoneret, quia si ipse qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, interpellat pro nostris excessibus, multo magis ipsi debeamus orare pro inuicem. Sed et si dimittit nobis ille, cui non habemus quod dimittamus, multo magis oportet nos alterutrum dimittere nobis debita nostra. Quod ipsum Apostolus quoque præcipiens, ait: Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & Deus in Christo donauit uobis.

Si hæc, inquit, scitis, beati eritis si feceritis ea. Salutaris hæc multum nostri Saluatoris, & sedulo est cogitanda sententia: quia beati erimus sciendo cœlestia præcepta, si tamen ea quæ nouimus, operando sectemur. Qui enim cognita eius mandata seruare negligit, beatus esse non ualet: qui hæc uel cognoscere cõtemnit, multo longius à beatorum sorte secluditur. Congruit his Psalmista, qui mortalium corda perpendens, æque omnes beatitudinè amare, sed paucos ubi est querere conspiciens, ipse quæ sit maxima in hac uita hominis beatitudo manifestè protestatus est, dicens: Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege Domini. Et ne putaretur hæc uia immaculorum ac beatorum ab imperitis passim & rudibus posse comprehendì, consequenter adiunxit & ait: Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Quapropter charissimi rogemus eius clementiam, qui manda-

uit mandata sua custodiri nimis, ut dirigat ipse uias nostras ad custodiendas iustificationes suas, ipse post custodiam mandatorum suorum ad beatitudinem nos suæ perpetuæ uisionis inducat Iesus Christus Dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

HOMILIARVM QVADRAGE-
simalium Bedæ presbyteri,
ri, finis.

Homiliæ hyemales Bedæ presbyteri de Sanctis.

IN VIGILIIS SANCTI ANDRÆ. Ioannis 1.



In illo tempore stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo: & respiciens Iesum ambulantem, dicit: Ecce agnus Dei: & audierunt eum duo discipuli loquentes, & secuti sunt Iesum. Cõspiciens uerfus autem Iesum, & uidens eos sequentes se, dixit eis: Quid queritis? qui dixerunt ei: Rabbi, quod dicitur interpretatum, Magister, ubi habitas? Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM
DEM LECTIONE.

Tanta ac talis est diuinæ scripturæ sublimitas, ut non solum uerba, quæ à sanctis uel ab ipso Domino dicta referuntur, sed etiam circumstantia rerum, quæ simpliciter posita uidentur, spiritualibus sit plena mysterijs. Ecce enim narrant Euangelista, fratres charissimi, audiimus, quia stabat Ioannes, & discipuli eius duo, & respiciens Iesum ambulantem, dicit: Ecce agnus Dei, statimque cognouimus, imò iam notum ad memoriam reuocauimus, quare Iesum præcursor suus agnum Dei uocauerit: quia uidelicet eum præ ceteris mortalibus singulariter innocentem, hoc est, ab omni peccato mundum uuit: quia nos sanguine suo redempturum (quia dona sui uelleris sponte largiturum, ex quo uestem nobis nuptialem facere possumus, id est, exempla uiuendi nobis relicturum) præuidit, quibus in dilectione caleferi deberemus. Hoc est ergo testimoniū præcursoris Domini, quia facile patet fidelibus cum amoris intimo fomite audientium cordibus infundit. Sed non est putandum, quia sine certi ratione mysterij hoc relaturus euangelista præmiserit, stetit Ioannem cum discipulis, Iesum uero ambulasse, & illud utique ambulasse, ubi sequentibus se discipulis Ioannis mansionem, in qua habitabat ostenderet, cæteraque huiusmodi, quæ sequentia lectionis euangelicæ commemorant, si enucleatius discutiantur,

tiantur, inueniemus cœlestibus redundare mysterijs. Stabat enim Ioannes, & respexit Iesum, quia in magno scilicet culmine perfectionis animi gressum fixerat, unde iure celsitudinem diuinæ maiestatis mereretur intueri. Stabat, quia illā uirtutum arcem conscenderat, à qua nullis tentationum posset improbitatibus deijci. Stabat cum illo & discipuli, quia magisterium eius corde sequebantur immobili.

Et respiciens, inquit, Iesum ambulante, dicit: Ecce agnus Dei.] **Ambulatio** Iesu dispensationem incarnationis, qua ad nos uenire, ac nobis exemplis uiuendi præbere dignatus est, insinuat: sicut māsio eius eternitatem diuinitatis, in qua semper est patri æqualis, aptissimè designat. **Respiciens** ergo Iesum ambulante Ioannes dicit: Ecce agnus Dei, quia uidens eum inter homines cōuersantem, profectumq; illis uitæ cœlestis & factis demonstrantem, & uerbis aperte pronuntiabat, quia nō ipse ut putabant, sed ille esset, qui ad redemptionē generis humani à Deo patre missus esset in mundum, ille qui formam innocentiae & patientiae in se creditibus esset daturus, de quo in carne uenturo præcinnens propheta dicebat: **Sicut** ouis ad occisionē ducetur, & sicut agnus coram tondente se sine uoce, sic obmutescet. **Et iterum:** Ipse autem uulneratus est propter peccata nostra, & liuore eius sanati sumus.

Esaiæ 53.

Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.] **Testimonium** perhibente Ioanne, quia Iesus esset agnus Dei, secuti sunt illum duo discipuli, magis desiderantes ab ipso Iesu, quam à præcuratore illius uerbū gratiæ percipere, quo & ipsi mererentur in agnorum Dei sorte computari. Bene autem duo discipuli sunt inuenti, qui Dominum primi sequerentur, ut etiam mysticè designarent, omnes qui illum perfectè sequerentur, gemina dilectione deuotos esse debere, hoc est, & eiusdem sui redemptoris & fratrum simul amore flagrantem.

Conuersus autem Iesus, & uidens eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis?] Non potuit ignorare Dominus, quid sequentes se discipuli Ioannis quærent: sed in eo quòd ad illos se sequentes conuertitur, quòd ipse prior quid quærent, interrogat, quod dat eis fiduciam quæc; uellent rogandi: manifestè innotuit, quantum bonis nostris studijs delectetur, quàm libenter iter ueritatis inchoantibus ipse auxilium laturus occurrat.

Qui dixerunt ei: Rabbi, quod dicitur interpretatum, magister, ubi habitas?] Nolebant transitorie magisterio ueritatis perfrui, sed mansionem potius, in qua habitaret, inquirebant: quatenus & tunc liberius in secreto uerbis illius imbui, & exinde sapius eum possent uisitare plenius instruendi. **Vnde & ipse,** quia illos bene petentes, quærentes, pulsantes uidit, libēs eis secretarium suū reserauit arcani, eosq; introducens ueritatis euāgelicæ rudimentis, quæ desiderabant, illustrauit. Nam sequitur:

Dicit eis: Venite, & uideate (Statimq; subiungitur) Venerunt & uiderunt ubi maneret, & apud eū manserunt die illo.] Quod si altiore sensu libet inspicere, quid nobis agen

Bedæ tom. 7.

dum, insinuent discipuli in eo quòd ad Dominum quidem ambulante uenerunt: sed locum continuò, ubi habitaret, inquirebant, admonēt utiq; nos, ut quoties incarnationis eius transitū ad mētem reducimus, sollicito semper eum corde rogemus, ut habitationem nobis æternæ mansionis, quæ est apud patrem, ostendere dignetur, dicentes cum Moyse: Domine, ostende nobis gloriam tuam. Quia autem ipse discipulos uenire, & ubi maneret, uidere præcipit, uirtutum profectio studium, quibus ad æterna gaudia perueniamus, subeundum nobis ostendit. Venire etenim post Iesum, est ut mansionē eius uidere possimus, bonis operibus, quæ ipse præmōstrauit, insistere, horumq; quotidianis profectibus ad celsitudinem diuinæ uisionis attingere.

Exod. 33.

Venerunt, inquit, & uiderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illa: hora autem erat quasi decima.] Quia lex in decem præceptis data est, solet in denario numero perfectio legis indicari. Bene ergo decima hora uenerunt discipuli, ut mansionem Iesu uiderent: quia nimirum nec esse est, ut qui Deū uidere desiderat, Dei se mādatis humiliter subdat: quic; luce diuinæ contemplationis postmodum frui appetit, prius adiuuante Domino decalogum legis per opera lucis, quasi decem horas diei sole illustrante compleat. **Et illi quidem die illo manentes apud Dominum, felicissimam ueritatis speculatione uesperam expectabant.** At uerò omnes electi post operum honorum perfectionē, post impleta legis Dei præcepta, perpetuum & nulli finī obnoxium diem sunt cū illo acturi: illum uidelicet quem uidere desiderans propheta cantabat, **Quia melior est dies una in atrijs tuis super millia.**

Exod. 10.

Erat autē Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierant ab Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eum ad Iesum.] **Andreas** Dominum quem inuenit, etiam fratri Simonī sequendum euangelizat: quia hoc est uerè Dominum inuenire, uera illius dilectione seruere, fraternæ quoq; salutis curam gerere. Ille enim perfectè cōditoris sui ducatu sequitur, qui etiā proximi quantum ualet, habere comitatum nititur. Inuenimus, inquit, Messiam, quod est interpretatum, Christus. Messias idem est, quod Christus: sed Messias Hebræo sermone, Christus dicitur Græco: Latine autem unctus interpretatur. **Vnde & chrisma Græcè, Latine unctio dicitur.** Christus autē, id est, unctus appellatur Dominus, quia sicut Petrus ait, **Vnixit eum**

Act. 10.

Psal. 44.

Deus spiritu sancto & uirtute. **Vnde etiā Psal. mista in eius laude loquitur: Vnixit te, Deus, Deus tuus, oleo laticiæ præ confortibus tuis.** Confortes autē eius nos uocat, quæ ad accipiendam spiritus sancti gratiam in baptismo etiam chrismate uisibili perungimur, & à Christi nomine Christiani uocamur. Sed ille præ confortibus unctus est, cui sicut Ioānes Baptista testatur, non ad mensuram dat Deus spiritū, sed omnia dedit in manu eius. Nam de confortibus eiusdem unctiois dicit Apostolus: **Vnicuiq; autē nostrum**

Ioan. 3.

Ephes. 4.

Exod. 30.
Leuit. 3.
Abac. 3.
nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Vocabantur autem Christum, & sacerdotes in lege & reges, in figuram nimirum eiusdem uiri regis, & pontificis magni, Domini ac Saluatoris, in cuius typo etiam materiali liniebantur oleo. Non solum autem illi, sed & nostri temporis fideles, ut à Christo Christiani, ita etiã ab ipsa sacri chrisimatis unctione, & ab ipsa spiritus sancti gratia, qua consecrantur, Christi recte nuncupantur, propheta teste qui ait: Existi in salutem populi tui, ut saluos facias Christos tuos. Exiit quippe in salutem populi sui, ut saluos faciat Christos suos, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est, ut spirituali gratia perunctos ac sanatos sui sancti nominis donaret esse participes. Sequitur:

Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Ioanna. Intuitus est Simon eum Iesus, non exterioribus solum oculis, sed & interno diuinitatis intuitu, iuxta illud beati Samuelis: Homo uidet in facie, Deus autem intuetur cor. Vidit cordis eius simplicitatem, uidit animi sublimitatem, cuius merito cœlestis esset præferendus ecclesie. Vidit, quia uocatus Andrea feruente ad se amore peruolauerit: ideoque uenientem mox familiariter affatur eloquio, Tu es, inquit, Simon filius Ioanna. Nec magnum est Domino uocabulum cuiuslibet hominis uel patris eius dicere, qui omnium sanctorum nomina scripta tenet in cœlo: sed positurus discipulo nomen meriti sublimioris, ditaturus uocabulo, quod totius ecclesie præsulis congrueret, primo uoluit ostendere, quia quod à patribus acceperat nomen, etiam ipsum significatione uirtutis non careret. Simon ergo obediens, Ioanna dicitur Domini gratia. Tu es Simon filius Ioanna, tu es obediens filius gratie Dei. Et merito ille obediētis nomine cœsetur, qui & prius inuitate Andrea mox Dominum uidere curauit: & post modum cum ipse Dominus eum ad discipulatum uocaret, statim cum eodem Andrea, quem pariter uocauit relictis rebus, quorum usu uiuebat, eum sequi non distulit. Vnde & Andrea quoque nomen ueram mentis eius imaginem præfert. Andreas namque Græcè, Latine dicitur uirilis. Et illi libenter Dominum uel ad prædicationem Ioannis, uel ad ipsius Domini iustionem sequendo ad eorum se sortem pertinere docet, qui temporalia quæ possidet, fortiter æterno uel amore contemnunt: qui credentes uidere bona Domini in terra uiuentium, donec hæc percipiant, expectare Deum cum psalmista, & uiriliter agere, ac cor suum confortare cõtendunt. Quod autem Simon filius fuit Ioanna, i. gratie Dei, aperte demonstrat: quia quicquid deuotæ obediētis Domino impendit, quicquid merito obediētis præmissi perennis à Domino recipit, totum hoc nimirum præueniente se gratia supernæ pietatis, ut habere posset, accepit. Ecce audistis, fratres carissimi, quare prius apostolorum prius Simo dicitur & mysterio filius sit Ioanna: restat perferuari, quid arcanicõtineat nomen, & eum denuo Saluator appellauit.

Tu, inquit, uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Neque uero Petri uocabulo, quasi Hebræo uel Sy-

ro aliam interpretationem querere oportet: sed, p. certo nosce, quia idem Græcè & Latine Petrus, quod Syriacè Cephas significat, & in utraque lingua nomen à petra deriuatum est. Vocatur autem Petrus ob firmitatem fidei: uocatur Petrus ob inuincibile robur mentis: uocatur Petrus, quia illi soli dissimile petre, de qua Apostolus ait, Petra autem erat Christus, unica deuotioe adhaesit. Hinc est enim, quod eadem petra, uidelicet Christus, cum interrogaret discipulos suos, quem eum dicerent esse, ac Petrus responderet, dicens, Tu es Christus, filius Dei uiui, continuo puram eius confessionem iuxta utriusque nominis significationem digna remuneratione donauit: sed & ipsa Petri appellatio quid in se sacramenti gestaret, aperuit. Primo namque ait de Simone: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est: ac deinde subiecit de Petro, Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: tu es Petrus, & super hanc petram, à qua tu nomen accepisti, hoc est, super me ipsum ædificabo ecclesiam meam: super hanc fidei perfectionem, quam tu confessus es, ædificabo ecclesiam meam, à cuius societate confessionis quisque deuiauerit, quamuis sibi magna uideatur agere, ad ædificum ecclesie meae non pertinet. Petrus igitur à firma petra, uidelicet Christo, quem ardentem amauit, nomen accepit. Christus etenim uocatur petra, quia inexpugnabile ad se confugientibus pressum tribuit: quoniam sperantes in se ab antiqui hostis insidijs munitos reddit & tutos. Nec prætereundum est, quod ob hoc quoque Dominus petra uocatur, quia spiritualium nobis charismatum flucta ministrat, quia sacrosancta nos sui sanguinis comunione purificat. Quod facilius intelligitur, & iucundius forte retinebitur, si ad memoriam reuocetur, quæ sit iuxta historiam petra, de qua Apostolus mysticè, quia Christum significaret, exponit. Liberatus namque Aegypcia seruitute populus, per mare rubrum uenit in desertum, in quo per annos 40. donec ad terram promissionis ueniret, iter agebat. Qui quodam tempore fame ac siti fatigatus, in eremo clamauit ad Moysen. At Dominus orante Moysen, sicut scriptum est, pluit illis manna, manducare panem cœli dedit eis. Rursus quoque precepit Moysi, ut percuteret uirga petram. Quod dum faceret, exiit aqua, & bibit populus. Vnde dicitur in psal. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquae. Nos ergo, fratres charissimi, nos sumus populus dei, qui Aegypcie seruitutis iugum per mare rubrum liberati eualuimus: quia per aquam baptismi remissionem peccatorum, quam nos premebant, accepimus: nos qui inter eternas uitæ presentis, quasi in siccitate eremi promissum nobis patriæ cœlestis expectamus ingressum: in qua uidelicet eremo sumus periclitamur, et fame spiritali deficiamus, si non redemptoris nostri nos dona confirmet, si non incarnationis eius sacramenta renouet. Ipse est enim manna, quod nos uictu cœlesti, ne in huius seculi itinere deficiamus, recreat: ipse petra quæ spiritalibus nos donis inebriat, quod ligno crucis percussa poculum nobis uitæ suo de latere

1. Cor. 10.

Matth. 16.

Ibidem.

1. Reg. 16.

30

40

1. Cor. 10.

Exod. 16.

Ibidem.

Psal. 77.

Exod. 17.

Psal. 77.

Psal. 10.

Ibidem.

10an. 6. latere manauit. Vnde dicit in Evangelio: Ego sum panis uite. Qui uenit ad me, non esuriat: & qui credit in me, non sitiet unquam. Et congruenti fatis figurarum ordine primò populus per mare saluatus est, ac sic ad cibum mannae atque ad petram mystici potus peruenit: quia primò quidam aqua nos regenerationis abluat, ac deinde ad participationem sacri altaris, ubi redemptoris nostri carni ac sanguini communicemus, transmittit. Hæc de mysterio petre spiritualis, à qua & primus pastor ecclesie nomen accepit, & in qua totius sanctæ ecclesie fabrica immobilis & inconcussa persistit, & per quam ipsa ecclesia nascitur ac nutritur, latius exponendo dicere libuit, quia solent arctius multo & aliquando dulcius inbere cordibus audientium ea quæ figurarum antiquitate præmissa, sic demum noua spiritualiter explanatione dilucidantur, quam quæ sine ullis figurarum exemplis simplici tantum narratione credenda uel agenda monentur. Curemus autem fratres charissimi, ut huius petre præsidio semper adherentes nulla labentium rerum contrarietate terrente, nulla blandiente serenitate, à fidei firmitate diuellamur. Neglectis delicijs temporalibus, sola nos in præsentem redemptoris nostri dona cœlestia delectent, sola inter ærumnas seculi spes uisionis illius cõsoletur. Recolamus sedulè egregium Dauid prophetae & regis exemplum, qui cum in tantis regni affluentijs, honoribus ac diuitijs nullum animæ suæ solatiū posset inuenire, tandem ad superna desideria erecto mentis intuitu memor fuit Dei, & delectatus est. Ut que ad eandem eius uisionem peruenire mereamur, obstacula uitiorum, quæ hanc impedire solent, satagamus à nostro & corpore & mēte excludere. Neque enim ad eum nisi rectis operum gressibus peruenitur, neque facies eius mundani si à mundis corde uideatur. Beati autem mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Quod ipse nobis præstare dignetur, qui promittere dignatus est Iesus Christus Deus & Dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum, Amen.

IN DIE SANCTI ANDREAE.
Marc. 1. Matth. 4. Lucæ 5.

In illo tempore præteritis Iesus secus mare Galilee, uidit Simonem, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM
LECTIONE.

Isti primi uocati sunt, ut Dominum sequerentur. Piscatores & illiterati mittuntur ad predicandum, ne fides credentium non in uirtute Dei, sed eloquentia atque doctrina putaretur. Quæri autem potest, quomodo binos uocauerit de nauiculis piscatorum: primò Petrum & Andream, deinde progressus paululū alios duos filios Zebedæi, sicut narrat Matthæus & Marcus, cum Lucas dicat ambas eorum nauiculas impletas magna illa captura piscium, sociosque Petri com

Beda tom. 7.

memoret Iacobum & Ioannem filios Zebedæi uocatos ad adiuuandum, cum retia plena extrahere non possent, simulque miratos tantam multitudinem piscium quæ capta erat, & eum Petro tantum dixisse: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens, simul eum tamen subductis ad terram nauibus, secutos fuisse. Vnde & intelligendum est, hoc primò esse factum, quod Lucas insinuat, nec tunc eos à Domino uocatos, sed tantum Petro fuisse prædictum, quod homines esset capturus. Quod non ita dictum est, quasi iam pisces nunquam esset capturus: nam & post resurrectionem Domini legimus esse piscatos. Dicitur est ergo, quod deinceps capturus esset homines: non dictum est, quod iam non esset capturus pisces. Vnde datur secundum Lucam intelligi, eos ad capturam piscium ex more rem esse, ut postea fieret, quod Matthæus & Marcus narant, quando eos binos uocauit, & ipse iussit ut eum sequerentur, primò duobus Petro & Andream, deinde alijs Zebedæi duobus filijs. Tunc enim non subductis ad terram nauibus tanquam cura redeunt, sed ita eum secuti sunt, tanquam uocantem ac iubentem ut sequerentur.

IN DIE SANCTI NICO
lai. Lucæ 19.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reuertit. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

Quoniam discipuli supra audita Domini passionis uel resurrectionis Hierosolymis impendenda, non intelligebant quæ dicebantur, existimantes continuo regnum Dei esse uenturum: hanc eorum ignorantiam illuminans ostendit se primò sui regni fidem toto orbe dispersurum, ac sic in fine mundi iudicem omnium seculorum regemque uenturum.

Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reuertit. Homo nobilis ille est, cui cæcus supra clamabat: Fili Dauid miserere mei. Et ueniens Hierosolymam concinebant: Hos anna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine Domini, rex Israel. longinqua regio, ecclesia est ex gentibus, de qua eidem homini nobili qui loquitur: Ego autem constitutus sum rex ab eo, dicitur à patre, Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Quæ uidelicet hereditas ac possessio, bifaria ratione regio longinqua uocatur: uel quia à finibus terræ clamat ad Dominum, uel quia longe est à peccatoribus salus. Et cum Deus ubique sit præsens, longè tamè ab eorum sensu qui idola colunt, Deus uerus abest. Sed qui erant longè, facti sunt propè in sanguine Christi.

Vocatis autem seruis dedit illis decem minas. Denarius numerus ad legem pertinet propter decalogum.

Vocat

Lucæ 5.

10an. 21.

Psal. 76.

Matth. 5.

40

40

50

50

60

Matth. 21.

Marc. 11.

Lucæ 19.

10an. 12.

Psal. 2.

Psal. 60.

Psal. 118.

Ephes. 2.

8

2

Luce 24. Vocat igitur paterfamilias decem seruos, quia elegit discipulos per litteram legis imbutos: id est eis decem minas, quia dicta legis spiritualiter intelligenda reuelat. Post passionem quippe resurrectionemque suam aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Mina namque quam Greci manan uocant, centum drachmis appenditur. Et omnis scripturae sermo quia uitae caelestis perfectionem suggerit, quasi numeri centenarii pondere fulgescit.

Psal. 80. Et ait illis: *Negotiamini dum uenio.* Verba, inquit, legis ac prophetarum mystica interpretatione discussa populo offerre, atque ab eis fidei confessionem morumque probitatem recipite. Luxa quod psalmista suis auditoribus praecipit, dicens: Sumite psalmum, & date tympanum, hoc est, laudem praedicationis in cordis intentione percipite, & deuotionem operis in carnis castigatione adhibete. Tympanum quippe, est pellis in ligno extenta: pellis uero in ligno extenta, caro est nostra, ad exemplum Dominicae crucis afflicta.

Iohan. 11. *Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos.* Ciues impios Iudaeos dicit, de quibus alibi protestatur: Nunc autem & uiderunt, & oderunt & me, & patrem meum. Qui non solum praesentem usque ad mortem crucis oderant, sed etiam post resurrectionem eius immiserunt persecutionem Apostolis, & praedicationem regni caelestis spreuerunt.

Act. 4. Et factum est, ut rediret accepto regno. Significat tempus quando in manifestissima & eminentissima claritate uenturus est, qui eis humilis apparuit cum diceret: Regnum meum non est de hoc mundo.

Iohan. 18. Et iussit uocari seruos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negociatus esset. Ut sciret, inquit, non est quid lateat, cui uerissime dictum est, Domine, tu omnia scis: sed sciret dicit, scire omnes faceret. Tunc enim omnium opera & cogitationes palam omnibus ostenduntur, quomodo in Deuteronomio: Teta, inquit, uos Dominus Deus uester, ut sciat si diligitis eum, hoc est, scire faciat. Nemo sane arbitretur eos solummodo, quibus gratia praedicandi data est, non autem & eos quibus praedictum est ad iudicium tunc esse uocandos. Ipsi sunt enim pecunia, quam boni serui acquirere mercando: quinetiam sciat eos quosque, quibus nunquam est praedictum, ibidem adesse damnandos, de quibus infra dicemus.

Iohan. 21. *Venit autem primus, dicens: Domine, mina tua decem minas acquisiuit.* Primus seruus, ordo doctorum est in circuncisionem missorum, qui unam minam negociaturus accepit: quia unum Dominum, unam fidem, unum baptismum, unum Deum praedicare missus est. Sed haec eadem mina decem minas acquisiuit, quia populam sub lege constitutum, sibi met docendo lociauit.

Deut. 13. Et ait illi: *Euge serue bone, qui in modico fuisti fidelis, etis potestatem habens supra decem ciuitates.* In modico seruus est fidelis, quia non adulterat uerbum Dei, sed sicut ex Deo coram Deo in Christo loquitur.

2. Cor. 4. **2. Cor. 2.** **1. Cor. 13.** Quicquid enim in praesenti percipimus donorum, in comparatione futurorum per paucum est & modicum, quia ex parte cognoscimus,

& ex parte prophetamus: cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Ciuitates autem decem sunt, anima per legis uerbum ad gratiam euangelij ueniens: qui bus tunc glorificandus ille praepositus, qui eis pecuniam uerbi, digne Deo commodauerit. Unde quidam negociator egregius, ciuitates quibus praerat, hoc est, animas quas regendas acceperat, alloquens: Quae est, ait, spes nostra aut gaudium, aut corona gloriae. Nonne uos ante Dominum Iesum?

1. Thess. 2. Et alter uenit, dicens: *Domine, mina tua fecit quinque minas.* Seruus iste coetus est eorum, qui praepositio euangelizare missi sunt, cui Dominus ad praedicandum eunti, unam minam, hoc est, unam eademque fidem, quae & circuncisioni credita est, praestiterat. Sed haec quinque minas fecit, quia gentes corporis sensibus ante mancipatas ad fidei euangelicae gratiam conuertit.

Esaie 19. Et huic ait: *Et tu esto supra quinque ciuitates.* Hoc est, ex earum quas imbueras animarum fide & conuersione, magnus sublimisque fulgeto. De quibus mystice dicit Esaias: In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanaan. Quinque enim ciuitates in terra Aegypti, quinque sunt corporis sensus, quibus in hoc mundo utimur, uidelicet uisus, auditus, gustus, olfactus & tactus. Et qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, qui auertit aures suas

Matth. 5. **Tob. 4.** **Sapient. 2.** **Ephe. 5.** **Esaie 1.** ne audiat pauperem, qui inebriatur uino in quo est luxuria, qui coronare se gaudet rosas antequam marcescant, cuius sanguine plenae sunt manus, & dextera repleta est muneribus, huius quinque ciuitates loquitur lingua Aegypti, id est, uniuersi sensus faciunt opera tenebrarum.

Psal. 25. **Esaie 33.** **Psal. 33.** **2. Cor. 2.** **1. Cor. 9.** Aegyptus enim tenebras sonat. At qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne uideat malum, qui gustat & uidet, quam suavis est Dominus, qui castigat corpus suum, & seruituti subijcit, qui potest dicere cum Apostolo Christi, Bonus odor sumus Deo, huius ciuitates loquitur lingua mutata, quod interpretatur Chanaan. Et qui eas a tenebris docendo commutauerit, recte quinque ciuitatibus praefici mereatur: quia non de suis tantum, sed & de auditorum suorum, quos ad lucem uocauit, profectibus honoratur.

50 Et alter uenit, dicens: *Domine, ecce mina tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non possidisti, & metis quod non seminasti.* Seruus qui negociari iussus acceptam Domini pecuniam in sudario reposuit, ostendit eos qui ad praedicandum idonei, praedicationis officium iubente Domino per ecclesiam uel saltem suscipere, uel susceptum digne gerere detrectant. Pecuniam quippe in sudario ligare, est percepta dona sub ocio lenti torporis abscondere. Sunt enim homines hac sibi peruersitate blandientes, ut dicant, Sufficit ut de se unusquisque rationem reddat. Quid opus est alijs praedicare, ut etiam de ipsis rationem reddere quisque cogatur: cum apud Dominum etiam illi sint inexcusabiles, quibus lex data non est, neque audito euangelio dormierint, quia

ROM. 11. quia per creaturam poterant creatorem agnosceret: Hoc est enim quasi metere ubi non seminavit, id est, eos etiam impietatis reos tenere, quibus uerbum legis aut euangelij non ministratum est. Hoc autem ueluti periculum iudicij de uitantes, pigro languore à uerbi ministratioe conualescunt, & hoc est quasi in sudario ligare quod acceperunt.

Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequam.] Seruus nequã uocatur, quia & piger ac deses est ad exercendum negocium, & procax ac superbus ad accusandum Domini iudicium.

*Sciebas quod ego austerus homo sum, tollens quod nõ posui, & metens quod non seminavi: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam?] Quod putauerat se pro excusatione dixisse, in culpam propriam uertitur. Si, inquit, durum & crudelem esse me noueras, & aliena sectari, ibiq; metere ubi non seuerim, quare nõ tibi istiusmodi cogitatio inculsit timorẽ, ut scires me mea diligentius quaesiturum, & dares pecuniam meam liue argenti ad mensam? Vtrunq; enim *ep̃y vpiw* Grecus sermo significat. Eloquia Domini, inquit, eloquia casta, argentum igne examinatum. Pecuniam ergo & argenti prædicatio euangelij est, & sermo diuinus qui dari debuit ad mensam, hoc est, promp-
t̃s paratisq; fidelium cordibus intimari. Ad quam uidelicet mensam, id est, auditorum mentem, non alia quam Dominica est, deferenda pecunia, ut omnis sermo docentis scripturæ sensum sequatur. Nam quod Dominus non quamlibet pecuniam, sed suam dicit nummularijs esse foenerandam, exponit apostolus, dicens: Si quis loquitur quasi sermones Dei.*

PS. 11. *Et ego ueniens cum usuris utiq; exegissem illud.] Qui uerbi pecuniam à doctore percipit, emitq; credendo, necesse est eam cum usuris soluat operando, ut quod auditu didicit, exequatur & actu. In usura quippe pecunia etiam non data recipitur. Vel certe de accepto uerbi foenore usuras soluit, qui ex ea quod audit, etiã alia studet intelligere, quã necdum ex prædicatorio ore didicit.*

1. PETR. 4. *Et astantibus dixit: Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem minas.] Recte amittit collatam gratiam, quam prædicando alijs communicare neglexit, ut ei augeatur qui inde laborauit. Iuxta quod angelo Ephesi ecclesiæ dicitur: Et mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi poenitentiam egeris. Et cum regium chrisma, quod superbiendo Saul amisit, David obediendo promeruit, Spiritus, inquit, domini discessit à Saul, & directus est in David à die illa, & deinceps. Quod uerò ablata à neq; seruo minã ei, qui decem minas habebat, dari iusta est, mystice, ut reor indicat, intrante plenitudine gētium omnem Israel saluum futurum, & tunc abundantiam gratiæ spiritualis, quã modo nos tepenter exerceamus, illius populi doctoribus esse conferendam.*

APOC. 2. *Dico autem uobis, quia omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.] Hæc ad superiora sententia respicit, docens & illum posse amittere munus Dei, qui habens non habet: id*

ROM. 11. *est, non utitur, & in eo augeri qui habens habet, hoc est, bene utitur. Quæ gratiarum mutatio quoniam in hac uita geri solet, notandum quod illud Domini redeuntis examen etiam nunc ex parte celebratum, sed tunc est uniuersaliter implendum. Quotidie namq; accepto à patre regno redit, quia peregrinantis in terra ecclesiæ semper statum conspicit: quotidie in tanto fidelium seruatorum numero huic pecuniã negotiatur commodat, in altero modum consummat, operis examinatur: hunc fideliter prudenterq; laborantem amplioris gratiæ munere donat, illum desidias molles & marcida luxu ocia ferantẽ, & eo quod dederat, priuat. Verum uniuersali manifestato iudicio, quod dictu quoque terribile est, multi qui ad docendum uidebatur idonei, ob negligentia suã noxam inter indocitos reputabuntur. At alij simpliciores fratres, & elementorum penitus ignari ob conuersationis tamen eximia deuotionẽ inter apostolicos doctores præmia summa percipient. Qui enim recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet.*

Verum tamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.] Impietatem Iudæorum uel omnium reproborum ad Christum conuerti nolentium significat in die iudicij puniendã, ut per duos fideles seruos utriusq; populi doctores, per decem & quinque minas idem credentes populi, per seruum nequam mali catholici per inimicos qui etiam super se regnare noluerunt, impietas eorum qui uerbum fidei aut nunquam audire aut male interpretando corrumpere maluerunt: per mesionem ruris non seminati, eorum etiam quos uerbum Dei nec audire contigit, discussio significetur. Quibus quinque personis omne genus humanum, quod in die iudicij futurum est, exprimitur.

IN FESTO CONCEPTIONIS MARIE.
Homiliam eiusdem inuenies in Natali beatae Mariæ uirginis.

IN GALLI CANTV NATALIS Domini. Lucae secundo.

In illo tempor exijt edictum à Cesare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. Et reliqua.

BEDAE PRÆSBYTERI DE EADEM LECTIÖNE.

AVDiuimus ex lectione Euangelica, fratres charissimi, quia nascituro in mundum redemptore, mundi Deo & Domino nostro Iesu Christo exijt edictum à Cesare Augusto, qui tunc mandanti regni apicem tenebat, ut mundus describeretur. Quod non casu contigisse putandum est, sed certissima dispensatione eiusdem nostri redemptoris intelligendum esse prouidum. Ipse etenim mediator Dei & hominum, sicut matrem sibi diuinitus, quã uoluit præuidit, de qua nasceret, quãdo uellet humanitus: ita etiam tempora

Matth. 10.

1. Tim. 2.

tempora diuinitatis, quae uoluit elegit: imò ipse ea qualia uoluit esse, donauit, talia uidelicet in quibus sopito turbine bellorum, noua pacis tranquillitas totum contegeret orbem. Quod enim maius in hac uita potuit esse pacis iudicium, quam ab uno homine orbem describi uniuersum, atque unius census numismate concludi? Matrem quippe elegit uirginem, quia non aliter Dei filium nasci in carne, quam de intemerata genitrice decebat. Tempus quando nasceretur summæ pacis elegit, quia hæc nimirum ei nascendi in mundo causa fuit, ut genus humanum ad supernæ pacis dona reduceret. Hinc etenim scriptum est: Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum: id est, qui de angelis & hominibus unam Dei domum pius mediator & reconciliator instituit. Pacis temporibus natus est Dominus noster, ut etiam statui temporis ipsum esse se doceret, de quo præmissa propheta dicebat: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Unde bene idem propheta alias, cum incarnationis illius ac nostræ redemptionis sacramenta mystico sermone descripsisset, dicens: Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in uertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. serenitate quoque pacis, quæ tunc esset futura, manifeste designauit, subiiciens: Et conlabunt gladios suos in uomeres, & læceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium. Propter quod & mox exhortando subianxit: Domus Iacob uenite, & ambulemus in lumine Domini. Præmissit ergo tempora pacis, & sic apprensus in carne ipse autor pacis & temporum conditor, primò domui Iacob, id est, plebi Israeliticæ, deinde cunctis gentibus ad se confluentibus ianuam lucis aperuit, & pacis æterna gaudia prædicauit. Nec prætereundum, quod eius pacis terrena serenitas nato regi coelesti, non solum testimonium gratiæ perhibuit, sed & obsequium impendit: quia prædicatoribus uerbi illius peragrando orbem facultatē tribuit, & ubicumque uellent euangelij gratiam disseminandi. Quod fieri minime posset, si non uero totus orbis regeretur imperio. Sed & ipsa totius orbis descriptio, quæ à terreno rege facta memoratur, coelestis opera regis manifeste designat: qui ad hoc nimirum apparuit in mundo, ut de cunctis per orbem nationibus electos in unitatē fidei suæ colligeret, ac nomina sua sicut ipse promissit, in æternum scriberet in cælo. Hoc quoque quod ad edictum Augusti ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam ciuitatē, in nostri regis est nobis seruitio spiritaliter agendum. Nostra quippe ciuitas sancta ecclesia est, quæ partim adhuc peregrinatur à domino in terris, partim iam cum Domino regnat in cælis, & post finem huius seculi perfecta, in æternū tota cum illo regnabit. In hanc ergo ciuitatem debemus omnes ire, nullum à tam salubri itinere oportet excusari. Omnes nos necesse est nato regi debitum pendere censum: hoc est, & in unitate nunc ecclesiæ nunc præsentis iusis obtempera

Ephes. 2.

Esaie 9.

Idem 2.

Ibidem.

Luco 10.

re diuinis, & ad ingressum patriæ coelestis infatigabili bonorum operum cursu properare. Dabatur autem in professione census denarius, qui decem nummorum in se pondus habebat, Cæsaris imaginem continens, & nomen. Quod nos quoque spiritaliter oportet imitari: soluimus enim regi nostro denarium, cum decem præcepta legis illius implere satagimus. In quo uidelicet denario nomen eiusdem regis nostri conscriptum gestamus, cum in cunctis actibus nostris meminerimus nos à Christo Christianos uocari, & dignitatem nominis ipsius in temerata in nobis conseruare curamus. Imaginem quoque eius in eodem denario bonæ nostræ conuersationis exprimere debemus, illam utique, quam ipse docuit, dicens: Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus uester. Hæc est nanque imago Dei, ad quam in primo homine conditi sumus, ut uidelicet participatione diuinæ sanctitatis perpetuo sancti essemus. Hinc etenim Psalmista ait: Signatum est super nos lumen uultus tui Domine. Sed quia hoc lumen diuini uultus homo peccando amisit, placuit Deo humani uultus habitum in carne nascendo assumere, quo nos doceret in spiritu debere renasci: placuit in similitudine carnis peccati sine peccato apparere, ut nos emundaret ab omni peccato, & claritatem nobis sugger reformaret imaginis.

Leuit 29.

Psal. 4.

Ephes. 2.

Ascendit autem, inquit, Ioseph à Galilea de ciuitate Nazareth, in Iudeam ciuitatē David, quæ uocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Diuinitus constat esse procuratum, ut ad suam quisque ciuitatem pergens ibi censum profiteretur, quatenus hoc edicto generali parentes nostri Saluatoris de Nazareth in Bethleem uenire cōtingeret, sicque ad complenda uaticinia prophetarum utraq; ciuitas incarnationis eius insigniretur arcanis: una uidelicet conceptionis, altera natiuitatis honore præfulgēs. Testatur namque Esaïas propheta, quod redemptorem nostrum in Nazareth concipi oporteret, cum dicit: Egredietur uirga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius ascendet. Interpretatur autem Nazareus flos siue mundus. Quo uocabulo incarnatus pro nobis Dei filius recte potuit cognominari, quia & ipse mundus uitæ omnibus naturam suscepit hominis, & in se credentibus cunctis flos spiritalium fructuum origo processit, quibus recte ac beate uiuendi & monstrauit exempla, & dona concessit. Egressa est ergo uirga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius ascendit, quia intemerata uirgo Maria de stirpe David orta est, de cuius carne Dominus in ciuitate Nazareth ueritatem carnis sine inquinamēto carnis assumpsit. Quod uero in Bethleem esset nasciturus, hoc quoque prophetis designatur oraculis, cum dicitur: Et tu Bethleem ephrata, parua es in milibus Iuda: ex te enim egredietur, qui sit dominator in Israel. Qui bene in Bethleem nascitur, non solum propter iudicium regij schematis, quia David inde fuit, sed & propter nomen ipsum,

Esaïas 11.

Mich. 5.

Matth. 2.

ipsum, quia Bethleem domus panis interpretatur. Ipse namque ait: Ego sum panis uiuus qui de caelo descendit, ut nobis uitae caelestis alimentum donaret, nosque aeterna dulcedinis munere satiaret, merito locus in quo nascitur, domus panis uocatur. Est & alia ratio supernae dispositionis, qua Dominus noster non in ea qua conceptus erat ciuitate, sed in alia nasceretur, ut uidelicet ex hoc inimicos insidiantes facilius nauitatis eius conscij uel ministri deuitarerent. Praeuidebat quippe, quod eum mox natum Herodes persequi, atque ad mortem quaerere inciperet: & propterea sic natiuitatis eius mysterium uoluit in ciuitate Dauid peragi, ut parentes eius non ibi domum, non possessionem haberent, sed tantummodo tempore natiuitatis ipsius illud nouicij adirent, hospites manerent, statimque completa eadem natiuitate, ac declaratis signis caelestibus, quae ei testimonium dare decebat, in Aegyptum cum ipso secederent. Sic etenim factum est, ut non solum eum dum quaereret Herodes, minime reperiret: sed nec ullam cognationem eius uexandi occasionem haberet, cuius parentes qui essent, explorare non poterat. Nec praeterea silentio maxima conditoris & redemptoris nostri dignatio, quae non solum incarnari pro nobis, sed eo tempore uoluit incarnari, quo mox natus professione census ascriberetur. Induit enim carnem, ut nos uirtute spiritus indueret: descendit de caelo ad terras, ut nos de terris eleuaret ad caelum: soluit tributum Caesari, ut nobis perpetuae libertatis gratiam donaret: seruituti Dei filius in homine regi, qui diuinae seruitutis ignorabat obsequium, ut nobis per hoc humilitatis formam tribueret: insinuans uidelicet quantum per charitatem seruire debeamus inuicem, cum ipse non despexerit ei, qui uerae charitatis erat nescius, impedere seruitum. Vbi hoc quoque suo praemonstrauit exemplo, quod postmodum principis apostolorum erat uerbo docturus: Subditi estote omni creature humanae propter Deum, siue regi quasi praecellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis.

Factum est autem, inquit, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum. Primogenitum uocauit Dominum, non quia credendum sit beatam Dei genitricem alios post eum peperisse filios, quam perpetua castitate una cum uirgine suo Ioseph constat esse memorabilem: sed ob id eum recte primogenitum appellat, quia sicut Ioannes ait, Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri. In quibus filiis ipse iure primatum tenet, qui & antequam nasceretur in carne Dei filius, ab ipso initio natus exiit. Descendit autem ad terras, factus est nostrae particeps naturae, largitus est nobis suae participium gratiae, ut sicut Apostolus ait, sic ipse primogenitus in multis fratribus.

Et panis cum, inquit, inuoluit, & reclinauit eum in praesepe, quia non erat ei locus in diuersorio. Et hic intuenda est, fratres charissimi, magna redemptoris nostri dignatio, hic ex totis medullis cordis unicus

que nostrum cum Propheta dicendum: Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi. Ille enim cui ueraciter canimus, Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis: paruulus natus est nobis, ut nos renascendo de paruulis magnos, hoc est, de peccatoribus faceret iustos. Qui ad dexteram patris sedet in caelo, loco egebat in diuersorio, ut nobis copiam felicium mansionum in domo patris sui donaret. Quo omnem creaturam siue in caelis inuisibilem, siue uisibilem in hoc mundo, multifarijs induit ornatum, qui in sua maiestate, sicut de eo Propheta dicit, Amictus lumine sicut uestimento ipse in assumptione nostra fragilitatis exiguis contegitur pannis, ut primam nobis stolam restituat, id est, ad gratiam nos immortalitatis, quam in primo parente amissimus, miseratus reducat. Ille per quem omnia facta sunt, manus pedesque suos, imo totum corpus quod induit, cunis inuoluit disposuit, ut manus nostras in bono opere promptas redderet, pedes nostros in uiam pacis dirigeret, cuncta corporis nostri membra diuinis manciparet obsequijs. Ille quem caelum & caeli caelorum non capiunt, paruus praesepe angustia continetur, ut amplitudinem nobis supernarum sedium retribueret. Et quadam praecipui gratia sacramenti in praesepe sibi sedem elegit, ubi animalia solent ad uescendum conuenire. Insinuauit enim iam tunc, quia fideles omnes in sacrosancta altaris mensa eiusdem incarnationis suae mysterijs esset refecturus: indicauit etiam quia cum cunctos sibi humiliter obsequentes interna suauitatis soleat gratia recreare, de quibus bene per Prophetam dicitur: Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe domini sui. In boue etenim designat populum Iudaeorum, qui iugum legis portare, & eius consueuerat uerba ruminare: in asino autem exprimit populum gentium, qui sordibus idololatriae semper manebat immundus. Et quo utroque populo plurimi ad euangelij gratiam conuersi, & possessorem in quo creati sunt, cognouerunt, & caelestibus euas quae rebant alimentis ad perpetuam crescere salutem. Quorum primitias ei consecratas accipimus in pastoribus illis merito uenerandis, qui natum eum primi angelo nunciante uidere & praedicare meruerunt: & in magis qui ad eius cunabula de oriente cum muneribus & praecipuis stella duce uenerunt. Hi namque de Iudaeis ad Dominum, illi uenere de gentilibus. Verum de Magis de sancto Epiphania ipso ad quem uenere, Domino propiciante, plenius audiemus: interim de pastoribus, qui primi ad eum uenientes, prioris populi fideles designant, quae sint gesta uideamus. sequitur:

Et pastores erant in regione eadem uigilantes, & custodiennes uigilias noctis supra gregem suum. Et ecce, angelus Domini apparuit iuxta illos, & claritas Domini circumfulsit illos. Appertinet autem satis hoc superna est prouidentia dispositum, ut nascente Domino, pastores in uicinia ciuitatis uigilarent, suosque greges a timore nocturno uigilando protegerent. Oportebat namque,

que, ut cum magnus pastor ouium, hoc est, animarum nutritor fidelium in mundo natus est, testimonium eius natiuitati uigilantes supra gem suum pastores darēt. Ipse est enim qui ait: Oues mea uocem meam audiūt, & ego cogno-
 sco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis. Nam & futurum tūc erat, ut per orbem uniuersum electi pastores, id est, prædicatores sancti mitterentur, qui ad ouile Dominicum, uel deliceret sanctam ecclesiam, populos credentium cogèrent: quorum primo, hoc est beato Petro, cum se Dominum amare profiteretur, idem Dominus ac princeps pastorum ad comprobandum eundem amorem præcepit, dicens: Pisce oues meas. Quia nimirum solus ille conditorem perfecte diligit, qui & proximis curam puri amoris impendit.

Et ecce, inquit, angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Quid est quod apparet angelo diuinæ quoque claritatis eos splendor circumdedit, quod nunquam in tota testamenti ueteris serie reperimus, cum tam innumeris uicibus angeli prophetis & iustis apparuerunt, nusquam eos fulgore diuinæ lucis homines circumdedit legimus, nisi quod hæc priuilegium recte huius temporis dignitati seruatum est: Cum enim uera lux mundi nascēbatur in mundo, dignū profecto fuit, ut præco natiuitatis illius etiam corporales hominum uisus nouitate cœlestis perfunderet lucis. Dicit namque de illius natiuitate Propheta: Exortū est in tenebris lumen rectis corde. Et quasi quæreremus quod esset lumē de quo diceret, cōtinuō subdit: Misericors, & miserator & iustus Dominus. Cum ergo misericors & iustus conditor ac redemptor generis humani, mundū gloria nouæ natiuitatis illustrare dignatus est, decebat omnimodis, ut ipsam etiam in qua natus est regionem, claritas lucis nouæ completeret. Apparens ergo cum claritate, quid angelus pastoribus dicat, audiamus.

Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnū, quod erit omni populo. Verè gaudium magnū, quia gaudium cœleste, gaudium æternum, gaudium quod nulla tristitia interueniente turbatur. *Quod erit omni populo.* Nō omni populo Iudeorum, neque omni populo gentium, sed omni populo credentium, qui uel de Iudeis uel de gentibus orbis totius ad unam Christi confessionē aggregatur, ab una eademque mysteriōrum Christi perceptione Christianus uocatur, de quo dicit Propheta: Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam.

Quia natus est uobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid. Bene dixit, Hodie natus est. Non dixit, Hac nocte: quia uidelicet cum luce cœlesti apparuit, qui diem natum euangelizabat his, qui uigilias noctis agebant, illum uidelicet de quo Psalmista præcinit, dicens: Bene nunciate diem ex die salutare eius. Salutare quippe Dei, id est, Dominus Iesus, dies est ex die: quia qui temporaliter in ciuitate Dauid homo ex uirgine matre apparuit, ipse ante omnia tē-

pora nō localiter lumē de lumine, Deus uerus de Deo uero natus est. Quia ergo habitantibus nobis in regione umbræ mortis lux orta est uita, apte nuncius ortus eiusdem dicit, Quia natus est nobis hodie Saluator: ut hoc quoque uerbo admoniti, semper recordemur, quia nox precepsit antiquæ cæcitatē, dies autem appropinquauit æternæ salutis: & ipsi abijciamus opera tenebrarū, & ut filij lucis ambulemus. Fructus enim lucis est, sicut idem Apostolus ait, in omni iustitia, & bonitate & sanctitate.

Et hoc uobis signum: inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. Hoc nobis signū nati in carne Saluatoris semper animo retinere cōdecet, ut semper eius beneficijs gratias rependere bene uiuendo discamus: quia ita uoluit habitum nostre fragilitatis assumere, ut paupertatis quoque generalis statum non resugeret. Est enim indicium assumptæ infirmitatis, quod infans & pannis inuolutus est: & paupertatis, quod non in stratu, sed in præsepio positus inuenitur. Misericordias ergo Domini in æternū cantemus, quia ut nos perpetuō beatè uiuamus, ipse abiectionis ac mortalitatis nostre socius fieri non abnuuit. Annunciante autem angelo uno gaudium Dominicæ natiuitatis, repente multitudo militiæ cœlestis adfuit, quæ eidem nato Domino obsequium suæ deuotionis redderet: & quem in cœlo semper glorificare consueuerat, nunc solita hymnorum laude apparet in terra concēlebrat. Vbi nos quoque sua laudatione cœlesti uisum instituant, qualiter huius sacratissimæ solennitatis gaudia celebrare, quantas uerbo Dei laudes dicere debeamus, quod in ea caro factū est, & habitauit in nobis, ut nos ad suæ gloriæ uisionem subleuaret, nobis participium gratiæ & ueritatis, quia ipsum plenum est, donaret. Laudant ergo Deum, & dicunt:

Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus, bonæ uoluntatis. Et aperte gloriā Deo dicunt, pacē prædicant hominibus, quia illū, in cuius natiuitate lætantur, mediatorē Dei & hominum, hoc est, Deū esse uerū & hominē norunt. Gloriā in cœlestis Deo cantāt, quia iam uenisse tēpus illud exultāt, quo mundus abiectionis dijs, qui ab hominibus facti sunt, conditorē suū qui est in cœlis, cognosceret. Pacē optant hominibus, quia quos eiectionis prius ab æterna felicitate merito peccati despexerāt, iam nūc redimēte Domino in eiusdem supernæ habitationis gaudijs secū futuros intelligūt. Pacē hominibus, mādāt, quos in cœlesti Hierusalē, hoc est, in uisione perpetuæ pacis, socios habere desiderant: ut ipsos quoque homines admoneāt per obseruantiam pacis ad suū debere peruenire consortiū. Et bene cū dicerent, Et in terra pax hominibus, adiungūt, Bonæ uoluntatis: quia cū illis societate pacis angelici spiritus habere festināt, quorū mētibus puritate bonæ uoluntatis inesse considerāt. Illos secū post abolitionē carnis ad contemplationē ueræ pacis subuehere lætantur, quos in carne cōmorantes omnia quæ agūt aut loquūtur, de radice bonæ uoluntatis proferre conspiciunt. Tales namque &

& infirmitas forte aliquando uel ignorantia, à perficiendo ea quam cupiunt, bona actione retardat: ante interni tamen arbitri oculos integritas, quam corde tenent, bonæ uoluntatis excusat. Bona autem uoluntas est diligere conditorem nostrum ex toto corde, tota anima, tota uirtute, diligere & proximos tanquā nosipos, atq; eiusdem dilectionis in nobis uigorem indicijs quibus ualemus, piæ actionis ostendere. Quod cum omnibus horis ac momentis facere debeamus, quanto magis cum natiuitate Domini ac Saluatoris nostri, uel annua festiuitate colimus, uel frequentiore deuotione recolimus: in qua specialiter angelica exhortatione docemur dona ei bonæ uoluntatis offerre, in qua ciues patriæ cœlestis eidem bonæ uoluntati nostræ confortium suæ pacis promittunt, in qua ipsi quoq; eundem hymnum angelici cœcetus Deo dicere solemus. Sit igitur nobis, fratres charissimī, communis ista solennitas, sit terrestribus cum cœlestibus nec tantum ista solennitas, sed & omnis nostra conuersatio sit supernorum ciuium apta confortio. Meditemur interim in uita quod habere desideramus in patria, concordemus etiam nos quantum ualemus, uita illi mundissimæ beatorum spirituum, cui tūc associari speramus interna puritate mutua dilectionis: si diuinæ laudationis dona, quibus in futuro uacare cupimus, etiam in præsentī sectemur, discamus cum Apostolo dicere: Nostra conuersatio in cœlis est, unde etiam Saluatorē expectamus Dominum nostrum Iesum Christum. Illi namq; Saluatorem ad iudicium uenientem cum gaudio expectant, qui se ad eius uoluntatem cœlestem in terris uitam egisse meminerunt. Dat autem etiam fragilibus nobis ac minus perfectis magnam spem percipiendæ salutis ipse conditor & Saluator noster, qui pro nostra confirmatione fragilis apparens, mox ore consono militiæ cœlestis bonæ nostræ uoluntati dona suæ perpetuæ pacis promisit Iesus Christus Deus & Dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

IN AVRORA NATALIS DOMINI. Lucæ 2.

In illo tempore pastores loquebantur adinuicem: Transeamus usq; Bethleem, & uideamus hoc uerbum quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Nato in Bethleem Domino saluatore, sicut sacra Euangelij testatur historia, pastoribus qui in regione eadem erant uigilantes uigilias noctis super gregem suū, angelus Domini magna cum luce apparuit, exortumq; mundo solē iustitiæ non solum cœlestis uoce sermonis, uerum etiam claritate diuinæ lucis astruxit. Nusquam enim in tota ueteris instrumenti serie re-

perimus angelos, qui tam sedulo apparuere patribus, cum lucē apparuisse: sed hoc privilegiū rectē hodierno tempore seruatum est, quando exortum est in tenebris lumen rectis corde, misericors & miserator Dominus. Verum ne parua unius angeli uideretur autoritas, postquam unus sacramentum nouæ natiuitatis edocuit, statim multitudo cœlestium agminū, quæ gloriam Deo caneret, pacēq; simul hominibus prædicaret, adfuit: aperte demonstrās, quia per hanc natiuitatem homines ad pacem unius fidei, spei & dilectionis, atq; ad gloriam diuinā laudationis essent conuertendi. Significant autem merito sic pastores isti gregum doctores quosq; ac rectores fidelium animarum. Mox cuius uigilantiæ custodiebant super gregem suum, periculū tentationum indicat, à quibus se suosq; subiectos omnes qui perfecte uigilant, custodire non desistunt. Et bene nato Domino pastores super gregem uigilant. Ille etenim natus est, qui dicit: Ego sum pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Sed & tempus inueniebat, quo idem pastor summe bonus, missis in mundum pastoribus oues suas, quæ longe lateq; dispersæ errabant, ad semper uirentia cœlestis uitæ pascua reuocaret. Quorum summo pastori præcepit: Si diligis me, pascue oues meas. Quod apertius aperiens, ait, Conuenite fratres tuos.

Et factum est, ut discesserunt ab eis angeli in cœlum, pastores loquebantur adinuicem: Transeamus usq; Bethleem, & uideamus hoc uerbum quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et uenerunt festinantes, & inueniunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. Pastores quidē illi felici gaudio festinante uidere quod audierant, & quia ardenti amore quesierūt, continuo Saluatorē quē quaesierunt, inuenire meruerūt. Sed intellectualium pastores gregū, imò cuncti fideles qua mentis industria Christum querere debeāt, dictis pariter suis ostenderūt, & factis.

Transeamus, inquit, usq; Bethleem, & uideamus hoc uerbum, quod factum est. Transeamus ergo & nos, fratres charissimī, cogitando usq; Bethleem ciuitatē David, atq; eius incarnationē dignis celebremus honoribus. Transeamus abiectis cœcupiscentijs carnalibus toto mentis desiderio usq; Bethleē supernam, id est, domū panis uiui non manufactā, sed æternā in cœlis, & recolamus amando, quia uerbum caro factū est. Illuc carne ascendit, ibi in dextera Dei patris sedet. Illud eum tota uirtutū instantia sequamur, & sollicita cordis & corporis castigatione procuremus, ut quē illi in præsepio uidere uagientem, nos in patris solio increamur uidere regnarem.

Et uideamus, inquit, hoc uerbum quod factum est. Quoniam recta & pura fidei sanctæ confessio, in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Hoc uerbum natum ex patre, non factum est, quia creatura Deus non est. In qua natiuitate diuina uideri ab hominibus non potuit, sed ut uideri posset, uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, Videamus ergo, inquit, hoc uerbum

Deut. 6.
Math. 22.
Marc. 12.
Lucæ 10.

Philip. 3.

Psal. 112.

Iohn. 1.

quod

quod factum est, quia antequam factum esset, hoc uidere nequiuimus. Quod fecit Dominus & ostendit nobis, quod incarnari fecit Dominus, & per hoc uisibile nobis exhibuit.

Et uenerunt festinantes, & inuenerunt Marian & Ioseph, & infantem positum in præsepio.] Venerunt pastores festinantes, & inuenerunt Deum hominem natum, simul & eiusdem natiuitatis ministros. Festinamus & nos, fratres mei, non passibus pedum, sed bonorum profectibus operum uidere eandem glorificatam humanitatem cum eiusdem ministris digna seruitutis sue mercede remuneratis: festinamus uidere illum in diuina patris ac sua maiestate fulgentem. Festinamus, inquam: nam tanta beatitudo non cum desidia ac torpore querenda, sed alacriter sunt Christi sequenda uestigia. Nam ipse cursum nostrum data manu iuuare desiderat, delectaturque audire à nobis: Trahe me post te, curremus in odore unguentorum tuorum. Citius ergo uirtutum gressibus sequamur, ut mereamur consequi. Nemo tardat conuerti ad Dominum, nemo differat de die in diem, ipsum per omnia & ante omnia precantes, ut gressus nostros dirigat secundum eloquium suum, & non dominetur nostri omnis iniustitia.

Videntes autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc.] Et nos fratres dilectissimi, quæ dicta sunt nobis de Salvatore nostro Deo uero & homine, interim pia fide percipere, & plena dilectione festinamus amplecti, ut hac in futuro perfectæ cognitionis uisu comprehendere ualeamus. Hæc etenim sola ac uera est beatorum non solum hominum, sed & angelorum uita, faciem perpetuò suam cernere creatoris, quam desiderabat ardenter Psalmista, qui dicebat: Sitiuit anima mea ad Deum uiuum, quando ueniã & apparebo ante faciem Dei. Cuius solius uisionem non autem ulla terrenarum rerum affluentia desiderium suum satiare signauit, cum ait: Satisfactorum manifestabitur gloria tua. Verum quia non ociosi ac desides, sed uirtutum operibus insudantes diuina contemplatione sunt digni, sollicitè præmisit: Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo. Videntes ergo pastores cognouerunt de uerbo, quod dictum erat illis de Christo, quia uisio Dei cognitio eius est, & hæc est sola beata hominis uita, ipso dicente ac testante qui nos patri commendans dicit inter alia: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te esse uerum & unum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

Et omnes qui audierunt, mirati sunt, & de his que dicta erant à pastoribus ad ipsos.] Non celauere silentio pastores arcana, quæ diuinitus agnouerant, sed quibuscumque potuere dicebant: quia & spirituales ecclesie pastores in hoc maxime sunt ordinati, ut uerbi Dei mysteria prædicent, & mira quæ in scripturis didicerint, miranda suis auditoribus ostendant. Non solum autem pastores, episcopi, presbyteri & diacones, uel etiam rectores monasteriorum sunt intelligendi, sed & omnes fideles, qui uel paruulæ suæ domus custodiam gerunt, pastores rectè uocantur, in quantum ei

dem suæ domui sollicita uigilantia præsent. Et quicumque uestrum saltem uni aut duobus fratribus quotidiano regimine præest, pastoris eiusdem debet officium implere. Quia in quantum sufficit, pascere hos uerbi dapibus iubetur: imò unusquisque fratres, qui etiam priuatus uiuere creditur, pastoris officium tenet, & spiritale pascit gregem, uigilansque noctis custodit illum, si bonorum actuum multitudinem, hæc iusto moderamine gubernare cœlestibus scripturarum pascuis nutrire, & per uigili solertia contra immundorum spirituum insidias seruare contendit.

Maria autem conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo.] Maria uirginalis pudicitie iura custodiens, secreta Christi quæ nouerat, nemini diuulgare uolebat, sed ipsum hæc quando uellet, & quomodo uellet diuulgari, reuenter expectabat. Ipsa autem eadem secreta ore tacito, uigili tamen corde sedula scrutabatur. Et hoc est quod ait, Conferens in corde suo. Confererat quippe ea quæ acta uidebat his quæ agenda legerat. Videbat namque se de stirpe David orantem in Nazareth de spiritu sancto filium Dei concepissem. Legerat in prophetis: Exiit uirga de radice Jesse, & Nazareus de radice eius descendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Legerat & Tu Bethleem Ephraim paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Videbat se in Bethleem peperisse dominatorem Israël, qui æternus ex patre Deus ante secula natus est: uidebat se uirginem concepisse, peperisse filium, & uocasse nomen eius Iesum. Legerat in prophetis: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Legerat: Bos cognouit possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Videbat Dominum positum in præsepiti, quod bos & asinus solent nutriendi aduenire. Meminerat sibi dictum ab angelo: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod natus est te sanctum, uocabitur filius Dei. Legerat modum natiuitatis eius, non nisi angelo reuelante potuisse cognosci, dicente Esai: Generationem autem eius quis enarrabit. Legerat: Et tu turris gregis nebulosa filia Syon usque ad te ueniet, & ueniet potestas prima regnum filie Hierusalem. Audiebat angelicas uirtutes, quæ sunt filie supernæ ciuitatis, apparuisse pastoribus in loco, qui à conuentu pecorum antiquitus turris gregis uocabatur: & est uno miliario ad Orientem Bethleem, ubi etiam nunc tria pastorum illorum monumenta in ecclesia monstrantur. Nouerat tunc uenisse in carne Dominum, cui una & æterna est: cum patre potestas, qui regnum daret ecclesie, filie scilicet & cœlestis Hierusalem. Confererat ergo Maria ea, quæ scienda legerat cum his, quæ iam facta cognouit: non hæc tamen ore promens, sed clauso seruans in corde suo.

Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus

Cant. 1.

Eccles. 5.

Psal. 108.

Psal. 41.

Psal. 10.

Ibidem.

Isa. 17.

Esa. 11.

Michæ 5.

Matth. 2.

Esaie 7.

Ibid. 1.

Luc. 2.

Esa. 53.

Michæ 4.

omnibus quæ audierant & uiderant, sicut dictum est ad illos.] Discamus & nos fratres charissimè, à contèplatione Dominicæ dispensationis, qua nobis prè subuenire dignatus est, ad augendas semper beneficijs eius gratias reuerti. Si enim sola adhuc natiuitate eius cognita reuersi sunt glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & uiderant: quanto magis oportet nos, qui totam incarnationis illius seriem ex ordine cognouimus, qui sacramētis illius imbuti sumus, in omnibus gloriam eius ac laudem non solum uerbo, sed etiam factis prædicare: neq; unquam obliuisci quòd ideo Deus homo natus est, ut nos ad imaginem & similitudinem suæ diuinitatis renascendo reficeret: ideo baptizatus est aqua, ut ad nostrorum ablutionem scelerum omnium fluente fœcundaret aquarum: ideo tentatus in eremo, ut uincendo tentatorē nobis quoq; uincendi peritiam uirtutemq; tribueret: Deo mortuus, ut mortis destrueret imperium: ideo surrexit & ascendit in cœlum, ut nobis resurgēdi à mortuis, atq; in cœlestibus perpetuò regnādi spem exemplumq; præberet. Pro quibus singulis reuersi ad intuitum pijsimæ dispensationis eius, glorificemus & laudemus ipsum Deū ac Dominum nostrum Iesum Christum, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

AD SUMMAM MISSAM IN DIE natalis Domini. Ioan. 1.

IN principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Et reliqua.

BEEDAE PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

Tim. 2. **Q**uia temporalem mediatoris Dei & hominum hominis Iesu Christi natiuitatē, quæ hodierna die facta est, sanctorum uerbis euangelistarum, Matthæi uidelicet & Lucæ, manifestam cognouimus, liber etiam de uerbo, id est, diuinitatis eius æternitate, in qua patri manet semper æqualis, beati Ioannis euangelistæ dicta scrutari, qui singularis priuilegio meruit constitutis, ut cæteris altius diuinitatis ipsius caperet simul & patefaceret arcanū. Neq; enim frustra in coena supra pectus Domini Iesu recubuisse perhibetur, sed per hoc typicè docetur, quia cœlestis haustrum sapientiæ cæteris excellentius de sanctissimo eiusdem pectoris fonte potauerit. Vnde & merito in figura quatuor animalium aquilæ uolanti comparatur. Cunctis quippe a uibus aquila celsius uolare, cunctis animantibus clarius solis radijs infigere, consueuit obtutus. Et cæteri euangelistæ quasi in terra ambulantes cum Domino, qui temporalem eius generationem pariter & temporalia facta sufficienter exponentes, pauca de diuinitate dixerunt: hic autem quasi ad cœlū uolante cum Domino, qui per pauca de temporalibus eius actis edisserens, æternā diuinitatis eius potentiam, per quā omnia

facta sunt, sublimius mente uolando, & limpidius speculari cognouit, ac nobis cognoscenda scribendo contradidit. Ergo alij euangelistæ Christum ex tempore natum describunt, Ioannes eundem in principio fuisse testatur, dicens: In principio erat uerbum. Alij inter homines eum subito apparuisse commemorant, ille ipsum apud Deum semper fuisse declarat, dicens: Et uerbum erat apud Deum. Alij eum uerum hominem, ille uerum confirmat esse Deum, dicens: Et Deus erat uerbum. Alij hominē eum apud homines temporaliter conuersatum, ille Deū apud Deum in principio manentem ostendit, dicens: Hoc erat in principio apud Deum. Alij magnalia, quæ in hominē gessit, perhibent, illē quod omnem creaturam uisibilem & inuisibilem per ipsum Deus pater fecerit, ostendit, dicens: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et mirē beatus Ioannes in initio euangelij sui de diuinitate Saluatoris, & fidei recte credentium sublimiter imbutit, & hæreticorum perfidiam potenter exuperat. Fuere nāq; heretici, qui dicerēt: Si ergo natus est Christus, erat tempus quando ille non erat, quos primo sermone redarguit, cum ait:

In principio erat uerbum,] Neq; uerò ait, In principio cœpit esse uerbum, ut uidelicet eum ex tempore ortum, sed in exortu temporum existentem, ac per hoc sine ullo temporis initio de patre natum monstraret, iuxta quod ipse loquitur in Prouerbijs: Dominus possedit me initio uiarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinatus sum. Item fuerunt heretici, qui tres sanctæ trinitatis personas esse negantes, dicerent: Idē Deus quando uult, pater est: quando uult, filius est: quando uult, spiritus sanctus est, ipse tamen unus est. Quorum destruens errorem, subiungit:

Et uerbum erat apud Deum,] Si enim alius apud alium erat, duo sunt profectò pater & filius, & non unus. Ipse modò pater, modò filius, modò etiā spiritus sanctus est: quasi mutabilis sit diuina substantiæ natura, cum apertissime Iacobus dicat apostolus: Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Item fuerunt quidam prauis dogmatis autores, qui Christum hominem tantum confitentes, Deū prorsus esse non crederent: quos consequenter exprimit, cum ait:

Et Deus erat uerbum,] Fuere alij qui Deum quidem illum, sed ex tempore incarnationis factū, non autem æternum ante secula natum à patre putarent. Vnde quidam talium dixisse commemoratur: Non in uideo Christo factō Deo, quoniam & ego si uolo, possum fieri secundū ipsum. Et horum nefandam refellit sententiam Euangelista, cum ait:

Hoc erat in principio apud Deum,] Id est, hoc uerbum quod Deus est, nō ex tempore cœpit, sed in principio erat Deus apud Deum. Itē fuere ueritatis inimici, qui Christum & ante partum uirginis fuisse iam nō negarent, non tamen natū ex patre Deum, sed factum à patre, & ideo minorē partem,

Prouer. 8.

Iacob. 1.

Exech. 1.

tre, quia creaturam crederent. Etiam hos dam-
nat euangelicus sermo, qui dicit:

Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.]
Si enim nihil creaturarum sine ipso factum est,
patet profectò, quia ipse creatura non est; per
quem omnis creatura facta est. Et ne quis audi-
ens factam per Dominum creaturam, mirabi-
lem crederet eius uoluntatem, quasi qui subito
uellet facere creaturam, quam ab aeterno nun-
quam antè fecisset: manifestè docet Euangeli-
sta, factam quidem in tempore creaturam, sed
in aeterna creatoris sapientia quando & qua-
lis crearetur, semper fuisse dispositum. Et hoc
est quod ait:

Quod factum est, in ipso uita erat.] Id est, quod factū
in tempore, siue uiuum siue uita carens, appa-
ruit, omne hoc in spiritali factoris ratione, qua
si semper uiuixerat, uiuit. Non quia coaeternū est
creatori quod creauit, sed quia coaeterna est illi
ratio uoluntatis sue, in qua ab aeterno habuit &
habet, quid & quando crearet, qualiter creatū
gubernet ut maneat, ad quem finē singula quæ
creauit, perducatur. Sequitur:

Et uita erat lux hominum.] Quo uerbo aperte do-
cetur, quòd ipsa uitalis ratio, per quā omnia di-
spolita sunt & reguntur, non omnem creaturā,
sed rationabilem tantū ut sapere possit, illumina-
nat. Homines namq; qui ad imaginem Dei facti
sunt, percipere sapientiā possunt, animalia non
possunt. Sed & animalis quicumq; est homo, nō
percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Vnde bene
cum dixisset, Et uita erat lux hominum, subiun-
xit, Et de his qui ab humana conditionis hono-
re procul recedentes comparati sunt iumentis
insipientibus, & similes facti sunt illis, atq; ideo
rectè ueritatis lumine priuantur.

*Et lux, inquit, in tenebris lucet, & tenebræ eam non compre-
henderunt.]* Lux quippe hominum est Christus,
qui omnia quæ illuminari merentur, corda ho-
minum suæ præsentia cognitionis illustrat: te-
nebræ autem stulti sunt & iniqui, quorum cæca
præcordia lux aeternæ sapientiæ, qualia sint ma-
nifestè cognoscit, quam uis ipsos radios eiusdē
lucis nequaquam per intelligentiam capere
possint: ueluti si quilibet cæcus iurare solis of-
fundatur, nec tamen ipse solem, cuius lumine
perfunditur, aspiciat. Sed non tamen tales om-
nino superna pietas despexit, uerum medelam
eius salutis, qua ad uidendam lucem peruenire
possent, adhibuit. Ipsa lux inuisibilis, ipsa Dei
sapientia, carne in qua uideri posset, induta est,
quæ in hominis habitu apparens, & loquēs ho-
minibus paulatim fide purificata eorum corda
ad cognitionem suæ diuinæ uisionis præuehe-
ret. Missus est ante illum homo magni meritū,
cuius testimonio pararentur omnes ad audien-
dam mox, ut appareret, ipsam Dei sapientiam,
ad uidendum ipsum solem iustitiæ; nube iam
corporis tectum: id est, ad uidendum audien-
dumq; hominem, qui Deus esset, plenum gra-
tiæ & ueritatis.

*Fuit, inquit, homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic
uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut om-*

nes crederent per illum.] Non ait, ut omnes credea-
rent in illum, Maledictus enim homo qui confi-
dit in homine, & ponit carnem brachium suū:
sed ut omnes crederent per illum, hoc est, per il-
lius testimonium crederet in lucem, quam nec
dum uidere nouerant. Dominum uidelicet Ie-
sum Christum, qui de seipso testatur, Ego sum
lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in te-
nebris, sed habebit lumen uitæ. Sequitur:

*Nōn erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine,
Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientē in hunc
mundum.]* Et sancti quidem homines lux sunt re-
cte uocati, dicente ad eos Dominus: Vos estis
lux mundi, & apostolo Paulo: Fuitis aliquan-
do tenebræ, nunc autem lux in Domino. Sed
multum distat inter lucem quæ illuminatur, &
lucem quæ illuminat: inter eos qui participatio
ne ueræ lucis accipiunt ut luceant, & ipsam lu-
cem perpetuam, quæ nō solum lucere in seipsa,
sed sua præsentia quoscunq; attigerit, illustrare
sufficit. Ad cuius comparisonem ueræ lucis
non tantum minores quilibet electi, uerume-
tiam ipse Ioannes, quo maior inter natos mulie-
rum nō surrexit, lux non esse asseritur, ut uideli-
cet Christus non esse quod putabatur, monstre-
tur. Ille enim, ut scriptum est, Erat lucerna ar-
dens & lucens. Ardens scilicet fide & dilectio-
ne, lucens uerbo & actione. Gratiam uerò lu-
cis peccatoribus infundere solius est eius, de
quo dicitur:

*Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in
hunc mundum.]* Omnem uidelicet, qui illuminatur
siue naturali ingenio, siue sapientiā diuinā. Sicut
enim nemo à seipso esse, ita etiam nemo à sei-
pso sapiens esse potest, sed illo illustratē, de quo
scriptum est: Omnis sapientiā à Domino Deo
est. Cuius utraq; naturam, & diuinam scilicet,
qua semper ubiq; totus manet, & humanam ex
qua in tempore natus loco inclusus apparuit,
consequenter describit euangelista, dicens:

*In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus
eum non cognouit. In propria uenit, & sui eum non receperunt.]*
In mundo quippe erat, & mundus per ipsum fa-
ctus est, quia Deus erat, quia totus ubiq;, quia
suæ præsentia maiestatis sine labore regens, &
sine labore continens quod fecit. Et mundus est
non cognouit, quia lux in tenebris lucet, & te-
nebræ eam non comprehenderunt. Mundum
namq; dicit hoc loco, homines mundi amore de-
ceptos, atq; inharendo creaturæ ab agnoscen-
da creatoris sui maiestate reflexos. In propria
uenit, quia in mundo, quem per diuinitatem fe-
cit, per humanitatem apparuit: in propria ue-
nit, quia in gente ludæa quam sibi præ cateris
nationibus speciali gratia copulauerat, incar-
nari dignatus est. In mundo ergo erat, & in mū-
dum uenit. In mundo erat per diuinitatem, in
mundum uenit per incarnationē. Venire quip-
pe uel abire humanitatis est, manere diuinita-
tis. Quia ergo cum in mundo esset per diuinita-
tem, mundus eum non cognouit, dignatus est
uenire in mundū per humanitatē, ut uel sic eū
mūdus cognosceret, sed uideamus qd sequitur:

In pro-

1. Cor. 2.

Psal. 48.

Hiere. 17.

Ioan. 8.

Math. 5.
Ephes. 5.

Math. 11.
Lucæ 7.

Ioan. 5.

Eccles. 3.

In propria uenit, et sui eum non receperunt.] Quem enim in potentia deitatis cuncta creantem regentemque non cognouerunt, ipsum in carnis in firmitate miraculis coruscantem recipere noluerunt. Et quod est grauius, sui eum non receperunt, homines scilicet, quos ipse creauit. Iudæi quos peculiarem sibi elegerat in plebē, quibus suæ cognitionis reuelauerat arcanum, quos misericordie patrum glorificauerat actis, quibus suæ legis doctrinam contulerat, ex quibus se incarnandum promiserat, & in quibus se incarnatū, ut promiserat, ostendit, ipsi eum recipere uenientem ex magna parte recusarunt. Neque enim omnes recusarunt, alioquin nullus esset saluus. Nunc autem multi eum ex utroque populo credendo receperunt, de quibus euangelista consequenter insinuat dicens:

Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.] Consideremus fratres charissimi, quanta gratia redemptoris nostri, quam magna sit multitudo dulcedinis eius. Vnicus ex patre natus est, & noluit remanere unus: descendit ad terram, ubi fratres sibi, quibus regnum patris sui dare posset, acquireret: Deus ex Deo natus est, & noluit Dei tantū filius manere: hominis quoque filius fieri dignatus est, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat, ut per hoc homines in Dei filios transferret, glorieque suæ faceret coheredes: ut quod ipse semper habebat per naturam, inciperent habere per gratiam. Consideremus quanta uirtus est fidei, cuius merito potestas datur hominibus filios Dei fieri. Vnde bene scriptū est, Quia iustus ex fide uiuit. Viuit enim iustus ex fide non illa, quæ laborum tantum confessione profertur, sed ea quæ per dilectionē operatur: alioquin fides si non habet opera, mortua est in semetipsa. Nullus seipsum despiciat, nullus de sua salute desperet: curramus omnes, curramus singuli, ut qui gramus longē, mereamur fieri prope in sanguine Christi. Videamus quid dicitur: Quia quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Quotquot, inquit, receperunt: non est enim personarum acceptor Deus, sed in omni genere, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Quo autē ordine credentes filij Dei possent fieri, & quantum hæc generatio à carnali distet, subsecutus Euangelista designat.

Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.] Carnalis quippe natura singularū generatio ex sanguinibus, id est, ex natura maris & foeminae, à complexu coniugij duxit originē: at uerò spiritualis spiritus sancti gratia ministratur, quam Dominus à carnali distinguens ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Verū ne quis hominum dubitet filium se Dei, & coheredem Christi posse fieri, dat exemplum Euangelista, quia & ipse filius Dei homo fieri, & inter homines habitare dignatus est, ut huma-

Bedæ tom. 7.

nae particeps existendo fragilitatis, homines diuinæ uirtutis suæ donaret esse participes:

Et uerbum caro factum est, et habitauit in nobis.] Quod est dicere: Et filius Dei homo factus est, & inter homines conuersatus est. Solet namque scriptura modò animæ, modò carnis uocabulo totum designare hominem. Animæ uidelicet, ut scriptū est: Quia descendit Iacob in Aegyptum in animabus septuaginta: carnis uerò, ut rursus scriptum est, Et uidebit omnis caro salutare Dei. Neque enim uel animæ sine corporibus in Aegyptum descendere, uel caro sine anima uidere aliquid potest: sed hic per animam totus homo, ibi signatur per carnem. Sic ergo hoc loco quo dicitur: Et uerbum caro factum est, nihil aliud debet intelligi, quam si diceretur: Deus homo factus est, carnem uidelicet induendo & animam: ut sicut quisque nostrum unus homo constat ex carne & anima, ita unus ab incarnationis tempore Christus ex diuinitate carnis & anima consistet: Deus ab aeterno in aeternum existens uerus ut erat, hominem ex tempore assumens in unitate suæ personæ uerum, quem non habuerat. Sequitur:

Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ et ueritatis.] Gloriam Christi quam ante incarnationem uidere non poterant homines, post incarnationem uiderunt, aspicientes humanitatem miraculis resurgentem, & intelligentes diuinitatem intus latitantem, illi maxime qui & eius claritatem ante passionem transfigurati in monte sancto contemplari meruerunt, uoce delapsa ad eum uolucemodi à magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit: & post passionem resurrectionis, ascensionisque ipsius gloria cōspecta, spiritus eius sunt dono mirifice refecti: quibus omnibus manifeste cognouerunt, quod uulsumodi gloria non cuiuslibet sanctorum, sed illi solum homini, qui esset in diuinitate unigenitus à patre, conueniret. Quod autem sequitur:

Plenum gratiæ et ueritatis.] Gratia plenus erat idem homo Christus Iesus, cui singulari munere præ ceteris mortalibus datum est, ut statim ex quo in utero uirginis concipi, & homo fieri inciperet, uerus esset & Deus. unde & eadē gloriosa semper uirgo Maria non solum hominis Christi, sed & Dei genitrix recte credenda & confitenda est. Idem ueritate plenus erat, & est ipsa uidelicet uerbi diuinitate, quæ hominem illum singulariter electum, cum quo una Christi persona esset, assumere dignata est, non aliquid suæ diuinæ substantiæ, ut hæretici uolunt, in facientiam hominis naturam commutatis: sed ipsa apud patrem manens, totum quod erat, totam de semine Dauid naturam ueri hominis, quam non habebat, suscipiens. Vnde oportet, fratres charissimi, ut qui humanam redemptoris nostri natiuitatem hodie annua deuotione recolimus, & diuinam pariter & humanam eius naturam non annuo, sed continuo semper amplectamur amore. Diuinam, per quam creati sumus, cum non essemus: humanam, per quam recreati sumus, cum perditii essemus. Et quidem diuina

conditio

Gen. 45.
Luc. 3.

Matth. 17. 3.
Marc. 9.
Luc. 9.
Ioan. 1.

Abac. 2.

Rom. 10.

Gal. 3.

Iacob. 2.

Ephes. 2.

Act. 10.

Ioan. 3.

conditoris nostri uirtus, sine assumptione humanitatis nos recreare erat idonea: humana autem eiusdem redemptoris nostri infirmitas, sine assumptis se, & inhabitante in se, & operante per se diuinitate nos recreare nequiuit. Atque in deo uerbum caro factum est, id est, Deus homo factus est, & habitauit in nobis, ut per cognitum nobis hominis habitum nobis conuersando congruere, nos alloquendo instruere, nobis uiuendi uiam praeberet, pro nobis contra hostem confingere, nostram mortem moriendo ac resurgendo posset destruere: per coaeternam uero patri diuinitatem nos interiorius uiuificando ad diuina sustolleret, remissionem nobis peccatorum pariter ac spiritus sancti dona concederet, & post bonorum perfectionem operum non solum nos ad uidendam gloriam clarificationis suae perduceret humanitatis, sed & incommutabilem nobis essentiam suae diuinae maiestatis ostenderet, in qua uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum, Amen.

IN NATALI DIUI STEPHANI
protomartyris. Lucæ decimo/
tertio. Matth. 23.

In illo tempore dicebat Iesus turbis Iudaeorum & principibus sacerdotum: Ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapientes. Hinc Ierusalem, Hierusalem, quae occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA/
DEM LECTIÖNE.

Hierusalem non saxa & aedificia ciuitatis, sed habitatores uocat, quam patris plangit affectu: sicut & in alio loco legimus, quod uidens eam fleuerit. In eo autem quod dicit, Quoties uolui congregare filios tuos, omnes retro prophetas a se missos esse testatur. Auis quoque similitudinem congregantis sub pinnis nidum suum, in cantico Deuteronomij legimus: Sicut aquila protegere nidum suum, & super pullos suos desiderabit expandens alas suas, suscepit eos & tulit super pinnas suas. Et pulchre qui Herodem de sua nece tractantem uulpem uocat, seipsum aui comparat. Fraudulenta enim uulpes, semper insidias auibibus tendere non cessat.

Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Ipsam ciuitatem quam nidum suum uocauerat, nunc domum Iudaeorum appellat: quae non immerito Domini auxilio nudata, suae ditioni relinquitur: quia non solum auis illius omnipotentis quam Matthaeus gallinam nuncupat, alis protegere uolentem uulpibus deuorandam, id est, Herodi & Pilato crucifigendum tradidit Christum. Nec mora, uulpium earundem, hoc est, regum terrae & ipsa rapinae donatur. Occiso enim Domino uenerunt Romani, & quasi nidum uacuum diripientes, tulerunt eorum locum, gentem & regnum.

Dico autem uobis, quia non uidebitis me donec ueniat cum fili

etis: Benedictus qui uenit in nomine Domini. Hae quidem turbae dixerunt Domino ueniente ad Hierusalem: sed quia Lucas non dicit, quod hinc abscesserit Dominus, ut non ueniret nisi eo tempore, quo iam illud diceretur (perseuerat quippe in itinere suo donec ueniat Hierusalem) cogit profecto hoc mystice intelligi, hoc est, de illo eius aduentu quo in claritate uerturus est, maxime cum Matthaeus haec Dominum post decantatas ei a turba laudes dixisse testetur. Aliter quod dicit: hoc est, Nisi poenitentiam egeritis, & confessi fueritis ipsum esse me de quo prophetae cecinerunt filium omnipotentis patris, meam faciem non uidebitis. Habent Iudaei datum sibi tempus poenitentiae, confiteantur benedictum qui uenit in nomine Domini, & Christi ora conspiciet.

IN DIE DIUI IOANNIS APO/
stoli & Euangelistae. Ioan. ult.

In illo tempore dixit Iesus Petro: Sequere me. Conuersus Petrus, uidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cena super pectus eius, & dixit: Domine quis est, qui tradet te? Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADDEM LECTIÖNE.

Lectio sancti Euangelij, quae nobis lecta est, fratres mei, tanto maiori a nobis intentione debet per singula uerba pensari, quanta magna gratiae supernae dulcedine rota redundat. Commendat enim nobis beatissimus Euangelista & apostolus Ioannes privilegium amoris praecipui, quo ceteris amplius meruit honorari a Domino: commendat testimonium euangelicæ descriptionis, quod ueritate diuina subnixum nullus fidelium dubitare permittitur: commendat placidam suae carnis absolutionem, quam Domino specialiter se uisitate percepit. Sed ut perfectae lectionis huius principia considerare ualeamus, libet superiora parumper attendere. Apparuit Dominus post resurrectionem discipulis septem, inter quos erat Petrus & Ioannes, quibus frustra in piscando tota nocte laborantibus, & stans in litore copiosa rete eorum piscium multitudinem impleuit, moxque egressos ad terram inuitauit ad prandium, & inter prandendum tertio Petrum an se amaret, interrogauit: ac tertio amorem confitenti, quia ter eum negauerat, ei tertio pascendas suas oues commisit: ac deinde quia per earundem ouium, id est, animarum fidelium cura pastoralis usque ad martyrium crucis esset peruenturus, intimauit dicens: Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi uolebas: cum autem senueris, extends manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod non uis. In manuum nanque extensione designauit, quod per mortem crucis martyrio coronandus: in cinctione alterius, quod uincitendus a persecutore: in ductu quod non uellet, quod tormenta passionis contra uoluntatem esset passurus.

passurus humanę fragilitatis. Sed ne grauis forte uideretur Petro prædicta à Domino passio crucis, hanc suo confestim lenire curauit exeniplo, ut cruciatum martyrij eo lenius ferret, quo se meminisset similem suo redemptori mortis excipere sententiam. Postquam enim significauit ei, qua morte clarificaturus esset Deū, protinus adiungit, quod in huius capite lectionis audiuimus.

Et dicit ei: Sequere me.] Ac si aperte dicat: Quia ipse prius pro tua redemptione crucis supplicium subire non timui, cur tu pro mei cōfessio, ne nominis crucem pati formides? Qui eo gloriosiore martyrij palma clarificaberis, quod in hac promerenda magistri iter sequeris. Iam uero ab Euangelista non subditur, quid post hæc dicta Dominus & discipuli fecerint: sed ex eo tamen innuitur, quod subiungit, Cōuersus Petrus uidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem. Patet namq; quia cum dixisset Petro, Sequere me, id est, crucem patiēdo imitare, surrexit de loco conuiuij, & abire iam coepit. Secutus est autē eum Petrus etiam incessu pedum, cupiens implere quod audiuit, Sequere me. Secutus est & ille discipulus quē diligebat Iesus. Neq; enim arcendum se à consecratu Christi putabat, qui non minori se gratia dilectionis à Christo complexum nouerat. Neq; in credibile est ideo utruq; discipulum corpora li gressu uestigia Domini secutum, quia necdū intellexerat quid significauerit in eo, quod Petrum se sequi præcepit. Notum autem noui ueteris fraternitati, qui sit ille discipulus, quem diligebat Iesus: Ioānes uidelicet ipse, cuius hodie natalicia festa celebramus, qui hoc scripsit Euāgelium, atq; ideo suam personā maluit indicij rerum accidentium, quam proprio designare uocabulo. Diligebat autem eum Iesus non exceptis cæteris singulariter solum, sed præ cæteris quos diligebat familiaris unum, quem specialis prærogatiua castitatis ampliori dilectione fecerat dignum. Omnes quippe se diligere probat, quibus ante passionem loquitur: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Sed hunc præ omnibus diligit, qui uirgo electus ab ipso, uirgo in eum permansit. Tradunt namq; historiæ, quod eum de nuptijs uolentem nubere, uocauerit: & propterea quē à carnali uoluptate retraxerit, potiore sui amoris dulcedine donauit. Deniq; huic morturus in cruce matrem suam commēdauit, ut uirginem uirgo seruaret, & ipso post mortē ac resurrectionem celos ascendēte, nō deesset eius genitrici filius, cuius casta uita castis eius tuetur obsequijs. Ponit & aliud suæ personæ beatus Ioānes indicium, subiungens: Qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine quis est, qui tradet te? Hoc quomodo gestum sit, superiora huius euāgelij loca plenius ostendunt: quia uidelicet in cœna, quam ultimam ante passionem cum discipulis Saluator habuit, in qua eorū pedes lauit, eisq; corporis ac sanguinis sui tradidit mysteria celebranda,

Bedæ tom. 7.

discipulus ille quē diligebat, supra pectus eius recubuerit. Et cum dixisset eis, Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me, respondit ille discipulus, innuente Petro ut interrogaret & diceret ei: Domine, quis est? At Dominus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Quod autē discipulus ille supra pectus magistri recubuit, non præsentis solummodo dilectionis, sed & futuri erat signum mysterij. Figurabatur etenim iam tunc euāgelium, quod idē discipulus erat scripturus, uberius atque altius cæteris sacre scripturæ paginis arcana diuinæ maiestatis esse comprehensurum. Quia enim in pectore Iesu sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, merito supra pectus eius recubat, quē maiore cæteris sapientiæ & scientiæ singularis munere donat. Cæteros quippe Euāgelistas nouimus plura de miraculis nostri Saluatoris, pauciora de diuinitate locutos: Ioānes autem perpauca de humanis scribens actibus, potius se exponendis diuinæ naturæ indidit arcanis, patenter insinuans quanta de pectore Iesu fluēta doctrinæ cœlestis, quę nobis ructaret hauserit. Sequitur:

Hinc ergo cum uidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid?] Quia se beatus Petrus audierat per passionem crucis clarificaturum esse Deum, uoluit etiam de fratre & discipulo cognoscere, quia esset ipse morte perpetuam trahiturus ad uitam.

Dicit ei Iesus: Sic enim uolo manere donec ueniā, quid ad te? Tu me sequere.] Non, inquit, eum per passionem martyrij uolo consummari, sed absq; uolentia persecutoris diem expectare nouissimum, quādo ipse ueniens eum in æternæ beatitudinis mansionem recipiam. Et quid hoc ad te? Tu tantum crucis patibulum subeundo mea te uestigia sequi debere memento. Et quidem hanc Domini responsonem fratres tunc temporis ita tractabant, quasi Ioannes nunquam esset moriturus.

Quod non ita esse intelligendum ipse Ioannes admonere curauit, qui cum præmississet exisse sermonē istum inter fratres, quia discipulus ille non moritur, solenter adiecit atq; ait: Et non dixit ei Iesus, quia non moritur, sed sic eum uolo manere donec ueniā, quid ad te? Non ergo putandum, quia discipulus ille non sit mortuus in carne, quia nec Dominus hoc de illo futurum prædixit, & Psalmista ait, Quis est homo qui uiuit, & non uidebit mortem: sed ita potius intel-

ligendum, quod cæteris Christi discipulis per passionem consummatis ipse in pace ecclēsiæ aduentum uocationis expectauerit. Et hoc est quod ait Dominus: Sic enim uolo manere donec ueniā, non quia & ipse multos antea labores pro Domino, pressurasq; malorum tolerauerit, sed quia ultimum in pace sentum finierit, utpote ecclēsijs Christi per Asiam quam regebat, ita lōge lateq; fundatis. Nam & in Actibus apostolorum cum cæteris apostolis flagellatus inuenitur, quando ibant gaudentes a conspectu cotēcti, quoniam digni habitū sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Et à Domitiano Casare in feruentis olei dolū missus, in ecclēsiastica nat-

tatur

Ioan. 13.

Ioan. 19.

Coloss. 2

Psal. 88

Act. 5.

ratur historia, ex quo tamen diuina se protegēte gratia tā intactus exierit, quam fuerat à corruptione concupiscentiæ carnalis extraneus. Nec multo post ab eodem principe propter in superabilem euangelizandi constantiā in Pathmos insulā exilio relegatur, ubi humano licet destitutus solatio, diuine tamen uisionis & allocutionis meruit crebra consolatione reuelari: deniq; ibidem Apocalypsim, quam ei Dominus de statu ecclesiæ præsentis uel futuro reuelauit, manu sua conscribit. Vnde constat promissionem sic manendi donec ueniret Dominus, nō eō pertinere, quod sine labore certaminis uicturus in mūdo, sed illō potius quam sine dolore passionis transurus esset è mundo. Sicut enim in patrum Apocalypsim, cum longo confectus senio, sciret imminere diem recessus sui, conuocatis discipulis suis post monita exhortationum ac missarum celebrationē, ultimum eis ualefecit: deinde descendens in defossam sepulturæ suæ locum, facta oratione appositus est ad patres suos, tā liber à dolore mortis, quam à corruptione carnis inuenitur alienus. Atq; ita completa est ueridica Saluatoris sententia, quia sic eum uoluerit manere donec ipse ueniret. Possimus autē mysticē in his quæ Petro & Ioanni à Domino prædicta atq; in eis sunt gesta, duas ecclesiæ uitas, quibus in præsentī exercetur, actiua scilicet & contemplatiua, designatas accipere, quarum actiua communis populo Dei uia uiuendi est. Ad contemplatiuā uerō perpauca, & in hoc sublimiores quicq; post resurrectionem piæ actionis ascendunt. Actiua quippe uita est studiosum Christi famulum iustis insistere laboribus, & prius quidem seipsum ab hoc seculo immaculatum custodire, mentē, manum, linguam, ac membra corporis cætera ab omni inquinamento culpæ tentantis continere, sac diuinitis perpetuō subiugare seruitijs. Deinde etiam proximī necessitatibus iuxta uires occurrere, esurienti cibum, potum sitientis, algenti uestitum ministrando, egenos uagosq; in domum recipiēdo, infirmum uisitando, mortuum sepeliendo, eripiendo inopem de manu fortioris eius, egenum & pauperem à rapientibus eum: sed & erranti uiam ueritatis ostendendo, ac cæteris se mancipando fraternæ dilectionis obsequijs, in super & usq; ad mortem pro iustitia certando. Contemplatiua autem uita est, cū longo quis bonæ actionis exercitio edoctus, diuina orationis dulcedine instructus, crebra lachrymarum compunctione assuefactus, à cunctis mundi negocijs uacare, & in sola dilectione oculum mētis intendere didicerit, gaudiumq; perpetuæ beatitudinis quod in futuro percipiturus est, uita etiam in præsentī cœperit ardentè desiderando prægustare, & aliquando etiā in quantum mortalibus fas est, in excessu mentis speculando sublimiter euolare. Hæc autem uita diuine speculationis illos maxime recipit, qui post longa monasticę rudimenta uirtutis se cretī ab hominibus degere norunt, eo liberiorē ad cœlestia meditanda animum habentes, quo

Matth. 25.

Psal. 34.

à terrenis separantur tumultibus. Namq; actiua non solis in cœnobio monachis, sed & cuncto, ut diximus, populo Dei generaliter ingredienda proponitur. Et quidem utrunq; apostolū, & Petrū uidelicet & Ioannem, quamuis inter homines positum, pro excellentis culmine gratiæ constet in utraq; uita fuisse perfectum: attamen una uita per Petrum, alia designatur per Ioannē. In eo etenim, quod ait Petro Dominus, Extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quod non uis, perfectionem exprimit actiue conuersationis, quæ tentationum solet igne probari. Vnde alibi de ea dicit apertius: Beati quæ persecutionem patitur propter iustitiam. Cui recte subiungit, dicens: Sequere me, quia nimirum iuxta eiusdem Petri uocem Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur uestigia eius. Quod autem dicit de Ioanne, Sic eum uolo manere donec uenio, statum contemplatiuæ uirtutis insinuat, quæ non per mortem finienda ut actiua, sed per mortem est perfectius Dominō ueniente complenda. Actiua namq; labor cum morte deficit, mercedem post mortem accepturus æternam. Quis enim in illa uita panē esurienti dat, ubi nemo esurit? quis aquam sitienti, ubi nemo sitit? quis mortuū sepelit, ubi terra uiuentium est? quis cetera opera misericordiæ exercet, ubi nullus miser inuenitur? Actionis ergo ibi labor nullus, sed solus præteritæ actionis perpetuus remanet fructus. Speculatiua autem felicitas, quæ hic inchoatur, illic sine fine perficitur, quando & supernorum ciuium & ipsius Domini præsentia non per speculum & in enigmate, sicut nunc, sed facie ad faciem uidebitur. Vnde recte de ea sub typo discipuli quem diligebat, quemq; supra seculum fuit fecit discumbere, dicit Dominus: Sic eum uolo manere donec uenio. Ac si aperte dicat: Nolo gustum speculatiuæ suauitatis, quam maxime in sanctis meis diligo, sperantibus in protectione altarū mearū, inebriatis ab ubertate domus meæ, sicut laboriose usum actionis lethi conditio ne finiri, sed post mortem sublimius me apparere, atq; in meæ conspectum maiestatis illos perducente perfici. Sequitur:

Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus quia uerum est testimonium eius.] Iam manifeste beatus Ioannes suā personā designat ex officio, quam designare uocat ex uocabulo. Non autem prætereunter intuendum, quod dicitur, Qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Perhibuit quippe testimonium uerbo Dei prædicando, perhibuit scribēdo, perhibuit denuō eadem quæ scripserat docendo: perhibet etiam nunc euangelium, quod descripsit ecclesijs legendum, pandendo. Siquidem à tempore Dominicæ passionis, resurrectionis, & ascensionis in cœlum usq; ad ultima Domitiani principis tēpora, per annos circiter sexaginta quinque, absque ullo scribendi admīniculo uerbum Dei predicabat. At ubi à Domitiano, qui secutus post Neronem Christianorum persecutor extitit, in exiliū missus est, irrūpentes in eccle-

1. Petr. 2.

1. Cor. 13.

liam

siam hæretici, quasi in destituta pastore ouilia lupi Marcion, & Cerinthus, & Hebiō, cæteriꝫ Antichristi, qui Christum fuisse ante Mariam negabant, simplicitatē fidei euangelicæ peruersa maculauerunt doctrina. Sed dum ipse post occisionē Domitiani permittente pio principe Nerua rediret Ephesum, cōpulsus est ab omnibus penē tūc Asiæ episcopis, & multarū ecclesiarū legationib. de coæterna patri diuinitate Christi altius facere sermonem, eo quod in triti euaḡelistarum scriptis, Matthæi uidelicet, Marci & Lucæ de humanitate eius ac de his quæ per hominem gelsit, sufficiens sibi uiderentur habere testimonium. Quod ille se non aliter facturū respondit, nisi in dicto se iunio omnes in cōmune Dominum precarentur, ut ille digna scribe re posset. Et hoc patrato instructus reuelatione, ac sancti spiritus gratia inebriatus omnes hæreticorū tenebras patefactæ subitō ueritatis luce dispulit. In principio, inquit, erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Similemꝫ initijs totum sui sermonis circū faciens, Dominum nostrum Iesum Christū sicut uerum hominem, uerē ex homine temporaliter factum, ita etiam uerum Deum, uerē ex Deo patre æternaliter natum, uerē cum patre, & cum spiritu sancto semper existentem clarissima assertionē perdocuit, imō omnia diuinitatis & ueræ diuinitatis, quantum alteri mortalium nulli licuit, arcana reserauit. Et hoc uirgini priuilegium recte seruabatur, ut ad scrutanda uerbi incorruptibilis sacramēta incorrupto ipse non solum corde, sed & corpore proderet. De cuius dīctorū ueritate, quā sit nemini ambigendum, ipse quoꝫ curauit ostendere, qui cū dixisset, Hic est discipulus, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, continuo subiicit, & ait: Et scimus quia uerum est testimonium eius. Quia ergo & nos cum cæteris fidelibus scimus uerum esse testimonium eius, curemus per omnia recta fide intelligendo, recta operatione exercendo, quæ docuit ad dona sempiterna quæ promisit, peruenire, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum, Amen.

IN NATALI SANCTORVM INNOCENTIVM MARTYRVM. Matth. 2.

IN illo tempore angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & esto tibi usque, dum dicam tibi. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

DE morte preciosa martyrum Christi innocentium sacra nobis est, fratres charissimi, Euangelij lectio recitata, in qua tamē omnium Christi martyrum preciosa mors est designata. Quod enim paruuli occisi sunt, significat per humilitatis meritum ad martyrij perueniendū

Bedæ tom. 7.

gloriam, & quia nisi conuersus fuerit quis, & effectus ut paruulus, non possit animā dare pro Christo. Quod in Bethleem & in omnibus finibus eius occisi sunt, ostendit nō solum in Iudæa, unde ecclesiæ coepit origo, sed & in omnibus eiusdem ecclesiæ finibus quacumꝫ per orbē diffusa est, persecutionem sequituram perfidorum, & piorum patientiam esse coronandam. Qui a bitu occisi sunt, doctrina & operatione perfectos indicāt: quæ uerò infra, simplices uel idiotas fidei, tamen non fictæ constantia fortes equæ denūciāt. Quod illi quidem occisi sunt, sed Christus qui quærebatur uiuens euasit, insinuat corpora quidem ab impijs posse periri, sed Christum pro quo persecutio tota saeuit, nullatenus eis uel uiuentibus uel occisis posse auferri, sed eos ueraciter contestari, quia siue uiuimus, Domino uiuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue enim uiuimus siue morimur, domini sumus. Quod iuxta uaticinium Hieremiæ uox in rama, id est, in excelso audita, & ploratus & ululatus, manifeste denūciat luctum sanctæ ecclesiæ, quæ de iniusta membrorum suorum nece gemit, nō ut hostes garrūt in uacuum cedere, sed usq; ad solum ascendere superni iudicis: & sicut protomartyris Abel, ita etiam sanguinem cæterorum martyrum de terra clamare ad Dominum, iuxta illud uiri sapiētis: Non despicies preces pupilli, nec uiduam, si effundat loquelā gemitus. Non ne lachrymæ uiduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas: A maxilla enim ascendunt usq; ad cœlum, & Dominus exauditor nō delectabitur in illis. Quod Rachel plorasse dicitur filios suos, nec uoluisse consolari, quia non sunt: significat ecclesiam plorare quidem sanctorum de hoc seculo ablationem, sed non ita uelle consolari, ut qui seculi morte uicerunt, rursus ad seculi certamina secum toleranda redeāt: quia nimirum non sunt ultra reuocandi in mundum, de cuius ærumnis semel euaserunt coronandi ad Christum. Rachel namq; quæ ouis aut uidens Deum dicitur, ecclesiam figuratē demonstrat, cuius tota intētio ut uidere Deum mereatur, inuigilat. Et ipsa est ouis centesima, quam pastor bonus relictis in celo nonaginta nouem ouibus angelicarum uirtutum, abiit querere in terra, inuenit tamq; suis humeris imposuit, & sic reportauit ad gregem. Queritur autem iuxta literam, quo modo Rachel plorasse dicitur filios suos, cum tribus Iuda quæ Bethleem tenebat; non de Rachel, sed de sorore eius Lia fuerat orta. Vbi tamen facilis patet responsio, quia nō tantum in Bethleem, uerum etiā in omnibus finibus eius pueri sunt omnestrucidati. Tribus autē Benjamin, quæ de Rachel orta est, proxima fuit tribui Iudæ. Vnde merito credi debet, quod plaga crudelissima necis non paucos etiam Benjaminæ stirpis pueros inuoluerit, quos progenies Rachel elata in excelsum uoce plorauerit. Potest & aliter intelligi, quia Rachel iuxta Bethleem sepulta est, sicut titulus monumenti eius manens usque hodie testatur, ad occidentem ciuitatis

Matth. 18.

Rom. 14.

Hier. 31.

Gal. 4.

Eccles. 35.

Lucæ 15.

Genes. 31.

tatis ultra usque, quæ ducit Hebron: quod ea quæ in loco eodem agebantur, ipsa egisse prophetico locutionis modo recte dicatur, cuius corpore & nomine locus ipse fuerat insignis. Quod Dominus ipse ne occideretur ab Herode sublatu-
 tus est à parentibus in Aegyptum, significat electos sapius malorum improbitate suis effugandos sedibus, uel etiam exilio damnandos. Vbi simul exemplum datur fidelibus, ne dubitent rabiem persequentium, ubi opportunum fuerit declinare fugiendo, cum hoc Deum ac Dominum suum fecisse meminerint. Si quidem ipse qui erat suis præcepturus. Cū uos persecuti fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam, prius fecit quod præcepit fugiendo hominē, quasi homo in terra, quem magis paulo ante monstrauit stella de celo. Quod occisis pro Domino pueris Herodes non longè post obiit, & Ioseph monente angelo Dominum cum matre ad terram Israel reduxit: significat omnes persecutiones, quæ contra ecclesiam erant mouendæ, ipsorum persecutorum morte uindicandas, eis demq; multis persecutoribus pacem ecclesiæ denuo reddendam, & sanctos qui latuerant, ad sua loca fuisse reuersuros. Herodes quoq; in diabolo fremit, & auferri sibi iniquitatis suæ regnum in his, qui ad Christum transeunt, ingemiscit. Vnde si paruos interficiat, Iesum sibi uideatur occidere. Quod utique sine cessatione molitur, dum primordijs renatorum spiritum sanctum arripere, & quandam teneræ fidei infantiam tentat extinguere. Possimus quoq; odium Herodis quo perdit Iesum uoluit super persecutionibus, quæ apostolorum sunt temporibus factæ, in Iudæa specialiter accipere, quando in ualefcente inuidia prædicatores uerbi sunt penè omnes expulsi de prouincia, & in gentibus prædicaturi sunt longè lateq; dispersi. Sicq; factum est ut gentilitas, quæ per Aegyptum figuratur, peccatis ante tenebrosa lumē uerbi perciperet. Hoc est enim puerum Iesum & matrem eius per Ioseph in Aegyptum trāsferri, fidem scilicet Domini in incarnationis & ecclesiæ societate per doctores sanctos gentibus committi. Quod erant in Aegypto usque ad obitum Herodis, indicat figuratē fidem Christi in gentibus mansuram, donec plenitudo gentium inuenerit, & sic omnis Israel saluus fiat. Obitus quippe Herodis terminum intentionis maliciosa, qua nunc contra ecclesiam Iudæa seuit, insinuat. Occiso parturitorum, mortem humilium spiritu, quos fugato à se Christo Iudæi peremere, designat. Quod autem defuncto Herode redit ad terram Israel, finem seculi denunciat, quādo Enoch & Helia prædicantibus Iudæi sopita modernæ inuidiæ flamma, fidem ueritatis accipient. Et bene cum Iudæam deserit, fugere, & hoc in nocte dicitur: cum uerò reuertitur in illam non solum fugæ, sed nec noctis sit mentio: quia nimirum quos ob peccatorum tenebras olim persecutores reliquit, ipsos ob lucem fidei tandem sequentes reuulsi. Quod damnato licet Herode Ioseph timore Archelai filij eius in Iudæam, ubi

Matth. 10.

Act. 13.

Rom. 11.

metropolim habebat, ire formidans, monente angelo in Nazareth Galilee secedit, ultima presentis ecclesiæ tempora designat, quādo pro ea quæ nunc est, uniuersali gentis illius cecitate, qua Christianos in quantum ualet persequi non desistit, acrior in quibusdam Antichristi persecutio confluet. Et quidem plurimis ad prædicationem Enoch & Helia à perfidia conuersis, sed ceteris ad instinctum Antichristi tota intentione contra fidem dimicantibus. Pars igitur Iudææ in qua regnabat Archelaus, perfidos Antichristi sequaces ostendit. Porro Nazareth Galilee, quod Dominus transfertur, partem gentis eiusdem, quæ tunc temporis fidem Christi est susceptura, designat. Vnde bene Galilea perperata trās migratio, Nazareth flos aut uirgultus eius interpretatur: quia nimirum sancta ecclesia, quo ardentiore desiderio ab his, quæ in terris uidet, ad cœlestia promerenda transmigrat, eo maiore spiritualium abundantia flore atq; germine uirtutum. Vnde oportet, fratres charissimi, quia primitias martyrum hodierna festiuitate ueneramur, de æterna, quæ in cœlis est, martyrum festiuitate sedulo cogitemus, eorumq; uestigia in quantum possumus sequendo, & ipsi eiusdem festiuitatis supernæ participes existere curemus, testante Apostolo: quia si socij passionum fuerimus, simul & consolationum erimus. Nec tam de morte eorum lugeamus, quā de iusta palmæ perceptione lætemur. Si quidem singulos eorum per tormenta pellerentur, ex hac uita Rachel gemebunda, id est, sancta ecclesia quæ gemit, luctu lachrymisq; profecuta est: sed iam hinc expulsos superna Hierusalē, quæ est mater omnium nostrum, mox in aliam uitam obuijs lætitiæ ministris excepit, atq; in gaudium Domini sui perpetuò coronandos introduxit. Vnde dicit Ioannes: Stabant ante thronum, & in conspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Stant enim modo ante thronum Dei coronati, qui quondam ante thronos iudicum terrenorum iacebant pœnis attriti. Stant in conspectu agni nulla ratione illic à contemplanda eius gloria separandi, à cuius hic amore nec supplicio poterant separari. Stolis fulgent albis, & palmas in manibus habent: quia præmia in operibus habent, dum corpora quæ pro Domino ignibus & bestijs dilacerata, flagris absumi, per præcipitia dissolui, unguis abradit, omnimodo pœnarum genere passi sunt dissipari, per resurrectionē glorificata recipiunt. Et clamabat, inquit, uoce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Magna uoce salutem Deo decantant, qui magna gratiarum actione recolunt, non sua se uirtute, sed ipso auxiliante tribulationum impugnationum superasse certamina. Dicit iterum eorum & præteritis agones & coronas describens perpetuas: Hi sunt, qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Stolas quippe martyres in sanguine agni lauerunt, dum membra sua quæ oculis insipientium uisa sunt pœnarum squalore foedari, sic potius fuso

2. Cor. 1.

Apo. 7.

Ibidem.

Ibidem.

fuso pro Christo sanguine ab omnibus munda-
uere contagijs: insuper & beata immortalitatis
luce digna reddidere, quod est lotas etiam deal-
basse stolas in sanguine agni. Ideo sunt, inquit,
ante thronum Dei, & seruiūt ei die ac nocte in
templo eius. Non est laboriosa, sed amabilis &
optada seruitus, in Dei laudibus perpetuò adsi-
stere: dies quippe & nox non uicissitudinē tem-
poris propriē, sed perpetuitatem tropicē signi-
ficant. Nox enim non erit illuc, sed dies una me-
lior in atrijs Christi super milia, in qua non plo-
rat Rachel filios suos, sed absterget Deus om-
nem lachrymam ab oculis eorum: dantq; uocē
lætitiæ & salutis æternæ in tabernaculis iusto-
rum ei, qui uiuit & regnat Deus per omnia se-
cula seculorum, Amen.

Psal. 83.

Apo. 7.

IN CIRCUNCISIONE DO-
mini. Luca 2.

In illo tempore cum consummati essent dies octo, ut circuncide-
retur puer, uocatum est nomen eius Iesus. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

Sanctam uenerandamq; præsentis festi me-
moriam, paucis quidem uerbis Euangelista
comprehendit, sed non pauca cœlestis mysterij
uirtute grauidam reliquit. Exposita namq; nati-
uitate Dominica, cuius gaudia mox angeli di-
gnis laudibus exulerunt, pastores deuota uili-
tatione celebrarūt, omnes qui tunc audire, mi-
rati sunt. Nos quoq; pro modulo nostro, pro-
potuimus, proximē Domino largiente, cōgru-
is missarum hymnorumq; solennijs exegimus.
subiunxit atq; ait:

Et postquam consummati sunt dies octo, ut circuncideretur
puer, uocatum est nomen eius Iesus, quod uocatum est ab ange-
lo, priusquam in utero conciperetur. Hæc sunt festiuita-
tis hodiernæ gaudia ueneranda; hæc sacræ so-
lennitas diei, hæc illa supernæ pietatis munera
factosancta, quæ fidelium cordibus commen-
dans Apostolus ait: Quia ubi uenit plenitudo
temporis, misit Deus filium suū factum ex mu-
liere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erāt,
redimeret, ut adoptionem filiorū reciperemus.
Magna namq; dispensatione pietatis ad redem-
ptionem generis humani Deus pater non ange-
lum, non archangelum, sed filium suum unige-
nitum mittere dignatus est. Quem quia in diu-
nitatis suæ specie uidere nequimus, magna rur-
sum dilectionis arte prouidit, ut hūc factum ex
muliere, hoc est, ex maternæ carnis substantia,
sine uirili admixtione cōceptum, ad humanos
uerum hominem proferret aspectus: qui in di-
uina uirtute ac substantia manens, per omnia
quod erat, ueram naturæ mortalitatis infirmitatē
quā non habebat, indueret. Et ut nobis necessa-
riam obediendi uirtutem præcipuo cōmenda-
ret exemplo, factum sub lege, filium suum misit
Deus in mundum: nō quia ipse legi quicquam
debeat, qui unus magister noster, unus est legis

Gala. 4.

lator & iudex, sed ut eos qui sub lege positi, le-
gis onera portare nequuerant, sua compassio-
ne iuaret, ac de seruili conditione, qui sub lege
erant, ereptos in adoptionem filiorum, quæ per
gratiam est, sua largitate reduceret. Suscepit er-
go circuncisionem lege decretam in carne, qui
absq; omni prorsus labe pollutionis apparuit
in carne, & qui in similitudine carnis peccati,
nō autem in carne peccati aduenit, remedium
quo caro peccati confureerat, mundari non re-
spuit: sicut etiā unda baptismatis, qua nouæ gra-
tiæ populos à peccatorum sorde lauare uoluit,
ipse non necessitatis, sed exempli causa subiit.
Scire etenim debet uestra fraternitas, quia idē
salutiferę curationis auxiliū circuncisio in lege
contra originalis peccati uulnus agebat, quod
nunc baptismus agere reuelata gratiæ tempore
confueuit, excepto quòd regni cœlestis ianuam
necdum intrare poterāt, donec adueniēs bene-
dictionē daret, qui legem dedit, ut uideri possēt
Deus deorum in Sion, tantum in sinu Abrahæ
post mortē beata requie consolati supernæ pa-
cis ingressum spe felici expectabant. Qui enim
nunc per Euangelium suum terribiliter ac salu-
briter clamat, Nisi quis renatus fuerit ex aqua
& spiritu, non potest introire in regnum Dei:
ipse dudum per legem suam clamabat, Mascu-
lus cuius preputij caro circuncisa non fuerit, pe-
ribit anima illa de populo suo, quia pactū meū
irritum fecit, id est, quia pactum uitæ in paradiso
hominibus mandatum Adam præuaricante
transgressus est, in quo omnes peccauerunt: pe-
ribit de cœtu sanctorū, si non ei fuerit remediū
salutari subuentum. Vtraq; ergo purificatio, &
circuncisionis uidelicet in lege, & in euangeliō
baptismatis, tollendæ præuaricationis primæ
gratia posita est. Et ne cui seculi labentis atati
superni respectus munera deessent, illi quoque
qui à mundi exordio usq; ad tēpora datę circun-
cisionis uel post datam circuncisionē, de alijs na-
tionibus Deo placuerunt, uel hostiarū oblatio
nibus, uel certē sola fidei uirtute suas suorumq;
animas creatoricōmendantes, à primū reatus
uinculis absolueret curabāt. Sine fide enim im-
possibile est placere Deo: & sicut aliās scriptū
est, Iustus autem ex fide uiuit. Sed ueniens in
carne Dei filius, qui solam carnis naturam, nul-
lam autem peccati contagionem contraxit de
Adam, & quia spiritus sancti uirtute de uirgine
conceptus & natus est, nullo eguit munere gra-
tiæ renascentis: utrunque genus purificationis
subire dignatus est, & circūcisus uidelicet à pa-
rentibus octaua die natiuitatis, & tricesimo gra-
tis anno baptizatus à Ioāne, imò etiā tertiu salu-
taris hostiæ munus ipse templi Dominus pro-
se nō respuit offerri. Cuius die dehinc tricesima
tertia Domino opitulante uestra charitas audi-
tura simul est & celebratura mysteriū. Cuncta,
inquā, & legalis & Euangelicę purificationis ge-
nera, qui nullo indiguit, Dominus suscipere nō
despexit, ut & consummandę iam legis decreta
suo tēpore doceret esse saluberrima, & adueniē-
tis euangeli cūctis fidelibus ostēderet æque sub

10

20

30

50

60

Ioan. 3.

Gen. 17.

Heb. 11.

Abac. 2.

Lucæ 2.

Math. 3.

Lucæ 22.

eunda remedia. Sed & hoc quod eodem die sug
circumcisionis nomen ut Iesus uocaretur, acce-
pit, ad imitationem priscae fecit obseruationis:
quam ex eo credimus sumptam, quod Abraham
patriarcha, qui primus circumcisionis sacra-
mentum in testimonium suae magnae fidei & di-
uinae ad eum promissionis accepit, eodem die
suae suorumque circumcisionis etiam nominis am-
plificatione simul cum sua coniuge benedici pro-
meruit, ut qui eatenus Abram pater excelsus
dicitur est, deinde Abraham, id est, pater multa-
rum gentium uocaretur: quia patrem, inquit,
multarum gentium constitui te. Quae fidelissima
promissio tam late per orbem iam patet imple-
ta, ut etiam nos ipsi de gentibus ad fidei illius de-
uotionem uocati, ipsum nos patrem spiritaliter
habere gaudeamus, dicente etiam nobis A-
postolo: Si autem uos Christi, ergo semen Abra-
hae estis, secundum promissionem haeredes. Et
Sarae, inquit, uxorem tuam, non uocabis Sa-
rae, sed Saram, id est, non principem meam, sed
principem: uidelicet aperte docens, ut eam qua
tantae fidei particeps & socia facta est, non pro-
priae principem suae domus, sed absolute princi-
pem, id est, omnium recte credentium foemina-
rum uocaret, & intelligeret esse parentem. Vn-
de beatus apostolus Petrus credentes de genti-
bus foeminas ad humilitatis, castitatis, & mode-
stiae uirtutem prouocans, eiusdem matris no-
strae Sarae debita cum laude meminit. Sicut Sara,
inquit, obediebat Abraham, dominum eum
uocans, cuius estis filiae beneficientes, & non ti-
mentes ullam perturbationem. Hac dilectio-
nem uestram fratres admonere curauimus, ut
singuli uestrum meminerint, etiam se ipsos per-
cepta fide Christi cum patriarchis nominis ex-
cellim eruisse consortium, si precepta in Chri-
sto purificatione, baptismi salutaris deriuatum
a nomine Christi, gaudeant mutuas cognos-
men, & hoc usque ad finem firmum in temera-
tumque seruare contendant, gaudentes in se illud
Esaiae uaticinium esse completum, Et seruos su-
os uocabit nomine alio, hoc est nomine Chri-
stiano, quo nunc omnes serui Christi se delecta-
tur insigniri. Neque enim nomen aliud sub coe-
lo datum est hominibus, in quo oporteat nos
saluos fieri. Vnde propheta consequenter ad-
iungit: In quo qui benedicendus est super ter-
ram, benedicetur in Domino, amen. Dicit & a-
lias de eodem, multiplicandam etiam de genti-
bus ecclesiam alloquens: Videbunt gentes ius-
tum tuum, & cuncti reges inclytum tuum, &
uocabitur tibi nomen nouum, quod os Domi-
ni locutum est. Quare autem puer qui natus est
nobis, filius qui datus est nobis, Iesu, id est, Sal-
uatoris nomen accepit, non expositione ut a
nobis possit intelligi, sed sollicita ac uigili ege-
rentione, ut etiam nos possimus eiusdem no-
minis participatione saluari. Legimus quippe
angelo interpretante: Quia ipse saluum faciet
populum suum a peccatis eorum. Et indubitan-
ter credimus ac speramus, qui a peccatis sal-
uat, ipse etiam a corruptionibus, quae a peccat-

tis contigerunt, & ab ipsa morte saluare non
mittit, Psalmista testante, qui ait: Qui propi-
tius sit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat om-
nes languores tuos. Dimisis quippe omni-
bus iniquitatibus nostris ad integrum omnes
languores nostri sanabuntur, cum resurrectio-
nis apparente gloria nouissima inimica destruc-
ta fuerit mors. Et haec est uera & plenaria no-
stra circumcisio, cum in die iudicii cunctis simul
animae carnisque corruptionibus exuti, mox per-
acto iudicio ad uideendam perpetuo creatoris
faciem, aulam regni caelestis ingredimur, quod
est typice paruulos circumcisos ad templum Do-
mini Hierosolymam cum laudibus hostiarum
munus acceptabile deferri. Vera enim circum-
cisione purgatus templum Domini eum mune-
ribus ingreditur, qui gloria resurrectionis ab om-
ni labe mortalitatis excocatus, cum bonorum
fructibus operum supernae ciuitatis gaudia sem-
piterna subit. Disrupisti, inquit, uincula mea,
tibi sacrificabo hostiam laudis. Vota mea Do-
mino reddam in atrijs domus Domini, in con-
spectu omnis populi eius, in medio tui Hierusa-
lem. Quod desideratissimum tempus caelestis
introitus illa dies octaua, qua circumcisio cele-
bratur, indicat. Sex etenim sunt huius seculi a-
etates notissimis temporum distinctae articulis, in
quibus pro Deo laboribus insistere, & pro ad-
piscenda requie sempiterna ad tempus operari
necesse est. Septima est aetas non in hac, sed in
alia uita quiescentium usque ad tempus resur-
rectionis animarum. Octaua autem aetas, ipsa
est dies resurrectionis sine ullo temporis sine
beatus, quando uera omnimodo circumcisionis
gloria coruscante, non ultra corpus, quod cor-
rumpitur, adgrauat animam: non terrena inha-
bitatio deprimit sensum multa cogitatem, sed
corpus iam corruptibile latificat animam, &
subleuat caelestis inhabitatio totum hominem
uisioni sui conditoris inhaerentem. Cuius aeter-
ni diei beatitudinem Propheta in illo, cuius su-
pra meminimus, Psalmo consequenter expo-
nit, animam suam ipse & omnes interioris sui
hominis affectus ad benedicendum Dominum,
recordandasque omnes eius retributiones exci-
tans: Qui redimit de interitu, inquit, uitam tuam,
qui satiat in bonis desiderium tuum, qui coro-
nat te in miseratione & misericordia, renouabi-
tur sicut aquilae iuuetus tua. Et ideo necesse est,
fratres charissimi, ut qui ad huius pulcherrimae
renouationis, quasi summae circumcisionis, desi-
deramus praemia pertingere, curemus interim
primitiuae circumcisionis & renouationis, quae
quotidiano uirtutum exercitio fit, subire reme-
dia. Deponamus secundum pristinam conuer-
sationem ueterem hominem, qui corrumpitur
secundum desideria erroris, renouemur spiritu-
mentis nostrae, & induamus nouum hominem,
qui secundum Deum creatus est in iustitia &
sanctitate ueritatis. Neque audientes circumci-
sionem in uno corporis nostri membro nos ca-
stigare, sufficere credamus: sed sicut idem alibi
monet Apostolus, Mundemus nos ab omni sa-
be &

Psal. 102.

1 Cor. 13.

Psal. 115.

Sapient. 9.

Psal. 102.

Ephes. 4.

1 Cor. 7.

be & inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei: relegamus Acta Apostolorum, uideamus beatissimum

- Act. 7.** protomartyrem Stephanum Iudeis se cum Domino persequentibus terribiliter intonantem: Duri ceruice, & incircuncisi cordibus & auribus, uos semper spiritui sancto resistitis. Si ergo incircuncisi cordibus & auribus sunt, qui spiritus sancti monitis resistunt, est utique cordium & aurium circumcisio. Et si est cordium & aurium, est & omnium exterioris interiorisque hominis nostri sensuum. Qui enim uiderit mulierem ad concupiscendum eam, qui habuerit oculos sublimis, huius incircuncisus est uisus: quibus uoce ueritatis dicitur, Qui est ex Deo, uerbum Dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis. Incircuncisi sunt auribus, incircuncisi lingua & manibus sunt, quorum os locutum est uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum, & dextera eorum repleta est munere. Incircuncisi sunt gustu, quos propheta redarguit, dicens: *Vae qui potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem. Incircuncisi olfactu & tactu, qui unguento & uariis odoribus sunt delibuti: qui sequuntur amplexus meretricis, aspergentes cubile suum myrrha, & aloë & cinamomo. Incircuncisi gressibus, de quibus Psalmista commemorat: Contritio & infelicitas in uis eorum, & uiam pacis non cognouerunt. At qui omni custodia seruant suum cor, qui auertunt oculos suos ne uideant uanitatem, qui sepiunt aures suas spinis, ne audiant linguam nequam, qui gustant & uident, quam suavis est Dominus, quam beatus uir qui sperat in eo, qui custodiunt uias suas ut non delinquant in lingua sua, qui donec superest halitus in eis, & spiritus Dei in naribus eorum, non loquuntur labijs iniquitatem, nec lingua eorum meditatur mendacium, qui leuant manus suas ad mandata Dei quae diligunt, qui ab omni uia mala prohibent pedes suos ut custodiant uerbum Dei, isti omnes suos sensus petra spiritalis exercitij se ostendunt habere circumcisos. Petrinis quippe cultris circumcisionem fieri legimus: petra autem erat Christus, cuius fide, spe & charitate, non solum in baptismo, sed in omni prorsus actione deuota purificantur corda bonorum. Quae & ipsa quotidiana nostra circumcisio, id est, continua cordis mundatio, semper octauae diei sacramentum celebrare non desistit, qui nos in exemplum Dominicae resurrectionis, quae octaua die, id est, post septimam sabbati facta est, sanctificare conuenit, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus, praestante Deo, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.*
- Math. 5.**
Prouer. 6.
Ioan. 8.
Psal. 143.
Ibid. 27.
Ibid. 25.
Esai. 5.
Prouer. 7.
Psal. 11.
Prouer. 4.
Psal. 118.
Eccles. 23.
Psal. 33.
Psal. 38.
Tob. 27.
Psal. 118.
Ibidem.
Iosue 5.
1. Cor. 10.
Rom. 8.

IN EPIPHANIA DOMINI:
Ioan. 1. Matth. 3. Marci 1. Lucae 3.

IN illo tempore uidit Ioannes Iesum uenientem ad se, & dixit: Ecce agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EADEM
DEM LECTIONE.

IOannes Baptista, & praecursor Domini Saluatoris, quem diu uenturum populis uerbo praedicauerat, ipsum iam uenientem ad se, sic ut ex lectione sancti Euangelij, fratres, modo cum legeretur, audistis, mox digito demonstrauit, dicens:

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.] Ecce agnus Dei, ecce innocens & ab omni peccato immunis, utpote qui os quidem de osibus Adam, & caro de carne Adam, sed nullam de carne peccatrice traxit maculam culpae. Ecce qui tollit peccata mundi, ecce qui iustus inter peccatores, mitis inter impios, hoc est, quasi agnus inter lupos apparens, etiam peccatores & impios iustificandi habet potestatem. Quomodo autem peccata mundi tollat, quo ordine iustificet impios, apostolus Petrus ostendit, qui ait:

Non corruptilibus argento uel auro redempti estis de uana uestra conuersatione paterna traditionis, sed precioso sanguine quasi agni in contaminati & immaculati Iesu Christi. Et in Apocalypsi Ioannes apostolus, cuius est hoc euangelium: Qui dilexit nos, inquit, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Non solum autem lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinem suum dedit in cruce pro nobis, uel quando unusquisque nostrum mysterio sacrosanctae passionis illius baptismo aquae ablutus est, uerum etiam quotidie tollit peccata mundi. Lauat itaque nos a peccatis nostris quotidie in sanguine suo, cum eiusdem beatae passionis ad altare memoria replicatur, cum panis & uini creatura in sacramentum carnis & sanguinis eius ineffabili spiritus sanctificatione transfertur: sicque corpus & sanguis illius non infidelium manibus ad perniciem ipsorum funditur & occiditur, sed fidelium ore suam sumitur in salutem. Huius recte figuram agnus in lege paschalis ostendit, qui semel populum de Aegyptia seruitute liberans, in memoriam eiusdem liberationis, per omnes annos immolatione sua populū eundem sanctificare solebat, donec ueniret ipse, cui talis hostia testimonium dabat, oblatumque patri pro nobis in hostiam odoremque suauitatis, mysterium suae passionis oblato agno in creaturam panis uinique transferret, sacerdos factus in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Sequitur:

Ioannes testimonium perhibens de Domino, Hic est, inquit, de quo dixi: Post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat.] Post me uenit uir, post me natus est in mundo, post me praedicare incipiet mundo, qui ante me factus est, qui me potentia maiestatis tantum, quantum sol luciferum, licet post apparet,

1. Pet. 1.

Apoc. 1.

Exod. 12.

Psal. 109. &
Hebr. 7.

Ioan. 1. parens, antecessit. Quia prior me erat, quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Post me uenit uir, & tempus humanae natiuitatis, quo Ioanne posterior est, intellige. Qui ante me factus est, primatum regiae potestatis, quo etiam angelis praesidet, in tuere. Quia prior me erat, aeternitatem diuinae maiestatis, qua patri est aequalis, intellige. Post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat. Post me uenit humanitate, qui ideo *10* me praecellit dignitate, quia prior me erat diuinitate.

Et ego nesciebam eum, inquit.] Certum est, quia sciebat Dominum Ioannes, cui testimonium perhibere missus est, quem iudicem omnium uenturum praedicabat, dicens: Cuius uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: a quo spiritum sanctum dari debere testabatur. Ipse uos baptizabit, inquit, spiritu sancto, a quo seipsum ablui desiderabat, dicens: Ego a te *15* deo baptizari, & tu uenis ad me? Quomodo ergo dicit, Et ego nesciebam eum, nisi quia eum quem antea nouerat, perfectius iam cum baptizaretur agnouit? Quem mundi Saluatorem & iudicem nouerat, huius potentiam maiestatis altius spiritu sancto super eum descendente agnouit. Neque enim dubitandum est, quia beatus Ioannes cum spiritum sanctum licet corporali specie uidere, cum uocem patris licet *20* corporaliter sonantem meruisset audire, multum ex hoc uisu & auditu profecerit, multum de diuina potestatis excellentia reuelatis oculis mentis scientiae coelestis acceperit a Deo, ut ad comparationem intelligentiae qua tunc illustrari coeperit, eatenus illum quantum esset omnimodis sibi uideretur ignorasse. Qui testimonium, in quod missus est, Domino diligenter perhibens, adiungit:

Sed ut manifestaretur in Israel, propterea ueni ego in aqua baptizans.] Quod est aperte dicere: Non ideo ueni in aqua baptizans, quia peccata mundi *40* baptizando tollere possum, sed ut eum baptizando ac praedicando manifestarem populo Israel, qui in spiritu sancto baptizans ad tollenda peccata non solum Israel, sed totius mundi, si ei credere uoluerint, idoneus est. Propterea ueni ego in aqua baptizans, ut sic baptizando illi uitam praepararem, qui baptizaret in remissionem peccatorum.

Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia uidi spiritum descendentem quasi columbam de caelo, & mansit super eum.] Bene in columbae specie descendit super Dominum spiritus, ut discant fideles non aliter eius spiritu se posse impleri, nisi simplices fuerint, nisi ueram cum fratribus habuerint pacem, quam significant oscula columbarum. Habent autem oscula & corui, sed laniant, quod columba omnino non facit: significantes eos qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum. Columbae autem natura, quae a laniantu innocens est, illis innocentibus aptissime congruit, qui pacem sequuntur cum omnibus *50* & sanctimoniam, solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Atque ideo spiritus in colu-

ba descendendo non suam tantummodo, uel eius in quem descendit, innocentiam simplicitatemque designat, sed eorum equum qui sentiunt de illo in bonitate, & in simplicitate cordis querunt illud. Quorum unanimum pietatem ac mansuetudinem spirituali gratia donata. Dominus ipse laudans loquitur: Vna est columba mea, una matris suae, electa genitrici suae. Matrem quippe ac genitricem ecclesiae spiritus gratiam uocat, qua inspirante percepit, ut ipsa quoque possit columba recte nuncupari. Denique Hebraeo sermone, quo scriptura sancta est adita, spiritus genere foemino appellatur. Propter quod conuenienter ecclesia una Christi columba, & haec matris ac genitrici suae electa nominatur: quia nimirum quod in unitate fidei Christianae multis de gentibus congregatur, quod columbina ad inuicem pace latatur, quod electionis sorte beatur, non suo habet merito, sed dono accepit gratiae spiritualis.

Et ego, inquit, nesciebam eum.] Subaudis tam subtiliter quam spiritum in eum descendente, cognoui.

Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto.] Baptizat Dominus in spiritu sancto per spiritum sancti gratiam peccata dimittendo. Siue enim ipse aqua alios discipulorum suorum primus baptizauerit, per quos ad caeteros fideles baptismi ritus profunderet, eisdem etiam spiritu baptizabat peccata illis relaxando, & spiritus dona ministrando, siue fideles eius inuocato nomine ipsius aqua baptizent electos, & christumate sacro perungant, eisdem nihilominus ipse spiritu sancto baptizat: quia nemo praeter ipsum peccatorum nexu soluere, aut spiritus sancti ualere dona tribuere. Unde euangelista Ioannes cum dixisset, Auderunt pharisaei quia Iesus plures discipulos facit & baptizat quam Ioannes, protinus adiunxit, Quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius: aperte dicens, quia et si discipuli Iesu in nomine eius aqua baptizant, ipse tamen magis baptizare intelligendus est, qui peccata dimittit. Baptizat quoque Dominus in spiritu sancto, cum per affectionem eiusdem spiritus corda fidelium suorum seruire sui fraterne charitatis accendit. Charitas enim, inquit, Dei *10* diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Baptizat in spiritu sancto, cum cuilibet electorum dat manifestationem spiritus ad utilitatem uirtutes operando.

De quo baptismate ascensus in caelum, dixit discipulis: Vos autem baptizabimini in spiritu sancto non post multos hos dies. Sed diligentius intuentum est, quia cum dixisset, Super quem uideris spiritum descendentem, addidit, Et manentem super eum: in sanctos enim eius spiritus descendit. Verum quia quam diu sunt in corpore, peccato carere nequeunt, quia coelestium contemplationi semper oculum mentis intendere non sufficiunt, sed sepius hunc ad terrene curam conuersationis inflectunt, in eorum proculdubio cordibus spiritus aliquan-

Sapient. 3.

Cantic. 6.

Ioan. 4.

Rom. 5.

1. Cor. 12.

Act. 1.

aliquando uenit, aliquando recedit. Vnde dicitur *Ioan. 3.* Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed non scis unde ueniat, aut quò uadat. Venit quippe ad sanctos, uadit à sanctis spiritus, ut quem semper habere idonei non sunt, eius per tempora redeuntis crebra luce reficiantur. In solo autem mediatore Dei & hominū hominē Iesū Christo spiritus perpetuo ueraciter manet, in quo nec fordidæ cogitationis maculam quam refugeret, ullam inuenit. Mansit autem totus in illo non ex eo solum tempore, quo hunc Ioannes super eum uidit descendente, sed ex quo homo fieri incipiens eius ministerio & opere conceptus est. Vnde etiam potestatem dandi hominibus spiritum non minus habet ipse, quam pater, ipso attestante, qui ait: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. Et in alio loco quòd ipse hunc mittat, ostendit, dicens: *Ioan. 14.* Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Quia nimirum una est diuinitate substantia, insepabilis operatio patris, & filij, & eiusdem spiritus sancti. Nam & de ipso spiritu, quòd sua sponte ueniat ubi uelit, sua potestate operetur quæ uelit, testatur filius ubi ait, quòd & supra memorauit: Spiritus ubi uult spirat. Hęc autem omnia, inquit *1. Cor. 12.* Apostolus, operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Idcirco autem super eum, in quo semper manebat, baptizatum spiritus descendere ostenditur, ut & Baptista ipse celius iam quem predicaret, agnosceret, & credentibus daret indicium nequaquam se nisi baptizatos aqua, spiritum eiusdem posse baptisma mereri. Quarendū interea quomodo speciale filij Dei agnoscendi signum fuerit, quòd super eum descenderit & manserit spiritus, cum etiam discipulis ipse promittat, dicens: Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis. Et paulo post: Quia apud uos manebit, & in uobis erit. Si enim apud seruos Dei electos manet, & in illis erit spiritus, quid magni est filio Dei, quòd in ipso manere spiritus astruatur? Notandum quòd semper in Domino manserit spiritus sanctus, in sanctis autem hominibus quamdiu mortale corpus gestauerint, partim maneat in æternum, partim rediturus cedat. Manet quippe apud eos, ut bonis insistant actibus, uoluntariam paupertatē diligant, mansuetudinem consequantur, pro æterno desiderio lugeant, efuriant & sitiunt iustitiam, misericordiam, munditiam cordis, & tranquillitatem pacis amplectantur: sed & pro obseruatione iustitiæ persecutionem pati non uereantur, elemosynis, orationibus & ieiunijs, cæterisque spiritus fructibus insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, demones eiciendi, uel etiam prophetandi habeant facultatem. Manet semper, ut possint habere uirtutem qua mirabiliter ipsi uiuant: uenit ad tempus ut etiam alijs per miraculorum signa quales sint intus, effulgeant.

Et ego uidi, inquit, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.] Suprà dixerat, Post me uenit uir, qui ante me factus est: nunc testimonium perhibet, Quia hic est filius Dei, utriusq; nature ueritatē, humanæ uidelicet & diuinæ, in una eademq; Christi persona manifeste designās. Erubescat Manichæus audiens, Venit uir: conticescat Focinus audiens, Hic est filius Dei. Audiant mansueti & lætentur, quia uenit uir post Ioannem fortior Ioanne, qui baptizat in spiritu sancto, & quia hic est filius Dei. Quia enim per superbiam recessimus homines à Deo, filius Dei per misericordiam factus est homo, ut idem ipse & per diuinitatem patri, & per humanitatē congrueret nobis: per humanitatem similem nobis pro nobis cum hoste configere, per diuinitatem patri consubstantialem ad imaginem nos Dei & similitudinem, quam peccando amisimus, posset dignè recreare: per mortem nostræ fragilitatis destruere eum, qui habebat mortis imperiū, & per impasibilem suæ diuinitatis potentiam reconciliaret nos Deo patri, cum quo uiuit & regnat Deus in unitate spiritus sancti, per omnia secula seculorum, Amen.

IN OCTAUA EPIPHANIAE,
Matth. 3. Marci 1. Luca 3.
Ioannis 1.

In illo tempore uenit Iesus à Galilea in Iordanem ad Ioannē, ut baptizaretur ab eo. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE
EADEM LECTIONE.

LECTIO sancti Euangelij, quam modò fratres audiuimus, magnum nobis & in domino & in seruo dat perfectæ humilitatis exemplum. In domino quidem, quia cum sit dominus non solum ab homine seruo baptizari, sed etiam ipse ad hunc baptizandum uentre dignatus est. In seruo autem, quia cum sciret præcursorem se ac baptistam Saluatoris esse destinatum, memor tamen propriæ fragilitatis iniunctum sibi humiliter excusauit officium, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Sed quia omnis qui se humiliat, exaltabitur, & Dominus qui in forma hominis propter homines instruendos humilis apparuit, mox à Deo patre quantum super homines, imò etiam quantum super angelos, & super omne quòd creatum est emineret, apparuit uoce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacuit. Et fidelissimus atq; humilissimus seruus illè Ioānes, qui baptizari à Domino, quam Dominum baptizare magis optauit, & ipsum baptizare Dominum, & apertis suæ mentis oculis descendentem super eum spiritum præ cæteris mortalibus uidere promeruit. Verum quia breuiter ista prælibauimus, latius iam cuncta expositura ipsum sacra lectio nis uideamus exordium.

Tunc uenit, inquit, Iesus à Galilea in Iordanem ad Ioannē, ut baptizaretur ab eo.

ut baptizaretur ab eo.] Venit filius Dei baptizari ab homine, non anxia necessitate abluendi alius cuius sui peccati, qui peccatum non fecit ullum, nec inuentus est dolus in ore eius: sed pia dispensatione ablutione omnis nostri contagionem peccati, qui in multis offendimus omnes, & si diximus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Venit baptizari in aquis ipsarum conditor aquarum, ut nobis qui in iniquitatibus concepti, & in delictis sumus generati, secundae natiuitatis, quae per aquam & spiritum celebratur, appetendum insinuaret mysterium. Dignatus est lauari aquis Iordanicis, qui erat mundus a sordibus cunctis, ut ad diluendas nostrorum sordes scelerum omnium fluentia sanctificaret aquarum. Sed quia humillimam Domini dispensationem ex lectione euangelica cognouimus, etiam serui humillimam obedientem sollicita intentione uideamus. Sequitur:

Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Expauit illum ad se uenisse ut baptizaretur aqua, cui nulla inerat quae baptismo tergeretur culpa, imo qui per sui gratiam spiritus cuncta credentibus mundi tolleret culpam. Vnde recte intelligitur quod hic dicit Ioannes, Ego a te debeo baptizari, hoc esse quod apud euangelistam Ioannem illud ad se ueniente dixisse narratur: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ab illo enim debemus omnes baptizari, qui ad hoc uenit in mundum, ut peccata tolleret mundi. Ab illo debuit ipse Ioannes baptizari, id est, a peccati originalis contagione mundari, qui quamuis nullo inter natos mulierum minor, tamen quasi natus ex muliere culpae nauo non carebat. Ideoque cum caeteris mulierum natis ab eo qui natus ex uirgine Deus in carne apparuit, opus habebat abluere. Quonia ergo scriptum est, Quid est homo ut immaculatus sit, & ut mundus appareat natus ex muliere, iure timuit homo quamuis sanctus, natus tamen ex muliere, & ob id a culpae macula non immunis baptizare Dominum, quem ex uirgine natum nouerat, nullam prorsus habere maculam culpae. Sed quia uera humilitas ipsa est, quam obedientia comes non deserit, quod prius officium expauit, humiliter impleuit. Nam sequitur:

Respondens Iesus autem dixit ei: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam: tunc dimisit eum. Id est, tunc demum dimisit, tunc consensit, tunc passus est eum a se baptizari, cum tali ordine cognouisset omnem iustitiam debere compleri. Sine modo, inquit, sine me modo, ut iussi, a te baptizari in aqua, & tu postmodum a me quod quaeris, baptizaberis in spiritu. Sic enim decet nos progare exemplum implendae omnis iustitiae, ut uideat discant fideles neminem posse hominem absque unda baptismatis perfecte iustum esse, & esse omnibus quamuis innocenter & iuste uiuentibus necessarium ut utique regenerati, onis officium, cum me qui spiritus sancti opere conceptus & natus sum, cognouerint secundae natiuitatis subiisse, uel potius sibi consecrassse la-

uacrum. Nulla personarum maiorum contemnat ab humilibus meis in remissionem peccatorum baptizari, cum meminerit Dominum, qui in spiritu sancto baptizans peccata dimittere solet, suum baptizandum in aqua submisisse serui manibus caput. Sequitur:

Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei caeli, & uidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & uenientem super se. Et hoc ad impletionem omnis iustitiae pertinet, quod baptizato Domino aperti sunt ei caeli, & spiritus descendit super eum: ut hinc nimirum fides nostra confirmetur, per mysterium sacri baptismatis, aperiri nobis introitum patriae caelestis, & sancti spiritus gratia ministrari. Nunquid enim credi decet Domino tunc primum caelestia patuisse secreta, cum recta fides habeat non minus tempore, quo cum hominibus conuersatus est, quam post & antea in sinu patris mansisse, & sedem tenuisse caelestem? Aut a tricesimo aetatis anno, quando baptizatus est, spiritus sancti dona percepit, qui prima conceptione spiritu sancto plenus semper extitit? Nobis ergo fratres charissimi, nobis sunt haec celebrata mysteria. Quia enim nobis Dominus sacrosancti sui corporis intinctu baptismi lauacrum dedicauit, nobis quoque post acceptum baptismum caeli aditum patere, & spiritum sanctum dari monstrauit. Et congrua multum distantia, quia primus Adam ab inimundo spiritu deceptus per serpentem, gaudia regni caelestis amisit: secundus Adā a spiritu sancto per columbam glorificatus eiusdem regni limina reseruit, flammaque uiuantem, quam ingressum paradisi expulso Adā primo Cherub custos interclusit. Secundus Adā hodierna die per aquam lauacri renascentis extinguere monstrauit, ut unde ille cum sua coniuge ab hoste uictus exiit, ibi iste cum sanctorum ecclesia, sponsa uidelicet sua, de hoste uictor rediret, imo potiora redemptis a peccato uitae immortalis munera pater futuri seculi princeps pacis donaret, quae praesentis nostri seculi pater princeps discordiae uenundatus sub peccato sua cum stirpe perdidit: quia nimirum uita illa beatissima, quam deseruit Adam, quamuis incomparabililuce & pace sublimis ab omnium curarum stimulantium nube serena crebra Dei & angelorum fuerit uisione & allocatione glorificata, in terram tamen huius erat locus constituta terrenis, quamuis nullo labore quaesitis alenda fructibus: at haec quam Christus tribuit, in caelorum est arce uita perennis non crebra, sed continua diuinae contemplationis luce refecta. Prima hominis uita beata ita fuit immortalis, ut posset in ea homo non mori, si se a peccati seductione cautus seruaret: secunda uero ita fiet immortalis, ut non possit in ea homo mori, nec ulla peccati pulsantis seductione tentari. Bene autem spiritus reconciliator in columba, quae multum simplex est auis, apparuit, ut & sua uidelicet naturae simplicitatem per huius speciem animalis ostenderet. Spiritus enim sanctus discipline esurgit fictum, & eum in quem descendit, mansuetum

Ioan. 1.

Iob 15.

Genes. 3.

suetum mit emq; ac misericordiae supernae pre-
 conem ministrumq; doceret mundo esse futu-
 rum: simul & omnes qui sua gratia essent reno-
 uandi, simplices ac mundi corde admoneret in-
 gredi, iuxta quod scriptum est: Sentite de Do-
 mino in bonitate, & in simplicitate cordis quae
 rite illum. Quoniam in maleuolam animam non
 introibit sapientia, nec habitabit in corpore sub-
 dito peccatis. Hinc est quod Simon, qui in felle
 amaritudinis & obligatione iniquitatis perma-
 nere consensit, partem fortemq; in hoc spiritu
 habere requiuit. Illo enim spiritu plenus erat,
 qui in serpente hominibus apparēdo, quia ipse
 malitiae & insidiarum peste infectus esset, cor-
 da diligenter edocuit. Sed descendente super
 Dominum spiritu, uideamus quid sequitur:
 Et ecce uox de caelis dicit: Hic est filius meus dilectus, in quo
 mihi complacui.] Filius Dei baptizatur in homine,
 spiritus Dei descendit in colūba, pater Deus in
 uoce sanctae & indiuiduae trinitatis in baptis-
 mi declaratur mysterio. Et recte, ut qui sacramen-
 torum suorum dispensatoribus erat praecptu-
 rus, docere omnes gentes, & baptizare eas in
 nomine patris, & filij, & spiritus sancti, primus
 ipse suo in baptisate totam personaliter pan-
 deret adesse trinitatē. Quod ait uox paterna,
 hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cō-
 placui, ad comparationem terreni hominis di-
 cit, in quo peccate quodammodo sibi displicuisse
 Deus cōditor insinuat, cum ait: Poenitet me ho-
 minem fecisse in terra. Poenitentia quidem in
 Deum nulla cadit, sed nostro more loquēs, qui
 compungi poenitentia solemus, quādo contra
 uotum nostra opera uerti uideamus. Poenitere
 se dixit hominem fecisse in terra, quem à recti-
 tudine suae facturae peccando deuiare conspe-
 xit. In filio autem suo unigenito sibi singulari-
 ter complacuit, quia hunc hominem quem in-
 duerat, à peccato immunem seruare cognouit.
 Et in hac quoque uoce patris, sicut & in ceteris
 baptizati Domini mysterijs, omnis iustitiae de-
 clatur impletio. Coaeternus enim & consubstā-
 tialis patri filius, descendente super eum spiri-
 tu, qui sit hominibus intimatur, ut per hoc di-
 scant homines per gratiam se baptismatis acce-
 pto spiritu sancto de filijs diaboli in Dei filios se
 posse transferri, sicut Apostolus edocet, fideli-
 bus ita loquens: Accepistis spiritum adoptionis
 nis filiorum, in quo clamamus abba pater. Et
 Euangelista Ioannes: Quotquot autem recepe-
 runt eum; dedit eis potestatem filios Dei fieri.
 His de baptismo nostri Saluatoris, fratres cha-
 rissimi, prout ipse donauit commemoratis, ad
 nos ipsos reuertamur, & quia humilitatē obedi-
 etiamq; baptisatē simul & baptizati audiui-
 mus, per humilem obedientiam baptisatē quod sus-
 cepimus, seruare curemus, mundantes nos ab
 omni inquinamento carnis & spiritus, perficiē-
 tes sanctificationem in timore Dei. Humiliter
 ergo eius subeunda & seruanda mysteria eis,
 qui necdum in his sunt initiati suadeamus, &
 quotquot per gradum sacerdotalem ad dispen-
 sanda illorum sumus sacramenta promoti, hu-
 Bedae tom. 7.

militer iniunctum nobis impleamus officium.
 Studeamus omnes solliciti, ut sanuā patriae coe-
 lestis, quae nobis est diuinae patefacta mysterijs,
 humanis ipsi nobis non intercludamus illece-
 bris. Neq; enim frustra Dominum apud Euan-
 gelistam Lucam post baptisatē orasse, & sic coe-
 lo aperte spiritum ac uocem patris uenisse cō-
 memoratur, qui etiam tribus cōsonantibus Eua-
 ngelistis baptizatus, mox ieiunium quadra-
 ginta dierum solitarius exercuit: sed nos profe-
 cto docuit, nosq; suo informauit exemplo, ut
 post acceptam in baptisate remissionem pec-
 catorum, uigilijs, ieiunijs, orationibus, ceterisq;
 spiritus fructibus operam demus, ne nobis tor-
 pentibus minusq; sollicitis immundus spiritus,
 qui de corde nostro expulsus baptisate fuerat,
 redeat, nosq; spiritualibus diuitijs uacuos inue-
 niēs, septemplici peste deprimat, & sint nouis-
 sima nostra peiora prioribus. Cauēamus sedū-
 li ne ignem nobis ipsi, qui uitae iter occludat no-
 strorum crebro accendamus fomitem uitiorū.
 Flammeus namq; gladius qualiscunque ille est,
 qui paradisi ostia seruat singulis quibuscunque
 fidelium fonte baptismatis extinctus est, & ut
 redire possit homo ablatas, infidelibus autem
 manet semper immobilis. Sed & falso fideli-
 bus uocatis quidem, sed non electis, dum post
 baptisatē se criminibus implicare non metuūt,
 quasi post extinctionem idem ignis reaccendi-
 tur: ne mereantur intrare regnum, quod ficto
 corde ac duplici requirunt, serpentino potius
 dente fraudulenti, quam simplici oculo colum-
 bini, quem in ecclesia sua multum se diligere
 Dominus ostendit, qui in amoris. Cantico ait:
 Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra
 oculi tui columbarum. Vnde quia nobis ad di-
 scendam Deo placitam simplicitatem colum-
 ba forma proponitur, diligētius eius naturam
 uideamus, ut per singula innocentis eius exem-
 pla, uitae nobis emendationis instituta sumā-
 mus. Haec à malitia fellis prorsus aliena est. Et
 nos igitur à malitiae felle alienemur, omnisq; a-
 maritudo, & ira, & indignatio tollatur à nobis
 cum omni malitia. Nullum ore uel unguibus
 laedit, nec minimas quidem musculas, uel uer-
 miculos, quibus minores penē omnes auiculae
 se suosq; pullos nutriunt, inquirat. Videamus
 ne dentes nostri sint arma & sagittae, ne mor-
 dentes & comedentes inuicem, consumamur
 ab inuicem. Cōtineamus manus à rapinis: qui
 furabatur, iam non furetur. Magis autem labo-
 ret operando manibus suis quod bonum est, ut
 habeat unde tribuat necessitatē patienti. Nam
 & columba saepe alienos quasi suos fertur ale-
 re pullos. Ipsa terrae fructibus & semine pasci-
 tur. Audiamus Apostolum: Bonum est non mā-
 ducare carnem, & non bibere uinum. Et apo-
 stolus Petrus: Ministrare, inquit, in fide ueltra
 uirtutem, in uirtute autem scientiam, in scientia
 autem abstinentiam, in abstinentia autem
 patientiam, in patientia autem pietatem, in pie-
 tate autem amorem fraternitatis. Gemitum
 pro cantu habet. Miseri simus, & lugeamus &
 u plora,

Sapient. 2.

Ibidem.

Ibidem.

Matth. 23.

Genes. 6.

Rom. 8.

Ioh. 1.

2. Cor. 7.

Luce 3.
Matth. 4.
Marc. 1.
Luce 4.

Luce 11.

Genes. 3.

Cantic. 1.

Ephes. 4.

Psal. 58.

Galat. 5.

Ephes. 4.

Rom. 14.

2. Petr. 1.

p̄sal. 94. ploremus coram Domino, qui fecit nos. Ritus
 Iacob. 4. noster in luctum conuertatur, & gaudium in
 m̄ororem. Beati enim lugentes, quoniam ipsi
 Matth. 5. consolabuntur. Super aquas sedere consuevit,
 ut uēturi raptū accipitris prauisa in aquis um-
 bra declinet. Et nos mundi simus, ac mundati
 scripturarum fluentis, seduli assidere curemus,
 quarum speculis edocti dinoscere & praecauere
 ualeamus insidias hostis antiqui. Tales quippe
 amat ecclesia, sponsa uidelicet Christi, quae in
 amoris sui laudibus cantat: Oculi eius sicut col-
 Cantic. 5. umbrae, quae lacte sunt lotae, & resident iuxta flu-
 enta plenissima. Nidificare solet in foraminibus
 petrae, in cauerna maceriae. Petra Christus
 est, cuius in cruce clauis manus, latus est lancea
 perforatum, unde cōtinuū sanguis & aqua, no-
 strae uidelicet sanctificationis & ablutionis my-
 sterium, exiuit. Maceria eius est uirtus coadu-
 nata sanctorum, cauerna in ea sinus paternae di-
 lectionis, quo teneriores fidelium animos dum
 ad fidei, spei & dilectionis perfectionem nu-
 triendos suscipiunt, quasi nidificatibus colum-
 bis in se locum pandunt. Haec ergo fortiorum
 auxilia, qui adhuc pusilli in fide sumus, humili-
 ter subeamus, his Dominicae passionis sacramē-
 tis semper sanctificari curemus. Talem namq̄
 omnium nostrum conuersionem Dominus
 quaerit, talibus intentam studijs uniuscuiusque
 nostrum uitam uidere desiderat, talium uoce
 suas laudes decantari ac praedicari gratulatur.
 Surge, inquit, amica mea, speciosa mea, & ue-
 ni columba mea in foraminibus petrae, in cauer-
 na maceriae. Ostende mihi faciem tuam, sonet
 uox tua in auribus meis. Haec de natura colum-
 bae septē uirtutis exempla commemorasse suffi-
 ciat. Et recte fortasse, quia spiritus sancti, qui in
 columba descendit, septiformis est gratia. Ve-
 rum ex omnibus, quae de eius natura moraliter
 interpretanda humana potest comperire soler-
 tia: restat unum quod de eius actu mystico sacra
 narrat historia. Cum enim Dominus in figurā
 futuri baptismatis originalis mundi scelera di-
 luuii aquis ablueret, transacta mūdatione scire
 uolens Noe, qualiter se facies haberet terra; e-
 misit coruum, qui ad arcam redire cōtempnit: si-
 gnificās eos, qui abluti licet unda baptismatis,
 nigerrimum tamen ueteris habitum hominis
 emendatius uiuēdo deponere negligunt: & ne
 sancti spiritus unctione renouari mereantur, sta-
 tim ab intima catholicae pacis, & quietis unita-
 te exteriora, id est, seculi desideria sequēdo de-
 sciscunt. Emisit post eum columbam: at illa ue-
 nit ad eum uespere, portans rami oliuae ui-
 rentibus folijs, in ore suo. Animaduertitis cre-
 do, fratres, & me loquentem uestro intellectu
 preuenitis, rami oliuae uirentibus folijs gra-
 tiam esse spiritus sancti uita uerbis abundante:
 de cuius plenitudine super Christum requiesce-
 te, psalmus ait, Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo
 p̄sal. 44. iacticiae, praefortibus tuis. De cuius dono cō-
 1. ioh. 2. sortibus Christi dato loquitur Ioannes: Vos
 unctionem habetis à sancto, & nostis omnia. Et
 pulcherrima comparatione umbra ueritati cō-

cinet. Ramum oliuae columba corporalis ablu-
 tam diluuii aquis detulit in arcam, spiritus sanctus
 in specie columbae corporalis baptizatum
 aqua Iordanis descendit in Dominū. Nos quo-
 que Christi & ecclesiae membra, quos non so-
 lum homines, qui erant in arca cum Noe, sed
 & animantia quae arca continebat, & ipsa quo-
 que ligna, ex quibus eadem facta est arca, figu-
 rant post acceptum undae regenerationis laua-
 crum: per unctionem sacri christinatis gratia spi-
 ritus sancti signamur, quam conseruare in no-
 bis intemeratam dignetur ipse, qui dedit Iesus
 Christus Dominus noster, qui uiuit & regnat
 in aeternum, Amen.

IN DIE PURIFICATIONIS DEI/
PARAE MARIAE UIRGINIS. Lucae 2.

IN illo tempore, postquam impleti sunt dies purgationis Mariae
 secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Hierusalem, ut siste-
 rent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini. Quia om-
 ne masculinum adaperiens uuluum, sanctum Domino uocabi-
 tur. Et reliqua.

BEDAE PRESBYTERI DE EA/
DEM LECTIONE.

Solennitatem nobis hodierna celebratis,
 quam quadragesimo Dominicae natiuitatis
 die debitis ueneramus officijs, maxime eiusdē
 Domini saluatoris nostri, simul & intemeratae
 genitricis eius humilitate dedicatam sacra euā-
 gelij lectio designat: exponens eos qui legi ni-
 hil debuerant, implendis se legalibus per om-
 nia subdidisse decretis. Sicut enim modò cum
 legeretur, audiuimus. Postquam impleti sunt
 dies purgationis eius (uidelicet matris illius)
 secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hie-
 rusalem, ut listerent eum Domino: sicut scriptū
 est in lege Domini. Quia omne masculinum
 adaperiens uuluum, sanctum Domino uocabi-
 tur. Praecepit namque lex, ut mulier quae susce-
 pto semine peperisset filium, immunda esset se-
 ptem diebus, & in die octaua circumcideret in-
 fantulum, nomenq̄ aptaret: deinde etiam alios
 triginta tres dies ab ingressu templi ac uiri to-
 ro abstineret, donec quadragesimo natiuitatis
 die filium cum hostijs ad templum Domini de-
 ferret: primogenitum autem omnis masculini
 sexus sanctum Domino uocari, atq̄ ideo mun-
 da quaeque offerri Deo, immunda autem mun-
 dis mutari, uel occidi, & omne primogenitum
 hominis quinque siclis argenti debere redimi.
 Si autem foeminam peperisset mulier, immun-
 da fieri iussa est quatuordecim diebus, & sexa-
 ginta sex alijs diebus à templi ingressu suspen-
 di, donec octogesimo natiuitatis die, quae dies
 purgationis eius uocabatur, ille se suamq̄ sobo-
 lem hostijs sanctificatura ueniret, ac sic demum
 ad torum uiri libera redire deberet. Intuea-
 mur, fratres charissimi, diligentius uerba legis
 quae proposuimus, & uidebimus apertissimē,
 quam

quam beatissima Dei genitrix, & perpetua uirgo Maria, simul cum filio quem genuit, ab omni fuerit legis subiectione liberrima. Cū enim dicat lex, mulierem quæ suscepto semine peperisset, immundam decerni, & per longa tempora simul cum prole quam genuisset, oblati uirginis debere mundari: patet profecto, quia illam quæ sine uirilis susceptione seminis uirgo peperit, unā cum filio qui natus est ei, neque immundam describat, neque per hostias salutaris doceat esse mundādam. Sed sicut Dominus ac Saluator noster, qui diuinitatis legem dedit, apprensus in homine, fieri uoluit sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus: ita etiam beata genitrix illius, quæ singulari priuilegio supra legem fuit, pro ostendendo tamen humilitatis exemplo, legalibus subdi non refugit institutis: iuxta illud uiri Sapientis, Quanto magnus es, humillitate in omnibus.

Et ut darent, inquit, hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, Par turturum, aut duos pullos columbarum. Hostia hæc pauperum erat. Præcepit quippe Dominus in lege, ut qui posset, agnum pro filio uel filia, simul & turturum siue columbam offerret: qui uero non sufficeret ad offerendum agnum, duos iam turtures, uel duos columbæ pullos offerret. Ergo Dominus nostræ per omnia memorem salutis, non solum homo fieri, cum Deus esset, sed etiam cum diues esset, pauper fieri dignatus est pro nobis: ut nos sua paupertate, simul & humanitate diuinitarum, & diuinitatis sue donaret esse participes. Sed libet paulisper intueri, cur hæc maxime uolucres in hostiam Domini iubentur offerri. Nam & Abraham patriarcha tanto ante legem has in holocaustum Domini legitur obtulisse, & in plerisque legis ceremonijs, qui mundandus esset, per has iubebatur mundari. Columba ergo simplicitatem, turtur indicat castitatem: quia & columba simplicitatis, & castitatis amator est turtur: ita ut si coniugem casu perdidit, non aliam ultra querere curet. Vnde in laudibus ecclesiæ loquitur Dominus: Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis. Et iterum: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, oculi tui columbarum. Genas quippe turturis habet, qui ab omni impudicitia peste castum se custodit, & immunem: oculos habet columbarum, qui nulli nocere desiderat, etiam inimicos simplici amore contuetur. Sed utraq;

auis memorata, quia gemitum pro cantu edere solet, sanctorum in hoc seculo designat ploratum, de quo Dominus memorat, dicens: Amē amē dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit: uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium. Et rursus: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Merito ergo turtur & columba Domino offeruntur in hostiam: quia nimirum simplex & pudica fidelium conuersatio gratum est illi sacrificium iustitiæ: quia qui laborat in gemitu suo, qui lachrymis stratum suum singulas per noctes abluit, acceptissimam prorsus Deo

uestimā maclat. Cum uero utraq; auis ista propter consuetudinem gemendi presentes sanctorum luctus & desideria superna designet, hoc tamen differunt, quod turtur solitarius, columba autem gregatim gemere consuevit: & ob id iste secretas orationum lachrymas, illa publicos ecclesiæ conuentus insinuat. Bene autem puer Iesus primò circumciditur, ac sic interpositis diebus Hierosolymam cum hostia deseruit: quia & ipse iam iuuenis prius omnem carnis corruptionem moriendo aut resurgendo calcauit, ac deinde interpositis diebus cum ipsa carne iam immortalis, quam pro nostra salute hostiā Deo fecerat, ad gaudia superæ ciuitatis ascendit. Et unusquisque nostrum prius aqua baptismi à peccatis omnibus, quasi uera circumcissione purgatur, ac sic proficiente gratia nouæ lucis, ad altare sanctum saluari hostiā Domini corporis & sanguinis consecrandus ingreditur. Nam & ipsa singulariter simplex, & casta nostri Saluatoris humanitas, quæ oblata est Deo patri pro nobis, non incongruè per immolationem columbæ siue turturis potest figuratè exprimi. Sed & omnis in fine mundi ecclesiæ primò communi resurrectione cunctiam terrenæ labem mortalitatis & corruptionis exuēt, ac deinceps in regnum cœlestis Hierusalem honorum uestimam operum Domino commendata transferetur. Quod autem Simeon & Anna, prouocata uide licet ætatis uir & scemina, deuotis confessionum officijs Dominum, quem corpore paruū uident, sed magnum diuinitate intelligunt, excipiunt: illam profecto populū Iudeorum synagogam figuratè denunciant, quæ longa incarnationis eius expectatione fatigata, promptis illi lum mox, ut aduenit, & piarum ulnis actionum, & fidei non fictæ uocibus exaltare ac magnificare studuit, acclamās illi, & dicens: Dirige me in ueritate tua, & doce me, quia tu es Deus salutaris meus, & te sustinui tota die. Sed & hoc dicendum, quia meritò uterq; sexus ei gratulabundus occurrerit, qui utriusq; redemptor apparebat. Magno sane metu, fratres mei, audienda sunt uerba, quibus idem Simeon de Domino prophetais matrem eius alloquitur:

Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Desideratè namq; multum auditur, quod positus dicitur Dominus in resurrectione multorum: quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur: quia ipse dicit, Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. Sed non minus terribiliter sonat, quod præmittitur, Ecce positus est hic in ruinā. Infelix namq; satis est, qui agnita resurrectionis gloria deteriorius cadit, quia luce ueritatis grauioribus peccatorum nebulis obæcatur. Vnde curandum nobis summopere est, ut recta quæ cognouimus, operando semper exercere meminerimus, ne de nobis dicatur illud apostoli Petri: Quia

Bedæ tom. 7.

10
20
30
40
50
60

Et in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

1. Cor. 15.
10. 11.
2. Petr. 2.

ut melius

melius erat, eis uiam ueritatis non agnoscere, quam post agnitionē retrorsum reuerti ab eo, quod traditum est illis sancto mandato.

Tit. 7. Et in signum, inquit, cui contradicetur.] Signo domini cę crucis multi sæpē ludgorū exterius, multi cō tradixere gētilium: multi, quod est grauius, sal si fratres hoc interius profersionis superficie se quuntur, sed ueritate prauæ actionis nimium persequuntur, dicētes se nosse Deum, factis autem negantes.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.] Gladium appellat effectum Dominicæ passionis & mortis in cruce, qui Mariæ animā pertransiuit: quia non sine acerbō dolore potuit crucifixum morientemq; uidere, quem licet resurrecturum à morte quasi Deum nullatenus ambigebat, tamen quasi sua è carne procreatum mori pauida dolebat.

Matth. 7. Ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.] Ante incarnationem Dominicam uelata erant cogitationes multorum, nec late patebat, quis æternorum amore flagraret, quis celestibus bonis temporalia mente præferret: sed nato cœli rege in terra confestim plus quisq; gaudebat. Herodes autem turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Prædicante & miracula faciente, omnes turbæ & timebant, & glorificabant Deum Israel: Pharisei autem & scribæ dicta ac facta eius salutaria rabido ore carpebant. Passio in cruce impij læticia stulta, pijs tristitia iusta replebatur: sed resurgente à mortuis, & ascendente in cœlum horum læticia mœrore, illorum est mœsticia gaudio mutata perēni: sicq; iuxta prophetiam beati Simeonis apparēte in carne Domino, reuelata sunt ex multis cordibus cogitationes. Non hæc autem disparium reuelatio cogitationum tunc solum acta in Iudæa, sed nunc etiam apud nos credenda est acitari. Et nunc enim Domino apparente reuelantur ex multis cordibus cogitationes, cum lecto uel prædicato uerbo salutis, alij audientium libenter auscultant, gaudentes perficere actū, quæ auditu didicerint: alij fastidietes quæ audiunt, non hæc agendo patrare, sed his potius insultando nituntur contrariē. Vnde oportet fratres, ut quoties uerbum doctrinæ cœlestis aliquid contrariū à duris auditoribus pati senserimus, imitemur tristitiam cordis eorum, qui passim in carne Dei uerbum digno dolore compassionis tenebāt: quoties uerō idem uerbum in auditorum fidelium mente per dilectionem resurgere, atq; ad gloriam conditoris nostri per bona opéra proficere uiderimus, gaudeamus cum eis, qui Christū resurrexisse à mortuis, atq; ad cœlos ascendere uotis aspexere felicibus. Sanè quoniam castas, simplices & gemebundas aues Domino offerri consueuisse cognouimus, quibus nostra sobrietas, simplicitas & compunctio cordis auctori nostro semper offerēda signat, oportet in ueri diligentius: quia non frustra duo turtures, aut duo pulli columbæ, & unus ex his pro peccato, alter in holocaustum offerri debere præcipitur. Duo sunt namq; genera compunctiois, quibus

semetipfos Domino fideles in ara cordis immolāt: quia nimirum, sicut ex patrum dictis accepimus, Deum siciens anima prius timore cōpungitur, postea amore. Prius enim sese in lacrymis afficit: quia dum malorum suorum recolit, pro his perpeti supplicia æterna pertimescit, quod est unum turturem siue pullum colūbæ pro peccato offerre: at dum longa mœroris anxietate fuerit formido consumpta, quædam iam de præsumptione uenit securitas nascitur, & in amorem cœlestium gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat, ne duceretur ad supplicium, postmodum flere amarissime incipit: quia differtur à regno, quod est de altero turture siue pullo columbino holocaustum facere. Holocaustum namque totum incensum dicitur. Et holocaustum seipse Domino facit, qui spretis omnibus terrenis, solo supernæ beatitudinis desiderio ætuare, solam hanc per luctum ac lachrymas querere dulce habet. Contemplatur etenim mēs, qui sint illi angelorum chorū, quæ ipsa focieras beatorum spirituum, quæ maiestas æternæ uisionis Dei, & amplius plangit, quia bonis perennibus deest, quam flebat prius, cum mala æterna metuebat. Vtranq; autem nostræ compunctiois hostiam gratanter accipere dignetur, qui & pro peccato lugentibus, atq; afflictis clementer errata dimittit: & pro ingressu uitæ cœlestis tota mentis intentione feruentes æternæ suæ uisionis luce reficit. Iesus Christus Dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti, Deus per omnia secula seculorum, Amen.

IN CATHEDRA SANCTI PETRI. Marc. 9. Matth. 16. Lucæ 9.

IN illo tempore egressus est Iesus, & discipuli eius, in castellum Cesaræ Philippi. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADEM LECTIONE.

PHilippus iste est frater Herodis, de quo supra diximus, tetrarcha Ituriæ & Traconitidis regionis, qui in honorem Tyberij Cesaris Cesaræam Philippi, quæ nunc Paneas dicitur, appellauit: & est in prouincia Phœnicis, imitatus Herodem patrem, qui in honorem Augusti Cesaris appellauit Cesaræam, quæ prius turris Stratonis uocabatur, & ex nomine filii eius Libyadem trans Iordanem extruxit. Iste locus est Cesaræ Philippi, ubi Iordanis ad radices oritur Libani, & habet duos fontes, unum nomine Ior, & alterum Dan, qui simul mixti Iordanis nomen efficiunt.

Et interrogabat in uia discipulos suos, dicens: Quem me dicunt esse homines? Qui responderunt illi, dicentes: Alij Ioannem baptistam, alij Heliam, alij uerō quasi unum de prophetis.] Pulchre Dominus fidem discipulorum exploraturus, primò hominum sententiā interrogat: ne uidelicet illorum confessio non ueritatis agnitione probata, sed uulgi uideatur opinione firmata;

mata; nec comperta credere, sed instar Herodis de auditis hæbitare putentur. Vnde & Petro se Christum confitentem secundum Matthæum dicit, Quia caro & sanguis non revelauit tibi: hoc est, doctrina humana fidei te ueritatē nō docuit Pulchrè etiā qui diuersam de Domino sententiā ferunt, hominum nomine notantur. Nam qui ueritatem potentia eius fideliter accipia mē te cognoscunt, nequaquam homines, sed dii appellari merentur: quales fuisse Apostolos secunda sua interrogatione Dominus ostendit. Nam sequitur:

Tunc dicit illis: Vos uerò quem me dicitis esse? Attende enim prudens lector, quòd ex consequentibus textuq; sermonis, Apostoli nequaquam homines, sed dii appellentur. Cum enim dixisset, Quē me esse dicunt homines, subiecit: Vos uerò quē me dicitis esse? Illis quia homines sunt, humana opinantibus, uos qui dii estis, quem me esse existimatis?

Respondens Petrus, ait: Tu es Christus. Licet ceteri Apostoli sciant, Petrus tamen respondit præ ceteris. Complexus est itaque omnia, qui & naturam & nomen expressit, in quo summa uirtutū est. Et iam in nos de generatione Dei disseramus questiones, cum Paulus indicauerit nihil se scire, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum: Petrus nihil amplius, quā Christum Dei filium putauerit, confitendum; nos & quando, & quomodo natus sit, & quantus sit, humana infirmitas contemplatione rimamur. Firnis ergo fidei meæ Christus est, finis fidei meæ Dei filius est. Non licet mihi scire generationis seriem, non licet tamen nescire generationis fidem.

Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo. Et cepit docere illos, quoniam oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & cetera. Idcirco se ante passionem & resurrectionē noluit prædicari, ut completo postea sanguinis sacramento, opportunius Apostolis diceret: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Quia nō prodesset publicè prædicari, & eius uulgari in populis maiestatem, quem post paululum flagellatum uisuri sint, & crucifixum, multa pati à senioribus & scribis, & principibus sacerdotum. Et notandum, quòd eum qui multa pati, & occidi, & resurgere debeat, filium hominis appellat: quia passio in carne Christo diuinitas im-

palsibilis mansit. Et apprehendens eum Petrus cepit increpare eum. Quo modo increpauerit eum, Matthæus exponit apertius, dicens: Et assumens eum Petrus cepit increpare illum dicens: Absit à te Domine, nō erit tibi hoc. Sæpe diximus nimij ardoris atque amoris quammaximè fuisse Petrum in Dominum saluatorem. Quia ergo post confessionem suam qua dixerat, Tu es Christus filius Dei uirui: & præmium Saluatoris quò audierat secutum Matthæum, Beatus es Simōn Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cælis est: repente audit à Domi-

Bedæ tom. 7.

no, oportere eum ire in Hierosolymā, ibiq; multa pati à senioribus & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere: nō uult destrui confessionem suam, nec putat fieri posse, ut Dei filius occidatur: apprehenditq; est in affectum suum, uel separatim ducit, ne præsentibus ceteris condiscipulis magistrum uideatur arguere. Et cepit increpare illum amarissimè affectu, & optantis dicere: Absit à te Domine: uel, ut melius habetur in Græco, Propitius esto tibi Domine, non erit istud: hoc est, non potest fieri, nec recipiunt aures meæ, ut Dei filius occidendus sit.

Qui conuersus, & uidens discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade post me satana. Satanus interpretatur aduersarius, siue contrarius. Quia contraria, inquit, loqueris uoluntati meæ, debes aduersarius appellari. Multi putant quòd non Petrus correptus sit, sed aduersarius spiritus, qui hæc dicere Apostolo suggerebat. Sed mihi error apostolicus, & de pietatis affectu ueniens, nunquam incituum uidebitur diaboli. Vade satana, diabolo dicitur: Vade post me, Petrus audit. Vade post me, hoc est, sequere sententiam meam. Quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Meæ uoluntatis est & patris, cuius ueni facere uoluntatem, ut pro hominum salute moriar: tu tuam tantum consideras uoluntatem, non uis granum tritici in terram cadere, ut multos fructus afferat.

IN NATALI DÛI BENEDICTI Abbatis. Matth. 19. Luc. 18. Marc. 10.

In illo tempore dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADÈM LECTIÒNE.

AVdiens à Domino Petrus, quia diues distulit intraret in regnum cælorum, sciensq; secum suis condiscipulis ad integrum mundi saluentis spreuisse delicias, uoluit agnoscere quid uel ipsi, uel ceteri, mundi contemptores pro maiore mentis uirtute maioris præmij sperare deberent. Et respondens Domino ait:

Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Vbi solerter intuentium, quòd non solum se omnia reliquisse, sed & Dominum sequi gloriatur: quia stultum profectio est, iuxta Platonem & Diogenem, & quosdam alios philosophos, uitæ quidē huius diuitias calcare, & non hæc pro æterna adipiscenda uita, sed pro inani agere mortaliū laudē captanda: stultum præsentis labores uelero, absq; spe futuræ subire quietis & pacis. Perfectus autem ille est, qui abiens uendit omnia quæ habet, & dat pauperibus, ac ueniens sequitur Christum. Habebit enim thesaurum non deficientem in cælis. Vnde bene interrogante Petro, dixit talibus Iesus:

Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in regenera-

tione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis
 & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.]
 In hac quippe uita pro eius nomine laborantes, in alia præmium sperare docuit: id est, in rege-
 neratione, cum uidelicet in uitam immortalem fuerimus resurgendo regenerati, qui in uitam
 caducā mortaliter eramus geniti. Et iusta prorsus retributio, ut qui hic pro Christo humanæ
 gloriam celsitudinis neglexerunt, illic à Christo iudices glorificati singulariter cum eo hu-
 manæ conuersationis assideant: & quia sequen-
 dis eius uestigijs nulla ratione poterant auelli.
 Nemo autem putet duodecim tantum Aposto-
 los, quia pro Iuda præuaricante Matthias ele-
 ctus est, tunc esse iudicatos: sicut nec duode-
 cim solæ sunt tribus Israel iudicandæ. Alioquin
 tribus Leui, quæ tertiadecima est, iniudicata re-
 cedit: & Paulus qui tertiusdecimus est Aposto-
 lus, quia pro Iuda præuaricante Matthias ele-
 ctus est, iudicandi forte priuabitur, cum ipse di-
 cat: Nescitis quoniam angelos iudicabimus,
 quanto magis secularia? Sciendum namq; est,
 quoniam qui ad exemplum Apostolorum sua reli-
 querunt omnia, & secuti sunt Christum, iudi-
 ces cum eo uenturos, sicut etiam omne morta-
 lium genus esse iudicandum. Quia enim duode-
 nario sæpè numero solet in scripturis uniuersita-
 tas designari, per duodecim sedes Apostolorum
 omnium numerositas iudicantium, & per duo-
 decim tribus Israel uniuersitas eorum, qui iudi-
 candi sunt ostenditur. Vnde notandum, quod
 duo sunt ordines electorum in iudicio futuri:
 unus iudicantium cum Domino, de quibus hoc
 loco memorat, qui reliquerunt omnia, & secuti
 sunt illum: alius iudicatorum à Domino, qui nõ
 quidem omnia sua pariter reliquerunt, sed de
 his tamen quæ habebant, quotidianas dare e-
 leemosynas Christi pauperibus curabant. Vnde
 & audituri sunt in iudicio: Venite benedicti
 patris mei, possidete præparatum uobis regnum
 à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis
 mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere,
 & cætera, quorum & in superioribus huius le-
 ctionis Dominus meminit, cum principe quo-
 dam interrogante, quid boni faciendo uitam
 possideret æternam: Si uis, inquit, ad uitam in-
 gredi, serua mandata. Non homicidium facies,
 non furtum, non falsum testimonium dices: uel
 honora patrem & matrem, & diliges proximum
 tuum sicut teipsum. Ergo qui mandata Domini
 seruat, ad uitam ingreditur æternam: qui autem
 non solum mandata seruat, uerum etiam consi-
 lium Domini, quod pro contemnendis diuitijs
 mundi à luxibus tribuit, sequitur, non tantum
 uitam ipse percipiet, sed etiam de uita aliorum
 cum Domino iudicabit: atque ita fit, ut in iudi-
 cio, ut diximus, duo sint ordines honorum. Sed
 & reproborum duos ibi futuros ordines Do-
 mino narrante comperimus: unum eorum qui
 fidei Christianæ mysterijs initiati, opera fidei ex-
 ercere contemnunt, quibus in iudicio testatur:
 Discedite à me maledicti in ignem æternum,
 qui preparatus est diabolo & angelis eius. Esu-

riui enim, & non dedistis mihi manducare, &
 cætera. Alterum eorum, qui fidem & mysteria
 Christi uel nunquam susceperunt, uel susceptam
 per apostasiam deseruere, de quibus dicit: Qui
 autem non credit, iam iudicatus est, quia non
 credit in nomine unigeniti filij Dei. Qui quo-
 niam nec uerbotenus Christum colere uolue-
 runt, nec uerba saltem eius quibus coarguuntur
 in iudicio, merentur audire: sed ad hoc tantum
 ueniunt in iudicium, ut cum eis qui iudicantur
 peccatoribus, in damnationem mittantur æter-
 nam. Verum his cum timore & pauore debite
 paulisper commemoratis, ad latissima potius
 Domini & saluatoris nostri promissa conuer-
 tus audiat. Videamus quæ tantæ gratiæ pie-
 tatis, non æternæ tantummodo uitæ præmia
 suis sequacibus, sed & presentis munera polli-
 cetur eximia.

Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, uel fratres, aut foro-
 res, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros
 propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam
 possidebit.] Qui enim terrenis affectibus siue pos-
 sessionibus pro Christi discipulatu renunciaue-
 rit, quo plus in eius amorem profecerit, eo plus
 res inueniet, qui se interno suscipere affectu, &
 suis gaudeant sustentare substantijs: eius nimi-
 rum professionibus uiteq; consortes, qui se pro
 Christo pauperem factum in suis domibus agrisque
 recipere, & maiorem prorsus quam uxor, parēs,
 frater, aut filius carnalis deuotione charitatis
 refouere delectetur. Centuplum namq; quod ait,
 non numerum amanti in Christo, & seruientium
 pro Christo fidelibus, sed uniuersitatē per-
 fectionemq; qua per charitatē inuicem seruiunt,
 ostenditur. Cuius rei & in nobis ipsis, fratres cha-
 rissimi, sæpè exemplum sumplimus, cū alicubi
 pro rerum necessitate digredientes cuncta nobis
 monasteriorum habitacula quasi propria patere
 cognouimus, cunctos in nostrum obsequium syn-
 cerissima deuotione pronos aspeximus, & ma-
 xime in beatæ memoriæ patre nostro beato. Be-
 nedicto, cuius hodie uenerandā assumptionis
 diem debita solennitate recolimus, totum lectio-
 nis huius tenorē uidemus perfectissime cõple-
 ri. Derelictis enim omnibus, secutus est Christum,
 quando spretis eis quæ in monasterio regali ac-
 quisierat uel acquirere ualebat, cū esset nobilis
 natus, ad beatorum apostolorum limina peregrina-
 turus aduolauit: ut quia rudis adhuc in gente
 Anglorum fides & ecclesiarum institutio flore-
 bat, ibi potius perfectam uiuendi formam sume-
 ret, ubi per summos Christi apostolos totius ec-
 clesiæ caput eminet eximium. Ibi ergo eruditus in
 Christo, illis in partibus attonsus: ibi est mona-
 sterialibus imbutus institutis: ibidem totum uitæ
 suæ erat exacturus, si nõ apostolica Domini pa-
 tris prohiberet autoritas, qui eum propter ducen-
 dum in Britanniam sanctæ recordationis archiepiscopi
 scopum Theodorum in patriam redire precepit. Nec
 longo post tempore etiã reges seculi cognito uir-
 tutum eius studio, locum eis construendi monaste-
 rij nõ ab aliqua minorum personarum ablatum,
 sed de suis proprijs donatum dare curabant.

Quem

L. Cor. 6.

Matth. 25.

Matth. 29.

Exod. 20.

Matth. 25.

Ioan. 3.

Quem ille acceptum mox perfectissime iuxta regularem disciplinam interius exteriusq; constituit, non pro suo captu decreta nobis statuens, sed antiquorum statuta certissima monasteriorum, quae peregre didicerat, sibi suisq; obseruanda proponens. Nec cui libet uestrum, fratres graue debet uideri, si nota loquamur, sed delectabile potius aestimare, quia uera loquimur, quando patris nostri spiritualia gesta narramus, qui manifesto miraculo Dominus, quod fidelibus suis promisit, adimpleuit: quia omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet in hoc tempore, & in seculo futuro uitam aeternam. Reliquit quippe cognatos, quando patriam deseruit: accepit uero centuplum, quia non solum a cunctis in hac terra pro uirtutum industria merita ueneratione habitus est, sed & in Gallia atque Italia, Romae atque in maris insulis, ab omnibus qui eum nosse poterunt dilectus, adeo ut ipse papa apostolicus ad profectum monasterij huius quod illum nuper fundasse gaudebat, Ioannem illi abbatem atq; archicantorem Romanae ecclesiae, sicut charitas uestra bene meminit, in Britanniam Roma deducendum praestaret, per quem idem monasterium morem canendi ac ministrandi canonice iuxta ritum sanctae Romanae atque apostolicae ecclesiae perciperet. Reliquit domos & agros quos habuerat pro Christo, de quo agrum semper uirentis paradisi, & domum non manu factam, sed aeternam in caelis accipere sperabat. Reliquit uxorem & filios, non quidem uxorem acceptam, & filios ex carne natos, sed uxorem profusus accipere, ex qua filios habere posset, castitatis amore contempsit, malens ad illa centum quadraginta quatuor milia electorum pertinere, qui cantant canticum nouum ante sedem Dei & agni, quod nemo potest dicere nisi illi: Hi enim sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, & sequuntur agnum quocumque abierit. Et accepit centuplum, quando non in his solummodo, sed & in marinis eum partibus plurimi in domos suas recipere uiantem, suorum fructibus agrorum reficere desiderabant, quando patronum per plures illi, quando uiri Deo deuoti pro animi constantis excellentia, non minori quam coniugibus aut parentibus proprijs dilectionis instantia seruebant: accepit centuplum domus & agros, quando haec in quibus monasteria construeret, adeptus est. Uxorem nanque dimittere pro Christo, & in hoc centuplum accipere est: quia animarum centuplum maius esset tunc meritum charitatis inter continentes propter fructum spiritus, quam inter lasciuientes quondam propter desiderium carnis filios, quos carnaliter habere despexit, centuplum accipere meruit spirituales. Centenarius quippe numerus, ut sepe dictum est, perfectionem figurate significat. Nos namque sumus filij eius, quos in hanc monachiam demum pius prouisor induxit: nos sumus filij eius, si iter uir-

Apo. 14.

tutum eius imitando tenemus, si non a semita regulari, quam docuit, torpendo deflectimus. Meminimus nanque fratres, qui illum nosse potuimus, dicere crebro auditu, quos post obitum illius in nostrae fraternitatis consortium pietas superna congregauit, quia quamdiu spes erat corpore, pro gloria sanctae Dei ecclesiae, & maxime pro huius monasterij pace, honore & quiete semper laborare perstabat: toties mare transiit, nunquam, ut est consuetudinis quibusdam, uacuus & inutilis rediit, sed nunc librorum copiam sanctorum, nunc reliquiarum beatorum martyrum Christi munus uenerabile detulit, nunc architectos ecclesiae fabricandas, nunc uitrificatores ad fenestras eius decorandas ac muniendas, nunc cantandi, & in ecclesia per totum annum ministrandi secum magistratos adduxit, nunc epistolam priuilegij a Domino papa missam, qua nostra libertas ab omni extrinseca incurfione uitaretur, apportauit, nunc picturas sanctarum historiarum, quae non ad ornatum solummodo ecclesiae, uerum etiam ad instructionem intuentium proponeretur, aduexit, uidelicet ut qui literarum lectione non possent opera Domini & Saluatoris nostri, per ipsarum contutum discerent imaginum. Qui in his & in huiusmodi rebus ideo tam plura laborare studuit, ne nobis sic laborandi remaneret necessitas: ideo toties transmarina loca adijt, ut nos omnibus scientiae salutaris dapibus abundantes, intra monasterij claustra quiescere, & cum secura libertate Christo seruire queamus. Qui etiam cum corporis infirmitate corripere premereturq; acerbius, semper interrim debitas gratiarum actiones de monasteriorum quas didicerat, docueratq; regulis seruandis, semper de ecclesiasticis obseruationibus, quas per omnes ciuitates, & maxime Romae uiderat, semper de locis sanctis, quae se iustrasse iuuenem meminit, loqui & iterare delectabile habebat. Sic longis uirtutum studijs exercitatus, longo insuper animo semper infirmitatis martyrio excoctus, post centupla gratiae praesentis munera ad uitam transiuit aeternam. Unde necesse est, fratres charissimi, ut tanquam boni filij, & tanto parente digni, exempla ac precepta illius in omnibus seruare curemus, nequa ulla nos a uestigijs tanti ductoris sequendis animae uel carnis illecebra reuocet: quatenus & ipsi qui carnales affectus substantiamq; reliquimus terrenam, qui uxores ducere, ac filios carnaliter procreare angelicae conuersationis amore fastidimus, augente spiritualium uirtutum merito, & in praesenti centuplum accipere de societate sanctorum, & in seculo uenturo uitam possidere mereamur aeternam, praestante gratia redemptoris nostri, qui uiuit & regnat cum patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

IN FESTO ANNUNCIATIONIS
beatæ Mariæ uirginis. Lucae 1.

In illo tempore missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen uirginis Maria. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EA
DEM LECTIÖNE.

Exordium nostræ redemptionis, fratres charissimi, hodierna nobis sancti euangelij lectio cõmendat; quæ angelũ à Deo de cõelis missum narrat ad uirginẽ, ut nouã in carne natiuitatem filij Dei prædicaret, per quam nos ab ætã uetustate noxia renouari, atque inter filios Dei computari possimus. Vt ergo ad promissæ salutis mereamur dona pertingere, primordia eius intenta curemus aurẽ percipere.

Missus est, inquit, angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph. Aptum profecto humanæ restorationis principium, ut angelus à Deo mitteretur ad uirginem partu consecrandam diuino, quia prima perditionis humanæ fuit causa, cũ serpens à diabolo mittebatur ad mulierem spiritu superbie decipiendam: imò ipse in serpente diabolus ueniebat, qui genus humanum deceptis partibus primis, immortalitatis gloria nudaret. Quia ergo mors intrauit per feminã, apte redit & uita per feminam. Illa à diabolo seducta per serpentem uiro gustum necis obtulit, hæc à Deo edocia per angelum mundo autorem salutis ædificat.

Missus est ergo angelus Gabriel à Deo. Rarò autẽ legimus, quia apparentes hominibus angeli designantur ex nomine. Verum quotiescunq; fit, ideo utiq; fit, ut etiam nomine ipso quòd ministraturi ueniunt, insinuent. Gabriel namq; fortitudo Dei dicitur. Et meritò tali nomine præfulget, quia nascituro in carne Deo, testimonium perhibet. De quo Propheta in Psalmo: Dominus, inquit, fortis & potens, Dominus potens in prælio. Illo nimirum prælio, quo potestates aëreas debellare, & ab earum tyrannide mundum ueniebat eripere.

Ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen uirginis Maria. Quòd dicitur de domo David, non tantum ad Ioseph, sed etiam pertinet ad Mariam. Legis namq; erat præceptum, ut de sua quisq; tribu ac familia duceret uxorem, Apostolo quoq; attestante, qui ad Timotheum scribens, ait: Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine David secundum euangelium meum. Ideo enim ueraciter ex semine David ortus est Christus, quia incorrupta eius genitrix uerã de stirpe David originem duxit. Cur autẽ Dominus non de simplici uirgine, sed de desponsata uiro concipi & nasci uoluerit, plurimã à patribus rationabiles causæ proferuntur, è quibus permaxima est, ne uelut stuprã rea damnaretur, si uirum

non habens filium procrearet: deinde ut in his etiam, quæ domestica cura naturaliter exigebat, puerpera solatio sustentaretur uirili. Oportebat ergo beatam Mariam habere uirum, qui & testis integritatis eius certissimus, & nati ex ea Domini ac Saluatoris nostri esset nutricius fidelissimus: quiq; & pro eo paruulo, secundũ legem, hostias ad templum deferret, & eum instante persecutionis articulo in Aegyptũ cum matre ferret ac referret, aliq; illi per plura, quæ assumptæ humanitatis fragilitas poscebat, necessaria ministraret. Nec multum obfuit, si quis illum ad tempus eius filium credidit, cum prædicantibus apostolis post ascensionem eius cunctis palam credentibus, quòd de uirgine natus esset, patuerit. Nec prætereundum, quòd beata Dei genitrix meritis præcipuis etiam nomine testimonium reddidit. Interpretatur enim stella maris. Et ipsa quasi sydus eximium inter fluctus seculi labentis gratia priuilegij specialis resulsit.

Et ingressus autem angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ saluatio quantum humanæ consuetudine inaudita, tantum est beatæ Mariæ dignitati cõgrua. Vere etenim gratia erat plena, cui diuino munere collatum est, ut prima inter feminas gloriosissimum Deo uirginitatis munus offerret. Vnde iure angelico aspectu simul & affatu meruit perfrui, quæ angelicam studebat uitam imitari. Vere gratia erat plena, cui ipsum, per quem gratia & ueritas facta est, Iesum Christum genere donatum est. Et ideo uerè Dominus cum illa erat, quam & prius nouæ castitatis amore à terrenis ad cœlestia desideranda sustulit, & postmodum mediante humana natura omni plenitudine diuinitatis consecrauit. Verè quoq; benedicta inter mulieres, quæ sine exemplo muliebri conditionis cum decore uirginitatis gauisa est honore parentis, quòd q; uirginem matrem decebat, Deũ filium procreauit. Quæ postquam more humanæ fragilitatis, & uisione angelica, & insolita est salutatione turbata, mox idem angelus eam repetito sermone ne timeat, hortatur: quòd q; maximè timorem pellere consuevit, quasi bene cognitam ac domesticã proprio eam nomine uocat, & quare gratia plenã diceret, diligenter edocet.

Ne timeas, inquit, Maria, inuenisti enim gratiam apud Deũ. Ecce concipies in utero, et paries filium, et uocabis nomen eius Iesum. hic erit magnus, et filius altissimi uocabitur. Notandum solenter ordo uerborũ, & tanto arctius est cordi inferendus, quanto manifestè patet, quia in his tota redemptionis nostræ summa consistit. Nam manifestissimè Dominũ Iesum, id est, Saluatorem nostrum, & uerũ Dei patris, & uerum hominis matris filium prædicat.

Ecce, inquit, concipies in utero, et paries filium. Agnosce uerum hunc hominem, ueram de carne uirginis assumplisse substantiam carnis.

Hic erit magnus, et filius altissimi uocabitur. Cõfiterere eundẽ etiam Deũ uerũ de Deo uero, & æternũ patri filium, semper esse coæternum. Quod au-

tem futuro tempore dicitur. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur, nemo ita intelligendum putet, quod Dominus Christus ante partum uirginis non fuerit, sed ita hoc potius dictum intelligamus, quia potentiam diuinæ maiestatis quam Dei filius æternaliter habuit, hanc idem homo natus ex tempore acceperit, ut una in duabus naturis persona esset mediatoris ac redemptoris nostri.

Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius. Sedem Dauid regnum dicit Israëlita plebis, quod suo tempore Dauid iubente pariter & iuante Domino fidelis deuotione gubernauit. Dedit ergo Dominus redemptori nostro sedem Dauid patris eius, quando hunc de genere Dauid incarnari disposuit, ut populum quem Dauid temporaliter rex imperio, ipse gratia spiritali ad æternum prouheret regnum. de quo Apostolus ait: Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij dilectionis sue. Hinc est quod idem populus diuino admonitus instinctu, cum passurus ille Hierosolimam properaret, in eius laudem gaudens decantabat: Benedictus qui uenit in nomine Domini rex Israël. Et iuxta alium Euangelistam, Benedictum quod uenit regnum patris nostri Dauid. Aderat enim tempus quo redempti per eius sanguinem mundi rex agnosceretur, non solum domus Dauid, sed & totius ecclesie, imò omnium conditor & rector seculorum. Vnde recte angelus postquam dixit, Et dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius: continuo subiunxit, Et regnabit in domo Iacob in æternum. Domum namque Iacob ecclesiam dicit uniuersam, quæ per fidem & confessionem Christi ad patriarcharum pertinet sortem, siue in his qui de patriarcharum stirpe carnis originem duxerunt, seu in illis qui de alijs nationibus carnaliter editi, spiritali lauacro sunt in Christo renati. In qua uidelicet domo regnabit in æternum, & regni eius non erit finis. Regnat quippe in ea in presenti uita, cum electorum corda per fidem & dilectionem suam inhabitans regit, atque ad percipienda supernæ retributionis dona continua protectione gubernat. Regnat in futuro, cum eosdem finito statum temporalis exilij ad habitationem patriæ celestis introducit: in qua presentis eius uisionem semper admoniti nihil aliud agere, quam eius uacare laudibus gaudent.

Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Quomodo, inquit, fieri potest, ut concipiam pariamque filium, quæ in castimonia uirginitatis uitam consummare disposuit? Non autem quasi incredula uerbis angeli, quomodo hæc impleri ualeant, inquit, sed errata quia oportebat impleri quod & tunc ab angelo audiebat, & prius à propheta dictum legerat, quo id ordine implendum sit, interrogat: quia uidelicet propheta qui hoc futurum prædixit, quomodo fieri posset, non dixit, sed angelo dicendum reseruauit.

Respondens ergo angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nati-

setur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Superueniens in uirginem spiritus sanctus duobus modis, in ea diuinæ sue potentie efficaciam ostendit: quia & mentem illius ad eum, quantum humana fragilitas patitur, ab omni uitiorum sordibus castificauit, ut celesti digna esset partu, & in utero illius sanctum ac uenerabile redemptoris nostri corpus, sola sui operatione creauit: id est, nullo interueniente uirili tactu carnem de carne uirginis sacrosanctam de intemerata formauit. Quæ enim prius aperte spiritum sanctum dixerat, hinc ipsum denudò uirtutem altissimi nominauit: iuxta hoc quod Dominus, cum eiusdem spiritus aduentum discipulis promitteret, ait, Et ego mitto promissum patris mei in uos: uos autem sedete in ciuitate, quo ad usque induamini uirtute ex alto. Obumbravit autem beatæ Dei genetricis uirtus altissimi: quia spiritus sanctus cor illius cum impleuit, ab omni æstu concupiscentie carnalis temperauit, emundauit à desiderijs temporalibus, ac donis celestibus mentem simul illius concrauit, & corpus. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei: quia quod de sanctificatione spiritus concipies, sanctum erit quod gignitur. Congruit conceptioni natiuitas, ut quæ contra humanæ conditionis morem uirgo concipis, supra humanæ consuetudinis modum Dei filium generes. Omnes quippe homines in iniquitate concipimur, & in delictis nascimur: quotquot autem donante Deo ad uitam præordinati sumus eternam, ex aqua & spiritu sancto renascimur. Solus uero redemptor noster pro nobis incarnari dignatus, mox sanctus natus est: quia sine iniquitate conceptus est. Possimus sane in eo quod dicitur, Et uirtus altissimi obumbrabit tibi, altius quiddam de sacramento Domini incarnationis intelligere. Obumbrari enim nobis dicimus cum feruente meridiano sole, uel arborē mediam, uel aliud quodlibet umbraculi genus inter nos & solem opponimus, quo ardore eius, uel lucē nobis tolerabiliorē reddamus. Redemptor ergo noster non immeritò solis luce uel ardore designatur, qui nos ueritatis scientia illustrat & amore inflammat. unde ipse per Prophetam dicit: Vobis autem timētibus, nomen meum orietur sol iustitiæ. Cuius scilicet solis radios beata uirgo suscepit, quando Dominum concipit. Sed idem sol, id est, diuinitas redemptoris nostri te gumine se humanæ naturæ quali umbraculo quædam obtexit, quo mediāte uirginis eum uiscera ferre sufficeret: sicque uirtus altissimi obumbravit eam diuina Christi potentia & eam presentialiter impleuit, & ut capi ab illa posset, substantia se nostræ fragilitatis obnubilauit.

Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Non quasi incredulam ex plebis hortatur ad fidem, sed ut bene iam credenti quæ audierat, ampliora supernæ dispensationis miracula replicat, utque Dominum uirgo erat paritura, præcursores quoque domini de antea diu sterili paritē cognosceret esse nasciturum. Nec miranda iuxta historiam, quod Elizabeth cognata dicat Mariæ, cum superius hæc de domo Dauid, illa de filijab, Aarō orta esse narra-

Legimus namq; quòd ipse Aaron de tribu Iuda, de qua Dauid ortus est, uxorem acceperit, uidelicet Elizabeth filia Amínadab, sororē Naafon, qui fuit dux tribus Iuda in deserto, cū egrederentur ex Aegypto. Rursusq; regnantibus Dauid posteris legimus, quòd Ioiada pontifex maximus uxorem habuerit de tribu regali, hoc est, Iosabeth filiam regis Ioram. Ipse est Ioiada, cuius filium Zachariam uirum æquè sanctissimum lapidauerunt inter templum & altare, sicut etiã ipse Dominus beatorum martyrum mentionem faciens in Euangelio testatur. Vnde de tribus utraq; hoc est, regia & sacerdotalis, cognatione semper adinuicē probatur esse cōiuncta. Potuit autem huiusmodi coniunctio etiã recentiori tempore fieri, datis nuptum sceminis de tribu in tribum, ut manifeste beatam Dei genitricem, quæ de tribu regia descendit, cum tribu sacerdotali cognationem generis habuisse constaret, quòd ministerijs cœlestibus aptissimè congruit. Oportebat namq; ut apprens in mundo mediator Dei & hominum de utraq; tribu carnis originē haberet: quia nimirum ipse in humanitate assumpta utraq; habiturus erat personā, sacerdotis scilicet & regis. Siquidem de regia eius potestate, qua electis suis regnum perenne tribuit, & præsens sancti euāgelij lectio testatur: quia regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Porrò de pontificali eius dignitate, in qua pro nostra redemptione hostiam suæ carnis offerre dignatus est, testatur Propheta, qui ait: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinē Melchisedech. Accepta autē tanta gratia, uideamus beata Maria in quanta humilitatis arce persistat.

Ecce, inquit, ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbū tuū. Magnam quippe humilitatis constantiam tenet, quæ se ancillam sui conditoris dum mater eligitur, appellat. Beata in mulieribus angelico oraculo prædicatur, incognita adhuc ceteris mortalibus arcana nostræ redēptionis edocetur: nec se tamen de singularitate meritū excellentioris singulariter extollit, sed potius suæ conditionis ac diuinæ dignationis in omnibus memor, famularum se Christi consortio humiliter adiūgit, famulatum Christo deuota quod iubetur, impendit. Fiat, inquit, mihi secundum uerbum tuum, fiat ut spiritus sanctus adueniēs me cœlestibus dignam mysterijs reddat, fiat ut in meo utero filius Dei humanæ substantiæ habitum induat, atq; ad redemptionē mundi tanquam sponsus suo procedat de thalamo. Cuius uocem mentemq; nos, fratres charissimi, pro modulo nostro sequētes, famulos esse nos Christi in cunctis actibus nostris motibusq; recolamus, eius semper obsequijs omnia corporis nostri membra mancipemus, ad eius implendam uoluntatem totū mentis nostræ dirigamus inuitum: sicq; perceptis eius muneribus gratias recte uiuendo reddamus, ut ad maiora percipienda digni existere mereamur. Precemur sedulicūm beata Dei genitrice, ut fiat nobis secundum uerbum eius, illud uidelicet uerbum, quo

rationem suæ incarnationis ipse exponens, dicit: Sic enim dilexit Deus mundum, ut unigenitum filium suum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Nec dubitandum, quin nos de profundis ad se clamantes citius exaudire dignabitur, propter quos nec dum se cognoscentes, ipse ad profundam hanc uallem lachrymarum descendere dignatus est Iesus Christus Dominus noster, qui uiuit & regnat cū patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

PARTIS HOMILIARVM HYE/
malium de Tempore & de Sanctis, Bedæ presbyteri, finis.

Sermones aliquot uarii, in uetustissimo codice reperti, hætenus nunquā excusi.

HOMELIA, QUAE DICENDAE EST IN SOLEMNITATE SANCTI VUIGBERTI.



Audate & exultate in Domino, dilectissimi fratres, qui deuotis mentibus ad solennia sancti Vuigberti conuenistis, & Dominū Iesum Christum multimodis deuotissime laudibus collaudate, qui nunquam derelinquit sperantes in se: sed misericorditer nobis in hoc miserissimo mundi ergastulo constitutis, patronos pro nobis laudabiles intercedendū procurauit: quatenus per hos Christianæ religionis imbuti, ferculis ue satiat cœlestibus, spem cœlestium præmiorum iam habere possimus, si illic corde & opere sequamur, ipse quoq; Dominus noster Iesus Christus, omniumq; creator sanctus, omnes sanctos condidit, & nullum unquam per se fit sanctus absq; Dei larga prouidentia. Ideo quippe, sicut in sacris legimus scripturis, ab Abel protomartyre, usq; nunc glorificans sanctos & electos suos salutaris in hoc mundo miraculis, qui mundalibus non fuerūt comprehensi illecebris, sed omni quidem conamine mentis & corporis recte cogitando, atq; ab omni iniquitate se cōtinendo, diabolicis efficitissime resistebant suggestionibus: quapropter diuina exuberante gratia consortes & hæredes sunt angelicis in cœlo sedibus, ubi nil ulterius desiderare queant, sed Domini Iesu Christi insatiabiliter uisione ac consortio supernorum ciuium persuantur. Et ideo, fratres charissimi, assumamus nobis diuino suffragio arma & exem-

& exempla illorum, qui per imaginabilem Dei adiuuamine fidem uicerunt regna transitoria, operati sunt iustitiam, adepti sunt promissiones: & sicut nancq; Dominus Iesus Christus ueridica in Euangelio uoce prædixit, Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est: Paulus sanè egregius prædicator præmonuit, ita dicens, Non habemus hic manentem in cœnoso mundo ciuitatem, sed futuram bonis operibus inquirimus. Quamobrem nancq; oportet uos, qui sincerissimam Apostolorum fidem tenetis, ut in omnibus sagaci atq; infatigabili mente, quantum quieritis, illos imitari studeatis, quia sicut legimus in sacris paginis, tantoq; accensi fuerit apostoli amore Christi, ut nec ullo modo tormentis uel minis regni, nec non etiam persequutionibus infidelium ab illo potuerit auelli: sed firma fide & opere, uel indissolubili charitate unanimiter perseverantes, donec diuina ab hoc mundo uocatione cœlestia scandere meruerunt. Quid enim dicimus de uirginibus, quia humanis non sufficit ingenijs, de illis aliquid pro fragilitate carnis condignè scribere, uel imitari: quibus fuit una fides, immutabilis amor, charitas una: eratq; illis uirginitas carnis, corpus intactum, uirginitas animæ, fides incorrupta. Et ideo uerò, quia fuerunt pijs in Christo Domino studijs adornata, uirtutum palmas coronasq; dignis acceperunt in cœlo præmijs. De martyribus quoq; quid dicendum est, qui panniculis despectisq; uestibus, corpora ad tormenta tradiderunt terrestria, quatenus Deum dominatorem omnium habere, & cum illo aternaliter regnare meruerint. Respuerunt floriferos huius mundi flores cum fallacibus curis, quæ homines insipientes commentis suis ludificant, totisq; uiribus Dominum Christum dilexerunt: & propter hoc in cœlestibus thalamis regnant cum confessoribus (ex quorum collegio iste Dei famulus est) uel etiam omnibus sanctis. Legimus in diuinis historijs omnes diuersis ab huius mundi calle tribulationibus cœlestia scandere: de quorum scilicet omnium sanctissima uita aliquid nobis imitandum est, in quantum humana suppetit fragilitas: quia ad imaginem Dei facti sumus, sicut & illi: & ideo siquidē altithrono Deo nostras impollutas imagines reddere debemus, sicut alibi dicit, Imago Cæsaris reddatur Cæsari, imago Dei reddatur Deo: si non in comparatione illorū luculentam prosperationem quæ periculosa est, cadere, Domini admuniculo non debemus: quia uniuersa uig Domini misericordia & ueritas suo sine distinctione sunt. Etenim omnipotentis benigna atque ineffabilis uoluntas, nihil discernit, nisi illud quod iustissimè conuenit. Nemo uerò de supra memoratis sanctis tam doctus fuit, qui summa non indiguerit misericordia: non enim ita ulli diuinorum bonorum sufficiunt augmenta, ut non semper amplius superfit, quod mens armata diuinis suffragijs, & intelligendum desideret,

& gerendum. Quamobrem nemo de magnitudine iniquitatum suarum desperet, sicut alibi dicit, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Sed tamen uidelicet acceleranda sunt medicina conuersionis ad Dominum, ne tempus correctionis atq; emendationis pereat tarditate atq; negligentia: quia nemini nostrum ultima dies nota est. Ideoq; ueridicis Pauli sententijs aures cordis accomodemus, ubi dicit: Abiciamus ergo opera tenebrarū, & induamus nos arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus. Nulla enim Domini nostri Iesu Christi opera misericordia uacant: quando homini & indulgentia consultit, & castigatione: & misericorditer prouidet temporalem austeritatem, ne æternam iustè inferat ultionem. Ideo uerò nemo in huius uitæ itinere torpeat, ne in patria amoenissimum perdat locum: idcirco qui Deū bona quærit uoluntate, in quo est summum bonorum omnium, cuncta intra se bona perfectaq; continens. Nil nancq; aliud quærit, nisi sempiternum in cœlo gaudium. Quæramus ergo Dominum, sicut iste beatus Dei famulus fecit, & propter hoc coram Deo & hominibus honoratur. Quæramus illum armis, cum quibus eum inuenire possimus: Deum diligendo, proximumq; amando, eleemosynam dando, ecclesiam cunctis orationibus frequendo, armisq; semper diabolicis Domino donante resistendo: quia etiam per uarios casus mortalis uitæ, quasi mundi orbita cucurrit. Nemo in hac uita gaudia habet certa, sed ab initio mundi usq; huc multi de uiauerunt per ignorantiam: quia inter multa turbulenta & fallacia Deū nosse & amare difficile est. Propter hoc faciamus sicut Propheta dicit: Quærite Dominum dum inueniri potest, in uocatione eum dum propè est. Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur eius. Quærite igitur bonum sine fine bonū, & persistite reperto: quia ueram etiam beatitudinem in summo Deo sitam esse, non esse est, cui contra dici nullo modo potest. Neq; enim fas est homini cunctas diuinæ operæ machinas uel ingenio comprehendere, uel explicare sermone. Veniet tempus, quando quæ nunc specie gerimus, rerum ueritate capiamus. Hæc uerò strictim breuiterq; attingimus: ceterū quid felicius, quid ue salubrius, quam seruire Deo, qui mundum tantis gubernaculis regit, & omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire: quatenus sanè cum generalis aduenierit dies, omnes læti pro bonis operibus, & Dei suffragio protecti, æternam beatitudinē unā cum sanctis suis accipere mereamur.

HOMILIA LECTIO,
nis eiusdem.

REstat igitur adhuc aliquid de beato Vugbertho breui sermone narrare, qui tantis in hoc mundo beneficijs, omnibusq; Christicolis claruit, ut meritò totus Christianus populus summa

summa ueneratione de solennitate illius gaudet: maximè namq; nos, qui in suum apud Deū patrociniū hic & in futuro confidimus. credimus siquidem illum in presentia Domini nostri Iesu Christi omnia posse impetrare, de quibus illum pijs deuotissq; poscit precibus, dum tanta in presentia populi miracula, sicut sæpe audistis, pro eius laude nobilitauit. Videtis ergo fratres charissimi, quanta humano generi gloria est, Deum deuota mente sequi: qui nunquā in tribulationibus derelinquit sperantes in se, sed omnes qui pro amore illius florentem despiciunt mundum, æternis in cælo gaudijs honorifice sublimat: sicut ipsa ueritas testatur, dicens, Qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Paulus quoq; apostolus de diligentibus Deum dixit, Quod oculus non uidit, nec auris corporis audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Erat quippe uir iste sanctus Vuigbertus, sicut sacra fama narrat, omni dignitate præclarus, corde pro Dei amore lætus, moribus semper compositus, in omni opere Dei strenuus: eius uerò secreta conuersatio in uigilijs & orationibus, uel etiam in ieiunijs, in sanctitate uite, & signorum ostensione intelligi datur. Charitatē siquidem assiduus labor ostendit, quem quotidie pro Christi nomine sustinuit. Semper enim per omnes dies uitæ suæ in diuino proficiens opere. Deo omnipotentis amabilis pro eximijs operibus, & omni populo placabilis. Ab infantia enim cuncta quæ habere potuit, ad pietatis opus largissimis manibus tribuens: ut Christum pro nobis factū egenum, egens ipse sequeretur. Quis enim tam loquax in lingua, ut sigillatim omnia mirabilia uel beneficia, quæ per illum Deus operatur, assiduus explicare ualeat uerbis? Non enim de crastino cogitans, sed semper secundum Euangelium, de Dei confidens clemētia, omnes ad se uer-

do: quia malignus spiritus superbus hominem primum superbientē deduxit ad mortem, Christus quoq; humilis hominem obedientem reduxit ad uitam. Simus namq; pietatis & Christianæ religionis amatores, misericordes, ad bonū opus unanimes, concordiam, quæ est custos uitæ tutum, firmiter custodiētes, sicut alibi dicit, Caute ergo uiri ne sit in uestris mentibus sententia discors: quod sapimus, cōiungat unus amor, quod uiuimus & intelligimus, uno eodemq; cōstet studio. nil firmum est dissociabile, & nil est in hominibus Deo placitum sine pace, nec munus amplissimum ad aram. Similiter etenim è contrario diuinis armati suffragijs, fugiamus arma diaboli, id est superbiam: omnia enim uitia in malis operibus tantum ualent, sola superbia in perfectis rectisq; factis cauenda est: quia sine dubio frangit Deus omnem superbum, & semper superbis resistit Deus. Postea quoque toto nisu uel affectu cauenda est ebrietas, quæ est radix omnium mortalium ad peccandum. Irā uidelicet fugimus, quæ sapissimè stomachando in proprium cadit luctum. Luxuriam & auaritiā, Deo donante, à nobis quasi uenenum expellimus: luxuria uerò maleuada, mellisq; sapore damnat in pœnas incorrigibiles. nil namque in moderno tempore omne genus humanum tam miserabiliter deuastat, quàm auaritia. Odium ergo & inuidiam à nostris cordibus respiciamus, quia omnino non concedet Christianū, ut imaginem Dei in odio habeat: sed tamē in malis odimus prorsus malitiā, & diligimus creaturam. Discordiam quoq; & fraudem diuinis munificentijs adiuti fugimus, nilq; boni potest esse, ubi fraus & discordia regnant. pudet autē de his longius disputare. Omittimus malas Domino adiuuante Syrenas, quæ hominum mentes assuefaciunt morbo, non liberant: teneamus illas uirtutes, in quibus est sola sanitas, & æterna felicitas. Ideoq; dilectissimi fratres, scitote, quia in maxima egestate sunt diuites in hoc mundo, iustitiæ & ueritatis opes non habentes: qui autem altithrono Domino fideliter seruiunt, ea bona inueniunt, quæ nullatenus perire possunt: parua enim sunt presentis seculi bona, in comparatione futurorum bonorum. Potest ergo unusquisq; homo coactus dimittere temporalia bona, nunquam uerò nisi per negligentiam & incuriam perdit æterna: quamobrē qui triumphale Christi signo signati estis, & Domino opitulante uultis ancipitem superare uitā, in qua nil est aliud, nisi seductiones & infestationes, diligite semper moribus & operibus, quod uerus amator Christus iam habet: seruēt enim mundi amatores pro damnis, proq; pestiferis lucris: idcirco namq; quia mundus a maritudine & casu totus plenus est, & fluunt gaudia falsa. Appropinquate Deo bonis operibus, & appropinquabit uobis: quærite illum non fictè, sed ueraciter, & inuenietis illum. Nullus obscuro dubitet in fide, nec de uenit largitione hæsitet, nec de piæ petitionis effectu: quia quanto fiducia-
lius & benignius Deum deprecamur, tanto citius

tius exaudiri mereamur. Fides enim omnibus bonis abundat, sicut in Euāgelio ipse Saluator ait, Omnis enim qui cum fide petit, accipit: & qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur. & iterum, Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autē qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Habemus igitur multa in diuinis paginulis exempla patrum nostrorū, habemus etiam ante oculos exēpla certissima, sicuti huius sancti uiri, cuius hodie festiuum celebramus diem, qui patriā cognationemq; & amicos seculares feruente fide, pro amore Dei dereliquit, terrena contempsit cum pompaticis laudibus, ut cœlestia conquiret. Despiciamus quoq; Domino suffragante mundum, & amemus cum præceptis eius creatorem nostrum, quatenus per presentia bona quæ agimus, ad gaudia æternæ felicitatis peruenire ualeamus, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui patriā uirtute trinus & unus uiuit & regnat in secula seculorū, Amen. 20

IN NATALE SANCTÆ SCOLASTICÆ uirginis. Matth. 13.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnū cœlorū thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

BEDÆ PRESBYTERI DE EADĒM LECTIÖNE.

LECTIO sancti Euāgelij fratres charissimi, quā modo uestra charitas audiuit, magnum hominis mentibus cœlestē patefecit arcanum: monstrans nobis quōd ipse, qui cōditor est omnium Deus, ipse etiam sit nostræ salutis redemptor. Nam dans sapius parabolicē discipulis à turbis sequentibus documenta uirtutum, aliquid quādo clausis dabat dogmata dictis, ut propheta dicit: Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio seculi: ostendens quōd ipse sit uera sapientia patris, per quem omnia creata consistunt: dicente Salomone, Ego in altissimis inhabitabo, & thronus meus in columna nubis. Nam patefieri uolens, quantum humanā sua pietate dilexerat genus, pro quo dei tatis suæ gloriam exinaniscens, formam nostræ conditionis sumere non despexit. Idcirco multis figuratiter modis humanam similitudinem sumplit, ut ipse ait:

Simile est regnū cœlorum homini negociatori, querenti bonas margaritas. Optandum nobis est primitus humiliter prece, ut ille qui ausum loquendi non denegat, quiq; promissit, Aperi os tuum, & ego adimplebo illud, ipse mentis nostræ ligamina soluens, ad loquendum suę gratiæ tribuat incrementum. Inquirendum namq; primitus est, quis iste negociator sit tantus, qui non aliud nisi bonas margaritas emere cupiens, speciem sibi cōtulit cœlestis negociatoris. Quis enim iste? quis uerus esse poterit, quā Christus Dei filius, qui cum Deus sit immutabilis, formam nostræ seruitutis suscipere non despexit, ut propheta dicit: hic in terris uisus est, & cum hominibus cō-

uersatus est. Et uidimus eum non habentē speciem, neq; decorem, hic peccata nostra tulit: & qui est ante secula Deus, negociator pro nobis factus est in fine seculorum: ut qui cuncta bene creauerat, humanis uisibus perdita cernens, nō aliter perfecte, nisi suis negocijs nos reparare prouidit. Nam quātum de primi hominis damno doluerit, quōd paradisi gaudia amiserit, ipsa uitæ nostræ aperte reconciliatio monstrat, quā non auro terræ uena sublato, quod Arabs miserit, & Indus, quod fures effodiunt & furantur: sed animam suam immaculatam pro nobis ponens chirographum nostræ mortis destruxit: & tātis humilitatibus speciem gloriæ suæ exinanīuit, ut non solum filium hominis se dicat, cū sit per omnia Deus, sed etiam ut psalmista dicit, profitetur, Sum uermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Idcirco non solum sensibilem, sed etiam insensibilem creaturarum, formam suę diuinitatis uoluit cōparari. Nam nunc sol iustitiæ, nunc angelus testamenti, nunc sponsus procedens de thalamo, nunc pastor bonus, nunc ouis sine uoce, nunc agnus innocens, nunc leo de tribu Iuda, nūc & uitis uera, & lux mundi, lapis angularis, nec nō & uermis, & ostium dici uoluit: & ut Deo patri nos reconciliaret, etiam negociator est factus. O Domine, qui hoc dicere auderet, nisi tu dixisses, qui nūquam falleris, qui ueritas uera es, qui sapientia perfecta es, in quo nihil potest esse, nisi summum bonum, quōd regnū sit simile cœlorum homini negociatori: cum illud sit sine auaritiæ culpa, hic uerō semper ambitiosis lucris negocia exercens: ut illud Salomonis, Malum est, malum est, dicit, omnis emptor, & cum recesserit, tunc gloriabitur. Et hoc respuēs psalmista dicat, Quia non cognoui negociationes, introibo in potentias Domini. Cum & negociatorū mos sit, circuire nūdinas, fallere mercatores incautos, decipere sacramentis simplices: uilius emere, carius uendere, varijs deceptionib; multos subuertere, & quod peius est, ut Sapientia dicit, Letantur, cum malefecerūt, & exultant in rebus pessimis. Et illud Psalmiste, Veruntamen uani filij hominum, mēdaces filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de uanitate sua in idipsum. Videamus quid sequitur:

Querenti bonas margaritas. Vere, ecce regni cœlorum bonus negociator. nam unde dubitari prius poterat, nunc mens facta est certa. Nam si non bonas quæreretur margaritas, regni cœlorum mercator non esset: ubi nullus nisi bonus inuenitur: ubi nullus intrat, qui pecuniam suā dat ad usuram, & munera accipit super innocentem. Serutandum nec nō est, de quo regno cœlorum Dominus dixerit, dum duobus modis intelligi potest. Nam aliud est regnū cœlorum, de quo dicit psalmista, Cœlum cœli Domini, terram autem dedit filijs hominū. Et illud, Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Hoc uerō à diebus Ioannis baptistæ uim faciendo poterit obtinere, quisquis istius regni fecerit iustitiæ fructus. Aliud nanque est, quod

quodd sanctæ ecclesiæ typum tenens, bonos malosq; una retinet caritate: iustos, ut perfectos mittat ad Christum, iniustos, pietatis patientia ut reuocet ad salutem. Certe isto in regno decem uirgines sunt: quinque sapientes, & quinque fatue: ille suis lampadibus oleum habentes, id est, sancti spiritus dona: fatuæ non habendo, alienum emere inquirunt. Illæ cum sponso in gaudium intrant, istæ à ianua exclusæ, horam neq; diem suæ sciunt salutis. De hoc uero in Euangelio dicit, Mittit angelos suos; & colligent de regno etrus omnia scandala. In hoc uero etiam Noe in arca manens, quæ est sancta ecclesia, munda & immunda animalia nutrit. Sequitur:

Inuenta autem una preciosa margarita, dedit omnia sua, & comparauit illam.] Ecce enim qui multos quebat, unam emit: ut in Euangelio, Multi sunt uocati, pauci uero electi. Vnam comparauit etiam, & preciosam: illam inquam, de qua in Canticis canticorum dicit, Vna est columba mea, perfecta mea, & macula non est in ea. Ecce enim quæ fuit in Euangelio margarita, in Cantico efficitur columba: & quæ ibi est preciosa, hic facta est perfecta. Quia sancta ecclesia margarita est per matrem bonæ operationis, ut Dominus dicit: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Et columba est per simplicitatis naturam, Domino dicente: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Verè pro hac omnia Christus dare dignatus est sua, id est, animam & sanguinem, & sic emere illam. Hęc est sancta ecclesia in terris, hæc est Hierusalem sancta in cœlis, ornata omni lapide precioso: in cuius portis Apostolorum nomina & margaritæ fulgent, cuius & per omnes uicos ab uniuersis Alleluia canitur: quæ non oculata fenestris solem inquirit, qui diurnis fulget in horis, & canas frugum faciat aristas, & uarijs tota depingat floribus arua, & nunc ed accurrat in arcem, nunc tenet occiduas umbras. Nec illa est Hierusalem, quam Dominus uidens fleuit super illam, cuius & sempiternas prædicat ruinas, quamq; deuastrauit tyrannus, & celsa strauit moenia terris: sed illa quæ uera est uisio pacis, de qua psalmista dicit, Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam prælegi eam. Nam huius lumen non solis est iam dicti, sed illius qui nescit occasum: ubi splendor & templum Deus est, & agnus. Sed dignum est in his altius aliquid explorare. Nam quid potest esse uerius, quam ut ista margarita sit, quæ tanta uenustate, tantoq; nitore placet, ut omnia tradantur eius in comparatione: forsitan ista est hortus conclusus, fons signatus, porta clausa, quam propheta intuens dicit: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & uir non transiet per eam: quia Dominus Deus in gressus est per eam, & erit clausa. An forsitan ista est, de qua psalmista dicit, Assitit regina à dextris suis in uestitu deaurato, circumamicta uarietate. Et quare hoc? quia concupiuit rex speciem tuam, idcirco quia macula non est in te. Verè hæc est regina tota pulchra, & immaculata, idcirco hæc

elegit Dominus in hæreditatē sibi, de qua etiā carnē sumere non despexit. Et uide amicus quod sequitur:

A dextris stat regina: quia uiræ quæ à dextris sunt, nouit Dominus. In uestitu deaurato, circum amicta uarietate. Hæc uarietas reginarum est cultus, quia diuersitate operum præcellat cunctis, non colore uel stamine, quod se res mittit foris: sed quæ uirtutum operum fulget in actu, nec pingitur coloribus fucis, nec croceis arte depictis, sed est sacris uariata figuris. Quia dicitur Abel munus, dum Abraham obedientiam fidem, dum Isaac hostiam, dum Iacob titulum oleo unctum: dum Ioseph cernimus uenudationem, dum Loth hospitium, dum Melchisedech sacrificium, dum Dauid stratum cilicinum, dum Zachari decimas, trium puerorum caminum, nec non & prophetarum uaticinia, Apostolorum martyrumq; cruoris ruborem, uirginum candoris ruborem, confessorum documeta salutis: quid in his aliud, nisi uarietas fulget? Hæc Paulus uarietate micat cum dicit, Quis nos separabit à caritate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum: & illud, Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium pertuli, & reliqua. Et Petrus, Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Hæc denique uarietate operum aternorum omnes sancti fulgent, ut sol in regno patris Des.

His breuiter prælibatis fratres charissimi, quia beatæ Scholasticæ natalicia colimus, liber de eius uitæ meritis aliquid de uita beatissimi Benedicti huic opusculo introducere, ut quædam excellentiæ sanctitatis fuerit, silentio non tegatur. Sed primitus omnipotenti Deo preces mitamus, qui omnia in sapientia fecit, ut ipse donare dignetur, quod dignatus est dicere, Qui sitit, ueniat & bibat: & De uentre eius fluat aqua uiuifica, ut cœpta sic digne prosequamur, ut tantæ festiuitatis pertineat ad honorem, & uestre charitati præbeat incrementum. Soror namque eius Scholastica omnipotenti Domino ab ipso infantia tempore dicata, ad eam semel per annum uenire consueuerat. Primitus quidem uirtutē tantī nominis inquiramus, ut suo decore oratio decurrat. Scholastica enim à schola deriuatur, quæ est sapientiæ nutritrix: ab ipsa autem omnis doctrina sapientiæ surgit, ab ipsa uirtutum omnium norma conuoluit, & tota uirtus animæ procax fit ad discendum bona & mala, ut recto limite currere possit uiam salutis, qualiter peritura mundi despicat, cœlestia semper mansura concupiscat, ne oberrans bonum ducat pro malo, malum pro bono: tenebras pro luce, & lucem pro tenebris: amarum pro dulce, & dulce pro amaro, & discernere possit, quæ uirtus sit spiritus, quæ carnis, ne indiscerere cuncta peragēs, ibi bonum eligere speret, ubi tota est malitiæ norma: ut est illud, Qui non fuerit discipulus ueritatis, erit magister erroris. Sed uideamus, quod huius tantæ sororis possit esse germanus per omnia Benedictus non solum nomine, sed & opere: non solum in terris, sed etiam in cœlis. Ista non philosophorum schola Scholastica facta, sed Christi, mundi ludibria ab infantia fugiens, cœlestem sibi sponsum aptauit: iste

iste uerò à pueritiâ suâ tempore abrupta uitio
rum, & literarum mundanarum Romæ studia
cernens, fenilî corde eum què in ingressu mûdi
posuerat retraxit pedè. Quâ felix Nursiæ tellus,
tales quæ mittit alumnos. Nâ Canopica regna
aurea mittunt tyrannos. Tu Christo proles su
per athera dignos. O felicia tantæ uiscera ma
tris, quæ tali germine soboles mundo dedere,
id est benedictionis, & sapientiæ. Verè ista est
illa fertilis gleba, quæ sumpto semine aliud cen
tesimum, aliud sexagesimum fructum produ
xit. Sed cur semel in anno sancta soror uenie
bas? forsitan longitudine itinèris à tua tenera
plâta formidabas? an munus parabas quod fer
res? an forsitan tantum, & semel in anno fœcun
dabat bonus frater rotè uerbi cœlestis, ut made
facta mentium prata sufficeret ad incrementû
salutis? an in mente habebas illud Salomonis,
Prohibe pedem tuum de domo proximi tui, ne
forte sanatus oderit te? & illud, Mel inuenisti si
limi, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus
euomas illud. Sic sic agant omnes forores, non
denlis gressibus fratrum limina frequentet, nò
carnalia balia requirant, non ineptas resonent
fabulas: nò munus deferant tantum, quod tela
depingit, uel magistra manus adornat: non olfa
cloriola, nò uariorum placentas saporum, sed
cum Scolastica sacra Benedicti fratris requirit
+ te scholam, ut magis cibo cœlesti, quâ dono ter
reno satiati, reuertit ad propria queatis. Sequit.

Adquam uir Dei non longè extra sanuam
in possessione monasterij descendebat. Quàm
sanctus, quàm pudicus, quàm discretus acces
sus: ut fragilis sexus non lasselceret, obuius fra
ter occurrit, ne fortè labor itineris frangeret
mētis deuotionem: an illicitum cernebat, ut in
tanti limen cœnobiij calcari scemineo pede de
huisset? an forsitan secularium latratu uitabat,
qui bonos monachorum mores canino more
deuastant, & hoc credant in illis, quod suis ma
lis actibus agere non recusant? Et si hoc de tan
to patre sperare illicitum esset, de tenerioribus
discipulis inflato gutture crisparet cachinnos.
Idcirco non in seculariũ, sed in proprijs posses
sionib, descēdebat pater almificus. Sequitur:

Quadam uerò die uenit ex more, atque ad
eam cum discipulis uenerabilis eius descendit
frater. Ex more enim uenit, quia ex bona con
suetudine mentis appropinquabat, & fide non
ficta. Quàm sanctus accessus, quàm sanctus ad
uentus, quàm pius cursus, qui magis amore mē
tis currebat ad Christum, quàm deuotione pe
dum ad fratrem, immò & ad Christum fratrem.
Nam & ipse dicit, Si quis fecerit uoluntatem
patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, so
ror & mater est. Sed quali deuotione ista cur
rat, psalmista dicit. Sicut ceruus desiderat ad
fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te
Deus. Sed quare psalmista metaphoricè cerui
proposuerit mentionem, ut ita currat anima ad
Deum, ut ceruus ad fontem, non uacua myste
rijs manent. nunquid solus ceruus & non co
lumba, turrur & passer fontem requirunt? Sed

Bedæ tom. 7.

aliter ceruus, aliter columba ad fontis amnem
recurrunt. Iste cursu pedum, ista aërio uolatu de
scendit: iste insecutus frequenter arte uenato
rum lassabundus currit ad aquam, hæc uerò in
fatigata solita accedit. Quod si mysticè pensa
re uolumus, inuisibilis anima uisibilis animalis
habet formam, qua uno cursu fatigationis, hic
pergit ad fontem terrenum, hæc ad fontem cœ
lestem: iste fatigatus uocibus canum, ista conse
cuta spiritibus malignis, pro quo ad fontem il
lum currendum est, qui est fons uitius, puteus
domus Iacob, ex quo aquæ uena salientis ebull
lit in uitam æternam. Certè tanta soror, tali fide
uenit ad fratrem. Nam aliter ager, aliter sospes
ad medicum uadit: iste ut sanus sanum uisitet,
iste ut languentem sanus procurret. Nam & ad
fontem aliter sitiens festinat, aliter crapulatus
à uino. Iste ut hausto refocillet mētem, illè ut re
cto itinere insitiens pergat. Soror uerò ista in
tanto fratre ambas gratias cernens, sapiente pe
de infatigata uenit: prius, ut sana sanum uisitet:
sequenter, ut egram non corpore, sed mente cu
ret documento salutis: quia nec ipsa astra mun
da sunt in conspectu Dei, & secundum Aposto
lum, nec infans unius diei. Sequitur:

Qui totū diem in Dei laudibus sacriscq; col
loquijs ducentes, incumbētibus iam noctis te
nebris, simul accipere cibum. Beata talis uisio
parentum, præ oculis habentes Domini præce
ptum, Primum quærite regnum Dei, & iustitiã
eius, & hæc omnia adiicientur uobis. Beata ta
lia fercula, ubi prius ponitur panis angelorum,
quàm hominum, & ubi prius refocillatur mens
quàm uenter. Nam hic reponitur cibus, qui pla
cere possit mensæ cœlesti: ubi uerò esca manet,
quàm indigeries corporis mittit. Et beatus ser
mo, qui toto diei spacio protelatur laude diui
na, & qui à primo lucis ortu usq; ad occasum, al
ternatim reciprocantur prædicamina sacrosan
cta. Sequitur:

Cumq; adhuc ad mensam considerent, & in
ter sacra colloquia tardior se hora protraheret,
eadem sanctimonialis scemina soror eius eum
rogabat dicens, Quæso te ne ista nocte me de
seras, ut usq; mane aliquid de cœlestis uitæ gait
dijs loquamur. Ad mensam sedent, cibum sur
munt, uno dente caritatis ruminant panem, &
colloquia sacra, ut unum esset os, quo terrenū
panem frangerent, & cœlestē. Nam uenter ple
nus cibo, mens erat adhuc ieiuna uerbo salutis:
idcirco quasi famelica rogat, ut diuinis cibarijs
mentem satiare perlicudens cœlestis usq; in
lucem, ut qui fuerat luce diei, magister, fieret e
tiam inter tenebbras doctor herilis. Sequitur:

Cui ille respondit, Quid est, quid loqueris so
ror? manere extra cellam nullatenus possum. Ec
ce percontatur frater sororem, magister disci
pulam, sanctus sanctam, quasi non sciens, quid
dixerit soror. Sed ista inquisitio magis irascen
tis est, quàm interrogantis, dum bene pater au
disset, quòd soror rogauerit. Tanquam si dice
ret, Non bene est hoc quòd rogas, ut in solitis
extra cellam maneam, quòd implere minime
possum.

*

*

possum.

possum. O sanctitatis amator, quare germanæ denegas, quod etiam extraneis prebes: sed hoc religio faciat, non causa doloris. Scis Domini præceptum, Qui diligit patrem aut matrem aut fratrem, uel sororem plus quam me, non est meus dignus. Ideoque ad assuetum recurris orationis locum, ubi magis Deo, quam sorori solitus es adherere. Sed præsumenti uoce dicimus, Nunquid non Deus hic est, ubi bona soror sacramenta Dei perquirat: cum ipse dicat, Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum: Ecce non rogat, ut longo te tempore cernat more parentum, sed unius noctis spacium poscit, quo prebeas colloquia sacra. Quam dure attendis sancte frater, preces sororis, ob tuam causam sacre religionis. Illa bene querit, ut a te habeat: tu similiter ut redeas: illa fide, tu fide: illa amore Dei, tu pariter ut illa: illa ut cum sorore in prædicatione tempus noctis exoluas, tu ut cum fratribus solitas Domino referas laudes. Sed quis est duobus melius, sequens sententia monstrat. Tanta uero erat cœli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret. Verè nulla nubes esse potuit, ubi erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Sequitur:

Sanctimonialis autem femina cum uerba fratris negantis audisset, insertas digitis manus super mensam posuit, & caput in manibus omnipotentem Dominum rogatura declinauit. Dic uirgo beata, cuius te schola docuit, quæ contra magistrum sententiam proponis: Nunquid non dicit, Perfectus omnis discipulus erit, si sit sicut magister eius: & in Euangelio inquit, Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: & tu ambas manus innectis: & illud, Mittite in dexteram nauigij rete, & tu utroque latere recte immergis: Ille à dextris oues collocat, tu etiam in sinistras Psalmista hinc à dextris ponit dicens, Dicit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: nec non, Dextera Domini fecit uirtutem, dextera Domini exaltauit me. Et in Cantico, Dextera tua Domine glorificata est in uirtute, &c. Et tu ista derogans, non solum manus implectis, sed etiam digitos inferis: Dominus dicit in Euangelio, Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum: & tu ad cenam sedes, ante humanos oculos preces lachrymasque fundis: Sed quam laudanda sunt tua facta, o sanctissima foeminarum, quid tu in con-

clauis facis, quando talia patienti celo peragis: Nam ideo tibi una est dextera laeuaque pars, quia fabricam attendis illius, qui nullam habet sinistram: ut dicit, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Et in Cantico canticorum, Laeuam eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et in psalmo, Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Et illud in Cantico, Manus meæ stillauerunt myrrham. Hac quippe autoritate, quam pulchra tua manus complexæ consistunt, super quas caput reclinans, imbrem cœlestis lachrymarum effudisti. Sed quod caput, Apostolus dicat, Caput mulieris uir, caput uiri Deus. Nam cuius uiri, nisi illius, unde propheta di-

cit, Vir oriens nomen eius: Ecce ille qui pro salute omnium in cruce inclinato capite tradidit spiritum, suo capite nunc tuas declinauit in palmas, ut sui mysterij, quod mente quærebas arcanum, tibi manaret ab astris: quæ tantum infertis digitis egisti miraculum; quid faceres, si palmas extendisses ad preces? Cumque leuaret de mensa caput, tanta coruscationis & tonitruum uirtus, tanta inundatio pluuie erupit, ut neque uenerabilis Benedictus, neque fratres qui cum eo aderant, extra loci limen, quo confederant, pedem mouere potuissent. Quam noua miracula mundo, quæ cunctis laudanda præconia seclis: ubi nulla erat umbra nubis, aer in tonat clamoribus omnes, & densa tonitrua sonant, ubi nullius erat concussio uenti. Nam unius fons oculorum, & mensam rigabat lachrymis, & æther imbribus arua. Stet nunc sancta charitas fixa, stent immobiles pedes fraterni: quod soror poscit, non denegat dilectio fratris: da uolens, nolens, pernox sacra colloquia pater. Ecce ista præceptum Domini cõplet, petit ut accipiat, querit ut inueniat, pulsatur ut aperiatur ei. Quid petit, ipsa dicat. ut usque mane aliquid de cœlestis uitæ gaudijs loquamur. Nam ideo descendisti obuius, ut ista dona proferres: perfice quod coepisti. Nam non in initio premium extat, sed in fine operum honorum. Idcirco est superis sudid Dominus imbrem, ut tu non deneges prædicaminum amnem. Verè non poscit munus caducum, sed regni cœlestis expetit lucrum. Sequitur: Sanctimonialis autem femina caput in manibus declinans, lachrymarum fluuios in mensa fuderat, per quos serenitate aeris ad pluuiam traxit: nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est. Sed tanta fuit conuenientia orationis & inundationis, ut de mensa caput iam cum tonitruo leuaret, quatenus unum idemque esset momentum, & leuare caput, & pluuiam deponere. Quam bonus Deus Israel rectis corde, quam pia anima quærenti illi: Ecce qui scrutator est mentium, & corda omnium cernit, qui per psalmistam dicit, Inuocabit me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione. Ecce non distulit, non multas expetiuit preces, sed in noctu oculi, & puncto cordis petenti tribuit donum. Nam leuato de manibus capite, una fuit conuenientia orationis & inundationis. Gaude & latere uirorum sanctissime, quia ecce tenes quod uoluisti, ecce habes quod semper quaesisti: ecce miracula cernis insignia, celo terraque probata. Verè si non negasses, quod expetebas, non fuerant signa humanis oculis nata, quæ toto semper mundo lectio sacra sonat. Ecce iam Scholasticæ nomine uirtutum laude coruscant: ecce illius miracula, plebs sancta cõgaudet: ecce quæ cultasti furculo cœlesti, fructus fert signorum. Sequitur:

Tunc uir Dei inter coruscos, tonitrus atque ingentis pluuie inundationem, uidens se ad monasterium non posse remeare, coepit conqueri contra status, dicens. Parcat tibi omnipotens Deus soror, quid est quod fecisti? Quare quaeris uir Dei, quid soror fecerit? Nunquid non cernis quid ipsa fecerit? nunquid non uidet pluuia guttas? Nunquid

quid nō audis concrepantes mugitus ætheris? Nunquid non sentis miracula coruscare, signa fluere, fundamina domus contremiscere, & dicis, quid fecisti? Nunquid ipsa hoc fecit, quod magis tua sancta negatio fecit, quia si nō negasset, miraculū nō eueniret. Hoc Christus gessit pietatis amator. Nā petenti Cananeæ mulieri preces audire distulit, ut eius fidem faceret acutiorē, ut quærenti catello micas, filij daretur panis. Sed illa ut extranea à sinibus tūc uenit, iam nō extranea à cōsortio Christi: ista uerò à cunabulis Christo dicata, cum Maria gloriosa uirgine audire meruit. Optimā partē elegit. & quare pater contristatus dicis, Parcat tibi omnipotēs Deus soror, quid est qd̄ fecisti? O uir Dei, tibi hominū mentes patefcunt, tibi aer numismata fundit, tibi arida dolia oleū manāt, tibi alta profundi lacu ferrū reducūt ab imo, ipsi inferi animā reddūt, & nunc quali cōtristatus nesciēs dicis, Quid fecisti? O pater beate, si fas est dicere, quā tum fuerat iustus dicere, Parcat mihi omnipotens Deus, qui tuas bonas non audio preces: q̄ diceres, Parcat tibi omnipotens Deus: quid est quod fecisti? hoc est illud Salomonis, Argue sapientē, & diliget te. Sequitur: Cui illa respondit. Ecce te rogauit, & audire me noluit, rogauit Dominū meū, & adiuuit me. Subaudiatur, Te quidē rogauit ut fratrem, sed tu ut germanam noluit audire. Sperabā ut mēte haberēs uiscera matris, partus dolorē, lacteas mamas, cunas nutriticis, lauacra obstetricis, fascias tēporales, quibus infantia olim nutritiuit: sed tu me noluit audire, & magis nutritiabas ad fratres, quos tibi sola charitas Christi, facit germanos, quos, etiā nescis à q̄ limite ad tua cunabula hos mundus trāsmittat. Idcirco rogauit Dominū meū, & audiuit me. Tu non attendebas, quod unus pater amborū contulit mēbra, tu nō cernebas unā nobis mātionē esse inter uteri septa: idcirco ad illū patrē cucurri, qui nobis animā dedit, qui tērena tribuit, & cœlestia non denegauit. Modō ergo si potes, egredere, & me dimissa, ad monasteriū redi. Modō enim presentis est temporis: modō enim, quādo tibi omnipotēs Deus itinera clausit: modō, quādo aditū eundē denegauit: modō si potes, me dimissa, ad monasteriū redi. Et cur pater fatigaris? nūquid nō hic est monasterium ubi tu es, qui caput es omnium monasteriorū, & doctor omnium monachorū, dum nō locus hominē, sed homo sanctificet locū? Sta nūc pater sanctissime inuitus, ut alterius dei sol tibi præbeat gressus. Sequitur: Ipse autē exire extra tectum nō ualens, qui manere spōtē noluit in loco, mansit inuitus. Quā multis sanctis uiris factus es uir Dei compar, qui inuiti fecerūt honorū facta. Nam Iacob inuitus fratrem fugit, qui postea rediit: cum multis: sic Ioseph inuitus pergit ad sedē, ut doctor fieret populo Dei: sic Daniel uadit Babylonā ad arcē, ut primus fieret sapientibus cunctis: sic Saulus inuitus factus est Paulus, ut fieret gentiū prædicator. Ideoq̄ tua nō requiescat charitas sancte uir, stare inuitus, ut Christi tribuat documenta salutis. Sequitur:

Bedæ tom. 7.

Sicq̄ factum est, ut noctē totā peruigilē duceret, atq̄ per sacra spiritalis uitæ colloquia se se uicaria relatione satiarēt. Ecce nunc noua spiritalia gaudia surgūt, quia negans prius, factus est. nunc attributor cœlestis: & colloquijs sacris uicaria relatione se satiant, qui prius erant à cōcordia discordes. Quanta sunt omnipotēs tua mirabilia Deus? nam omnia proba uoluisti, fecisti, & nō est q̄ resistat maiestatis potestati tuę. Ideoq̄ laudant te cœli, aer, terra, mare, & cuncta quæ in eis sunt: quia semper innouas signa, & mirabilia tua, ut te totus orbis agnoscat suū esse redemptorē. Da itā pius pio patri Benedictio iter redeundi ad cellā, stringe aerū amnem, tolle pluuiæ guttas, da serenitatis solē, ut qui latus accessit, gaudēs recedat: ut simul eius soror ualedicens fratri, ad propria reuertatur, ut simul gaudētes & exultātes tuo de munere ad sua tecta uehantur. Sequitur: Qua de re dixi eū uoluisse aliquid, sed minime potuisse: quia si uenerabilis uiri mētē aspiciamus, dubiū nō est, quod eandē serenitatē uoluerit, in qua descenderat permanere. Sed contra hoc quod uoluit in uirtute omnipotētis Dei ex foemineo peccatore miraculū inuenit. Nec mirū, quod plus illo foemina, quæ diu fratrem uidere cupiebat, in eodē tēpore ualuit: quia enim luxta Ioannis uocē, Deus charitas est: iusto ualde iudicio illa plus potuit, quæ plus amauit. Breui sermone de his differendum nō est. nam secundū Grāmaticos, charitas media species est, dū inter bonos & malos charitas esse possit, & inter latrones & pios: ut est illud, Perfecta charitas foras mittit timorē. certe si perfecta est ista, quæ inter bonos foras mittit timorē: imperfecta nihilominus fore creditur, quæ inter malos ac superbos nequitia cōcordiā præstat. Sic in passione Domini Pilatus Iesum mittens Herodi, à quo Iesus ad Pilatum iterū remissus, amici facti sunt Herodes & Pilatus in ipsa die. nā antea inimici erant ad inuicē. Sed hæc est perfecta charitas, quæ Deus est, quæ hic plus una potuit quā alter: de qua dicit Apostolus, Charitas dei diffusa est in cordib. nostris per spiritū sanctū, q̄ datus est nobis. Sequitur:

Cumq̄ die altero eadē uenerabilis foemina ad cellam propriā recessisset, uir Dei ad monasteriū rediit: & ecce cum post tridū in cella cōsistens, eleuatis in aera oculis, uidit eiusede foris suæ animā de eius corpore egressā, in columbæ specie cœli secreta penetrare. Quā felices sunt oculi, qui animas possunt cōtemplari beatas, qui carnali intuitu spiritalia cernere queunt. Ista luminaria nō adiacent in fundamine frontis, sed intus renitescunt ad cordis fenestras: de quibus dicit, Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & sicut columbæ ad fenestras suas. Ecce iam Benedicte pater, ista colūba ad tuas ita cordis uolat fenestras, ut tuæ sororis animā per eas transiens, ad cœlestē illam deferat portam: ut illa fieret ductrix animæ tantę, quæ fuit auis quōdam portatrix ad arcem redditæ pacis. Quam felix ales talibus mysterijs compta, quæ meruit etiam super Dominū spiritū sanctum

x 3

sanctum

sanctum ferre. Ista frequens obsequijs instat regis æterni, ista assuetis pennis de argentatis au ro dorsa resurgens, paradiso nuncia defert. De hac in Cantico canticorum dicit, Surge amica mea sponsa, & ueni: columba mea in foraminibus petrae, in cauerna maceræ. Sequitur:

Qui tantæ eius gloriæ congaudens, omnipotenti Deo in hymnis & laudibus gratias egit, eiusq; obitum fratribus denunciavit. Denunciavit enim sanctus pater fratribus, q̄ meruit sacro intuitu cernere secretū: & talibus congaudens uotis, omnipotenti Deo gratias egit, quia quam ante triduum uerbi cœlestis perfuderat, ad ætherea regna in columbæ specie scandere cernit. Sequitur:

Quos etiã protinus misit, ut eius corpus ad monasterium deferrent, atq; in sepulchro quod sibi ipse parauerat, ponerent. Quo facto contigit, ut quorū mens una semper in Domino fuerat, eorum quoq; corpora nec sepultura separaret. Ecce fratres, margarita cœlestis à negotiatore dudum emptā, aptatur cœlestibus ornamentis, iam inter lilia candentia pascēs, sequitur agnum quocunq; ferit. Ecce in paradiso Domini ab angelis collocatur, ecce in terris monachorum manibus aptatur in tumulo fratris, ut minus qd̄ una mater contulit, nec cœli tanua, nec terra sepultura separaret: & quib. una fuit semper mens in Christo, una esset corporum arca. Ecce reparata sunt tua dāna paradisi. Ecce uirgo Dei manu formata, quam de tuo pestifer hostis abstulit loco, iam redit ad culmina cœli, iam recognoscit sui palmāstructoris: iam quia uicta fuit, uictrix calcas hostis colla maligni. Dic dic inferni minister, dic tartaree miles, dic oricenum genus omnium uenenorū fraude replete, quid tibi fecit plasma sanctissimū Dei, quid tibi nocuit foemina bene formata? Quæ ue causa ultro te consiliarius iniecisti, ut māducaret quod tuum non fuit? dic pestifer fur, quia nō potuisti rapere partem regni Dei, ideo uoluisti rapere per serpētem creaturam Dei, immo qualis Dominus, talem famulam mittit. Tu serpens lubricus, ille serpens toruosus: tu omni dolore plenus, ille omni ueneno: tu mortis consilia dans, ille suis organis sibilans, mortis consilia propinat. Nūquid nō potuisti in paradiso Dei aliud animal inuenire, quod tuis uotis concordaret, nisi serpentem? uerē non. Tu callidior angelis sanctis, ille callidior animantibus cunctis: tu bonus in cœlo formatus es, sponte malus effectus es, ille bonus in paradiso creatus est, per te reus electus est. Virgo Dei, plasma Dei, foemina Dei, bona creata est, per te, & serpentem illicita gustando effecta est peccatrix. quid demens de his tibi profuit? Tu tibi perpetuos ignes cumulasti, ille terram comedet cunctis diebus: tu catenis igneis illigatus, ille omnium ira perimitur, calceaneis tūditur, uerberibus flagellatur. Væ uæ per omnia uobis. Ecce foemina reparata est sanguine Christi, ecce pro amissione terreni paradisi, illa nunc culmina cœli retinet, unde preceps riuisti: uersum est fel tuum in dulce

dinē mellis, fraus maligna tua in reparatione omnium salutē. Perforata est maxilla gutturis tui, neminem mordēs, neminē uorans sine Deo uolente: etsi quem uoraueris, pietate Dei præfocatus cum sanguine reicies illum, & de uisceribus tuis abstrahet illum Deus. Gaudē iam uirgo Dei tantis sublimata triumphis, exulta Benedicte pater sanctissime patrū, doctor dulcissimi me doctorū: quia consummatis opērib. sanctis, pariter congaudētis super regna polōrum. Intercedite pro uobis cōmissis, postulate pro nobis afflictis, rogare pro nostris delictis, poscite Christum nō solum pro monachis commissis, sed etiã pro uestris ancillis, ut omnis ætas, omnis sexus, omnis ordo, qui uestris præceptis colla submitunt, peritura mundi despiciant, gaudia eterna concupiscant, regna beata appetāt, prospera animarū & corporū percipiant. Nulla diabolica fraude molestetur, nullis incurionibus malignorum affligantur, nullisq; calamitatibus annihilētur. Euge pater beate, faue precantibus, appone aures precibus famulorū tuorum, da uentiam poscentibus, da dona quærentibus, parcē peccātibus: quia tu pastor es, nos uerō oues, audi balatus ouium tuarum, trahe me post te, ut ueniamus ad te, ut illic uera pascua inueniamus, ubi sunt uera gaudia sempiterna. Redde Deo talenta cumulata de nobis, reporta cum usuris credita dona doctrinarum, meq; indignum huius operis præsumptorem, tuis cōiunge seruulis sacris, ut cum omni grege commisso præmia uitæ æsequamur, ut tibi dicatur à Deo, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra cum his omnibus tibi creditis in gaudium Domini tui, præstante ipso qui digna promittit re gaudia dignatus est suis famulis, qui uiuit & regnat per cuncta secula seculorum, Amen.

VERSUS CVIVSDAM

POETAE, QUI HVC AD LIMINA

beati patris Benedicti ex Germania
subiens, hos uersus ad honorem
rem beatissimæ sororis
mirifice composuit.

Dulcis adesto meis præclara Camœna labellis,
Permixtisq; modis dulcis adesto meis:
Promere quo ualeam semper sine fine beatam,
Virgineumq; decus promere quo ualeam.
Pneuma columba uolat, nec non tibi munera spirat:
Prodiga dona serens pneuma columba uolat.

IN LAUDEM BEATISSIMÆ
Scholasticæ uirginis.

O Benedicta soror, benedicti numine Christi,
Eximijq; patris, o benedicta soror,
Prompta uacare Deo Scholastica iure uocaris:
Cerneris à cunctis prompta uacare Deo.

*Seria consilio iam tunc uirguncula quamuis,
 Calcatrix cosmi seria consilio.
 Sponsa decora Dei, niueis tu compta lapillis,
 Lilia sacra ferens sponsa decora Dei.
 Appetis alta poli, tempisti dulcia secli,
 Dindyma perpetui appetis alta poli.
 Cuncta perosa tibi Phœbi sub iubare postâ,
 Et male suada soli cuncta perosa tibi.
 Castolides proceres preibas concita prædux,
 Illuminaras ouans, Castolides proceres.
 Virginal ecce tuum fratris coniunxeras ædi,
 Staret ut inuulsum uirginal ecce tuum.
 Unguibus à teneris mutans superna caductis,
 Victoriâq; tenens, unguibus à teneris.
 Ampla trophæa refers æpæ, æpæ, æpæ, æpæ, æpæ, æpæ,
 Filia uirgo Sion, ampla trophæa refers.
 Versibus heroicis alias castissima laudes
 Scripsimus, ecce tibi uersibus heroicis.
 Quis liquidò patuit meritorum cûlmine toto,
 Perfectam cunctis, quis liquidò patuit.
 Sufficiat precibus germanium uincere uotum,
 Inuitum cunctis sufficiat precibus.
 Scribere nunc superest natalem uolucere pennâ,
 Scandere quò iussa es, scribere nunc superest.
 Virgo beata die subisti limina regni,
 Mense Nume in decimo uirgo beata die.
 Phœbus in Aquario uicenas iamq; quaternas
 Præcipiens partes, Phœbus in Aquario.
 Unguine pneumatico floreis nutrita uerendis,
 Cuius odor patuit unguine pneumatico.
 Simibus Abraicis, uigillum deuicta lacertis,
 Permanens sacris sinibus Abraicis.
 Virgineisq; choris lenta statione locata,
 Laudibus Armonicis, uirginisq; choris.
 Organa quo resonant superni numinis odas,
 Angelici proceres organa quo resonant.
 Pascere nunc lilijis milleno flore refertis,
 Tu paradisi factis pascere nunc lilijis.
 Hic uigeas, ualeas, semper ueneris, ameris,
 Nunc et in æternum, hic uigeas, ualeas.*

SERMO DE SIMONE
 ET IUDA.

Simon & Iudas apostoli Domini ingressi regionē Perfidis per uoluntatē Dei, inuenerūt duos magos, Zaroën & Arfaxat, qui fugerūt à facie Matthai apostoli de Aethiopia, & iam amplius nō poterāt loqui propter uirtutē apostolorū. Tunc uenit corā eis Varradas dux Badinomorū, & fecit eos inquirere suos pontifices, ut dicant exitū belli: & ait unus ex eis, Nō possunt loqui. Dixerūt apostoli, Nos permittimus eos loqui, ut tu cognoscas mendacia tuorū pontificū. Venerūt & nunctauerūt regi, quòd iret ad bellū ut uinceretur: sed cū seruarēt illi eum, apostoli dixerūt, quòd altera die hora tertia tui nuncijs, quos misisti, afferēt tibi munera, & firmabis pacē. & sic factū est. Pontifices mala contra apostolos fecerāt, & serpētes per incantationē, & apostoli acceperūt eos in pallia sua, & iactauerunt eos cōtra pontifices, & ceperūt eos comedere, & ipsi ceperunt ululare quasi lupi,

Rex dicebat apostolis, Permite eos occidere: responderūt, Nos nō sumus missi occidere, sed uiuificare. Et dixerunt serpentibus, In nomine Domini nostri Iesu Christi, uenenū quod infunditis, auferte, & redite ad loca uestra. & fecerūt. Sex mensibus morati sunt ibi, & baptizati sunt ab eis: sex milia hominū, exceptis paruulis & mulieribus, & rex primū: & ordinauerunt episcopū nomine Abidam, qui uenerat cū eis, auidē sequebatur eū turbæ, & eo amplius ducenti uiri passionē receperunt ipsi: & solennitas passionis eorum celebratur v. Calend. Nouemb. & uiuunt in æterna requie.

ALIVS SERMO.

Ezechiel propheta uidit quandā arborē, habentē quatuor radices circa quatuor partes mundi extensas, in qua erāt tres ramī, qui penetrabāt cœlū: & erant ibi septē folia, in medio eius erat sol & luna, & duodecim stellæ. Per quatuor radices intelligimus quatuor euāgelistas. Sicut enim quatuor radios erant circa quatuor partes mundi extensæ, ita prædicatio quatuor euāgelistarū fuit extensa, unde Dauid, In omnē terrā exiit sonus eorū, &c. Per tres ramos fidē trinitatis, scilicet patris, & filij, & spiritus sancti. Per septē folia, intelligimus septē dona spiritus sancti, unde Dauid in alio loco, Et folium eius nō decider. Per solē in medio positū, intelligimus Dominū nostrū Iesum Christum, qui dicitur sol iustitiæ, post lunā intelligimus sanctā ecclesiā, sicut luna crescit & decrescit, sic sancta ecclesia crescit in bonis uirtutibus, & decrescit admittendo eas. Per xij. stellæ, xij. apostoli significantur. Sicut luna & stellæ recipiunt splendore à sole, ita ecclesia & apostoli recipiunt lumen à Christo, & gratiā spiritus sancti. Per arborē intelligimus Mariā matrē Domini, de qua dicitur, Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Sicut sol erat positus in medio arboris, ita Christus fuit positus in medio utero uirginis: & sicut sol nascitur in oriēte, & cadit in occidentē, & gyrat orbem terrarū, ita Dominus noster Iesus Christus uoluit nasci in utero uirginis: & quia ut Domini est, ipse est uerus sol iustitiæ: & uera lux, ut ait Ioānes, Ille est uera lux, quæ illuminat omnē hominē ueniētē in hunc mundū. Nos eū deprecemur, ut ille dignetur illuminare corda, & tenebras uitiorum abolere, ut eo ducente, ad cœlestem patriā peruenire ualeamus.

DE S. BARTHOLOMÆO.

Cum uenisset beatus Bartholomæus in Indiam, introiit in templū ubi erat demon, nomine Astarot, & coepit manere quasi peregrinus. De hoc dicebant homines illius terræ, quòd sanabat omnes infirmos: & tunc uenerunt ibi multi de longinquis regionibus, & querere eum omnes ut eos sanaret. Ipse uerò per uirtutem sancti Bartholomæi manebat mutus. Perrexerunt homines ad illam ciuitatem, ubi erat alius demon, & interrøauerunt eum, si sciebat, quare nō poterat loqui: & ait illis, Ex illa hora, qua ibi fuit ingressus Bartholomæus, apoz

us apostolus, ita fuit uester Deus ligatus igneis catenis, quod non potuit loqui nec suspirare: & interrogauerunt, quis esset iste Bartholomæus: respondit dæmon Berith, Amicus Dei omnipotens est, & ideo uenit ad istā prouinciā, ut omnia uana idola destruat. Responderunt omnes, & dixerunt ei, Dic nobis signū ut possimus eum cognoscere. Respondit dæmon, Capillos habet nigros, caro eius candida, oculi sunt grandes, nares æquales & directæ, aures coopertæ crine capitatis, barba proluxa habēs paucos canos. In corpore eius æqualis statura est, nec multū lōgus, nec multū breuis. Vestitus est albo pallio, & singulis annis habet gēmas purpureas. xxvj. anni sunt, nunquā ueterascunt eius uestimēta: per diē orat centies, per noctē totiēs: uox eius quali tuba, ambulat cū eo angeli Dei, qui nō sinunt eū fatigari nec esurire. In omni nocte & die permanet letus in Deū, omnia prouidet, omni lingua loquitur, & intelligit. Reuersi autē homines, eū inuenerūt prædicantē, & cognouerūt eū, & uenit quidā homo plenus dæmonio, clamās, & dixit: Bartholomæe apostole Dei, incendit me oratione, & ait apostolus, Obmutescē diabole, & exi ab eo, & statim exiuit: ad ultimū rex mandauit eū decollari. Tunc uenerūt innumerabiles populi, xij. ciuitatū, qui per eum in Deū crediderunt, & portauerūt corpus eius cū hymnis & cū omni gloria, & fecerūt ei basilicā miræ magnitudinis, & posuerūt in ea corpus eius. Rex uerò xxx. dispositionis eius diē est arreptus à dæmonio, uenit ad tumultū sancti Bartholomæi, & multi pontifices pleni dæmonijs, & confitebantur apostolū Dei, & ita fuerūt mortui. Et factus est timor magnus super omnes incredulos, & crediderūt uniuersi, ac baptizati sunt à presbyteris, quos ordinauit S. Bartholomæus. Factū est per reuelationē apostoli uniuerso populo clamāte, & omni clero ordinauerunt regē episcopū. Ordinatus est rex Apollonius episcopus, & cepit multa signa facere in nomine Domini, & S. Bartholomæi, & permansit in episcopatu xx. annos, & migravit ad Dominū per intercessionem sancti Bartholomæi: nos ita suscipiat Deus, qui uiuit & regnat, &c.

DE S. LAURENTIO.

Venite filij, audite me, timorē Domini docebo uos.] Multū debemus diligere dominū nostrū Iesum Christū, qui per spiritū sanctū nos appellat, & dicit quod ueniamus ad eū, & audiamus suū sermonē. Nam ille docebit, quomodo nos timeamus & amemus Dominū, & nequaquā appellat nos homines, uel seruos, sed suos filios: quia dulcius nos appellare non potest, quā nos filij, sicut modō audistis in capite huius sermonis, quod dicit spiritus sanctus per os Dauid: O uos filij, uenite & audite me, timorem Domini docebo uos: & benedixit spiritus sanctus, quod ille primitus nos timorē docebit, sicut ipse idē dicit in alio loco in Psalmo. Initiū sapientiæ timor Dñi. Nec aliqua sapientiā ualet homini, si Deū nescit timere & amare. Sed propter hoc quod diabolus decipit homines tribus modis, & per tres ar-

tes facit eū facere peccata omnia: nobis Dominus precepit tres uirtutes habere, quibus delectamus artes diaboli. Sed modō debetis scire, quales illæ tres artes diaboli, per quas decipit homines, scilicet male cogitando, & loquendo & operando: nec ullū peccatū potest esse factum sine his tribus artibus, qualescūq; sit, nam de illis peccatis, quæ in mēte nō inueniuntur hominis, nullus sacerdos eū potest absoluerē, nisi ipse cōfiteatur ea, & nominet. Modō audiamus illas tres uirtutes, quas Dominus nobis præcepit habere cōtra tres artes diaboli, sicut Paulus apostolus nobis insinuat, dicens, Nunc autē manet fides, spes, charitas, tria hæc. Omnis homo debet habere fidē, & spem suā ponere in Deo, quæ ille qui spem suā nō ponit in Deo, peior est quā ille homo qui adorat idola: quia ita inuenimus scriptū, Maius peccatū est de Dei misericordia desperare, quā idolis sacrificare: sed postquā habebit fidē & spem in Deo, oportet ut charitatē habeat, quæ est maior uirtus omnibus alijs, sicut dicit apostolus Paulus, Maior autē his est charitas, & alibi Ioānes apostolus, Deus caritas est, &c. Sed charitas partita est in duas partes, scilicet in dilectionē Dei & proximi. Sed istas tres uirtutes bene habuit iste preciosus martyr sanctus Laurētius, cuius nos hodie festū colimus. Hoc inuenimus in legendo, quod S. Laurētius fuit leuita cuiusdam episcopi, multū sancti uiri, qui habebat nomen Sixtus, & tamen diligebat eum sanctus Sixtus, quod nunquā cantauit missam sine sancto Laurētio: thesauros ecclesiæ custodiebat, & suus clauiger erat. Sed in illo tempore Decius Cæsar, qui erat paganus, & imperator Romæ, mandauit suis ministris, ut caperent sanctū Sixtū, & adducerēt ad se. Sed quando sanctus Sixtus fuit adductus ante imperatorem, & noluit adorare idola, sicut imperator ei precepit, iussit ut in ipsa hora mitteretur in carcerē, usque in alium diē. Sed sanctus Laurentius, qui suum magistrū sequebatur, cum uidit illum mitti in carcerē, uoluit secū ire, & ait, Quod progredieris sine filio patris: quod sacerdos sancte sine diacono properas: respondit ei Sixtus, Nō ego te desero filij, neque derelinquo, sed uoluntas Dei est, ut tu sustineas maiores pœnas pro Dei fide. Sed nunc tibi mando, uade & accipe thesauros ecclesiæ, quos ego tibi cōmendauit, & da pauperibus, quia post dies tres me sequeris. S. Laurētius cogitauit statim, quod expēdisset & dedisset pauperibus thesauros, antequā illa nox trāssisset, suus magister postea dimitteret ire secū ad martyriū, & propter hoc citō accepit thesauros ecclesiæ, & exiuit foras de ciuitate, & ascēdit in montē, qui uocabatur Celso, in domū unius mulieris bonæ Christianæ, quæ fuerat uirgula xxxij. annos, cui nomē erat Cyriaca: ibi inuenit S. Laurētius multos Christianos absconditos, & lauit omnibus pedes, & osculabatur, deditque unicuique eorum de thesauris ecclesiæ. Sed illa uirgula Cyriaca habebat grandem infirmitatem in suo capite, & rogauit sanctum Laurentium, ut ille dignetur manu sua tangere caput eius,

eius, & deprecari ad Dominū pro ea. Sed sanctus Laurentius nequaquam multum se rogare, sed plenius misericordia, posuit manū super caput eius, & Deus sanauit eam pro amore S. Laurentij. Postea exiuit inde sanctus Laurētius, & iuit in aliū locū, ubi inuenit multos Christianos absconditos, & lauit pedes eorū, & osculabatur: & erat ibi quidā cæcus, nomine Cercētius, quē S. Laurentius per uirtutē Dei illuminauit. Sed antequā exiret inde, omnibus Christianis dedit de thesauris ecclesie, & nihil aliud fecit, nisi querebat pauperes, distribuēbat thesauros ecclesie, quos ille portauit secū, & manē obuiauit S. Sixto, quē ministri imperatoris ducebāt ad decollandū, & ait sancto Sixto: Noli me sancte pater derelinquere, quia thesauros quos mihi disti, iam expēdi. Sanctus Sixtus ei respondere nō potuit, quia ligatus erat, & ministri imperatoris ducebant eum ad decollandū, & duos sacerdotēs secū, Fidelissimū & Agapitem. Tunc milites imperatoris ligauerunt sanctū Laurentium, & duxerunt eum ad imperatōrē, dicentes quod ille habebat thesauros sui magistri, qui nunc erat decollatus: & ideo ceperunt eum, & adduxerunt ad eum. Tunc ait imperator illi, ut redderet thesauros, quos habebat reconditos. Cui sanctus Laurentius non respondit, unde imperator iratus, dixit Valeriano præposito suo, ut eum custodiret, donec eū interrogasset. Valerianus autem accipiens eum, tradidit eum uillico suo cuidam ad custodiendum, qui custodiebat omnes illos quos imperator, uel Valerianus suus præpositus faciebat capere, & ille uillicus uocabatur Hippolytus. Sed sanctus Laurentius quando fuit missus in custodia Hippolyti, inter alios carceratos inuenit ibi hominē nomine Lucillū, & non erat Christianus, & tantum plorauerat in carcere, quod cæcus factus fuerat: & precabatur sanctū Laurentiū, ut eum illuminaret per uirtutē Dei. Cui sanctus Laurētius promisit, ut si ille crederet in Deum, & baptizaretur, in ipsa hora redderet ei lumen suū. Ille dixit se semper desiderasse ut baptizatus fieret, & statim sanctus Laurentius catechizauit eum, & benedixit aquā, & baptizauit eum in nomine sanctę trinitatis, & post Deum reddidit ei uisum. Similiter faciebat omnibus cæcis ciuitatis: & sanctus Hippolytus, qui eum custodiebat, cum uidit sanctum Laurentium tales uirtutes facere, uenit ad eum, dicens ut sibi redderet thesauros, propter quos captus erat. Cui sanctus respondit Laurentius, O Hippolyte, si crederis in Dominū Iesum Christum, & thesauros tibi ostendo, & promitto uitam æternā. Hippolytus respondit, Si facis quod promittis, uere credam in Dominum Deum tuū Iesum Christum. Baptizatus est autem à beato Laurentio, & statim illuminatus est à spiritu sancto, ita quod uidit sanctas animas gaudere in cælo ante deū: & hoc uidens gaudebat, & precabatur sanctū Laurentium ut baptizaret totam familiam suā: & baptizauit ibi sanctus Laurentius homines ac mulieres uiginti & nouem in domo Hippo-

lyti. Tūc Hippolytus beato Laurētio ait, quod imperator uolebat eum uidere: & ille respondit, Ambulemus, quia mihi & tibi gloria paratur. Et cum essent ambo ante Valerianū præpositū, Valerianus dixit beato Laurētio, ut redderet sibi thesauros, antequā duceret eum ad imperatōrē. Sed sanctus Laurentius dixit ad eum, ut daret sibi inducias per duos dies uel tres, & redderet sibi thesauros. Tunc Valerianus dedit ei inducias per tres dies, ita ut semper esset in custodia Hippolyti: nesciebat enim quod Hippolytus esset Christianus. Tūc Hippolytus duxit sanctū Laurentiū ad suā domū, & Valerianus nunciāuit imperatori quod sanctus Laurentius promississet reddere thesauros die tertia. Sed istis tribus diebus S. Laurētius nihil aliud fecit, quā querebat pauperes, cæcos, claudos, leprosos, & illos cōgregabat in domo Hippolyti: & tertia die cū omnibus pauperibus & Hippolyto ad palatiū imperatoris iuit, quos fecit stare foras, & ipse intrauit in palatiū ad imperatōrē & Valerianū. Quē ut uidit imperator, interrogauit ubi essent thesauri, quos ille illa die dicebat se reddere. Cui ait beatus Laurentius, ut exiret foras: misitque omnes pauperes, quos adunauerat ante palatiū, & dixit imperatori, Isti sunt thesauri ecclesie Dei, & de istis talibus quos uides, perfecta est gloria Dei, sicut ipse dicit in Euāgelio, Beati pauperes spiritu, quā ipsorum est regnū cælorum. Imperator autē dixit Valeriano, quod S. Laurentius hoc per ludibriū fecisset, & præcepit ut afferret tormēta crudelissima, quibus eū tormētaret: & ita factū est, deinde imperator Laurētio dixit, Laurētī superbe nunc adora deos nostros, quos adorauimus: quod si nō feceris, omnia hæc tormēta hac nocte expendam in te, malaque morte morieris. Cui respondit Laurentius, quod nō sacrificaret neque adoraret, nisi solū Deum uiuū & uerū, quē semper adorauit. Tunc imperator magis iratus, mandauit denudare, & eū flagellare fortiter cū corrigiis minutis, quæ habebāt māmazas in capitibus. Et postquā uerberatus fuit, imperator iussit ut mitteretur in tormentū unū, quod illi appellabāt Catasta, ubi omnia mēbra sua erāt extēsa, quod nō poterat se mouere: sed per uoluntatē Dei quidā probus miles, nomine Romanus, de familia imperatoris, uidit angelū unū in specie pulcherrimā iuuenis, qui stabat iuxta S. Laurētium, & sanabat omnia uulnēra eius, & tergebat eū uno gauisape, & dixit ei, Video ante te iuuenē pulcherrimū, festina me baptizare: afferēs labrū cū aqua, misit ante pedes eius: & postquā baptizatus fuit, clamauit corā omnibus, Christianus ego sum. Imperator autē hoc audies, iratus ualde, iussit eū decollari, & ita martyr factus est. Post hæc Imp. iussit apportare lectū ferrēū in specie craticulę, ubi solēt homines pisces tostire, iussitque ut beatus Laurētius desuper extēderetur, & carbonēs subter mitteretur. Postquā S. Laurentius ex una parte tostus fuit, dixit imperatori, Assatus est, iā uersa & mādūca. Post hoc dictū, angeli susceperunt animam eius, & portauerunt in cælesti Impera-

Imperator uerò dimisit corpus super craticulā, & iuit totus confusus, & Christiani qui erant in ciuitate, uenientes leuauerunt eum de craticula, & sepelierunt in monumento. Audiuitus qualiter beatus Laurentius pro amore Christi suscepit martyrium, sed nihil hoc nobis proficit, si inde exemplum bene uiuendi non accipimus. Vnde Apostolus dicit, Si fuerimus socij compassionum, erimus & consolationum: propterea deprecemur Deum, ut per intercessionem sancti Laurentij, det nobis sic istum martyrem imitari, ut cum illo uitam æternam habere mereamur, per Dominum nostrum Iesum Christum, Amen.

DE SANCTO IOANNE
EVANGELISTA.

Hodie, fratres charissimi, celebramus festum sancti Ioannis Euangeliste, non quando natus est in mundo, sed quando reliquit mundum. Iste est frater beati Iacobi, cuius in Hispania corpus requiescit. Iste est filius Zebedæi, qui propter Deum reliquit patrem suum in mari, & secutus fuit Christum. Mater autem sancti Ioannis euangeliste consanguinea fuit beatę Marię uirginis: & fecit ibi uinum Dominus de aqua, & sanctificauit nuptias, & uocauit Ioannem de nuptijs, & ipse reliquit coniugem, & secutus est eum: & propter hoc amauit eum Iesus plus omnibus discipulis, quia traxit eum de amore mulieris, & castus permansit. Postea uerò nocte illa, in qua fuit traditus, dormitauit beatus Ioannes in sinu illius, & uidit secreta cęlestia, quę postea scripsit, & uocauit Apocalypsim, & post quā in cœlum ascendit, beatus Ioannes predicauit Ephesi: quod audiens Domitianus rex, inimicus ueritatis, transtulit ad Ioannē, & fecit eum ligatum Romam uenire: & cum nō posset eum separare à Christo, mittit eum in dolium plenum oleo bullienti. Sed beatus Ioannes signans signaculo crucis, sanus & lætus exiuit. Quod uidentis Domitianus, ligauit illi manus à tergo, & sic cum iniuria magna fecit eum trahi in exilium, in Pathmum insulam. Sed Dei uoluntate in ipso anno interfectus est Domitianus, & sanctus Ioannes de exilio uenit: & cum ibi esset, Drusianā uiduam suscitauit. Quod cum audisset Aristodemus, indignatus est, & ait beato Ioāni: Si uis ut credam in Deum tuum, dabo tibi uenenum bibere, quod cum biberis, si mortuus non fueris, credam: sed prius dabo illud duobus latronibus, ut cum uideris eos mortuos, magis timeas, & cesses à tua incredulitate: qui cum essent mortui coram illo, accepit calicem, in quo erat uenenum, & armauit seipsum signo crucis, & bibit totum quod erat in calice: & postquam bibit, stetit sanus, & suscitauit latrones, qui erant mortui, & ipse Aristodemus credidit in Iesum Christum. Postea cum beatus Ioannes habebat annos nonaginta & octo, uenit ad eum Dominus Iesus Christus cum discipulis suis, & ait ei, Tempus est chare amice, ut sed eas cum fratri-

bus tuis ad mensam, Dominica diē ad me uenies. Tunc beatus Ioannes aduocauit Christianos, qui erant ibi, scilicet clericos ac laicos, & sacrificauit corpus & sanguinem Domini, & dedit eis, rogans ut permanerent in fide, quā promiserant: & cum hoc fecisset, intrauit ecclesiā, quam ipse fecerat, & per totam noctem docuit omnes in fide permanere: & cū aurora appropinquasset, præcepit foueam fieri iuxta altare, & intrauit in eam, & subito uenit lux de cœlo, & descendit Dominus cum multitudine angelorum, & accepit eum uiuum, & portauit in cœlum, & sic stat coram Deo in oratione pro nobis. Et ideo fratres charissimi, si uolumus ut beatus Ioannes oret pro nobis, & si uolumus esse participes eius lætitię, debemus nos preparare in eius festiuitate cum omni humilitate, & alijs uirtutibus: debemus etiam relinquere in nauē Zebedæum, id est, diabolum in hoc mundo, & ambulare post Deum, sicut fecit beatus Ioannes: ut sicut non gustauit mortē, ita & nos per eius sanctam orationem possimus habere uitam æternam, Amen.

DE INVENTIONE SANCTAE CRUCIS.

Quomodo inuenta fuit sancta crux, scire debemus. Fuit in tempore Constantini quidam serpens, qui comedebat multos homines Romanorum, & bestias: uenit itaq; Constantinus, & occidit serpentem, & de ueneno serpentis factus est leprosus. Sui homines ceperunt querere medicos, qui sanarent eum. Ad ultimum uenit quidam medicus, qui dixit se eum sanare, unde fuit magnum gaudium inter Romanos. Dixitq; medicus ad Constantinum: Quare uinum dolium, & congrega omnes pueros, & occide eos, & in sanguine illorum balneabis te, & sanaberis. Et factum est ita. Congregati sunt ante palatium regis omnes pueri, & exiuit rex, & uidit pueros cum matribus suis fletibus, & ait, Melius est ut ego peream, quā tot homines cum filijs: & factum est ita. Illæ uerò rogantes Deum, ut daret Constantino salutē, & exaudita est oratio mulierum. Et quadam nocte beatus Petrus & Paulus uenerunt ad Constantinum, & dixerunt ei dum dormiret, O Constantine, quere sanctum Syluestrum, quia ipse mundabit te. Mane autē facto, Constantinus dixit matri suę, quomodo Petrus & Paulus ei dixerunt. Quo audito regina gauisa est, & quæsiuit sanctum Syluestrum, & dixit ei quomodo suus filius eum uiderē uolebat. Quo audito sanctus Syluester, accipiens baculum, iuit ad Constantinum: cui ait Constantinus, O sancte Syluester ex Deo benedictē, qui hodie suam uirtutem in me per te demonstrabit, sana me: cui Syluester respondit, Si credideris in filium uirginis, sanitate accipies: cui Constantinus, Amore Dei super omnia diligo. Tunc sanctus Syluester iussit aquam deferri, in qua baptizauit eum, & sanus factus est. Hoc factō, Constantinus dixit sancto Syluestro, Quid uis

uis ut dem tibi: cui sanctus Syluester, Nihil aliud peto, nisi sanctorum apostolorum corpora: quo audito, Constantinus abstraxit corpora apostolorum de puteo, & statim posuit ea in optimo loco cum magno gaudio & honore. Post hæc uocauit suos milites, dicens se mare transire uelle, & omnia quæ haberet in hac parte, sancto Petro daturum, & ita factum est. Transiuit mare, & fecit Constantinopolim, unde Saraceni congregati, ibant eum debellari. Constantinus autem hoc audiens, timuit ualde: sed angelus Domini nocte ueniens, inquit ei, Noli timere, quia dum ingrederis bellum, uidebis signum crucis in celo, & facies illud in lancea: & securus ingredere bellum, & habebis uictoriam, & ita factum est, & occidit multos Saracenos. Hoc peracto militi ad Helenam matrem suam Ierusalem, ut quæreretur crucem Domini. Cum autem intrauit Ierusalem, conuocauit omnes Iudeos, & petiit crucem: qui dixerunt se nescire. At illa ait, Per Deum, qui me fecit, nisi eam reddetis, uos omnes occidam. Quo audito, que rebant inducias, & concessit usque in diem sequentem. Iudæi sciscitabantur adinuicem, si quis sciret ubi esset. Tandem unus nomine Iudas, inquit, Audiui patrem meum dicentem, quod suus atauus sibi dixerat, ubi Iudæi miserunt eam. Post hæc dixerunt reginam, quod Iudas dixerat. Regina uero retinuit Iudam, & alligauit eum, donec ipse Iudas orauit ad Deum, & Deus indicauit ei ubi sancta crux erat. Foderunt autem terram, & inuenientes tres cruces, nescierunt que esset crux Domini: sed mortuus ablati super crucem latronum non mouit. Tertio autem super crucem Domini, & reuixit, & ita inuenta est sancta crux. Post hæc foderunt in eodem loco, & inuenerunt clauos, quos fixerunt in manibus & pedibus Domini: & unum ex illis dedit Helena Constantino, quæ posuit in freno equi sui, & post hæc non fuit uictus in bello. Postea baptizauit Iudam, imponens sibi nomen Quiriacus, & constituit illum episcopum in Ierusalem, per quem Dominus dignatus est multa facere miracula.

DE SANCTO PETRO
ET PAVLO.

Felix per omnes festum mundi cardines apostolorum Petri & Pauli sacratissimi præpolar alacriter, quos Christo almo consecrauit sanguine, ecclesiarum deputauit principes. Fratres charissimi, legimus quod festiuitas apostolorum Petri & Pauli, per quatuor partes mundi declaratur, id est, ab oriente usque in occidentem, à septentrione usque in meridiem, quia hos apostolos constituit principes totius mundi, & doctores ecclesiarum, quorum alter hodie pro Deo fuit decollatus, scilicet sanctus Paulus: alter crucifixus, scilicet sanctus Petrus. Isti sunt duæ oliuæ coram Domino, &c. Hoc dicit quod Apostoli qui hunc diem per sanguinem suum sibi consecraverunt, sunt floridi ante Deum, & suauiter

olentes ut duæ pulchre oliuæ: & ideo sunt æquati ad oliuas, quia de oliuis factum est oleum, quod significat in sancta ecclesia charitatem & misericordiam, quibus uirtutibus isti pleni extiterunt: propter hoc dicit scriptura, Quod hi duo sunt oliuæ ante Deum, & preclara duo luminaria, & duo candelabra luce splendentia. Vnde Dominus in Euangelio, Vos estis lux mundi. & sanctus Augustinus, Exueret Deus in tetra caligine mundum, Doctrinæ ascendit lumē apostolice. Isti apostoli soluunt & ligant uincula nostrorum apostolorum. Vnde scriptura dicit, Quod sicut homo missus in carcerem, ita stringitur peccator diaboli ligaminibus, & ad infernum ducitur. Istis apostolis dedit Dominus potestatem ligandi ac soluendi. Si uolumus illis ostendere nostra ligamina, & cōfiteri sacerdotibus peccata, tunc isti absoluunt nos à peccatis, unde scriptum est, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Sed solo Petro dedit clauas paradisi, quia nullus paradysum intrabit, si illam legem quam docuit, tenere cōtempserint. Ne forte nobis tadium incurrat, prætermittendum est de S. Paulo, & de Petro dicendum. In tempore illorum erat quidam peruersus Romæ, nomine Simon magus, qui fuerat Christianus per deprecationem Apostolorum: sed postea diabolus cor eius intrauit, & cogitare eum fecit, quomodo posset emere de apostolis illam uirtutem, quæ posset facere miracula sicut illi. Sanctus Petrus respondit ei, hoc audiens quod illa uirtus erat de Deo, quæ illi habebatur, nec homo posset emere uel uedere: & homines qui illam emere putant, facti sunt maledicti, & separati à Deo. Male dictio ista primū super Simonem magum uenit, & super illos qui honorem sanctæ ecclesiæ uendunt & emunt. In alio die Simon magus renuit Christianitatem, & adorauit idolum, & apostata factus est, id est retrotractus. Ille inimicus Dei tantam uirtutem ex parte diaboli habuit, quod per incarnationes suas faciebat, quæ uolebat. Etenim Imperator tam amabat eum, quod dicebat eum defendere Romam ab omni malo, nec aliquid faciebat sine eius cōsilio. Sed quadam die Simon magus & Petrus cōtendebat coram imperatore de multis rebus, & Simon super omnia erat uictus: & dum uidit quod domino potuit uincere Petrum, iratus dixit imperatori, quod sibi erat cōtrarius Petrus, nec magis uellet stare in terra, sed ascendere in cælum omni plebe uidete. Imperator autem audiens promissit illi, si ascenderet, illa hora occideret apostolos. Placuit hic sermo Simoni, & ait Petro, se uelle altera die ascendere in cælum. Nocte uero illa uiri ac mulieres, qui erant Christiani in ciuitate, uenerunt ad sanctum, rogantes ut pro amore Dei clamarent exire de ciuitate, & fugerent alibi. Non enim habebat opus, ut tam cito moreretur, sciebat tamen illum pro Deo uelle mori: sed nullum habebat pastorem, nec talem cōsiliatorem. Sanctus Petrus propter amorem illorum, non propter metum exiit clam de ciuitate solus, & dum uenit ad portam, obuiauit Domino, & ait, Domine, quod uadis? Vado iterum crucifigi.

Hæc

Hoc dixit Dominus, quia Iudæi prius eum crucifixerunt, sed modo uentebat Romam, ut secundo cum Petro crucifigeretur: quia quantam penam sustinuit Petrus in cruce, tantam sensit Iesus Christus. Postquam Petrus hoc audiuit, intellexit quod non de seipso dicebat, sed propter hoc, quia ille exiit de Roma, uolens fugere ad locum, ubi uero eum inuenire non possit: & ideo rediit in ciuitatem, nunciando Christianis, quomodo obuiauit Christo ad portam. Christiani hoc audientes, laudauerunt Deum in miraculis suis, & amplius eum non rogabant exire, quia cognouerunt quod uoluntas Dei esset, ut martyrizaretur. Altera die imperator iussit, quod Petrus & Paulus, & omnis populus ciuitatis ad se ueniret, & uiderent quomodo Simon magus ascenderet in caelum, & descenderet sanus. Postquam adunati sunt, Paulus ait Petro, Domine magister, qui prius erat electus quam ego, quem magis Deus diligit, & magistrum constituit hominibus, ego procumbens precor Deum, tu uero stans quando Simonem uidebis uolare, coniurati diabolo, qui illum tenent, quod amplius non teneant. Itaque sancto Petro stante, & Paulo ante pedes eius in oratione procumbente, Simon turrim ascendit magnam omni populo uidente, ibi incantationes fecit, & ligauit duas alas cruribus suis, & totidem brachijs, & cepit uolare. Sed quia sanctus Petrus sciebat, quod quanto plus ascenderet, tanto magis de alto caderet, dimisit eum bene ascendere: & quando erat in alto, ait Paulo, Frater leua oculos tuos, & uide: uidens itaque Paulus, quod Simon posset facere quod promiserat, pro timore rogauit Petrum, ut coniuraret diabolo per uirtutem Dei, ut illi dimitterent eum. Post haec Petrus coniurauit, illi uero coniurati dimiserunt, & cadens in terram crepuit medius. Tunc sanctus Paulus & omnes uidentes laudauerunt Deum, qui tam grande miraculum propter amorem beati Petri operatus est. Imperator autem uidens Simonem mortuum, ira commotus, iussit Petrum & Paulum ligari, Paulumque decollari, & Petrum crucifigi. Itaque dum Petrus duceretur ad crucem, rotas populus clamabat, quod tota ciuitas periret, si Petrus moreretur: sed Petrus eos precabatur ut tacerent, & non deturbarent suam passionem, quia gloria Domini sibi parata fuit. Et postquam uenit ad crucem, rogauit ministros, quod non crucifigerent eum, sicut Iudæi crucifixerunt, sed conuerterent illi pedes sursum, & caput deorsum: quia non est dignum, me peccatorem & seruum ad similitudinem eius fuisse crucifixum, qui totum mundum fecit de nihilo. Illi uero secundum rogationem eius fecerunt. Beatus Petrus in cruce expansus orauit ad Deum, & dixit, Domine Iesu Christe, gratias nunc reddo tibi, qui es pastor omnium animarum Christianarum: oues quas mihi tradidisti, id est animas, tibi commendo, & illas reddo tibi, ut custodias eas ab omni malo, ne noceat illis diabolus, sed partem habeant mecum de tua gloria, in qua uiuis & regnas sine fine. Omnes iuxta cru-

cem stantes, & hanc orationem audientes, quam Petrus pro uiuis ac defunctis dixit, responderunt, Amen. Et post orationem emisit spiritum, animamque sancti angeli portantes ante Deum in caelum, cantauerunt, Gloria in excelsis Deo, &c. Marcellus autem quidam discipulus sancti Petri, accepit corpus apostoli, & lauit illud tali unguento, quod nunquam posset putrescere, & postea misit illud in monumento. Sed totus populus Romae consilium inierunt simul, ut occiderent Neronem, quia occiderat istos duos apostolos amicos Dei. Imperator uero hoc cognoscens, propter metum de Roma exiit, & fugit in insulas, ubi mortuus fame & frigore, & a lupis & a leonibus comestus est, animamque eius diaboli, quibus seruituit, ad infernum deportauerunt. Audistis fratres, qualem passionem apostoli sustinuerunt pro Deo, & solennitas eorum quae hodie colitur, parum nobis prodest, si exemplum Domini uiuendi ab eis non sumimus. Unde scriptura dicit, Nihil prodest interesse festis hominum, si deesse contingat festis angelorum: id est, nihil proficit facere festum inter homines in hoc seculo, si non possumus facere festum in caelo cum angelis, qui Deum laudant die ac nocte: propterea quia tales non sumus, ut Deum dignè laudare possimus, mundemur autem, & precemur Deum, ut per suam misericordiam, & precès apostolorum Petri & Pauli, det nobis ita in hoc seculo uiuere, ut dum animae de corporibus exierint, ad illam possint uenire gloriam, per Dominum nostrum Iesum Christum, Amen.

DE NATIUITATE.

Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, &c. Benignitas Domini nostri apparuit, cum mundum per assumptam humanitatem redimere uenit, quod factum est ad similitudinem rosis uel pluuiae: quia sicut lana recipit rorem uel pluuiam, & emittit sine corruptione sua, ita & uirgo Maria recepit Christum in se, & emisit integritate uirginitatis seruata. Unde dicitur, Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stilla stillauit super terram. Et alibi, Aperietur terra, id est uirgo Maria, & germinet Saluatorem, id est, Dominum nostrum Iesum Christum. Virgo fuit ante partum, & in partu, & post partum, ad similitudinem bonae terrae, quae emittit spicam ex se. In spica sunt quatuor: palea, culmus, arista & granum, quae in Christo benedemonstrantur. palea fuit in Christo passibilitas, id est, eius mortalitas: culmus est integritas humanae carnis, arista eius sanctissima anima. Granum dicitur esse puritas diuinitatis: & sicut ex grano efficitur homo exterior, ita ex diuinitate Christus homo spiritualis reficitur. Cuius Christi natiuitas hodie fratres charissimi, celebratur, ut per eius mysterium & dignam eius participationem a potestate diaboli liberemur. Sed notandum est, quod tres missae hodie celebrantur: prima in nocte, secunda in crepusculo, tertia in clara die. Istae tres missae celebrantur propter tria tempora, quae fuerunt in hoc seculo: primum

num tempus ante legem, secundum sub lege, tertium gratie, prima missa cantatur pro illis in obscura nocte, qui fuerunt in primo tempore in omni obscuritate seculi sine cognitione Dei: tunc cantatur in crepusculo pro illis, qui fuerunt in secundo tempore, qui per legem datam, & prophetas habuerunt Dei cognitionem, sed non plenariam: tertia cantatur in clara die pro illis, qui sunt in nouo tempore, quibus plenaria cognitio Dei facta est. uel tres missae celebrantur propter tres uirtutes, scilicet spem, fidem, caritatem. Sed ut digne hanc festiuitatem celebrare possimus, ille nobis suam gratiam prestare dignetur, qui cum patre & filio regnat per omnia secula seculorum, Amen.

AD VINCVLA SAN-
CTI PETRI.

Notandum est fratres charissimi, quae de causa celebratur festiuitas sancti Petri à uinculis, scilicet calendis Augusti. Hoc enim à quibusdam asseritur. Dux Romanorum nomine Quirinus, habebat filiam gutturosam, nomine Balbinam, habebatque dux ille beatum Alexandrum papam in carcere clausum propter Christianae fidei confessionem: ipsa uero puella pergebat sepiissime ad carcerem, ubi beatus Alexander cathenis tenebatur ligatus, & osculabatur quotidie cathenas quibus ligatus erat, ob gratiam recuperandae sanitatis. Cui beatus Alexander dixit, Noli filia osculari has cathenas, sed quaere cathenas quibus beatus Petrus ab Herode Ierusalem uinctus fuit, & osculare illas, & recipies sanitatem. Quae puella audiens, narrauit patri suo, sicut audiuit à praefato papa. Quod audiens pater puellae misit Ierosolimam nuncios, qui perquirerent carcerem, ubi Apostolus fuerat ligatus, & inde secum afferrent cathenas, & ita factum est: quas ablatas praefata puella de osculans, illico recepit sanitatem, sicque beatus Alexander exiens de carcere constituit hanc celebrari festiuitatem, calendis Augusti in honorem sancti Petri, & eius nomine aedificauit ecclesiam, quae dicitur Auincula, in qua cathena eius de osculabantur à populo deuoto: merito beati Petri apostoli principis apostolorum nostris in firmitatibus plura sanitatum beneficia praestantur largiente Domino.

DE MAIORI LETANIA.

Fratres carissimi, dignum est ut audiat quae de causa letaniae rogationum fuerat inuenta. Tempore Maurij imperatoris erat sanctus Gregorius archidiaconus Romae, & papa Pelagius: & in illo tempore tanta pluuia fuerunt, ut omnia flumina transcendere terminos suos, ita ut Tybris super muros Romae ascenderet. Aquae autem, quae ita exundabant, quicquid in syluis serpentum & scorpionum erat, deportabant: & quidam magnus serpens in modum trabis uenit per Tybrim, quem omnes Romanum uiderunt. At postquam ceperunt siccare flumina, ex ardore solis ascendit magnus foetor

Bedae tom. 7.

de cadaueribus serpentum, ut quicumque sentiebant foetorem uenerunt, statim moriebantur. Et fuit magna mortalitas in urbe Roma, ita ut cum sero esset, & dominus cum uxore & filijs & omni familia iret dormitum, mane omnes ferebantur ad sepulturam: & insuper sagittae igneae descendebant de caelo, & percutiebant homines, & statim moriebantur. Et primum percussit Pelagium papam, & mortuus est: deinde multa milia tali morte mortua sunt. Erat ubique dolor & luctus, quia omni die & hora nihil aliud faciebant Romani, nisi mortuos sepeliebant. Elegerunt autem Gregorium, ut esset papa, & miserunt Constantinopolim, ut ita assentiret. Interea dum expectabant praecipuum Imperatoris, & mortalitas magna in ciuitate erat, uocauit omnem populum Romanum, & dixit eis, ut agerent poenitentiam de malefactis, & inuocarent misericordiam Dei: & statuit septem letanias, ut omnes irent simul ad sanctum Petrum. Prima letania omnium clericorum, secunda abbatum & monachorum, tertia sanctorum, quarta uiduarum, quinta conjugatorum, sexta omnium puerorum, septima mulierum: & ita secundum praecipuum Gregorij, uenerunt ad sanctum Petrum & omnes clamantes dixerunt, Kyrie eleison, sancte Petre ora, &c. & subito ceciderunt in ecclesia mortui septuaginta, & tunc remansit mortalitas, & ieiunauerunt die illa in pane & aqua, & praecipit omni ecclesiae agere hunc diem dicens. Quicumque hunc diem celebrauerit, non morietur in illo anno morte subitanea. Post multum tempus fuit magna mortalitas in ciuitate Viennensi. Erat autem episcopus ciuitatis nomine Mamercus, uir sanctus & bonus, & cum faceret baptisferium in uigilia paschae, subito descendit ignis de caelo, & incendit ecclesiam, & medietatem ciuitatis: & mortalitas hominum ex una parte erat, ex altera ignis, qui incendebat omnes uillas & castella. Et leones & lupi intrabant uicos, & deuorabant homines. Tunc instituit sanctus Mamercus tres dies rogationum, ut omnis populus, qui erat, auxilium & misericordiam à Deo peteret, & ut eos defenderet à morte subitanea: & nos precemur omnes sanctos, ut pro nobis intercedant ad Deum, ut dignetur nobis dare remissionem peccatorum, & custodiat corpora & animas nostras, qui uiuit & regnat, cum patre & spiritu sancto, per omnia secula seculorum, Amen.

SERMO AD POPVLVM.

Homo natus de muliere, breui uiuens tempore: & dum uiuit, multas sustinet miseras, plus amore corporis, quam animae. Sed anima non potest mori, sed cum exit de corpore, cito moritur corpus. & antequam exeat de corpore, magnum sustinet pauorem, quia uidet ante se sanctum Michaelē, qui expectat eam, & propter misera agmina timet exire. Vae illis animabus, quas diabolus suscipit, & ligat sub laqueo, quia non possunt de eius laqueo euadere, non per eleemosynas & orationes fidelium. Legimus de sancto Machario, quod una die dum

y

peram/

perambulabat, peruenit in desertum locum in
cœmiterio Iudæorum, & inuenit caput Iudæi
mortui, & postquam tetigit illud baculo, ait,
Quid me uoluis? Respondit sanctus Macharius,
Dic mihi ubi sunt animæ Iudæorum: respondit
caput, Puteus est miræ profunditatis, quantum
est à terra usq; ad cœlũ: & in puteo est aqua fri-
gida super omne frigus, & ignis calidior cunctis
ignibus, & fœtor intolerabilis, fames & sitis,
& serpentes: & inter dolores istos stamus & cru-
ciamur nõs, & multæ animæ Christianorũ. Et
ait sanctus Macharius, Dic mihi si habetis ullã
requiẽ. Respondit caput, Quãdiu tu siue alter:
ita bonus missas pro mortuis dicit: quãtum du-
rat missa, tantum sumus in requie. Et post hæc
Macharius lachrymans discersit, orãs pro ani-
mabus. Et charissimĩ oremus Dominũ nostrũ
Iesum Christum pro animabus omnium fide-
lium defunctorum, cum missis & psalmis & o-
rationibus, ieiunijs & elemosynis, ut dimittat
eis omnia peccata sua per suam misericordiã,
tribuatq; eis uitam æternam: & nos dum uiui-
mus, talia facere, & sic obedire suæ iussioni stu-
deamus, ut post hanc uitam mereamur ingredi
in ianuas paradisi, quod nobis præstare digne-
tur Iesus Christus.

IN DIE CINERVM.

Hodie fratres charissimĩ, in pugnam contra
diabolum intramus, & debemus illam uin-
cere per totam Quadragesimã, & propter hoc
imponimus hodie cineres super capita nostra.
Antiqui milites cum debebant ire ad bellum,
fortiter per septem dies equos suos pascebant
leuibus cibis, ut plus currere possent. In capite
septem dierum ponebant cineres super capita
sua, ut Deus omnipotens daret eis uictoriam.
Et nos fratres charissimĩ, pascamus corpora
nostra leuibus cibis his diebus, ut ueloces pos-
simus esse contra antiquum hostem, & ut Deus
det nobis uictoriã de inimico nostro. Et in aliã
figura intelligitur, qđ recordari debemus nos
de puluere esse factos, & in puluerem reuerti:
sicut dixit Deus ad primum hominẽ, Terra es,
& in terram ibis: & omnia quæ sunt nobis trãsi-
toria, nobis uilescere debent: quia mundus transi-
bit, & concupiscentia sua. Et Iacobus aposto-
lus nos docet dicens, Fratres nolite diligere mũ-
dum, quia qui eum diligit, nõ est caritas in eo.
Et aliã figura est, quare hodie portamus cine-
res. Pater de cœlis uenit ad Ionam prophetam,
& dixit ei, Vade in Niniuẽ ciuitatem magnã,
& prædica in ea, quòd nisi dimiserit idola, quæ
adorat, in capite xl. dierum submergetur. Re-
spondit Ionas, Domine mi nescio ciuitatem: &
Ionas fugit à facie Domini, & ueniens ad mare
intrauit nauem cum nauigatoribus, qui uole-
bant transire ad aliam prouinciam: & factum
est dum nauigarent, orta est tempestas magna
in mari, & nauis cœpit perire: & nauigãtes mi-
serunt sortem, & cecidit super Ionam: & iacta-
uerunt eum in mare, & cetus deglutit eum,
& portauit eum in uentre suo tribus diebus, &
tribus noctibus, donec uenit in Niniuẽ, & eũ

ibi euomuit. Ipse autem exiens de ore piscis, ne
sciebat ubi esset, & perdiderat omnes capillos
propter piscis calorem, & quæsiuit ab hominib;
bus, quæ terra esset illa: & dixerunt, quia Nin-
uẽ est. Videns itaq; Ionas uoluntatem Dei, in-
trauit ciuitatem, & prædicabat dicens, In capi-
te xl. dierum Ninuẽ subuertetur. Postquã rex
audiuit sermones Ionæ, timore percussus surre-
xit de solio suo, & proiecit uestimentum rega-
le, & uestiuit se sacco, & consperlit se cinere, &
præcepit ieiunium fieri per totam ciuitatem,
ut neque homines neque pecora gustarent cib-
um per tres dies: & uidit Deus, quòd conuersi
sunt à uia sua mala, & misertus est populi sui.
& nos fratres, qui multum sumus in abyssum
mersi propter peccata nostra, hodie aspergi-
mus nos cinere, & ut Deus uideat humilitatẽ
nostram, & dimittat peccata nostra nobis, &
habeat misericordiã, sicut habuit de Ninuẽ.
Propterea fratres charissimĩ, hodie laboratis
euomere peccata uestra, & nolite redire ad uo-
mitum quasi canis, qui cum plenus est, uomit
morticinam carnem, & iterum manducat: sed
pugnemus cum diabolo his xl. diebus ut in die
resurrectionis cum Domino mereamur habere
uitam æternam.

ALIVS SERMO.

Dies Dominicus, dies electus est, in quo gau-
dent angeli. Interrogandum est, quis pri-
mus rogauit, ut animæ haberent requiem in in-
ferno: & respondendum est, quia Paulus apò-
stolus, & Michaël archangelus rogauerũt Do-
minum, quando ex inferno exierunt, quia Do-
minus uoluit, ut Paulus uideret poenas infer-
ni. Vidit autem portas arboreas, igneas, & pec-
catores cruciatos in illis arboribus, & alij pen-
debant per pedes, alij per manus, alij per capilla-
los, alij per colla: alij per linguas, alij per bra-
chia. Et iterum uidit fornacem ignis ardẽtem,
septem flammis, & multi puniebantur in ea, &
septẽ plage erãt in circuitu fornacis. Prima nix,
secunda glacies, tertiã ignis, quarta sanguis,
quinta serpẽtes, sexta fulgur, septima fœtor. &
in ipsa fornace ponebantur animæ peccatorũ,
quæ non egerunt poenitentiam in hoc seculo:
ibi cruciantur, & recipit unusquisq; secundum
opera sua. Alij flent, alij ululant, alij gemũt, alij
ardent, & desiderant habere requiem, sed non
inueniunt: quia animæ nunquam morientur.
Timendus autem est nobis ille locus, in quo est
dolor sempiternus, in quo gemitus, in quo tri-
stitia sine gaudio, in quo abundantia lachryma-
rum propter cruciationem animarum, in quo
rota ignea mille uicibus: in illo die ab angelo
tartareo in unaquaq; uice mille animæ concre-
mantur. Postea uidit fulmen horribile, in quo
multæ bestia; diabolica; erant quasi pisces in
medio maris, quæ animas peccatorum de-
uorant: & desuper illud fulmen habetur pon-
per quem transeunt animæ iusta sine dubita-
tione, & animæ peccatorum unaquæque secun-
dum meritum suũ: ibi uidit Paulus multas ani-
mas peccatorum demersas: alteras usque ad
genua,

genua; alteras usq; ad umbilicum: alteras ad labia, alteras ad supercilia, & quotidie perenniter cruciantur. & fleuit Paulus, & suspirans interrogauit, qui essent demersi usq; ad genua: & dixit angelus, Hi sunt qui detrahunt alienis sermonibus: & qui ad umbilicū, hi sunt fornicatores & adulteri, qui non sunt reuerſi ad poenitentiam: qui uerò ad labia, hi sunt qui intrantes ecclesiam, non audiunt uerbū Domini: qui ad supercilia, hi sunt qui gaudent de malicia proximi sui. Et fleus Paulus dixit, Vae his quibus parantur tantæ poenæ. & uidit alium locum tenebrosū, plenum uiris & mulieribus comedētib; linguas suas, & dixit ei angelus: Hi sunt foeneratores pecuniarum, qui uluras recipiūt, & nō sunt misericordes, propterea sunt in hac poena. Et uidit alium locum, in quo erant puella nigra, habentes uestimenta nigra, induta pānis & sulphure, & igne, & dracone, & serpētes & uiperas circa colla habebant: & quatuor angeli increpātes eas, & habebant cornua ignea, & ibant in circuitu earum dicētes, Agnoscite quod egistis male. & interrogauit Paulus, quæ essent: & ait angelus, Hæ sunt, quæ non seruauerunt castitatem ad nuptias, & quæ macularunt se in parentibus suis, & necauerunt infantes suos, dantes eos bestijs in escam. Et post hæc uidit uiros ac mulieres super camelos, & multos fructus habebant ante illos, & non poterāt sumere ab eis. Dixit itaque angelus Paulo, Hi sunt qui absoluunt se iunium ante tempus. Et uidit in alto loco senem inter quatuor diabolos plorantem, & interrogauit Paulus, quis hic esset: & angelus, Hic est negligens, qui non custodit legem Dei, sed avarus fuit & dolosus, & superbus, & ideo sustinebit poenas innumeras, usq; in diem iudicij. & fleuit Paulus, & ait angelus ei: Paule cur fles super humanum genus: nā uidebis adhuc maiōres poenas. & ostendit ei puteum signatum septem foribus, & dixit ei: Sta longius, ut possis sustinere foetorem. & aperuit os putei, & surrexit foetor magnus super eas omnes poenas: & dixit ei angelus, Qui in hunc puteum mittuntur, nunquam de eis fiet conuersio in conspectu Dei. & dixit ei Paulus, Qui sunt hi, qui mittuntur in eum: qui non credunt Christum filium Dei uenisse in carnem: & qui nō baptizantur, non communicantur corpori Christi. Et uidit in alto loco uiros ac mulieres, uermes ac serpentes comedentes eos, & erat anima super animam, quasi ouis in ouili: profunditasq; illius loci, quasi exaltatur cœli à terra: & audiuit gemitum suspirantium quasi tonitrum magnum, & post hæc uidit inter cœlum & terram animam peccatoris, ululantem inter septē diabolos, ducentes eam eo die exeuntem de corpore, & clamauerunt angeli contra eam dicentes, Vae tibi misera anima, quid fecisti in terra, contempsisti mandata Dei, nec ulla bona fecisti opera, ideoq; eris posita in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. Post hæc in uno momento, deduxerunt animam angeli de corpore ad cœlum, & audiuit uocē mil-

Beda tom. 7.

lium angelorum latantum propter eam, & dicentium, O anima felicissima ac beata, lætare hodie, quia fecisti uoluntatem Dei: & leuauerunt eam ante Deum, quia ipse elegit op̄era sua bona. & postea sanctus Michaël eā collocauit in paradiso, ubi erant sancti, & clamauerunt cū magna lætitia contra animā iustam: & clamor factus est quasi cœlum & terra mouerentur: & clamauerunt peccatores, qui erant in poenis dicentes, Miserere nostri Michaël, & tu Paule dilectissime Dei, intercede pro nobis ad Deum. & ait angelus, Nunc flete, & flebimus uobiscū, & angeli nobiscum, ut forte misereatur Deus, & det aliquod refrigerium. Audientes autem hæc qui erant in poenis, exclamauerunt uoce magna, & Michaël archangelus & Paulus, & milia milium angelorū: & auditus est sonus uocis eorum in quarto cœlo dicentū, Miserere Christe fili hominis, & uidit Paulus cœlum moueri, & filium Dei descendentem de cœlo, habentē diademā in capite suo. Rursus clamauerunt, qui erant in inferno, una uoce dicentes, Miserere nostri fili excelli, & uox filij audita est, dicēs eis desuper, Ego pro uobis crucifixus fui, lancea perforatus, clauis fixus, felle & aceto potatus, pro uobis mortuus, ut uos uiueretis: sed uos mendaces fuistis, auari, inuidi, superbi, malefici, nec ullum bonum fecistis, nec poenitentiam accepistis, sed iniqui fuistis in omni uita uestra. Post hæc prostrauit se Michaël & Paulus & angeli milia milium angelorum, orātes Dei filiū, ut requiem haberent omnes, qui erant in inferno. & ait Dominus, Propter Michaēl & Paulum & angelos meos, & maxime pro resurrectione mea concedo uobis requiem ab hora nona sabbati usq; ad horam primam feriæ secundæ. Et hostiarius inferni, qui dicitur Cerberus, extulit caput suum super omnes, qui erant in inferno, & cōtristatus est ualde. Tunc lætati sunt omnes, qui erant in poenis, clamātes una uoce, Benedicimus te fili David, qui dedisti nobis misericordiam. Nam plus prodest nobis remediū unius diei & noctis, quā totum tempus uitæ nostræ, quod consumpsimus super terram. Et dixit angelus, Qui custodierit diem Dominicū, habebit partem cum angelis Dei. & interrogauit Paulus ab angelo, quot essent poenæ in inferno: & dixit angelus, poenæ sunt c. lxiij. milia, ac si essent c. uiri eloquentes ab initio mundi, unusquisq; habens quatuor linguas ferreas, nō possent ceteras poenas inferni numerare. Vos autē fratres charissimi, audientes tanta tormenta inferni, cōuertamur ad Dominum nostrum, ut cum angelis eius ualeamus regnare.

REVELATIO SANCTI
MICHAELIS.

DEUS uolēs angelos honorari in terra ab hominibus, hanc occasionem, ut legimus, primam ostēdit. Est autem quedā ciuitas in Apulia, quæ dicitur Sipontus, in qua erat quidā diues, nomine Garganus, habens armenta multa

Y 2 boum

bovm & pecudum in mōte uicino, qui dicitur Garganus. Erat autem quidam taurus nimis superbus, qui cum alijs boues ad domum reuerterentur, ille solus uagus remansit in monte: quādam uerò die Dominus iratus, quia alijs reuertentibus, nō reuertebatur domum. Hic autem apprehendens arcum & sagittas, uolens eum occidere, sed uolūate Dei sagitta acuta rediit, & eum uulnerauit, à quo fuit missa. Quod uideris Garganus, ualde timuit, & propius accedere uoluit, pergensq; ad episcopū suum, narrauit ei omnia quæ acciderant. Tunc pontifex prudēs instituit triduanum seiunium populo, & orarēt ut Dominus ostēderet eis, quid esset, & quid significaret, quòd ille à telo suo fuerat uulneratus. Tertia uerò nocte Michaël archangelus apparuit pontifici, dicens ei, Scias quia uoluntate Dei hoc factū est. Ego sum Michaël princeps militiæ cœlestis, & locum illum iuxta quem taurus stabat, mihi consecraui, ut in eodem loco Christiani inuocent auxiliū, & sentiant. Vade ergo tu & omnis populus ad speltecam, iuxta quam stabat taurus, & intrate in eā, & uidebitis altare, & super altare rubicundum pallium, ibi facite orationes uestras, & habete memoriā meam, & auxiliabor uobis. Audiens hæc episcopus, gauisus est ualde, & manē cum populo ascendens in mōtem Garganum, & intrauit in speluncam, sicut angelus dixerat. Hęc fuit prima causa, quòd memoria angelorū fuit in terra. ab hoc tempore usque in præsens sunt ecclesiæ. & festiuitates eorum ad laudem Dei, qui uiuit, &c.

DE SANCTA MARIA.

Hodie fratres charissimi, celebramus festiuitatem sanctæ Mariæ, Dei genitricis, quæ hodie translata est in cœlum de mundo, ut pro nobis oret filium: quia mundus deleris esset, nisi per preces sanctæ Mariæ sustineatur. Quia legimus, postquam cœlos ascendit ipsa, assidue stat coram Deo, orationē pro peccatis nostris effundens, & iustos retinet ne cadant, peccatores confortat ne pereant: diligit uirgines, si in uera uirginitate consistunt: custodit uiduas, si permaneāt in uera uirginitate. Legimus quid fecit erga clericum quendam, qui fuit Romæ de nobili genere ortus: pater & mater, frater & soror occiderant, solus superstes, multos habebat honores, multas possessiones, Capellamq; uicinā domui suæ in honore beatæ Mariæ consecratam, in qua quotidie omnes horas sanctæ Mariæ decantabat. Parentes autem eius ceperunt eum omnes stringere, ut duceret uxore, sed noluit per longum tempus, & cum consistere stringendo, uoluntati eorum cōcessit. Desponsauerunt autem ei coniugem de melioribus Romæ. factum est, cum dies nuptiarum esset constitutus, uenerunt parentes eius cum honore, & celebrabant nuptias cum lætitia, sicut usus est. Illi uerò ascendēs equos, recordatus est clericus, quòd beata Maria nunquam dereliquerat eum, ascendit & ipse cum alijs, ut cum honore adduceret uxorem: cum redisset, canta-

bant cymbalis & citharis, & cæteris instrumentis. & clericus recordans, quod adhuc non cantauerat nonā de sancta Maria, & ait militibus, Præparate mensas, & ea quæ præparanda sunt secundum ordinem nuptiarum, & ego uadam ad ecclesiam cantare nonam de sancta Maria, & postea reuertar ad uos. at illi cœperunt tristari dicentes: Sic faciunt alijs, qui coniugem ducunt, uadunt cantare matutinas. Postquam ille aperuit ostium ecclesiæ, uidit eam plenam lumine & ardore, & beatam Mariam sedentem ante altare, & terrore percussus cecidit in terrā quasi mortuus, ipsa autem ueniens, tenuit manum eius, & ait, Noli timere, ego sum amica tua, & semper dilexisti, & in mente habuisti, nunc autem me dereliquisti, & aliā accepisti, quare hoc fecisti? Non ne sum amica tua? Non ne sum factis pulchra: an quæris aliam, quæ habet maiorem pulchritudinem quam ego? Et ille nimis timens respondit, Quæ es Domina mea, non te cognosco, sed te uideo pulchram & tam honestā, ut nō habeatur talis in cœlo. nam odor à te progredies replet me, quòd me credo esse in paradiso. Respondit Maria, Ego sum beata Maria, mater Christi: tu uerò mihi haec tenus seruisti. Sed cur me derelicta aliam desponsasti? Noli me derelinquere propter mulierem mortalem, & paruo tempore durabile. hoc dicto euasit ab oculis eius. Ipse uerò postquā nonam dixit, rediit ad palatium, in quo milites eum expectabant, & constringebant eum dicere, quare tantam moram fecisset: quibus ille ait, Quicumque de parentibus meis meam ducat uxorem, quia amplius non habeo aliam, nisi beatam Mariā, cui die & nocte seruire desidero. Sponsa hæc audiens, tristis & dolens ad domum patris rediit. Clericus uerò accessit ad beatum Zephyrum papam, qui eo tempore erat, quærens consilium, quid facere deberet: qui præcepit ei, ut omnia quæ haberet, donaret ecclesiæ, in qua uisionem uiderat, & fieret ibi monachus, & seruiret Deo & beatæ Mariæ omnibus diebus uitæ suæ, quæ eum de laqueo diaboli liberauit. Nunc autē fratres seruamus semper tali reginæ, quæ nō derelinquit sperantes in se. Cū diligat orationes sanctorū, & exaudiat, multo magis matrem suam exaudit pro peccatoribus exorantem: & ipse in cruce expansus commendauit eam beato Iohanni euangelistæ, ut eam custodiret die ac nocte, quam diu esset in hoc seculo. & beatus Iohannes impleuit, quod sibi commendatum fuit: Cum appropinquasset dies & tempus, in quo Dominus eam uoluit de hoc seculo tollere, ut semper uicina ante faciem suam oraret pro peccatoribus, uocauit eam dicens, Veni ad me dilecta mea, sponsa mea, mater mea; tempus est ut exaltem te super omnes angelos & archangelos, & cæteras uirtutes, quæ sunt in cœlo, & sis in conspectu meo semper: die Domini nica portabo te in cœlum. at illa uenit statim; nuncios Iohanni, quæ ei Dominus dixerat. Tunc beatus Iohannes ait, Oremus pariter ut Dominus noster, filius tuus, trāsmittat nobis omnes apostolōs

apostolos, ut seruiant tibi. Illis uero orantibus omnes apostoli in qualicumque loco orabant, rapti & adducti fuerunt ante ostium, ubi erat beata Maria, & steterunt cum ea usque quod filius eius assumpsit eam in caelum, ubi nunc stat in conspectu eius, non cessans pro peccatoribus exorare. Toto igitur affectu confugiamus ad eam uenire, ut per suas orationes ducat nos ad illa gaudia, ubi ipsa manet cum filio sine fine.

SERMO QUALIBET DIE.

Plus & misericors Dominus nos per prophetam hortatur ad compunctionem cordis, & poenitentiam, dicens, Conuertimini ad me toto corde uestro, in ieiunio & fletu & plandiu: quia nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur, & uiuat. & iterum, Nolite tardare conuerti ad Dominum: ne differas de die in diem, quia nescis quid futura parat dies: cur tardas conuerti ad Dominum, scilicet periculo anime tue, quia mors non tardat: quod si inuenit te tardam, ducit ad tormenta: quia tu peccator conuerti dissimulas, & non metuis mortem, ne ipsa repentina surripiat tibi diem conuersionis. Nonne homines subito moriuntur? Si bonum est peccata dimittere, & ad Deum conuerti, fac cito. Deus promisit remissionem peccatorum, uiuendi non promisit: ideo conuertatur unusquisque ad Deum citius, & derelinquat impius uitam suam subito: cum ueniet dies ultima, peribit dilatio, & restabit damnatio. Si perire non uis, redi ad Deum, & uiues. Noli desperare de uenia peccatorum, nec de longa uita cogitare. Conuertere ergo ad poenitentiam. Cras, inquit, conuertam: quare non hodie? Dices, Quid mali, si cras dicam. Quid mali, si hodie. Forte dices, Longa erit uita mea, dicam. Si longa est, uita sit bona: si breuis, & ipsa sit bona. Non uis habere longum praedium, & malum: & uitam longam uis habere, & malam. Villam emis, bonam: desideras uxorem, uis ducere, bonam quaeris. Filios tuos uis nasci bonos, optimas caligas emis, & non uis malas, & uitam uis malam? Quid tibi prodest uita tua, quam solam uis malam, ut inter omnia bona tua malus sis. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Verba Dei sunt haec, non mea: non a me audisti, sed ego tecum audio a Domino. Respondes forte, Cras conuertam. O uox coruina. Quis dedit tibi hanc securitatem? qui indulgentiam remittendi promisit, crastinum diem dissimulandi non spopondit. Coruus non rediit ad arcam, columba rediit. Si enim tunc uis agere poenitentiam, quando non potes: peccata dimiserunt te, tu autem non illa. Satis alienus est a fide, qui ad agendam poenitentiam tempus expectat. Metuendum est, ut dum sperat misericordiam, incidat in iudicium. Qui tempus datum negligit, frustra effundit preces ad Deum. Festinet unusquisque ad Deum, dum potest: quia dum potest, ualuerit oratio, & cum tardare uoluerit, non poterit. Vigila Christiane sub misericordia Dei, pugna cum diabolo: quia arma Christi tecum

Bedæ tom. 7.

habes. Deus qui iubet te pugnare, cupit tibi dare paradysum, si bene pugnaueris: ubi sunt diuitiae tue, ubi Christum uidebis, & angelos, & homines iustos fulgentes sicut sol: ubi non est nox, nec fames, nec litis, nec ullus dolor. Quid uis homo Christiane, qui te non emendas? nescis quanta & qualia parata sunt in inferno, ubi est fletus, & stridor dentium, ubi flamma, pediculi & ranæ, & uermes non moriuntur. Ignis qui ibi est, non extinguitur: ibi sunt tenebrae & mala, nulla lux ibi est, nulla consolatio: ibi est foetor, quem nullus sustinere potest. Considerate diligentius superborum sepulchra mortuorum, & agnoscite, quia nihil in eis remansit nisi fletus & foetor, & simus uermium. O homo considera uehementer sepulchra, & dic, Vae mihi misero peccatori. Iste dum uiuixit in hoc seculo, seculus est luxuriam & fornicationem, & poenitentiam non egit, ex illo misero nihil remanet, nisi foetor amarus, & cum impijs cruciatur. Vae misero peccatori, timeo ne & mihi sic contingat. Tunc clamauit ille mortuus de sepulchro, Vixi, & agnosce puluerem meum, & relinque desiderium malum, ne mecum crucieris in inferno. Quod tu es, fui: quod ego sum, tu eris. O homo dimitte periuriam, luxuriam, homicidium, furtum, auaritiam, & alia peccata, quae diuina rare longum est, ut in inferno non crucieris, sed habeas gloriam cum Deo patre, &c.

ALIVS SERMO.

Fratres charissimi, tempus est transeundi de malo ad bonum, de tenebris ad lucem, de isto infidelissimo seculo ad gaudia sempiterna, ut non comprehendat nos illa dies, in qua Dominus noster Iesus Christus adueniet ponere orbem terræ desertum, & peccatores aeternis cruciatibus mancipare, qui noluerunt agere poenitentiam de peccatis, quae egerunt. In mendacio est magnum crimem, sicut ait Salomon, Os quod mentitur, occidit animam. Iracundia uiri iustitiam Dei non operatur, & cupiditas. unde dicit apostolus, Radix omnium malorum est cupiditas, & superbia, per quam ille angelus apostata cecidit, qui initium uitarum Dei, sicut legitur in prophetia, contempsit. Lucifer qui mane oriebatur, cecidit. Vitanda est superbia, quae ualuit angelos decipere: quanto magis homines ualebit decipere. Et inuidia est nobis timenda, per quam diabolus primum hominem decepit, sicut scriptum est, Per inuidiam crucifixus est Christus: & ideo qui inuidet proximo, Christum crucifigit. Videte ut semper pauidi & solliciti expectetis iudicis aduentum, ne nos imparatos inueniat: quia Apostolus ait, Dies meitāquam fur in nocte ueniet. Vae illis quos inueniet dormientes in peccatis. Tunc namque congregabuntur, sicut legitur in Euangelio, ante eum omnes gentes, & congregabit oves, sicut pastor segregat oves suas ab hœdis: & statuet oves a dextris, hœdos autem a sinistris. Tunc dicit rex his, qui a dextris eius erunt, Venite benedicite patris mei, & cetera: ubi nullus dolor, nec tristitia erit, ubi nox non inuenitur alia, nisi charitas &

y 3 paz

pax & lætitia sempiterna cum omnibus electis Dei, ubi nullum bonum deesse poterit. Tunc respondebunt iusti dicentes, Domine, cur tantam gloriam, & tanta bona præparasti? Respondebit, Pro misericordia, pro fide, & pietate & ueritate, & cætera. Domine, quãdo uidisti ista bona in nobis? Respondebit Dominus, Amen dico uobis, quod fecistis uni ex minimis meis fratribus, mihi fecistis: & quod fecistis in abscondito, ego palam uobis reddam. Tunc dicit rex his, qui erunt à sinistris eius, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius, ubi erit fletus & stridor dentium, & lachrymæ oculorum: ubi mors optatur, & nõ datur: ubi uermes non moriuntur, & ignis non extinguitur: ubi nullum gaudium, sed tristitia: ubi nulla requies, nisi pœna: ubi nullus auditus, nisi gemitus. Tunc respondebunt & ipsi dicentes, Domine, cur tantas pœnas nobis præparasti? Pro iniquitate & malignitate uestra, dicit Dominus. Itaq; fratres rogo uos, ut qui in bonis operibus sunt, perseverent in omni opere bono: qui uerbõ mali sunt, citò se corrigãt, antequam illos mors subitanea inueniat. Dum ergo tempus habemus, operemur bonum ad omnes, & mala facere cessemus, ut ad uitam æternam peruenire ualeamus.

ALIVS SERMO.

Misericordia & ueritas obuauerunt sibi, etc.] Fuit quidam paterfamilias, rex potens, qui quatuor filias habuit, quarum una uocabatur Misericordia, altera Veritas, quarta Iustitia, quarta Pax: de quibus dictum est, Misericordia & ueritas, & cætera. Habebat etiam quendam filium sapientissimum, cui nemo in omni sapientia poterat comparari: habebat etiã quendam famulum seruum, quem exaltauerat, quẽ multo honore ditauerat: utpote quem ad imaginem & similitudinem suam fecerat, & nullo aliquo merito præcedente. Dominus uerbõ, uti mos est huiusmodi sapientum dominorum, sapienter uoluit mores cognoscere & explorare, & fidem famuli sui, utrum esset fidelis erga se, necne: dedit ei leue mandatũ dicens, Istud mandatum si custodieris, ampliori honore honoraberis: si non, pessima morte morieris. Famulus sumpto mandato domini sui, haud mora, transgressus est illud mandatum. Quid plura? Quid uerborum uos lachrymis demorabor? Deinde transgressio nõ tamen adfuit, sed causam transgressionis quesituit famulus superbus, rigidus, contumeliosus, inflatus, totam culpam retorlit in dominum suum. Cum enim dixit, Mulier quam dedisti mihi sociam, ipsa me decepit, totam culpam impexit in auctore. Dominus non tam pro transgresso mandato, quam pro illata contumelia offensus, quatuor uocauit tortores feruissimos, uni illorum præcipiens, ut eum in carceraret: alteri, ut uiuum decollaret: tertio, ut eum iugularet: quarto, ut eum deuoraret crudeli pœna. Post hæc cum se occasio offerret, hos quatuor tortores proprijs nominibus insinua- bo. Tortores isti sua sæuitia studentes, arrepti

miserum omnibus pœnis afficere cœperunt. Has uerbõ famuli pœnas audies una de filiabus regis, scilicet Misericordia, ueloci cursu currit ad carcerem, & introspiciens, uidensq; famulũ tortoribus mancipatũ, pœnis affectũ, nõ potuit non misereri: quia misericordie proprium est misereri. Laceratis ergo uestibus & complois manibus, expansis per colla capillis, ululans & clamans recurrit ad patrem, & ingenuculata ante pedes paternos cœpit simplici & gemibunda uoce dicere: Heu pater charissime, nunquid ego sum filia tua Misericordia, & nõ tu diceris misericors? Si misericors es, famuli tui miserearis: & si famuli tui non miserus fueris, misericors non eris: si misericors non fueris, me Misericordiam non habebis. Taliter illa apud patrem argumentate, aduenit soror eius Veritas, & cur Misericordia fletet, quæsiuit à patre. cui pater: Ista, inquit, soror tua Misericordia uult, ut ego miserear illius superbi transgressoris, cui pœnam indixi. Veritas autem hoc audiens, ad modum stomachata, toruisq; oculis intuens patrem, sic ait: Nunquid ego sum filia Veritas? Non ne diceris uerax esse? Non ne uerum est, quod ei pœnam iniunxisti, & per mortem tormenta promissisti? Si uerax fueris, uerum persequeris: si uerum persequutus non fueris, uerax non eris: si uerax non fueris, ueritatem non habebis. Ecce misericordia & ueritas obuauerunt sibi. Has lites, contentiones, has rixas, has causas audierat tertia soror, scilicet Iustitia, clamoribus earum accita cœpit à Veritate causam querere. & Veritas non poterat nisi uera dicere, ait: Ista, inquit, soror nostra Misericordia, si soror dici debeat, quæ nobis nõ consentit, uult ut pater noster misereatur illius superbi transgressoris: & Iustitia inflato uultu uersans inopinatum corde dolorem, sic ait ad patrem: Nunquid ego sum filia tua Iustitia? non diceris esse iustus? Si iustus fueris, in transgressorem iustitiæ exercebis: si iustitiam non exerceueris, iustus nõ eris: si iustus non eris, me Iustitiam filiam non habebis. Ecce Veritas & Iustitia hinc & illinc, sola Misericordia & uirgo madentes. Ultima coelicolũ terras Ascræa reliquit: scilicet Pax fugit in regionẽ longinquã. Vbi enim est lis & contentio, ibi non est pax: & quanto maior est contentio, tanto maior pacis elongatio. Pace igitur amissa, & tribus filiabus in grauĩ dissensione positis, quid faceret, cui parti tutius cederet, difficilime diffiniēbat. Si enim Misericordia cederet, Veritatem & Iustitiam offenderet: si Veritati & Iustitiæ cederet, Misericordiam filiam non haberet: & tamen necesse erat, ut misericors esset, & iustus & pacificus & uerax. Consilio ergo opus erat. Aduocans igitur pater filium sapientissimum, super hoc negotio eum consuluit: cui filius, Committe mihi pater præsens negotium persequendum, & ego tibi de transgressore sumam uindictam, & quatuor filias tuas reducta pace tibi restituum. Cui pater ait, Magna sunt quæ promittis, si quæcunq; facta sequantur. Si dictis facta præstas, faciam quod

quod hortaris. Suscepto igitur mandato regali, filius sumpsit secum Misericordiam sororem suam, & saltens in montibus, transiliens colles, peruenit ad carcerem, & respiciens per fenestras, aspiciens per cancellos, uidit famulum incarceratum, presenti uita priuatum, & deuoratum, & à planta pedis ad uerticem usque non erat in eo sanitas. Vidit illum iugulatum, quia per ipsum mors in mundum intrauit. Vidit illum deuoratum, quia ex quo homo moritur, uermibus esca datur. Et quia nunc se occasio obtulit, accipite nomina eorum quatuor tortorum: primus qui eum incarcerauit, carcer est exitium presentis uitae, de qua dictum est, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatur: secundus qui eum decollauit, miseria est mundi, quae nos omnes poenis & miseris afficit: tertius qui eum iugulauit, mors est, quae nos omnes iugulat & occidit: quartus qui eum deuorauit, uermis est: quia sicut dixi, ex quo homo moritur, uermes ad corrodendum eum suscipiunt. Quatuor itaque tortores isti, uidelicet huius exilii carcer, & miseria mundi, mors & uermis, à primio horum usque ad nouissimum per totam successionem poenas primi transgressoris exigunt. Carcer uero nos detinet, id est, miseria mundi, quae nobis omnia mala infert. Mors nos iugulat, uermis nos rodit. Videns igitur filius his quatuor tortoribus famulum suum mancipatum, non potuit non misereri: quia Misericordiam commitem habuit, & introiit in carcerem mortis, mortem suam uicit, & alligato forti, eius uasa rapit, & spolia distribuit, & copiosa praeda, ascendens in altum, captiuitatem duxit captiuam, donaque dedit hominibus, & famulum duplicato honore in patriam reduxit indutum stola immortalitatis. Hoc uidens Misericordia, non habebat unde conquereretur, quia uidit famulum duplicato honore reuersum, stola immortalitatis indutum. Veritas non inueniebat causas que rege, quia pater fuerat inuentus uerax. Iam omnes famulus poenas exoluerat. Iustitia similiter iam nihil conquereretur, quia in transgressore fuerat iustitia: & sic qui perierat, reueneratus est. Videns igitur Pax sorores suas concordantes, reuersa est, & eas pacificauit. Ecce Misericordia & Veritas obuierunt sibi: iustitia & pax osculate sunt. Sic igitur per mediatorem hominum & angelorum pacificatus & reconciliatus est homo, & ad ouile Dei ouis centesima reducta est: ad quod ouile nos perducatur Iesus Christus, cui est honor & gloria in omnem aeternum, Amen.

IN DIE PALMARVM.

Cum appropinquasset Iesus Ierosolymam, & uenisset Bethphage, ad montem Oliueti, tunc misit duos discipulos, &c.]
Intrante articulo suae passionis Christus uenit

Ierusalem, propter Adam qui descenderat à Ierusalem in Iericho, & inciderat in latrones: qui plagis impositis semiuuus relictus, spoliatus à gratuitis, uulneratus in naturalibus, à Samaritano curatus est. Adam cecidit à Ierusalē in Iericho: id est, ab immortalitate in mortalitatem, quando per suggestionem Euae de pomo uetito spoliatus à gratuitis, id est, à uirtutibus animae: & uulneratus in naturalibus, id est, in mente & ratione. Adam nos uendit per gulam, sed non potuit reparare hos. Propter Adā ergo Samaritanus, id est, Christus uenit Ierusalem, uolens reparare nos. Terrenum quod ceciderat de manu eius. Iste est ille, qui seipsum coxit in clibano passionis: panis uiuus effectus, panis est angelorum. Hodie Christus Ierusalem per aureas portas intrauit, & occurrerunt ei pueri Hebraeorum. Alij ramos iactabant in uiam, alij uestimenta. Similiter fideles hodie debent uenire in Ierusalem per aureas portas, & debent ramos portare, & uestimenta proijcere in uiam. Per aureas portas intrant, qui corporeos sensus, ne prolicitis carpant illicita, gladio circumcisionis castigant. Circumcidendi sunt oculi, ne uideant uanitatem: circumcidendae sunt manus, ne operentur manus, quo Deus uel proximus offendantur. & sic de ceteris membris. Ipsa caro circumcidenda est, quae militat aduersus animam. Ramos debent fideles portare, id est, bona opera: quia per bona opera praue nit misericordia iudicium. Opera misericordiae sunt, uestire nudos, colligere hospites, errantes reuocare, uisitare infirmos, consolari senes, coadunare paruulos, sepelire mortuos, quod inuenitur in Tobia: ut testatur illud Euangelij, Venite benedicti patris mei, & cetera. Debetis charissimae uestimenta in uiam proijcere, id est, carnem mortificare: quia qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam aeternam. Debetis subtrahere uentri, & dare pauperibus: sic ieiunium uestrum erit ordinatum. Si haec feceritis hodie, estis Ierosolymis: sed si in peccato perseueretis, estis in Iericho. Sed ut perueniatis in Ierusalem, exoremus Dominum, quae construitur ex uiuis lapidibus: quod ille nobis concedat, qui uiuit & regnat, Deus per omnia secula seculorum, Amen.

VARIORVM SERMONVM VENERABILIS BEDAE PRESBYTERI FINIS.

Y 4 BEDAE

Bedæ presbyteri Scintillæ, siue Loci communes.

DE CHARITATE,
Caput I.

CHRISTVS.

1. Ioh. 13.



MAIOREM hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

PETRVS.

1. Pet. 4.

Rom. 13.

Proh. 10.

Ante omnia mutuam in vobis metipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.

PAVLVS.

1. Cor. 13.

Rom. 12.

Charitas patiens est, benigna est, & reliqua. Charitate fraternitatis inuicem diligentes.

IOANNES.

1. Ioh. 3.

In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.

1. Ioh. 4.

Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

SALOMON.

Proh. 10.

Odiu[m] suscit[at] rixas, & uniuersa delicta operit charitas.

AVGVSTINVS.

Si per uiam ueræ charitatis uolumus currere, ad æternam patriam feliciter possumus peruenire.

Sine charitate enim omnia quæcunq[ue] facimus, nihil prodest facere.

Vacuum & inane expendimus studiū, si nō habemus charitatem quæ Deus est.

Regnat enim carnalis cupiditas, ubi non est Dei charitas.

Tunc enim homo perfectus est, quando charitate plenus est.

Sine amore charitatis, quamuis quisque recte credat, ad beatitudinem peruenire nequaquam potest.

Tanta est charitatis uirtus, ut etiam propheta & martyrium sine illa nihil esse credantur.

Tanta est charitatis uirtus, quasi desit, frustra habentur cætera: si adsit, recte habentur omnia.

Ille autem tenet quod pater, & illum nihil latet in diuinis moribus, qui charitatem tenet in sermonibus.

Secundum charitatem dulci ac salubri cibo, sine qua diues pauper est, & in qua pauper diues est.

Qui claudunt oculos suos contra charitatem, obdormiscunt in concupiscentijs, & in delectatione carnis.

Extende charitatem per totum orbem, si uis Christum amare; quia membra Christi per orbem iacent.

Quomodo enim corpus tuum sine spiritu, hoc est sine anima si fuerit, mortuum: ita & anima tua sine spiritu sancto; id est, sine charitate, mortua deputabitur.

Non enim habitant in unum, nisi in quibus fuerit perfecta charitas Christi.

Nam in quibus non est perfecta charitas, cū in unum sunt, odiosi sunt, molesti sunt, turbulenti sunt, anxietate sua turbant cæteros.

AMBROSIVS.

Sicut sine uia nullus uenit quod tendit, ita sine charitate, quæ dicta est uia, non ambulare possunt homines, sed errare.

Eos autem quos ad tolerantiam peccatorū fortes Dei charitas reddit, nulla delectatio carnis, nulla uoluptas mala blandè corrumpit.

GREGORIVS.

Vna quippe & summa est probatio charitatis, si & ipse diligitur qui aduersatur, & ille qui bona impendit.

Amāti enim sunt proximi, & impendenda charitas est omnib[us], & propinquis & extraneis.

Nec tamen pro eadem charitate à Dei amore flectendum.

Sicut enim multi rami arboris ex una radice procedunt, sic cæteræ uirtutes ex una charitate generantur.

Nec habet aliquid ramus uiriditatis boni operis, qui non permanet in radice charitatis.

Ille uerò charitatem habet, qui & amicū diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum.

Pro inimico nihil postulat, qui ex charitate pro eo non orat.

Lex quippe Christi est, charitas unitatis. Nihil hominis est operatio, si non habemus charitatem, quæ in his omnibus mandatis Dei, arcè atq[ue] principatum tenet.

Charitas, est dilectio Dei & proximi in toto corde, & in tota mente: ut quæcunq[ue] uolumus ut faciant nobis homines bona, ita & nos faciamus illis.

Hæc est enim lex & propheta.

Habenti nanque dabitur, & abundabit: quia quisque qui charitatem habet, etiam dona percipit alia.

Quisquis charitatem non habet, etiam dona quæ percepisse uidebatur, amittit.

Necesse est ut erga charitatis uinculum uigilemus.

Tanto nanque amplius peccati rubigo confunditur, quanto cor peccatoris magno igne crematur.

Tunc enim mirabiliter ad altum charitas surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer inclinat: & quum benignè descēdit ad infima, ualenter recurrit ad summa.

Virtus ergo ueræ orationis, est celsitudo charitatis.

Lata quippe est charitas, quæ inimicorum dilectione capitur.

Fraterna mala charitas lōganimitè portat.

Charitas autem uera est, & amicū dirigere in Deum, & inimicum diligere propter Deum.

Quis

Quisquis charitatem non habet, omne bonum amittit quod habet.

Vires, quas imperitia denegat, charitas subministrat.

Plerumque charitas quibusdam occupationibus præpedita, & integra flagrat in corde, & tamen non monstratur in opere.

Quia sol cum nube tegitur, non uiderur in terra, & tamen ardet in cælo: sic esse occupata charitas solet, & intus uim sui ardoris exurit, & foris flammæ sui operis non ostendit.

HIERONYMVS.

Terrarum longitudo non separat, quoscunque amor iungit.

ISIDORVS.

Quamuis nonnulli fide atque operibus sanctis uideantur esse participes, tamen quia priuantur charitate fraternæ dilectionis, nullum habent incrementum uirtutis.

Nullum præmium charitate pensatur.

Charitas enim uirtutum omnium obtinet principatum.

Tenenda cum sanctis uiris unitas charitatis: & quanto se unusquisque subtrahit mundo, tanto necesse est, ut se associet bonorum consortio.

Charitas in dilectione Dei & proximi constat.

Seruat autem in se dilectionem Dei, qui a charitate non diuiditur proximi.

Qui a fraterna societate secernitur, a diuinæ charitatis participatione priuatur.

A regno autem Dei se separant, qui semetipsos a charitate dissociant.

Perfecta charitas, est dilectio dei & proximi.

Omnis enim bonitas ex charitate & humilitate procedit.

CYPRIANVS.

A dissensionis malo continere suam linguam debet, qui nouit & diligit uinculum charitatis.

BASILIVS.

Qui charitate plenus est, tranquillo animo, & serenissimo uultu procedit.

Vir autem odio plenus, ambulat iracundus.

CAESARIVS.

Veram autem charitatem, & ueram obedientiam retinentes, nihil de nostris meritis præsumamus: sed de Dei uirtute confidamus.

Talia enim sunt sine charitate ieiunia, qualis sine oleo lucerna.

Nihil nobis prodest quod nos continuis uigilijs laboribusque conficimus, si intra nos charitatem non habemus.

Quia nihil prodest quod affligis corpus tuum, quando nihil proficit in corde tuo.

Si charitas uera & humilitas non adfuerint, de solo habitu religionis præsumere & credere non debemus.

EFFREM.

Charitas, columna & firmamentum, in anima sancta est.

DE PATIENTIA.

Caput III.

CHRISTVS.

Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. *Matth. 5.*
In patientia uestra possidebitis animas uestras. *Luc. 21.*

PETRVS.

Hæc est enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitias, patiens iniuste. *1. Pet. 2.*

Quæ enim gratia est, si peccantes & colaphizati suffertis? *Ibidem.*

Sed si bene facientes, patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. *Ibidem.*

PAVLVS.

Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spem. *Rom. 5.*

Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. *Ibidem.*

Si fieri potest, quod in uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. *Rom. 12.*

Patientia enim uobis necessaria est, ut uoluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. *Heb. 10.*

Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. *Heb. 12.*

IACOBVS.

Patientia autem opus perfectum habeat, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. *Iacob. 1.*

Beatus uir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. *Ibidem.*

SALOMON.

Qui patiens est, multa gubernatur sapientia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam. *Pro. 14.*

Melior est patiens uiro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. *Pro. 10.*

Doctrina uiri per patientiam noscitur. *Pro. 19.*

Patientia lenietur princeps, & lingua molli constringet duritiam. *Pro. 25.*

Melior est patiens arrogante.

AVGVSTINVS.

Qui ergo fuerit patientior ad iniuriam, potentior constituetur in regno. *Eccles. 7.*

Quantum patiens est Dominus noster in sustinendis delictis nostris, tantum seuerus erit in discutiendis actibus nostris.

HIERONYMVS.

Si autem credentium pax Christus est, quicunque sine pace est, consequenter nec Christum habet.

Apud Christianos enim non qui patitur, sed qui facit contumeliam, miser est.

Grauius est sustinere quem nolis, quam deredere quem diligis.

Sicut ad proprias iniurias patientes esse debemus, ita si aliquem uiderimus erga Deum ore sacrilego blasphemantem, illi tenere non debemus patientiam, quin potius sacrilego resistere, & os blasphemum ueritatis responsione damnare,

A M B R O S I V S .

Ad faciem publicam patientiam fingunt, & in animo iracundiæ uirus abscondunt.

Ad nocendum parati, cum nocendi tempus aduenerit.

Tribus modis uirtus patientiæ exerceri solet.

Aliquando enim sunt quæ à Deo: aliquando quæ ab antiquo aduersario: aliquando quæ à proximo sustinemus.

A proximo namq; persecutiones, damna, & contumelias.

Ab antiquo aduersario tentamenta, à Deo autem flagella toleramus.

G R E G O R I V S .

Ad pacis donum nequaquam peruenire potest, qui pacem Domini discordiæ furore rumpit.

Patientia uera, est aliena mala unanimiter perpeti, & contra eum qui mala irrogat, nullo dolore morderi.

Sine ferro martyres esse possumus, si patientiam ueritatis in animo seruamus.

Tanto ergo quisq; minus ostenditur doctus, quanto minus conuincitur patiens.

Igitur, cum patientia relinquatur, etiã bona reliqua quæ iam gesta sunt, destruantur.

Patientia enim uera est, quæ & ipsum amat quem portat.

Nam tolerare & odisse, non est uirtus mansuetudinis, sed uelamen furoris.

Cum resistere possumus iræ superbientium, humiliter declinamus.

Gloriosius est iniuriã tacendo fugere, quam superare respondendo.

Supernus arbiter noster, etsi pondus considerat in retributione, tamen uires pensat in pondere.

Quantum læta mens fuerit per amorem, tantum erit & patiens per longanimitatem.

Tantum quisq; portat proximum, quantum amat: si enim amas, portas: si desistis amare, desistis & tolerare.

Quem minus diligimus, minus etiam toleramus.

B A S I L I V S .

Pacificus homo confortium angelorum merebitur: inuidus autem particeps demoniorum efficietur.

Qui patienter hic tolerat mala, in futuro gloriam merebitur.

Pax enim effugat discordias, inuidia autem copulat eas.

Sicut pax secreta mentis illuminat, ita inuidia occulta cordis occæcat: homo autem pacificus, securam possidet mentem. At inuidus in tribulatione est semper.

Fili, si cupis patientiam habere, moneo primum te ipsum, ut ad mandata diuina excites mentem tuam.

Ex abundantia lætitiæ pacificus homo dinoscitur, & ex uultu marcido & furore pleno, inuidus demonstratur.

Vir benignus etiam si patiatur iniuriam, pro nihilo ducit.

Iniquus autem etiam paruorum uerbum audiens à proximo, contumeliam arbitratur.

Qui enim amplectitur pacem in mentis suæ hospitio, mansionem preparat Christo: quia Christus pax est, & in pace consuevit requiescere.

Si quis tibi intulerit mala, ne irascaris: sed dolere potius pro eo, quia Deus illi irascitur.

I S I D O R V S .

Non autem potest esse in pace, qui spem suam ponit in homine.

Qui uitæ futuræ diligenter excogitat præmia, mala omnia uitæ præsentis æquanimiter portat.

Grauius torquetur impius, mundi excogitando comoda, quam iustus tolerando aduersa.

Qui enim bona mundi diligit, uelit nolit, timoris poenæ succumbit.

Patienter ab uno ferendum est, quod multis accidit tolerabile.

Pœna huius mundi breuis est: & qui affligit, & qui affligitur, mortalis est.

Malorum peruersitas non te occidit, sed erudit.

Habeto patientiam in aduersis: & promptior esto ad suscipienda, quam ad ferenda molesta.

Contumelias detrahentium patientia superat.

Sagittas contumeliæ, patientiæ clypeus frangit.

Contra linguæ gladium, patientiæ præbescutum.

Magna est uirtus, si non lædas, à quo læsus es. Maior uirtus, si etiam læsus remittas.

Maxima autem uirtus gloriæ, si, cui potuisti nocere, parcas.

C Y P R I A N V S .

Pacificos enim & concordēs Deo in domo sua habitare præcepit.

Ut qui filij Dei esse cœpimus, in Dei pace maneamus: & quibus spiritus unus est, unus sit animus & sensus.

Sacrificium Deo maius, est pax uera, & fraternæ concordia.

Qui pacem Christi & concordiam rumpit, aduersus Christum facit, qui dixit: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis.

Pacem quippe querere debet filius pacis.

Nec enim potest quis accipere dolorum & passionum coronam, nisi præcesserit in dolore & passione patientia.

Nec enim potest ueraciter bona docendo impendere, si uiuendo nescit æquanimiter aliena mala tolerare.

Quisquis lenis & mitis est, Dei patris imitator est.

I N V I T I S P A T R V M

dicitur:

Patens homo, riuuli fons est, omnibus exhibens delectabilem potum.

I O S E P H V S .

Vir enim patiens est, qui presentia non timet, & futura cogitat: & nescit trepidare, ubi est timor.

DE DILECTIONE DEI
& proximi. Cap. III.

CHRISTVS.

- Ioan. 14.* **Q**ui diligit me, mandatum meum seruabit.
Ibidem. Si diligitis me, mandata mea seruare.
Ioan. 15. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint: quodcunque uolueritis, petetis, & fiet uobis.
Ioan. 13. In hoc cognoscet omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.
1. Pet. 1. In fraternitatis amore simplici, ex corde in uicem diligite attentius.

PAVLVS.

- Rom. 9.* Dilectio proximi, malum non operatur.
Ibidem. Plenitudo ergo legis, est dilectio.
Ephes. 5. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odore suauitatis.
Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.
1. Cor. 2. Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit Deus Ihs qui diligit illum.

IOANNES.

- 1. Ioan. 2.* Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est.
Ibidem. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est: & in tenebris ambulat, & nescit quod eat: quoniam tenebræ occaecauerunt oculos eius.
1. Ioan. 4. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.
Ibidem. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est.
Ibidem. Hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.
Ibidem. Qui autem non diligit fratrem suum quem uidet, Deum quem non uidet, quomodo potest diligere?

IESVS SYRACH.

- Prou. 17.* Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur.
Eccles. 3. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur.
Eccles. 7. Dilige eum qui fecit te, & ministros eius nõ derelinquas.
Eccles. 13. Dilige Deum, & inuoca eum in salute tua.
Ibidem. Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi.
Ibidem. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur.
Eccles. 27. Dilige proximum, & coniungere fide cum illo.
Ibidem. Sicut qui dimittit aum de manu sua, sic qui dereliquisti proximum tuum.
Eccles. 34. Oculi Domini in diligentes se.

AVGVSTINVS.

Vita nostra dilectio est: si uita nostra dilectio est, mors odium est.
 Hominem enim uincis humana sollicitate, diabolus uincis inimici dilectione.
 Enutriatur in te dilectio, quæ sola ducit ad uitam.

Non autem carnalis, sed spiritalis inter uos debet esse dilectio.

Nihil preciosius Deo, uirtute dilectionis:

Nihil desiderabilius est diabolo, extinctione charitatis.

HIERONYMVS.

Sanctus amor impatientiam non habet, falsus rumor citò opprimitur.

Omni hominem fratrem tuum iudica esse: memento quòd unus artifex condidit nos.

Amor ordinem nescit.

Facilius enim negligentia emendari potest, quam amor nasci.

AMBROSIVS.

Proximos autem nostros tunc diligimus sicut nos, si non propter accepta beneficia uel impetrata, sed propter hoc tantummodo, quia sunt naturæ nostræ participes.

Acquirit filium, qui fratrem acquirit amore.

GREGORIVS.

Probatio ergo dilectionis, exhibitio est opis. Qui diligit Deum, & eius mandata custodit, in illius cor Dominus uenit, & mansorem facit.

Nec enim posset quisquam diligere Deum, si eum quem diligit, non haberet.

In proximi enim dilectione dinoscitur, qualiter perueniri debeat ad amorem Dei.

Ij nimirum & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur, qui amorem suum non spiritualiter, sed carnaliter impendunt.

Sicut autem ignis amoris, mentem erigit: ita ignis malitiæ mentem inuoluit.

Amando enim Deum, nostra in nobis mala persequimur.

Diligendo enim proximum, in quo prodesse possumus, festinamus.

Sicut mors corpus interimit, sic amor è rerum corporalium, æternæ uitæ charitas occidit.

Vis amoris hoc agere solet in animo, ut quæ ipse semper cogitat, nulli alii credat ignorare.

Sancta enim desideria ex dilectione crescunt: si autem dilatione deficiunt, desideria non sunt.

Quicquid præcipitur, in charitate sola pensatur.

Nec Deus uerè sine proximo, nec proximus uerè diligitur sine Deo.

Si quis autem quemlibet amat, & propter Deum non amat, charitatem non habet, sed habere se putat.

Charitas autem uera est, cum & in Deo diligitur amicus, & propter Deum diligitur numericus.

Ille enim propter Deum diligit eos quos diligit, qui etiam eos diligere scit, à quibus non diligitur.

BASILIIVS.

Vnaquæque anima, quantum lata fuerit in amore proximi, tantum alta erit in cogitatione Dei.

Qui diligit fratrem, in tranquillitate est cor eius,

Fratrem

Fratrē uerò odiēs, tēpestate circundatus est.
Ex toto igitur mente tua dilige Deum, ut in omnibus actibus tuis placeas illi.

Deus enim nō tantum uult uerbis diligi, sed corde puro, & operibus iustis.

Magis ergo omnibus diligamus Deum, qui & nos & parētes nostros proprijs manibus finxit: & cuncta nobis bona, quæ erga nos geruntur, quotidie eius beneficijs adscribamus.

Christus diligendus est supra parentes, quia non nobis tribuunt parentes ea, quæ Christus.

Proximum tuum habeto, tanquam unum ex membris tuis.

Cum nobis Deus magna beneficia præstat, nihil extgit à nobis, nisi ut diligamus eum, & tēpla nostra ei seruemus: ut ille semper in nobis habitet, & nos in illo permaneamus.

ISIDORVS.

Ex toto corde Christum non diligit, qui hominem odit.

Dilectio Dei, morti comparatur: dicente Solomonone, Valida est ueritas mors dilectio.

Sicut mors uiolenter separat animam à corpore, ita dilectio Dei uiolenter segregat hominem à mundano & carnali amore.

Diligendo proximum, purgas oculum ad uidentium Deum.

Qui Dei præcepta contēnit, Deū nō diligit. Neq; enim regem diligimus, si odio leges eius habemus.

Nec poterit Deum diligere, qui noscitur in proximi dilectione errare.

Bonorū discretio est, nō odisse personas, sed culpas: & recta pfallis nō spernere, sed pbare.

Qui imperfecti sunt in Dei amore, sæpe se à uitijs separare disponunt: sed pondere uitiorum aggrauati, rursus ad ea uitia quæ optant relinquere, reuoluuntur.

Minus quàm inter duos, dilectio Dei esse non potest.

Multū in terra diuersus est, qui carnaliter hominem moriturum plus diligit quàm oportet.

Dum rem amore concupiscimus temporallem, amittimus ueram dilectionem.

Amādo enim Deum, nostra in nobis mala persequimur.

Diligendo autē proximum, in quo prodesse possumus, festinamus.

CYPRIANVS.

Deus, inquit, dilectio est: & qui manet in dilectione, in Deo manet, & Deus in eo.

Cum Deo non possunt manere, qui esse in ecclesia Dei unanimes noluerunt.

IN LIBRO CLEMEN-
tis dicitur,

Stultū est enim aliquid amare plus q̄ Deū. Menti enim quam repleuerit memoria Dei, maligno non dabitur locus.

EFFREM.

Si quis autem dilexerit Deum, illius in terra non erit mens: sed semper superiora desiderat quæ amat.

Inde educatur, inde illuminatur, inde reficitur, tanquam de dulcissimo fonte.

DE HUMILITATE,
Caput IIII.

CHRISTVS.

Dilicite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiē animabus uestris. *Matth. 11.*

Deus per Prophetam dixit: Ad quem autē respiciam, nisi ad pauperulum & contritū spiritū, & tremētem sermones meos. *Esai. 66.*

Omnis enim qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *Luc. 14.*

PETRVS.

Omnem autem inuicem insinuate humilitatem: quia Deus superbis resistit, humilibus autem gratiam dat. *1. Pet. 5.*

Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitacionis. *Ibidem.*

IACOBVS.

Humiliamini in cōspectu Dei, & exaltabit uos. *Iacob. 4.*

PAVLVS.

Estote unanimes, id ipsum sentientes, nihil per contentionem, neq; per inanem gloriā, sed in humilitate superiores sibi inuicē arbitrātes. *Philip. 2.*

Nō alta sapiētes, sed humilibus cōsentiētes, *Rom. 12.*

SALOMON.

Ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. *Pro. 11.*

Ubi autem humilitas, ibi & sapientia. Superbum sequitur humilitas, & humilē spiritu suscipiet gloria. *Pro. 29.*

Prius quàm conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. *Pro. 18.*

Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. *Pro. 16.*

IESVS SYRACH.

Quanto magnus es, humiliata te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. *Eccles. 3.*

Ab humilibus honoratur Deus. *Ibidem.*

Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris. *Eccles. 13.*

Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. *Eccles. 29.*

ORIGENES.

Si humilis & quietus non fueris, non potes habere in te gratiam spiritus sancti.

AVGVSTINVS.

Deus humilis factus est, erubescat homo fieri superbus.

Semper conscientia serui Dei humilis esse debet & tristis: scilicet ut per humilitatem non superbiat, & per utilem moerorem, cor ad lasciuam non dissoluat.

Illam namq; attendit laudem Dei, & uerba oris eius, cuius ceruicem inclinat humilitas, & non erigit superbia.

HIERONYMVS.

Ad summam uirtutum, non potentia, sed humilitate uenitur. *60*

GREGORIVS.

Cor quippe carnale, dum huius uitæ quarit gloriam, humilitatem respuit.

Humilit

Humilitas quantum inclinatur ad ima, tantum proficit in excelsa.

Tantum enim necesse est ut se unusquisque in humilitate deprimat, quantum, si sit electus, ignorat.

Quamuis bona sua unusquisque in proximo suo percipiendo ostendat, recta non erunt, si humilitate caruerint.

Qui enim humilis fuerit, exaltabitur in gloria.

Magna uirtus humilium est: qui ex desiderio loca ultima tenentes (si per humilitatem in altum non se subleuant) celestis regni purpuram in mente seruant.

Via Domini ad cor dirigitur, cum ueritatis sermo humiliter auditur.

In cunctis se despicit, qui in suis oculis esse humilem profiteatur.

Qualibet adint: nulla opera sunt nisi humilitate condiantur.

Tanto ergo esse debet humilior quisque ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione.

Eam quippe, quam non inuenit humilem, ueritas fugit mentem.

Illic eos a sorte humilium iudex separat, qui se hic in superbia cornibus exaltant.

Humiles donum accipiunt, quo a se corda superbientium repellunt.

BASILIVS.

Humilis licet habitu uilissimus sit, gloriosus tamen est uirtutibus.

Superbus autem etsi decorus uideatur aspectu, tamen operibus uilis est.

ISIDORVS.

Qui enim sine humilitate congregat uirtutes, quasi inuentum puluerem portat.

Cogitatio cordis nostri tanto apud Deum in imo est, quanto ab hominibus in alto.

Et humilitas cordis nostri tantum apud Deum in alto est, quantum hominibus in imo.

Humilia ualde spiritum tuum, quoniam uita carnis impia, ignis & uermis est.

Sine humilitate & charitate, uirtus que libet in uitium deputabitur.

Summa monachi uirtus, est humilitas.

Summum eius uitium, superbia.

Esto in humilitate fundatus, esto omnium nouissimus & ultimus.

Humilia te, ut exalteris: minimum te fac omnibus: nulli te praponas: nullum te superbiorem reputes.

Aestima omnes superiores esse te.

Quamuis summus cum sis, humilitatem tenet: quia si humilitatem teneris, gloriosus eris. Quantum enim humilior fueris, tantum te sequetur altitudo gloria.

Descende, ut ascendas: humilifare, ut exalteris: ne exaltatus humilifaris.

Humilitas lapsum non nouit.

Humilitas lapsum nunquam passa est.

Qui enim sibi uilis est, ante Deum magnus est.

Et qui sibi displicet, Deo placet.

Esto igitur paruus in oculis tuis, ut sis magnus in oculis Domini.

Bedæ tom.7.

Tanto enim eris preciosior ante Deum, quanto fueris despectior ante oculos tuos.

Porta quoque semper uerecundiam in uultu, de recordatione delicti.

Puluis es, & in puluere sede.

Cinis es, & in cinere uiue.

In summo honore, summa tibi sit humilitas. Non te extollat honor. Tanto maiore humilitate eris perspicuus, quanto maiore dignitate magis probatus.

CAESARIVS.

Nunc enim uera humilitas, & uera obedientia sine charitate, aut erunt, aut esse poterunt.

Quia sicut ignis sine calore uel splendore non est, ita & charitas sine humilitate & uera obedientia esse non potest.

IN VITIIS PATRVM.

Corporalis labor, dux est humilitatis.

Omnis enim labor sine humilitate uanitas est.

Humilitas nec ipsa irascitur, nec alijs irasci permittit.

Humilitas est, si, quando peccauerit in te frater tuus, antequam ille poeniteat, indulgeris ei.

Sicut Ioannes praecursor fuit Iesu, omnes traheus ad eum, ita & humilitas praecursor est charitatis.

Qui non habet charitatem, perdit uitam.

DE INDVLGENTIA.

Caput V.

CHRISTVS.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius, reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offer munus tuum.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet uobis & pater uester celestis delicta uestra: si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra.

PAVLVS.

Cum patientia supportantes inuicem, & donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut Deus donauit uobis, ita & uos.

PETRVS.

Non reddentes malum pro malo, uel maledictum pro maledicto, sed e contrario benedictes: quia in hoc uocati estis, ut benedictione hereditatem possideatis.

SALOMON.

Ne dicas, reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te.

Remitte proximo tuo nocenti te, & tunc de precanti tibi peccata soluentur.

AVGVSTINVS.

Unusquisque talem indulgentiam accepturus est a Deo, qualem & ipse dedit proximo suo.

HIERONYMVVS.

Quomodo Deus in Christo nobis nostra peccata donauit, sic etiam nos ipsi qui in nos peccant, dimittamus,

GREGO.

GREGORIVS.

Ille recte sui delicti ueniam postulat, qui hoc quod prius in ipso delinquitur, relaxat.

Dimittamus enim quod debetur nobis, ut dimittatur quod debetur à nobis.

Tunc quisque quod recte petit, adipiscitur, quum eius animus in petitione nec inimici oratio fuscatur.

Fundit os pro aduersario precem, sed utinã cor teneat amorem.

Cum diligendo lucrũ de inimicis facere possumus, etiam ipsi amici sunt, qui persequuntur.

Nec curat antiquus hostis, ut terrena tollat à nobis, sed ut charitatem in nobis feriat.

ISIDORVS.

Non enim possunt peccata dimitti ei, qui in se peccanti debita non dimittit.

Qui fratrem suum tardius sibi cõciliat, Deũ sibi tardius placat.

Frustra enim propitiare Deum querit, qui cito placari proximo negligit.

Quomodo deus in Christo nobis nostra peccata donauit, sic & nos, ijs qui in nos peccant, dimittamus.

Ignoscẽdum est cuius, dum ueniam postulat.

CAESARIVS.

Qui enim in se peccanti clementer indulserit, nullum peccati uestigium in illius anima remanebit.

ANASTASIVS.

Si non dimittis iniuriam quæ tibi facta est, non orationem pro te facis, sed maledictionẽ super te inducis.

Sic enim dicis: Sic mihi dimitte, sicut & ego dimissi.

IN COLLATIONIBVS.

Tantum enim remittitur nobis, quãtum nos remiserimus eis, qui nobis quacunque malignitate nocuerunt.

CYPRIANVS.

Quisquis enim illi, qui in eum peccauit, dimittit ignoscendo peccatum, sine dubio elemosinam facit.

DE COMPVNCTIONE.

Cap. VI.

CHRISTVS.

Ioh. 16. Amen amen dico uobis, Quia plorabitis, & flebitis uos, mundus autem gaudebit: uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium.

PAVLVS.

Rom. 12. Gaudete cũ gaudentibus, flete cum fletibus. **1. Cor. 7.** Qui flet, tanquã non flentes sint: & qui gaudent, tanquam non gaudentes.

IACOBVS.

Iacob. 4. Miseri estote, lugere & plorate: risus uester in luctum conuertetur, & gaudium in moerorem.

SALOMON.

Proverb. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.

AVGVSTINVS.

Qui non habet compunctionem, non habet mundam orationem.

Thesaurus est bona compunctio, & inenarrabile gaudium in anima hominis.

Anima hominis quæ in oratione compungitur, ualde illi proficit ad salutem.

HIERONYMVS.

Non minus laudandus est uir fortis in luctu, quã in bello.

AMBROSIVS.

Vox enim psalmodiæ cum intentione cordis agitur: per hanc omnipotenti Deo iter ad cor paratur, ut intentæ menti prophetiæ mysteria, uel compunctionis gratiam infundat.

Cum per orationẽ compunctio infunditur, uia nobis in corde, per quam ad Iesum in fine peruenitur, paratur.

Irriguum quippe superius accipit anima, cũ se se in lachrymis coelestis regni desiderio affligit: irriguum uerò inferius accipit anima, cũ inferni supplicia flendo pertimescit.

Reuertentes nos Dominus clementer amplectitur: quia peccatorum uita ei esse indigna iam non potest, quæ fletibus lauatur.

Non dubitare debemus, circa finẽ iustificandi hominem, per pœnitentiæ compunctionẽ. Sed quia rarò id fieri solet, metuendum est, ne dum ad finem differtur conuersio, insperata ante occupet mors, quã subueniat pœnitentia. Non ergo in fletibus, non in actibus, sed in Domino confidamus.

Quia ergo post baptismum inquinamus uitam, baptizemus in lachrymis conscientiam.

Inquinati post aquam salutis, renascamur ex lachrymis.

BASILIVS.

Vbi autẽ fuerint lachrymæ, spiritalis ignis accenditur, qui secreta mentis illuminat.

ISIDORVS.

Prius enim purganda lachrymis sunt uitia quæ gelsimus, & tunc mundata mentis acie, id quod querimus contemplerur: ut dum antea flendo à nobis peccati caligo detergitur, mundatis cordis oculis liberè superna inspiciantur.

Qui ueras lachrymas indesignenter fundit, & tamen peccare non desinit, hic lamentum habet, sed mundationem non habet.

Compunctio cordis, est humilitas mentis, cum lachrymis oriens de recordatione peccati, & timore iudicij.

Illæ est conuersis perfectior compunctionis affectio, quæ omnes à se carnalium desideriorũ affectus repellit: & intentionem suam toto mentis studio in Dei contemplationem defigit.

Geminam esse compunctionem dicimus, quia propter Deum anima cuiusq; electi efficitur: id est, uel dum operum suorum mala considerat, uel dum desiderio æternæ uitæ suspirat.

Quatuor sunt qualitates affectionũ, quibus mens iusti salubriter tadio compungitur, hoc est, memoria præditorum facinorum: confidens ratio peregrinationis suæ in huius uitæ longinquitate.

quitate: recordatio pœnarum futurarum, & desiderium supernæ patriæ, quatenus ad eam quâ tocyus ualeat peruenire.

Sunt qui ex uera cordis compunctione sui accusatores fiunt: sed tantum ad se esse peccatores assignant, ut ex ficta humilitate confessio- nis, locum inueniât sanctitatis.

Lachrymæ enim pœnitentiæ apud Deum pro baptisinate reputantur.

Quapropter dilige lachrymas, & suaves tibi sint lachrymæ.

Delectent te semper luctus & lachrymæ.

Esto tantum pronus ad lamenta, quâ- tum sui pronus ad culpam.

Qualis tibi fuit ad peccandum intentio, talis sit ad pœnitendum deuotio.

Grauiam em peccata, grâdia lameta desiderat.

E F F R E M.

Beatus nanq; est, & ter beatus, quisquis habet compunctionem secundum Deum.

Compunctio, sanitas est animæ.

Compunctio, illuminatio est animæ.

Compunctio, remissio peccatorum est.

Compunctio, spiritum sanctum perducit ad se.

Compunctio, unigenitum Christum facit habitare in se.

Lachrymæ apud Deum fiducia dât semper.

Vbi lachrymæ abundant, ibi cogitationes fordida non approximant.

D E O R A T I O N E.

Cap. VII.

C H R I S T V S.

Matth. 21. **O**Mnia quæcunq; petieritis, in oratione credentes, accipietis.

Luce 21. Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.

Matth. 24. Orate autem, ne fiat fuga uestra in hyeme uel sabbato.

P E T R V S.

1. Petr. 3. Impertinentes inuicem honorẽ tanquam cohortibus gratiæ uitæ, ut non impediatur orationes uestræ.

P A V L V S.

Rom. 12. Orationi instantes, orantes omni tempore in spiritu, uigilantes in omni iustitia.

I A C O B V S.

Iacob. 5. Orate pro inuicem, ut saluemini.

Ibidem. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua.

S A L O M O N.

Pro. 15. Longè est Dominus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet.

Eccles. 7. Melior est finis orationis, quàm principium.

Eccles. 18. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quali homo qui tentat Deum.

Eccles. 35. Qui conseruat uerbum, multiplicat orationem.

Eccles. 34. Deprecationem læti exaudiet Deus.

Ibidem. Oratio humiliantis se, nubem penetrabit.

Eccles. 38. Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Deum, & ipse curabit te.

Bedæ tom. 7.

Auerte a delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. *Ibidem.*

A V G V S T I N V S.

Orationibus mundamur, lectionibus instrumur: utrunq; bonum est si liceat: si nõ liceat, melius est orare quàm legere: quia in lectione cognoscimus quid facere debemus, in oratione eadem accipimus quæ postulamus.

Nec die uaces, neque nocte: sed quum somnus de oculis tuis ceciderit, tunc sensus tuus in oratione uigilet.

Oratio munda a peccatis habet salutem.

In oratione paratus esto: ostende conscientiam cordis tui, ut ampliorẽ gratiã cõsequaris.

H I E R O N Y M V S.

Sicut militem sine armis ad bellum exire nõ cõuenit, ita homini Christiano procedere quolibet sine orationibus non expedit.

Egredientes de hospitio, armet oratio.

Regredientibus de platea, oratio occurrat.

G R E G O R I V S.

Quanto grauiori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi ardentius insistere debemus.

Ad Deum quippe corda cum manibus leuare, est orationi nostræ studium cum merito boni operis imponere.

Citius ad precem iudex flectitur, si a prauitate sua petitor corrigatur.

Ille ergo in nomine Saluatoris petit, qui illud petit, quod ad ueram salutem pertinet.

Nam si id quod non expedit, petitur, non in nomine Iesu petitur.

Cum uero orationi uehementer insisterimus, stat Iesus ut lucem restituat: quia Deus in corde figitur, ut lux amissa reparetur.

Qui autem terrenis actibus liber, soli Deo uacare meruit, pro delinquentibus, proximis exoret.

Ea quæ perscrutari in nobismetipsis plenius nitimur, sæpe uerius orando, quàm inuestigando penetramus.

I S I D O R V S.

Oratio cordis est, non laborum: neq; enim uerba deprecantis Deus intedit, sed orantis cor aspicit.

Melius est autem cum silentio orare cordis, quàm solis uerbis sine intuitu mentis.

Quod si tacite cor oret, & uox sileat, quauis homines lateat, Deum latere non potest, qui conscientia præsens est.

Pura est oratio, quam in suo tempore seculi non interueniunt curæ.

Longè quippe a Deo est animus, qui in oratione cogitationibus seculi fuerit occupatus.

Tunc ergo ueraciter oramus, quando aliunde non cogitamus.

Sed ualde pauci sunt, qui tales orationes habeant: & licet in quibusdam sint, difficile est tamē ut semper sint.

Sicut orationibus regimur, ita psalmodum studijs delectemur: psallendi enim utilitas, tristia corda consolatur.

Tantus esse debet orantis erga Deum affectus,

z z cius,

cius, ut non desperet precis effectum.

Inaniter autem oramus, si spei fiduciam non habemus.

Qui à præceptis Dei auertitur, quòd in oratione postulat, non merebitur.

Si autem id quod præcepit Deus, facimus, id quod petimus sine dubio obtinemus.

Oratio in præsentem tantum uitam pro remedio peccatorum effunditur, Psalmorum autem decantatio perpetuam Dei laudem demonstrat, & gloriam sempiternam.

Dei seruus quotiens quolibet tãgitur uitio, totiens ad orationem se subdat.

Quia frequens oratio, uitiorum impugnationem extinguit.

Tamen perseueranter intèdere oportet animi nostrum orando atq; psallendo, quousq; importunas desideriorum carnalis suggestiones, quæ nostris obstrepunt sensibus, fortissima intentione superemus.

Dum enim oramus, ad memoriam culpam reducimus.

Cum Deo assistimus, gemere & flere debemus, reminiscètes quàm graua sint scelera quæ commisimus, & quàm dura inferni supplicia, quæ timeamus.

Mens enim nostra cœlestis est: & tunc orando Deum bene contemplatur, quando nullis terrenis curis aut erroribus impeditur.

Purgandus est itaq; primùm animus, atq; temporalium rerum cogitationibus segregandus, ut pura acies cordis ad Deum uerè & simpliciter dirigatur.

Tunc impetrari diuinam misericordiam credimus, quando simplici affectu assistimus cum oramus.

Tunc autem magis diabolus cogitationes curarum secularium humanis ingerit mētibus, quando orantes aspexerit.

Qui læditur, non desistat orare pro se læditibus: alioquin iuxta Dei sententiam peccat, qui pro inimicis non orat.

Nihil proficit oratio illius, cuius adhuc dolor in mente, uel odium manet in pectore.

Cor enim cum manibus leuat, qui orationem cum opere subleuat.

Quisquis orat, & non operatur, cor leuat, & manus non leuat.

Quisquis ergo operatur & non orat, manus leuat, & cor non leuat.

Ergo & orare necesse est, & operari.

Culpabiliter ad Dominum manum erigit, qui facta sua orando iactanter prodit.

Qui enim iactanter orat laudem appetendo humanam, non solum oratio eius non delet peccatum, sed etiam ipsa uertitur in peccatum.

Quoties orantes non citò exaudimur, nostra nobis facta in oculis proponamus: ut hoc ipsum quod differtur, diuinæ reputetur iustitiæ, & culpæ nostræ.

Sæpè enim multos Deus non exaudit ad uoluntatem, ut exaudiat ad salutem.

Non enim conciliat Deum multiplex oran-

tis sermo, sed purissima sincera que orationis intentio.

Oratio frequens diaboli facula submouet.

Oratio continua diaboli tela exuperat.

Immundos enim spiritus orationis uincit instantia, quia dæmonia per orationem uincuntur.

IN LIBRO CLEMENTIS.

Disciplina nobis est orare pro interfecto-
ribus, & pro persecutoribus nostris.

BASILIVS.

Oratio namq; grandis monitio est anima.

Per orationes purissimas omnia nobis utilia tribuuntur à Domino, & cuncta noxia procul dubio effugantur.

CYPRIANVS.

Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna cum iustitia.

Cito orationes ad Dominum ascendunt, quas ad eum merita nostri operis imponunt.

CAESARIVS.

Sic lectioni & orationi debetis incumbere, ut interdum etiã manibus aliquid possitis exercere.

ISIDORVS.

Duobus modis oratio impeditur, ne impetrare quisq; ualeat postulata.

Hoc est, si aut mala quisq; adhuc committit, aut si delinquenti sibi debita non dimittit.

IN VITIS PATRVM.

Sicut uenenata animalia fortiores herbe uel pigmenta expellunt, ita & cogitationes sordidas oratio cum ieiunio repellit.

Quales orationes uolumus inuenire, tales nos ante tempus in orationem præparare debemus.

Christo enim mens coniuncta, & præcipue tempore orationis intenta, nihil malum, nihil superfluum recipit.

DE CONFESIONE.

Cap. VIII.

CHRISTVS.

OMnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. *Matth. 10.*

PAVLVS.

Ore autem confessio fit ad salutem. *Rom. 10.*

IACOBVS.

Confitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro inuicem, ut saluemini. *Iacob. 5.*

SALOMON.

Qui abscondit peccata sua, non dirigetur. *Proverb. 28.*

Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. *Ibidem.*

IOANNES.

Si dixerimus, Quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. *1. Ioan. 1.*

Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, ut remittat nobis peccata nostra, & non det nos ab omni iniquitate. *Ibidem.*

IESVS SYRACH.

Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subicias te omni homini pro peccato. *Ecles. 4.*

Confite-

Eccles. 17.

Confiteberis uictis, uictus & sanus confiteberis, & laudabis Dominum, & gloriaberis in miserationibus illius.

ORIGENES.

Si dixeris peccata tua prior, exaudiet te Dominus tanquam populum suum.

AUGUSTINVS.

Confessio omnium malorum, in initium est omnium operum bonorum.

Qui confitetur peccata sua, & accusat se, ra sita, cum Deo facit pactum.

Ferto patrem erudiantem, ne sentias iudicem punientem.

Tempus confessionis est, confiteri quæ fecisti, quæ in uerbo, quæ in opere, quæ in nocte, quæ in die.

Cōfiteri in tempore opportuno, & in die salutis accipies celestem thesaurum.

HIERONYMVS.

Ridiculum est, debilitato & fracto toto corpore, uulnera pauca monstrare.

AMBROSIVS.

Nec enim potest ei adhiberi remedium, cuius est uulnus occultum.

GREGORIUS.

Non uult Deus ulcisci malitiam, qui confiteri delicta persuadet.

Optat Deus dissolui confitentes, ne contumaces punire cogatur.

Tantumque erit homo sarcinis peccatorum grauatus, quantum à bonis operibus fuerit alienus.

Ea quæ ingrata esse hominibus solet importunitas, iudici ueritatis placet.

Qui delinquentes uulnera conclusa in pectore retinent, quanto amplius silentio premunt, tanto grauiorem dolorem intrinsecus nutriunt.

Nam cum putredo quæ intrinsecus fuerit, eij citur, ad salutem dolor aperitur.

Omnis quippe peccator dum culpam suam intra conscientiam abscondit, intrinsecus latet, & in suis penetralibus occultat.

Peccatores Deus uidet & sustinet: resistentes Deus tolerat, & damnat: & quotidie per Euangelium clementer uocat.

Confessionem nostram ex puro corde desiderat, & cuncta quæ delinquimus, relaxat.

Peccati uirus salubriter aperitur in confessione, quod pestiferè latebat in mente.

Confitendo peccata, quid aliud agimus, nisi qui malum quod in nobis latebat, aperimus?

Peccator enim conuersus de peccatis in fletum, iam iustus esse inchoat, cum cœperit accusare quæ fecerit.

ISIDORVS.

Qui peccata sua hominibus occultat, & per semetipsum confessi non fuerint, Deum quem te stem habent, ipsum habebunt ultorem.

Ex eo unusquisque esse iustus incipit, ex quo sui accusator extiterit.

Multi autem contra semetipsos peccatores fatentur, & tamen semetipsos à peccato non subtrahunt.

Magna iam iustitiæ pars est, seipsum noscere. Beda tom. 7.

re hominem, quod prauus sit: ut ex eo diuina uirtuti subdatur humilior, ex quo suâ infirmitatem agnoscit.

Bene se iudicat iustus in hac uita, ut non iudicetur à Deo damnatione perpetua.

Tunc autem iudicium de se quisque sumit, quando per dignam poenitentiam sua praua facta condēminat.

Duplicem habere debet fletum in poenitentia omnis peccator, siue quia per negligentiam bonum non fecit, seu quia malum per audaciā perpetravit.

Quod enim oportuit non gessit, & gessit quod agere non potuit.

Quadam enim iam iustitię portio est, iniquitatem suam homini non abscondere: & in semetipso de peccatis proprijs erubescere.

Qui illatas sibi contumelias tranquillo animo prodit, dolorē cordis aperit, & uirum quod seruet in animo, facile resistit.

Vulnera enim mentis aperta, cito exultant: clausa, nimis exulcerant.

Confessio enim hominem iustificat, confessio peccati ueniam donat.

Omnis spes in confessione consistit, in confessione locus misericordię.

Peccatum proditum cito curatur.

Crimen autem tacendo ampliat.

Si patet uitium, fit ex magno pusillum.

Si latet uitium, fit ex minimo magnum.

Silentio culpa crescit.

BASILIUS.

Melior enim est in malis factis pura confessio, quam in bonis operibus superba gloriatio.

IN LIBRO CLEMENTIS.

Tacentibus non facile potest medela opportuni & necessarij sermonis adhiberi.

Proferre debet unusquisque, in quo animus per ignorantiam languet.

DE POENITENTIA.

Cap. IX.

CHRISTVS.

Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. *Matth. 3. 4.*

PETRVS.

Poenitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum; & accipietis donum spiritus sancti. *Act. 2.*

PAVLVS.

Iis quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem querunt, uitam æternam: ijs autem qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio. *Rom. 2.*

SALOMON.

Quam bonum est correptum manifestare poenitentiam: sic enim effugies uoluntarium peccatum. *Eccles. 10.*

Ne dixeris: Peccaui, & quid accedit mihi tristes? Altissimus enim patiens est redditor. *Eccles. 5.*

De propitiato peccato noli esse sine metu. *ibidem.*

Z 3 necq

neque adicias peccatum super peccatum.

Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.

Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei.

Ibidem.
Eccles. 12.

Memèto quoniam oēs in corruptione sumus. Altissimus odio habet peccatores, & misericors est poenitentibus.

Eccles. 17.

Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua.

Eccles. 23.

Fili, peccasti, ne adicias iterum, sed & de prius factis deprecare, ut remittantur tibi.

Ibidem.

Quali à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad illa, suscipient te.

ORIGENES.

Poenitentia quamuis sit exigua, non despiciatur apud iudicem iustum Deum.

AUGUSTINVS.

Ille uerò, qui sira scelera cogitat, & statim conuersus fuerit, ueniam sibi credat.

Si enim tunc uis poenitentiam agere, quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

Impia anima plangitur in malis, dum sperat de bonis.

HIERONYMVS.

Utinam tam citò conuerratur peccator ad poenitentiam, quam citò Dominus preparatus est praefinitam mutare sententiam.

Non enim longitudinem temporis requirit Dominus, sed affectum sinceritatis poenitentis pensat.

Qui enim in Christo tota mente confidit, etiam si ut homo lapsus mortuus fuerit in peccato, fide sua uiuet in aeternum.

Cauendum est uulnus, quod dolore curatur. Putredo carnis ferro indiget & cauterio.

Catena, fordes & comae, non sunt diadematis signa, sed fletus & lachrymarum.

Saccus & ieiunium, arma sunt poenitentiae, & remedium peccatorum: quia inanis uenter & habitus luctuosus Deum deprecantur.

Deus natura misericors est, & paratus ut saluet clementia, quod non potest saluari iustitia.

Nos autem uitio nostro paratam misericordiam, & ultrò se offerentem, perdimus & derelinquimus.

Dominus nec bona implet, quae sanctis promissit, si illi reuertantur ad uitia: nec mala quae peccatoribus comminatur, si illi reuerſi fuerint ad salutem.

Homo iniquus, qui per nefas perituras diuitias congregauit, si aliquando conuersus eiterdere cupit aeterna supplicia, debet ita agere, ut multitudinem peccatorum possit exaequare uerbate uirtutum.

HILARIVS.

Poenitudo enim mores mutat, & longi temporis crimina in actu oculi pereunt, si cordis natura fuerit compunctio.

GREGORIVS.

Nec enim delictis satisfacimus, si ab iniquitate non cessamus.

Qui commisit prohibita, sibi metipſi abscondere debet concessa: & se reprehendat in minimis, qui meminit deliquisse in maximis.

Satis alienus à fide est, qui ad agendam poenitentiam tempora senectutis expectat.

Metuendum est, ne dum sperat misericordiam, incidat in iudicium.

Poenitentiam quippe agere, est perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare.

Nam qui sic peccata deplorat, ut tamen alia committat, adhuc poenitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat.

Deus omnipotens laborare se denunciat, cum duras hominum prauitates portat.

Si quis te de peccato forinsecus correxerit, tu confitere interius quod ille nescit.

Nec enim potest esse gratia delictorum, nisi ubi fuerit uenia peccatorum.

Maius ergo de peccatore conuerso, quam de iusto stante gaudium sit in caelo.

Necessarium est ergo ei, qui uult se omnimodo purgare à peccato, primum ipsas culpas succidere.

Internus iudex mentem potius quam uerba considerat.

Nunquam peccatores ad lamentum poenitentiae redirent, si nulla essent bonorum exempla, quae eorum mentem traherent.

Omne enim peccatum graue est, quia non permittit animam ad sublimia leuari.

Nec enim tunc ueniam inueniet, qui modò aptum ueniae tempus perdit.

Ibi iam à Deo non potest mereri quae petis, qui hic noluit audire quod iussit.

Qui tempus congruae poenitentiae perdit, frustra ante regni ianuam cum precibus uenit.

ISIDORVS.

Poenitentia agenda est, non uerbo, sed facto. Citò corripitur culpa, quae citò manifestatur.

Tardius autem sanatur uulnus, cui iam putrescentibus membris longo post tempore curatio adhibetur.

Nam qui consuetudinem facit peccandi, iam sepultus est.

Grande scelus, grandem habet necessario satisfactionem.

Qui ergo cupit esse certus in morte de indulgentia, sanus poeniteat, sanusque perpetrata factora desseat.

Laramini, mundi estote.

Lauatur itaque & mundus est, qui & praerita plangit, & flenda iterum non committit.

Lauatur & non est mundus, qui plangit quod gessit, nec deserit: & post lachrymas quae fleuerat, repetit.

Ei autem qui praue uiuendo, poenitentiam in morte agit, periculum est: sicut enim damnatio incerta est, sic & remissio dubia.

Ille poenitentiam dignè agit, qui reatum suum legitima satisfactione plangit: condemnando scilicet, ac desiendo quae gessit, tanto in deplorando profusus, quanto exiit in peccato procliuus.

Quamuis

Quamuis quisq; sit peccator & impius, si ad poenitentiam conuertatur, consequi creditur posse ueniam.

Festinare debet ad Deum poenitendo unusquisq; dum potest: ne, si dum non potest, uoluerit omnino: cum tardè uoluerit, non possit.

Amplius lætatur Deus de anima desperata, & aliquando conuersa, quàm de ea quæ nunq; extitit perditã.

Plus est enim gaudij coram Deo & angelis eius de eo qui à periculo liberatur, quàm de eo qui nunquam nouit peccati periculum.

Quanto contristat res perditã, tanto magis si fuerit inuenta, lætificat.

Multi superna respersi gratia, in extremis suis ad Deum reuertuntur per poenitentiam.

Et quæcunq; mala gesserunt, quotidianis fletibus purgant: atq; bonis factis mala gesta commutant, quibus iuste totum quod deliquerant, ignoscitur. Quia ipsi, quod malè gesserunt, poenitendo cognoscunt.

Est autem poenitentia medicamentum uulneris, spes salutis, per quam Deus ad misericordiam prouocatur: quæ non pensatur tempore, sed profunditate fletus & lachrymarum.

Poenitentia autè nomẽ sumptit à pœna, quia anima cruciatur, & mortificatur caro.

Qui uerò poenitentiam agunt, proinde capillos & barbã nutriunt, ut demonstrent abundantiam criminum, quibus caput peccatoris grauat.

Capilli enim pro uitij; ponuntur, sicut scriptum est:

Crinibus peccatorum suorum unusquisque constringitur.

Idcirco in cilicio poenitentiam agimus, ut & in punctione cilicij cognoscamus uitia, quæ per culpam commisimus.

Non tantum consideranda est mensura temporis, quantum doloris.

Quanta fuit in malo abruptæ mentis intentio, tanta necesse est sit in dilectione deuotio.

Duplex autem est poenitentia: gemitus: uel dum plangimus quod malè gessimus, uel dum non egimus, quod agere debueramus.

Iste autem uerè poenitentiam agit, qui nec poenitere præterita negligit, nec adhuc poenitenda committit.

Si bona est in extremis conuersio, melior tamen est quæ longè ante finem agitur, ut ab hac uita securius transeat.

In hoc seculo poenitentiam operantibus, Dei misericordia subuenit.

In futuro autem iam nõ operamur, sed rationem operum nostrorum ponimus.

Nullus desperare debet ueniam, etiamsi circa finem uitæ ad poenitentiam conuertatur.

Si enim poenitendo digna Deo acta gesserimus, seueritatem eius in clementiam commutabimus.

Deus qui nos malos tolerat, nõ dubium est, quin conuersis clementer ignoscat.

Sicut enim nõ oportet reminisci peccati affe-

ctus, sic necesse est unumquemq; suum in defendo commemorare peccatum.

Omne peccatum per poenitentiam recipit uulneris sanitatem.

Nihil autem peius quàm culpam agnoscere, nec deslere.

In hac uita tantum poenitentia patet libertas: post mortem uero nulla est correctio licentia.

Poenitentibus diuina clementia subuenit: & per poenitentiam indulgentia datur.

Vulnus iteratum, tardius sanatur.

Secundum morbum impendenda est medicina:

Iuxta uulnus adhibenda sunt remedia.

CAESARIVS.

Valde dura & nimium dolenda conditio est, omni intentione, studio tempus impendere, & fructum non recipere post laborem.

Dicit enim aliquis: Cum ad senectam uenero, tunc ad poenitentia medicamenta confugiam.

Quare hoc de se fragilitas humana præsumat, cum unam diem uitæ suæ in potestate non habeat?

Iniquitatem enim nostram si nos agnoscimus, Deus ignoscit.

Multi enim se credebant longo tempore uicturos, & ita illos mors repentina subtraxit, ut nec ad illam momentaneam possint poenitentiam peruenire.

Erubescimus modo paruo tempore poenitentiam agere, & non timemus sine ullo termino aeterna supplicia sustinere.

Qui enim pro peccatis sibi ipsi non parcat, Deus illi cito indulgentiam tribuet.

DE ABSTINENTIA.

Caput X.

CHRISTVS.

Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quonia Math. 5.
ipsi saturabuntur.

PAVLVS.

Hic qui manducat, non manducantem non Rom. 14
spernat.

Et qui non manducat, manducantem non ibidem,
iudicat.

Qui enim manducat, Domino manducat, gratias enim agit Deo.

Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. ibidem.

Omnis creatura Dei bona: nihil reiiciendũ, 1. Tim. 4.
quod cum gratiarum actione percipitur.

Sanctificatur enim per uerbum Dei & orationem.

SALOMON.

Iustus comedit, & replet animam suam, uen Pro. 13.
ter autem impiorum insatiabilis.

Anima saturata calcat fauam, anima esuriens Pro. 27.
amarum pro dulci sumit.

Qui abstinens est, adjiciet sibi uitam. Eccles. 37.

AVGVSTINVS.

Mens ciborum inanitate lassata, perdet orationis uigorem.

Nihil prodest tota die longum ducere ieiunium, si post ciborum satietatem uel nimietatē anima obruatur.

Sit ergo temperatus cibus escæ, & irrigata corporis nostri terra spinas libidinum non germinabit.

Qualis est caro, quæ post multos dies percipit cibum, talis est anima, quæ non assidue percipitur Dei uerbo.

Item dicit: Qui non potest ieiunando curari, potest eleemosynam dando redimi.

Bonum est ieiunare, sed melius est eleemosynam dare.

Eleemosyna sufficit sine ieiunio, ieiunium non sufficit sine eleemosyna.

Ieiunium cum eleemosyna duplex bonum est.

Tale est ieiunium sine eleemosyna, qualis sine oleo lucerna.

Sicut lucerna quæ sine oleo accenditur, fumigare potest, lumen habere non potest: ita ieiunium sine eleemosyna, carnem quidem cruciat, sed charitas lumine animam non illustrat.

HIERONYMVS.

Ieiunia moderata debent esse, ne nimis debilitet stomachum: quia modicus & temperatus cibus, carni & animæ utilis est.

Pinguis uenter non gignit tenuem sensum.

Plenus uenter facile de ieiunijs disputat.

Melius est stomachum dolere, quam mentem.

Tantum tibi ieiunium impone, quantum ferre potes: multoque melius est quotidie parum, quam raro satis sumere.

Pluuia illa optima est, quæ non superflue descendit in terram.

Subitusque & nimis imber, in præceps arua subuertit.

In ipsis etiam leguminibus instantia quæque & grauiâ declinanda sunt.

Nihil tam sanctis conferre Christianis adolescentibus, ut esum olerum.

Ardorque corporum frigidioribus epulis temperandus est.

Nonnulli uitam pudicâ appetentes in medio itinere corruunt, dum solâ abstinentiam carnis seruant, & leguminibus onerant stomachum.

Nihil sic inflammat, & tunc illat membra genitalia, quam indigestus cibus, ructusque conuulsus.

Parcus cibus semper uentri esurienti triduanis ieiunijs præfertur.

Sensus officium exhibens Deo uigeat semper, & tenuis sit.

AMBROSIVS.

Ieiunia, uigiliae, eleemosynæ & cætera huiusmodi augere bonum nostrum debent, non uelare peccatum.

Ille abstinentis uir credendus est, qui uitiorum omnium liber effectus est.

Neque enim reputanda est abstinentia, ubi fuerit uentris saturitas subsequuta.

Membra sua quæ sunt supra terram mortificant, quando insolens corpus ieiuniorum continuatione castigant.

Nihil contra abstinentiam faciunt, qui uinum

non ebrietate, sed tantum pro salute corporis percipiunt: nec hoc eis offert uoluptas, sed perimit infirmitas.

Abstinentia ciborum sola non sufficit, nisi opera ei bona iungantur.

GREGORIUS.

Plus enim est uerbi pabulo uicturam in perpetuo mentem reficere, quam uentrem morituræ carnis terreno pane satiare.

Cibo corpore pascit, pio ope spiritus nutritur. Abstinentes & arrogantes per abstinentiam quidem corpus affligunt, sed per desiderium uanæ gloriæ uiuunt.

Cum mens de precepto charitatis teditur, restat proculdubio, ut per abstinentiam caro maceretur.

Non enim Deo, sed sibi quisque ieiunat, si ea que ad tempus uentri subtrahit, non inopibus tribuit, sed uentri postmodum offerenda custodit.

Admonendi sunt abstinentes, ut nouerint, quia tunc placentem Deo abstinentiam offerunt, cum ea quæ sibi de alimentis subtrahunt, indigentibus largiuntur.

ISIDORVS.

Qui a cibis abstinent, & prauè agunt, demones imitantur.

Illi autem a cibis bene abstinent, qui a malis actibus, uel a mundi ambitione ieiunant.

Escis enim libido crescit, ieiunio luxuria superatur.

Hoc est perfectum & rationale ieiunium, quædo noster homo ieiunat exterior, interior orat.

Per ieiunium etiam occulta inferiorum reuelantur, & diuini sacramenti arcana panduntur.

Ieiunia, fortia tela sunt aduersus tentamenta demoniorum.

Cito enim per abstinentiam aduersarij deuincuntur.

Immundi enim spiritus ibi magis insistant, ubi plus uiderint escam & potum.

Caro autem tunc Deum litit, quando per ieiunium abstinet & arefcit.

Abstinentia uiuificat moderata, & occidit superflua: uiuificat animam, corpus necat.

Quidam incredibiliter abstinent, ut hominibus curiosis, qui ex orationis studio sancti apparent, non abstinentiæ uoto ac escis carni se suspendunt. Hi potius execrandi sunt, quia Dei creaturam uibus humanis concessam rescipiunt.

Spernitur enim ieiunium, quod in uesperum repletionem ciborum reficitur.

Spernitur ieiunium, quod in uesperum delicias compensatur.

Tota enim die epulas in cogitatione ruminat, quia ad replendam gulam uespere sibi delicias preparat.

Corporis debilitas nimia, uires animæ frangit, mentisque ingenium facit inarescere, nec ualet quicquam boni per imbecillitatē perficere.

Quicquid cum modo & temperamento fit, salutare est.

Quicquid autem nimis & ultra modum est, perniciosum fit, studiumque suum in contrarium uertit.

Cor,

Corpus autem quod abstinentiâ frangit, tentatio non urit.

Sicut omnes cupiditates carnales abstinentia refecantur, ita omnes animæ uirtutes edacitatis uitio destruantur.

Neque enim quispiam potest uirtutem perfectionis attingere, nisi prius uentris edomauerit ingluuiem.

BASILIVS.

Non bene possumus uigilare, cum dapibus fuerit uenter onustus.

Vigilijs stude copulare ieiunia, ut cunctis uirtutibus florere possis.

Sicut equis frena sunt imponenda, ita corda nostra ieiunijs sunt frenanda.

Escæ enim plurimæ, non solum corda nostra, sed etiam corpus & animam lædunt.

Nihil prodest uentrem ab escis refecare, & animam obruere passionibus.

Talem te exhibe fili, ut cum uolueris ieiunare, & cum te à cibis abstinere, & linguam tuam abscine ab illicitis cogitationibus.

Corpus exerceamus ieiunijs, & mentem purgemus à uitijs.

Ad uigilandum autem multum ieiunium prodest.

Sicut enim miles plurimo onere prægrauatur, & impeditur ad bellum, ita & impeditur monachus ad uigilias, cum escarum largitate feruescit.

Sæpe enim per ciborum auaritatem frangitur stomachi uires, nec non abundantiam sanguinis, & cholere plurimas ægritudines escarum largitate patimur.

CAESARIVS.

Quid prodest, si carnem nostram ieiunijs & uigilijs assiligamus, & mentem nostram non emendemus, aut quæ interiora sunt, non curemus.

IN COLLATIONIBVS.

Tantum cibum unusquisque comedat, quantum sustentatio corporis, non quantum desiderium carnis exposcit.

Qui nimium cibis utitur, quanto magis uentrem corrumpunt, tanto amplius sensum obtundunt.

IN VITIS PATRVM.

Quemadmodum enim flamma comburit syluam, sic uisiones malas extinguunt esurios.

Qui continet uentrem suum, minuet uitia.

Nam qui uincitur ab escis, augmentat uitia.

Incrementum ignis sylua, & incrementum uentris esca multa.

Ligna multa magnam extollunt flammam, abundantia autem escarum nutriunt desideria mala.

Flamma minuitur de sciente sylua, & escarum indigentia mitescere facit desideria mala.

Desiderium escæ genuit inobedientiam, & gustus suauis expulit de paradiso.

Multæ escæ delectant gulas, nutriunt autem uermem fornicationis.

Vacuum uenter in orationibus uigilare facit, Nam qui repletus est, somnum infert grauissimum.

Sicut enim flamma ignis in paleas currentem retinere est impossibile, sic & libidinis impetum ardentem, uentre satiato, retinere est impossibile;

Vapor thymifamatis replet aërem, & abstinentis oratio adorat Deum. Mensura competens, replet uas: uenter uero disruptus, non dicit, Sufficit.

Passiones & uitia corporis nostri, si fame ieiuniorum, ac uigiliarum labore macerentur, tunc aduersariorum nostrorum demonum humiliatur uirtus.

DE DERELINQUENDO seculo. Caput XI.

CHRISTVS.

Omnia qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut filias, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit.

PAVLVS.

Nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quæ sit uoluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta.

Qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur.

IACOBVS.

Quicumque ergo uoluerit esse amicus huius seculi, inimicus Dei constituetur.

SALOMON.

Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua.

AVGVSTINVS.

Sunt quidam qui facilius omnia sua pauperibus tribuunt, quam ut ipsi pauperes Dei sint.

HIERONYMVS.

Multi percepta ueritatis uia, capti seculi uoluptatibus, de medio itinere reuertuntur.

Facilius seculum quam uoluptas contemnitur.

Multi diuitias relinquentes, uitia non relinquent.

Malum est quod in eo studio seruimus, quo quaesita quaerimus.

Unusquisque cuius opera facit, eius filius appellatur.

Christum sequi cupiens, si habes in potestate, rem tuam uende: si non habes, à magno onere liberatus es.

Totum Deo dedit, qui seipsum obrulit.

Facile contemnit uitia, qui se semper cogitat moriturum.

Qui uult esse perfectus, multitudines hominum, officia & salutationes, & conuiuia quasi cathenas fugiat uoluptatum.

Utinam quod renunciamus seculo, uoluptas sit, non necessitas.

Nudum Christum, nudam crucem Christi, nudus sequere.

Dominus magis quaerit animas credentium, quam opes.

AMBROSIVS.

Qui uult Deum possidere, renunciet mundo, ut sit illi Deus beata possessio.

Is non renunciat mundo, quem terrenæ possessionis delectat ambitio.

Dum

Dum sua quisq; non relinquit, mundo, cuius bona retinet, feruit.

GREGORIVS.

Qui cœlestis uitæ dulcedinē, in quantū possibilitas admittit, perfectē cognouerit, ea quæ in terris amauerat, libenter cuncta relinquit.

Quisquis igitur iam æternam uitā cognouit, apud eius animū temporales fructus uilescunt.

Tergat ergo fordes prauū operis, qui Deo præparat domum mentis.

Electi enim sic ad bona tendunt, ut ad mala perpetranda non recidant.

Qui autem quod plenē potest agere, agit plenē, quod Deus promissit, accipiet.

Multi relinquitis, si desiderijs renunciatis. Exteriora etenim nostra Domino, quamlibet parua, sufficiunt.

Cor namq; & non substantiam, pensat: nec perpendit quantū in eius sacrificio, sed & quantum offeratur.

Regnum Dei tantū ualeat, quantum habes.

Quos Deus diu ut conuertantur, tolerat, nō conuersos durius damnat.

Negotia, quæ ad peccatum implicant, ad hoc necesse est, ut per conuersionem animus non recurat.

Laboriosum non est homini, relinquere sua: sed ualde laboriosum est relinquere semetipsū.

Minus quippe est abnegare quod habet, ualde enim multum est abnegare quod est.

Nihil prodest nobis abrenūciatio corporis, sine abrenūciatione mentis.

Sunt nōnulli, qui despectis carnis desiderijs, cuncta relinquere pertractant: sed cum cecidisse & alios post boni operis initia conspiciunt, hoc ipsum facere quod deliberauerunt, per timescunt.

BASILIIVS.

Nulli studeas placere in uita tua, nisi soli Deo.

Sicut enim qui militant regi terreno, omnibus iussis eius obediunt, sic & qui militāt regi cœlesti, debent custodire præcepta cœlestia.

Miles terrenus contra hostem uisibilem pergit ad bellum.

Tecum uero hostis inuisibilis quotidie dimicando non desinit.

ISIDORVS.

Necesse est omni conuerso ut post timorem eō surgere ad charitatē Dei debeat quasi filius, nec semper sub timore iaceat, quasi seruus.

Primordia conuersorum, blandis refouenda sunt modis, ne si ab asperitate incipiant, exterriti ad priores lapsus decurrant.

Qui conuersum sine lenitate erudit, exasperare potius quam corrigere nouit.

Ille enim perfectus est, qui huic seculo corde & corpore perfectus est.

Multi enim post conuersionem etiam nolentes motum libidinis sustinent, quod tamen ad damnationē non tolerant, sed ad probationē.

Vtile est Dei seruo post conuersionem tentari, quatenus à torpore negligentis, sollicitan-

tibus uitijs, ad uirtutes animam per exercitium præparet uitiorum.

Ea quæ seculi amatoribus chara sunt, sancti uelut aduersa refugium, plusq; aduersitatibus mundi delectantur, q̄ prosperitatibus gaudeāt.

Seruis Dei cuncta huius mundi contraria sunt, ut dum ista aduersa sentiunt ad cœlestē desiderium ardentius erigantur.

Magna apud Deum fulget gratia, qui huic mundo contemptibilis fuerit.

Nam reuera nec esse est, ut quem mundus odit, diligatur à Deo.

Sanctis uiris in hoc mundo tabernaculū non est, quibus patria & domus in cœlo est.

Qui enim hunc mundū diligunt, turbulentis eius curis, & sollicitudinibus conturbantur.

Sancti uiri seculo renunciantes, ita huic mundo moriuntur, ut soli Deo uiuere delectentur.

Quantum enim sancti ab huius seculi cōuersione se subtrahunt, tantum internæ mentis facie præsentiam Dei & angelōrum societates & frequentiam contemplantur.

Si ita quisq; renunciet quæ possidet, ut suis in alijs non renunciet moribus, non est Christi discipulus.

Qui enim renunciat rebus, sua abnegat.

Et qui renunciat moribus prauis, seipsum abnegat.

Longè quippe à Deo est animus, cui adhuc hæc uita dulcis est.

Multi cupiunt cōuolare ad gratiam Dei, sed timent carere oblectamentis mundi.

Prouocat quidem eos amor Christi, sed reuocat cupiditas seculi.

Multis modis terret Deus homines, ut uel sero conuertantur, atq; inde magis erubescant, quod tam diu expectati sint, ut redirent. Nam nunc minis, nunc plagis, nunc reuelationibus quosdam concutit, ut qui uoluntate cōuertit despiciunt, commpti terroribus corrigantur.

Tunc enim amorem nostræ conuersionis ostendimus, si Dominum ut patrem diligimus, quem prius seruili mente uerè ut Deum formidabamus.

CAESARIIVS.

Nihil prodest quod iustū locū expectamus, si tales hic sumus, quales in seculo esse poteram.

IN VITIS PATRVM.

Qui diligit seculū, tristabitur plurimū: conuictus autē quæ in eo sunt, letabitur semper.

IN LIBRO CLEMENTIS.

Difficilis est subita permutatio: longo autem tempore si paulatim assuescant, laboris nō erit, quod ex usu uenit.

Non querit à te Deus pecuniam, sed animā misericordem, & piā mentem.

DE TIMORE.

Caput XII.

CHRISTVS.

NOLITE timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. *Matth. 10.*

Sed

Ibidem. Sed potius eum timete, qui potest animam & corpus mittere in gehennam.

P E T R V S.

1. Pet. 2. In timore incolatus uestri tempore conuerſamini: Deum timete, regem honorificate.

1. Pet. 3. Considerantes in timore castam conuerſationem ueſtram.

P A V L V S.

Rom. 6. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, Abba pater.

Ephes. 5. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & patri subiecti inuicem in timore Christi.

S A L O M O N.

Prou. 1. Initium sapientie timor Domini.

Prou. 3. Time Dominum, & recede a malo.

Prou. 10. Timor Domini apponet dies, & anni impiorum abbreviabuntur.

Pro. 14. In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes.

Ibidem. Timor Domini fons uitæ, ut declinent a ruina mortis.

Qui Deum timet, nihil negligit.

I E S V S S Y R A C H.

Eccles. 1. Timor Domini gloria, & gloriatio, & latitia, & corona exultationis.

Ibidem. Timor Domini delectabit cor, & dabit letitiam & gaudium, & longitudinem dierum.

Ibidem. Timentibus Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis sue benedicetur.

Ibidem. Timor Domini scientie religioſitas: plenitudo sapientie est timere Deum.

Corona sapientie timor Domini, replens pacem, & salutis fructum.

Radix sapientie est timere Deum, rami enim illius longæui.

Ibidem. Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit iustificari.

Ibidem. Sapientia & disciplina timor Domini.

Ibidem. Non lis incredibilis timori Domini, & ne accesseris ad illum duplici corde.

Eccles. 2. Metuentes Dominum, sustinete misericordiam eius, & non deflectatis ab illo, ne cadatis.

Qui timetis Deum, credite illi, & non euacuabitur merces uestra.

Psal. 21. Qui timetis Deum, laudate illum, & in oblatione ueniet uobis misericordia.

Eccles. 2. Qui timetis Deum, diligite illum, & illuminabuntur corda uestra.

Qui timent Deum, non erunt increduli uerbo illius: & qui diligunt Dominum, conseruabunt uiam eius.

A V G V S T I N V S.

Qui timent Dominum, inquirunt que bene placita sunt illi: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius.

Qui timent Dominum, preparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas.

Qui timent Dominum, custodiunt mandata eius, & patientiam habebunt usque ad inspectionem illius.

Cogitatum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius, maxime assiduus esto.

In tota anima tua Deum time: qui timet Deum, erunt in oculis illius.

Timor Domini est, non despiciere hominem mendicum & pauperem.

Magnus est iudex & potes in honore, & non est maior illo, qui timet Deum.

Nihil melius, quam timor Dei.

Omne execrumentum erroris odit Deus, & non amabile erit timentibus Deum.

Oculi Domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnia opera hominis.

Homo sapiens in omnibus metuit, & in diebus electorum attendit ab inertia.

Confirmatio timoris Dei sapientia.

Qui timet Dominum, accipiet doctrinam eius: & iustitiam quasi lumen accendet.

Qui timet Dominum, accipiet doctrinam eius, & qui uigilauerit ad illum, inueniet benedictionem eius.

Timentibus Deum, non occurrunt mala, sed in tentatione illum conseruabit, & liberabit a malis.

Spiritus timentium Deum quaeritur, & in reſponſione illius benedicuntur.

Spes enim timentibus Deum, in saluationem illorum.

Qui timet Deum, nihil trepidat, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius.

Timentibus Deum, beata est anima: & oculi Domini super timentes eum.

Timor Domini sicut paradisi benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt illum.

Beatus est, cui donatum est habere timorem Domini.

Timor Domini, initium dilectionis eius.

Facultates & uictus exaltat cor, & supra hæc timor Domini.

H I E R O N Y M V S.

Nulla res nos ita seruat ab omni peccato immunes, sicut timor supplicij, & amor Dei.

A M B R O S I V S.

Qui timet Deum, declinat ab errore, & ad uitam semitam uias suas dirigit.

G R E G O R I V S.

Praua mens, si non prius per timorem euerſatur, ab assuetis uitijs non emendatur.

Deum timere, est nulla que facienda sunt bona, præterire.

I S I D O R V S.

Timor Domini semper emendat.

Timor Domini expellit peccatum.

Et timor Domini reſſimit uitium.

Timor cautum facit hominem, atque ſollicitum.

Vbi uero timor non est, ibi dissolutio uitæ est.

Vbi timor non est, ibi sceleratio est.

Vbi timor non est, ibi scelerum abundantia est.

Si Deum metuere in tranquillitate non uolumus, saltem eius iudicium attriti timeamus.

DE VIRGINITATE.
Cap. XIII.

CHRISTVS.

Luce 20. Filij seculi huius nubunt, & traduntur ad nuptias: illi uerò qui digni habentur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; nubunt, neq; ducunt uxores, neq; enim ultra mori poterunt: æquales enim angelis sunt, & filij sunt Dei, quò sint filij resurrectionis.

PAVLVS.

v. Cor. 7. Virgo quæ innupta est, cogitat quæ Dominus sunt, quomodo placeat Deo.

Ibidem. Qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.

AVGVSTINVS.

Nihil prodest uirginitas corporis, ubi operatur corruptio mentis.

Sicut enim occisus inimicus tibi non facit iniuriam, sic mortificata caro non turbabit animam tuam.

Tales enim decet Domino habere ministros, qui nullo carnis contagio corrumpantur, sed potius continentia castitatis splendeant.

HIERONYMVS.

Multum distat inter puritatem uirginalis animæ nulla contagione pollutæ, & sordes eius quæ multorum libidinis subiacuit.

Centenarius numerus perfectus est, qui pro uirginitatis corona uirginibus deputatur.

Sexagenarius, secundus gradus pro continentia uiduarum.

Tricenarius, tertius locus nuptiarum fœdera ipsa ditorum coniunctione testatur: ac sic uia duæ amisso gradu primo per tertium perueniunt ad secundum.

Tenera res in foeminis fama pudicitiae est, & quasi flos pulcherrimus, cito ad leuem auram marcescit.

Auræ leui quæ fluctu corrumpitur, maxime uiri ætas cõsentit, si maritalis deest autoritas.

Stude non solum oculos tuos castos seruare, sed & linguam.

Nihil prodest carnem habere uirginem, si mente quis nupserit.

ISIDORVS.

Quidam in iuuentute luxuriose uiuentes, & in senectute continentes fieri delectantur: & tunc eligunt castitati seruire, quando eos libido seruos habere contempsit.

Tales non habebunt præmium, qui non habuerunt laboris certamina. Eos enim spectat gloria, in quibus fuerunt laboriosa certamina.

Qui corpus suum continentiae dedicant, cum foeminis habitare non præsumant.

Geminum est bonum uirginitatis: quia in hoc seculo sollicitudinem seculi amittit, & in futuro æternum castitatis præmium recipit.

Qui casti perseverant & uirgines, angelis Dei efficiuntur æquales.

Castitas, fructus suauitatis est.

Castitas, securitas mentis, sanitas corporis.

Virginitas si labitur, nullatenus reparatur. Quauis poenitudo uenitæ fructus recipiat, incorruptionem tamē nullatenus recipit pristinam. Virgo carne, non mente, nullum præmium habet in remissione.

Continentia hominis Deo proximum facit: ubi ista maserit, ibi & Deus manet. Mors enim per oculos capitur.

Castitas hominē ad cœlos coniungit.

Castitas hominem ad cœlos pertrahit.

CAESARIVS.

Nihil prodest uirginitatem & integritatem corporis custodire, si cœlorum concupiscētias nolunt curare.

Longa castitas post peccatum, imitatrix est uirginitatis.

Non enim carnis integritas seruatur, ubi animus superbiæ tumore corrumpitur.

Virginitas in corpore nihil proderit, si charitas aut humilitas à corde discesserit. Melior est humilis coniugalitas, quàm superba uirginitas.

DE IUSTITIA.

Cap. XIII.

CHRISTVS.

Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijciuntur uobis. *Matth. 6.*

Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. *Luce 5.*

Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. *Ibidem.*

Sicut per unius delictum in omnes homines mors pertransiit, ita per unius iustitiam in omnes homines iustificatio uitæ. *Rom. 5.*

Vt sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in uitam æternam. *Ibidem.*

IACOBVS.

Fructus autem iustitiæ in pace seminatur, facientibus pacem. *Iacob. 3.*

SALOMON.

Non affligit Dominus fame animam iusti, & inuidias impiorum subuertit. *Pro. 10.*

Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescit. *Pro. 10.*

Opus iusti ad uitam, & fructus impij ad peccatum. *Ibidem.*

Argentum electum lingua iusti, cor impiorum pro nihilo. *Ibidem.*

Quod timet impius, ueniet super eum, desiderium suum iustis dabitur. *Ibidem.*

Lingua iusti considerat placida, & os impiorum peruersa.

Iustus de angustia liberatus est, & traditur impius pro eo. *Prouerb. 11.*

Semen iustorum saluabitur, desiderium iustorum omne bonum est. *Prouerb. 12.*

Verte impios, & non erunt, domus autem iustorum permanebunt.

Domus iniustorum delebitur, tabernacula uerò iustorum germinabunt. *Pro. 14.*

Noli esse iustus multum.

Ecles. 7.

Domus

Pro. 15. Domus autem iusti plurima fortitudo, in fructibus impij conturbatio.
Abominatio est Domino uita impij: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo.

Eccles. 9. Sunt iusti sapientes, & opera eorum in manu Dei, & tamē nescit homo utrum amore aut odio dignus sit, sed omnia in futuro referuntur incerta.

Eccles. 8. Sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera impiorum egerint.

Ibidem. Et sunt impij, qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant.

Pro. 28. Fugit impius nemine persequente.

Ibidem. Iustus autē quasi leo cōfidēs, absq; terrore erit.

IESVS SYRACH.

Eccles. 4. In iustitia agonizare pro anima tua, usque ad mortem.

Ibidem. Certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

Eccles. 11. Datio Dei permanet iustis.

Ibidem. Benedictio Dei in mercedem iusti festinat.

Eccles. 15. Ante hominem uita & mors, bonum & malum: quod placuerit illi, dabitur ei.
Ante iudiciū para iustitiam tibi.

Eccles. 18. Qui custodit iudiciū, continebit sensum suū.

Ibidem. Si sequaris iustitiam, apprehendes illam, & indues quasi pudorem honoris.

Eccles. 17. Qui custodit iustitiam, ipse exaltabitur.

AVGVSTINVS.

Eccles. 20. Si enim iustus sum, nihil timeo, nemo me ter-
rere potest.
Iustus, inquit, confidit ut leo.

GREGORIVS. (dit.

Iustitia, si modū nō habet, in crudelitate uari-
Malitia remanentiū meretur, ut hi qui pro-
desse poterant, festinē subtrahantur: & cum
mundi finis appropinquat, electi tolluntur, ne
deteriora uideant.

Sic iniustus irascitur Deus, ut tamen eorum
corda per iustorum consortium consolentur.

ISIDORVS.

Multi apud homines purantur electi, & apud
Deum reprobi assunt.

Et multi apud homines reprobi sunt, & apud
Deum electi sunt.

Nullus enim se putet electum, ne forte apud
Deum iam sit reprobus.

IN LIBRO CLEMENTIS.

Perfectio legis, pax est.
Ex peccatis bella nascuntur & certamina.
Vbi autem peccatum nō sit, pax est animæ.
Vbi autem pax est, in disputationibus ueritas,
in operibus iustitia, inuenitur.

DE INUIDIA.
Cap. xv.
CHRISTVS.

Matth. 7. Nolite iudicare inuicem.

Matth. 16. Cauete autem a fermēto Phariseorum.

PETRVS.

1. Petr. 1. Deponentes igitur omnem malitiam & om-
Bede tom. 7.

nem dolum, & simulationes, & omnes detractiones, & inuidias.

Charitas non emulatur.

Quidam quidem & propter inuidiam Christi prædicant, quidam autem propter bonam uoluntatem.

1. Cor. 13.
Philipp. 13.

SALOMON.

Vita carniū sanitas cordis, putredo os, solum inuidia.

Pro. 14.

10 Ne comedas cum homine inuido, nec desideres cibos eius: quoniam in similitudine arisoli & coniectoris æstimat quod ignorat.

Pro. 23.

Comede & bibe dicit tibi, & mens eius non est tecum.

Ibidem.

Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius.

Eccles. 14.

AVGVSTINVS.

Inuidia cunctas uirtutes concremat: per inuidiam prædicatur tibi Christus crucifixus.

Inuidia & liuor super omnia inebriat animā.

10 Vbi est inuidia, amor fraternitatis esse non potest.

Qui inuidet, non amat: præceptum diaboli in illo est, quia diabolus inuidendo decedit.

Ideo cognoscitur inuidia non posse esse in charitate.

Per inuidiam enim Christus crucifixus est.

Ideo autem qui inuidet fratri suo, crucifigit Christum.

HIERONYMVS.

Semper uirtutes sequitur inuidia.

Magnus est uir, qui inuidiā humilitate supat.

AMBROSIVS.

Inuidus est certe, qui facit bonum suum in uiddendo supplicium alienum.

GREGORIVS.

Mors peccatorum est inuidere in alijs uirtutibus bonum, quod ipsi habere non appetunt.

Qui in se donorum gratiam minimè recognouit, maiora alijs non inuideant.

ISIDORVS.

Vnde bonus proficit, inde inuidus cōtabescit.

Inuidus membrū est diaboli, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum.

Multi bonos imitari uolunt, & de bonorum profectibus inuidiæ liuore tabescunt.

Flebiliter deplorandi sunt, qui odio in fratrem tabescunt.

Inuidia sensum mordet, mentem afficit, peccius urit.

50 Inuidia cor hominis quasi quedam pestis depascit.

Aduersus inuidiam charitas præparetur.

De bono alterius nō doleas, de alterius profectibus non tabescas.

Nullius prosperitate lacereris.

EVSEBIVS.

Inuidiæ error, non solum religiosas, sed & uiles animas peruadit.

EFFREM.

60 Inuidia enim manifestat, nos charitatē Dei penitus non habere.

IOSEPHVS.

Difficile est in prosperis inuidia carere.

A D B

DE SILENTIO. Cap. XVI.

CHRISTVS.

Matth. 12. Bonus homo de bono thesauro pfert bona,
10 Matth. 7. & mal⁹ homo de malo thesauro, pfert mala:
 Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam
 am quarit.

P A V L V S.

2. Tim. 5. Verboſi, ocioſi & curioſi, loquentes quod
 non oportet.

Tim. 2. Tu autē loquere, quæ decent ſanā doctrinā.

S A L O M O N.

Pro. 10. In multiloquio peccatum non deerit.

Pro. 17. Qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt.

Pro. 12. Propter peccata labiorū, ruina p̄ximat mala.

Pro. 21. Qui cuſtodit os ſuū, cuſtodit animam ſuam.

Pro. 13. Qui autem inconfideratus eſt ad loquendū,

ſentiet mala: in omni ope bono erit abſidia.

Ibidem. Vbi autem uerba ſunt plurima, ibi frequēs

egeſtas.

Pro. 13. Lingua placabilis, lignum uitæ.

Pro. 16. Quæ immoderata eſt, coneret ſp̄ritum.

Hominiſ eſt animum preparare, & Domini

gubernare linguam ſuam.

Ibidem. Voluntas regum, labia iuſta: qui uera loqui-

tur, diligitur.

Pro. 17. Qui a tonitris oculis cogitat praua, mordenſ

labia ſua, perſicit malum.

Ibidem. Qui exaltat cor ſuum, quærit ruinam.

Ibidem. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & pru-

dens eſt, & precioſi ſp̄ritus uir eruditus.

Ibidem. Mors & uita in manibus linguæ.

Cum obſecrationibus loquitur pauper, &

diues affabatur rigide.

Pro. 19. Qui autē neglexerit uias ſuas, mortificabitur.

Pro. 24. Labia deſculabitur, q̄ recta uerba reſp̄det.

Pro. 21. Qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam, cuſ-

todit ab anguſtijs animam ſuam.

I E S V S S Y R A C H.

Eccleſ. 4. Noli citatus eſſe in lingua tua, & inutilis &

remiſſus in operibus tuis.

Eccleſ. 11. Prius quàm audias ne respondeas uerbum,

& in medio ſeniorum ne adijcias loqui.

Eccleſ. 14. Beatus uir qui non eſt lapſus uerbo ex ore

ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delici.

Eccleſ. 18. Antequam loquaris, diſce.

Eccleſ. 9. Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam.

Eccleſ. 18. Ne iteres uerbum nequam & durum, & nō

imminoraberis.

Eccle. 19. Eſt q̄ labitur in lingua ſua, ſed nō ex animo.

Ibidem. Quis eſt enim, q̄ nō deliquerit in lingua ſua?

Eccleſ. 19. Eſt q̄ emittit uerbū ſuū, & narrans ueritatē.

Eccleſ. 33. Verbum nequam immutabit cor.

Eccleſ. 20. Eſt tacens qui inuenitur ſapiens: & eſt odibi-

lis, qui procax eſt ad loquendum.

Eſt autem tacens, non habens ſenſum loque-

la: & eſt tacens ſciens aptum tempus.

Pro. 11. & Homo ſapiens tacebit uſq; ad tēpus, laſciuus

autem & imprudens, non ſeruabit tempus.

Eccleſ. 20. Qui multis utitur uerbis, lædit animam ſua.

Eccleſ. 20. Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic

quasi qui interierunt per linguam ſuam,

Iugum enim linguæ ferreum eſt, & uinculū *Ibidem.*

illius, uinculum æreum eſt.
 Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire lin- *Ibidem.*

guam nequam.
 Ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. *Ibidem.*

Verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori *Ibidem.*

tuo rectos.
 Attende, ne forte labaris in lingua, & cadas

in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, &

fiat caſus tuus inſanabilis in mortem.
 10 Supra menſam magnam ſediſti: non aperias *Eccleſ. 31.*

super illam ſaucem tuam prior.
 Adoleſcens loquere in cauſa tua uix cum ne *Eccleſ. 32.*

ceſſe fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat

caput tuum reſponſum.
 In multis eſto quali inſcius, & audi tacens ſi *Ibidem.*

mul & quærens.
 Vbi ſunt ſenes, non multum loquaris.

Vbi auditus non eſt, non effundas ſermonē,
 & importunē noli extolli in ſapientia.

H I E R O N Y M V S.
 Diſcat aliquādo rectē ceſſare, qui nunquam

didicit loqui.
 A M B R O S I V S.

Eſt homo qui ſilentium affectat quidem, ſed

eius cor multum ſe condemnat.
 Iſte talis multum loquitur.

Et eſt alius qui à mane uſq; ad ueſperū loqui-

tur, & cū diſcretione ſilentii magnū cuſtodit.

G R E G O R I V S.
 Non ſuperbē quis audeat uel contēnere uel

iudicare, quod non intelligit.
 I S I D O R V S.

Scito quo tempore loquaris, conſidera quā-

do dicas. (tace.

Tempore congruo loquere, tēpore cōgruo

Nō loquaris niſi interrogatus fueris: nō dicas

priuſquā audias: interrogatio os tuum aperiat.

Linguoſus homo imperitus eſt, ſapiens pau-

40 cis utitur uerbis.
 Breuem ſermonem ſcientia facit.

Loqui multum, ſtultitia eſt. (niſ.

Vox em̄ inſp̄tētis in multiplicatione ſermo-
 ne ſit ſtatera.

Semper uerba tua ſint moderata, modum lo-

quendi non tranſceas
 Plus dilige audire, quàm dicere: plus auſcul-

tare quàm loqui.
 In principio audi & loquere.

Nouiſſimus ſinis plus habet honoris.
 Melior eſt nouiſſimus ſermo, quā principiū.

B A S I L I V S.
 In conuentu noli proferre ſermonem, ſed op-

portuna uerba procedant ex ore tuo.
 Cum opportunum tempus inuenieris, loque-

re, ut te audientibus gratiam præbeas.
 C A E S A R I V S.
 Nihil prodeſt ſi in habitatione ſilentium ſit,
 & in habitationibus uitiorum tumultus, & col-

luctatio paſſionum.
 I N V I T I S P A T R V M.
 Cū ſilētio & oratiōe, age q̄ agis in ueritate.
 D E

DE SUPERBIA. Cap. XVII.
CHRISTVS.

Lucæ 14. **O**Mnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.
et 18. Quod hominibus altum est, abominatio est apud Deum.

PAVLVS.

Rom. 11. Noli altum sapere, sed time.
1. Cor. 8. Scientia inflat, charitas ædificat. Charitas non inflatur.

SALOMON.

Pro. 17. Contritionem præcedit superbia, & ante ruina[m] exaltatur cor.

IESVS SYRACH.

Eccles. 10. Odibilis corâ Deo est & hominib. superbia.
Ibidem. Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo.
Ibidem. Initium omnis peccati est superbia.
Ibidem. Perdidit Deus memoriam superborum.

Eccles. 13. Non est creata hominibus superbia.
Eccles. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui cõmunicauerit superbo, induet superbiã.
Eccles. 5. Deuoratio pessima superbi lingua.
Eccles. 27. Effusio sanguinis in rixa superborum, dolor autem consumit illos ante quã moriantur.

Eccles. 12. Sicut capra inducitur in laqueum, sic & cor pus superborum.
Eccles. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ sicut taurus, ne forte elidat uirtus tua p[er] stultitiã.

AVGVSTINVS.

Vitãda est nobis superbia, quæ & angelos uolunt decipere, quãto magis homines dissipare.

HIERONYMVS.

Vir superbus nec decorabitur, nec uoluntatem suam perducit ad finem.

Grauis culpa est, quando ad imperitiã & negligentiã superbiæ crimen accendit.

Nihil magis Christianus studeat uitare, quã tumentem & erectam ceruicem, Dei contra se odium prouocantem.

AMBROSIVS.

Superbia ex angelis dæmonia fecit.
Humilitas autem homines sanctos angelis similes reddit.

Superba uoluntas facit Dei præcepta contemnere, humilitas custodire.

Superbi cupiunt in se prædicare quod non faciunt: humiles refugiunt, quicquid boni operantur, agnoscere.

GREGORIVS.

Nequaquam ualet culmen humilitatis discere, qui in minimis rebus non desinit superbire.

ISIDORVS.

Tantum quisq[ue] sit ueritati uicinior, quãtum se esse longius à superbia fuerit arbitratus.

Superbiam diaboli imitantur superbi, aduersus quam opponitur humilitas Christi, qua humiliantur electi.

Principaliu[m] uitioru[m] regina superbia est, & omnis peccans superbus est.

Omnis superbia tantum in imo facit, quantum in altum se erigit: tantoq[ue] profundius labitur, quanto excelsius eleuatur.

Qui enim per propriã superbiã attollitur, Bedæ tom. 7.

tur, per Dei iustitiã inclinatur.

Qui inflantur superbiã, uento pascuntur.

Superbiã, sicut origo est omnium criminu[m], ita & ruina cunctarum uirtutum: ipsa in peccato prima, ipsa est in conflictu postrema.

Qui de uirtutum profectibus existunt superbi, cadentes, carnis uitio humiliãtur ut resurgãt.

IN VITIS PATRVM.

Fructus putrefactus inutilis agricolæ, & uirtus superbi inutilis Deo.

Sicut enim pondus fructuum frangit ramu[m], sic superbiã decorem frangit animã.

Anima superbi derelinquitur à Deo, & fit dæmonum desiderium.

Superbiã de cœlis deposuit Archangelu[m], & tanquam fulgurem fecit cadere super terram.

Humilitas hominem eleuat in cœlum, & cõ angelis lætari facit.

Noli per superbiã negare progeniem, quã uis egenã sit, & tu locuples, sed ipse cognitor plasmãuit utroq[ue].

IOSEPHVS.

Quod enim superbiã est uel ruina, cito labitur: quod gratiã, diu tenetur.

DE SAPIENTIA. Cap. XVIII.

CHRISTVS.

Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. *Matth. 10.*

Iustificata est sapientia à filiis suis. *Matth. 11.*

Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sunt sua. *Lucæ 16.*

PAVLVS.

Non plus sapere, quãm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. *Rom. 12.*

Nolite prudentes esse apud uosmetipsos. *Ibidem.*

Quia in Dei sapientia, nõ cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiã prædicationis saluos facere credentes.

Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. *1. Cor. 3.*

SALOMON.

Inclina cor tuu[m] ad cognoscendã prudentiã, Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiã, si quaeris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam, tunc intelliges timorem Dei, & scientiam Domini inuenies. *Pro. 2.*

Dominus dat sapientiam, & ex ore eius scientia & prudentia. *Ibidem.*

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & nõ innitaris prudentiã tuã, ne sis sapiens apud temetipsum. *Pro. 3.*

Beatus homo qui inuenit sapientiam, & cui affluit prudentia. *Ibidem.*

Melior est enim acquisitio eius negotiatio, ne argenti & auri: primi & purissimi fructus eius, preciosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, huic non ualent comparari. *Pro. 3.*

Gloriam sapientes possidebunt, & stultorum exaltatio ignominia. *Pro. 3.*

Principium sapientiã, posside sapientiam, *Pro. 4.*

A 2 &

- & in omni possessione tua acquire prudentiã.
Arripe illam, & exaltabit te.
- Ibidem.* Glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.
- Pro. 4.* Dabit capitũ tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.
- Pro. 8.* Dic sapientiã: Soror mea es, & prudentiam uocauĩ amicam meam.
Melior est sapientiã cunctis preciosissimis, & omne desiderabile non potest ei comparari.
- Pro. 10.* Principium sapientiã timor Domini, & sanctorum scientia timor Domini atq; prudentia.
- Ibidem.* Sapiens corde præcepta suscipit, stultus cadit ut labijs.
In labijs sapientis inuenitur sapientiã.
Sapientes abscondunt sapientiã.
Os autem stulti confusioni proximum est.
Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem in docti sunt, in cordibus egestate moriuntur.
- Pro. 12.* Lingua autem sapientum, sanitas est.
- Pro. 13.* Lex sapiẽtis fons uitę, ut declinet a ruina mori.
Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorum efficietur similis eis.
- Pro. 14.* Sapiens timet, & declinat a malo.
Corona sapientum diuitiã eorum, & imprudentia stultorum fatuitas.
In corde prudentis requiescit prudentia, in doctus quoq; erudietur.
Labia sapientum disseminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit.
- Pro. 16.* Cor sapientis quærĩt doctrinam, & os stultorum pascitur imperitiã.
Polside sapientiã, quia auro melior: acquire prudentiam, quia preciosior est argẽto. Qui sapiens corde est, appellabitur prudens: & qui dulcis est eloquio, maiora percipiet.
- Ibidem.* Cor sapientis erudit os eius, & labijs illius addit gratiam.
- Pro. 18.* Aqua profunda, uerba ex ore uiri: & torrens redundans fons sapientiã.
- Pro. 17.* In facie prudentis lucet sapientiã.
- Pro. 19.* Oculi stultorum in sinibus terrę.
- Pro. 20.* Custos prudentiã, inueniet bona.
- Ibidem.* Est enim aurum, & multitudo gemmarum.
Vas autem preciosum, labia scientiã.
- Pro. 23.* Noli uendere sapientiã, & doctrinam, & intelligentiam.
- Pro. 24.* Vir sapiens fortis est.
- Ibidem.* Vir doctus robustus est, & ualidus: neq; plus sapias quã necesse est, ne obstupescas.
- Eccles. 7.* Sapientiã confortabit sapientem super principem decem ciuitatum.
- Eccles. 9.* Verba sapientum audiuntur in silentio, plus quã clamor principis inter stultos.
- Ibidem.* Melior est sapientiã, quã arma bellica.
- Eccles. 10.* Verba oris sapientis gratia, & labia insipientis præcipitabunt eum.
- IESVS SYRACH.
- Eccles. 1.* Omnis sapientiã a Domino Deo est.
- Ibidem.* Dilectio Dei honorabilis sapientiã.
- Ibidem.* In thesauris sapientiã, intellectus & scientiã religiositas.
Execratio autem peccatoribus sapientiã.
- Concupisce sapientiã, conserua iustitiã, *Ibidem.*
& Deus præbebit illam tibi.
Non enim est tibi necessarium ea quã abscondita sunt, uidere oculis tuis.
- Eccles. 3.* Cor sapientis intelligitur in sapientiã, & auris bona audiet cõ omni concupiscẽtia sapiẽtiã.
Sapiens cor & intelligibile, abstinebit se a peccato.
- Ibidem.* Sapientiã filijs suis uitam inspirat, & suscipit exquirentes se.
- Eccles. 4.* Qui sapientiã diligit, diligit uitam: qui tenuerunt sapientiã, uitam hereditabunt.
In lingua enim dignoscitur sapientiã.
Sensus & sciẽtia & doctrina in uerbo ueritatis.
Aspera est nimis sapiẽtia indoctis hominibus.
- Ibidem.* Decor enim uitę est in sapientiã, uincula illius ligatura salutaris.
- Eccles. 6.* Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris.
- Ibidem.* Sapientiã humiliati exaltabit caput illius, et in medio magnatum confidere illum faciet.
Beatus uir qui in sapientiã sua morabitur, & qui in iustitiã sua meditabitur.
- Eccles. 11.* Qui continens est iustitiã, apprehendit sapientiã, & obuiabit illi quasi mater honorificata.
Non est preciosa laus in ore peccatoris, quoniam a Deo profecta est sapientiã.
- Eccles. 15.* Sapientiã enim astabit laus, & in ore fidelis habitabit, & Dominator dabit eam illi.
- Ibidem.* Omnis haustus agnouit sapientiã.
- Eccles. 19.* Omnis sapientiã timor est Dei, & in illa timere Deum, in omni sapientiã dispositio legis.
Homo prudens placebit magnatibus.
- Eccles. 20.* Melior est homo, qui minuitur sapientiã, & deficiens sensu in timore Dei, quã qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi.
- Eccles. 19.* Sapiens in uerbis seipsum amabilem facit.
Gratiã autem fatuorum effunditur.
- Eccles. 20.* Sapientiã absconsa, & thesaurus inuisus, quę utilitas in utriq;.
- Eccles. 21.* Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro.
- Ibidem.* Verba autẽ prudentiũ, statim poterabũtur.
- Eccles. 22.* Flagella & doctrina in omni tẽpore sapiẽtiã.
- Eccles. 23.* Magnus est qui inuenit sapientiã & scientiã, sed non est super timentem Deum.
- Eccles. 27.* Homo sanctus in sapientiã manet sicut sol, nam stultus ut luna mutatur.
- Eccles. 33.* Sapiens non odit mandata & iustitias.
- Ibidem.* Vir sapiens plebem suam erudit.
- Eccles. 37.* Sapientiã in ore fidelium plantabitur.
- Ibidem.* Vir peritus multos erudit, & animę suę suauis est.
- Vir sapiens implebitur benedictione, sapiens in populo hereditabit honorem, & nomen illius erit uiuens in æternum.
- Eccles. 38.* Sapientiã scribe in tempore uacuitatis, & qui minoratur actu, sapientiã percipiet.
- Eccles. 39.* Sapientiã omnium antiquorum exquiret sapiens.
- Ibidem.* Sapiens occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuertabitur.
- Eccles. 29.* Sapiens bona & mala in omnibus tentabit.

AUGUSTINVS.

Docti ut stellæ fulgebunt claritate.

Nutriri animam tuam lectionibus diuinis, præparabit tibi mensam spiritalem.

Vbi enim sapiētis possessio, ibi amor mulieris excluditur.

HIERONYMVS.

Multo melius, uera rusticè quàm disertè falsa proferre.

Sapientes mundi ideo scripturas despiciūt sacras, quia eam nō ex maiestate sensuum, sed ex uerborum iudicant uilitate.

GREGORIUS.

Sapientia est timere Deum, abnegare autem seipsum à malis.

Prima sapientia est, uitare malum.

Secunda sapientia est, facere bonum.

Quisquis autem uult audita intelligere, festinet ea quæ iam potuit intelligere, opere implere.

Scire autem, Deo approbare est.

Nescire autem, reprobare.

Scripturæ sacræ intelligentia si in cunctis esset aperta, uilisceret: & tantum maiore dulcedine inuenta reficit, quantum maiore labore fatigat animam quæ sita.

Qui uerba Dei audit, semper oculos cordis ponere ad exitum debet, & sine cessatione meditari, quando à præsentis uitæ exeat, atq; ad æterna gaudia pertingat.

IN LIBRO CLEMENTIS.

Melior est sapientia, quàm uires: & uir prudens, magis quàm fortis.

Multitudo autem sapientiæ, sanitas est orbis terrarum.

Omne aurum in comparatione sapientiæ, arena est exigua.

Neminem enim diligit Dominus, nisi eum qui cum sapientia habitat.

ISIDORVS.

Omnis homo qui secundum Deum sapiens est, beatus est.

Beata uita, cognitio diuinitatis: uirtus, boni operis est.

Uirtus boni operis, fructus æternitatis est.

Qui secundum seculum sapiens est, secundum Deum stultus est.

Nullus sapiētiam Dei plene recipit, nisi qui se ab omni abstrahere uitiorum cura contēdit.

Tunc autem rectè Deum cognoscimus, quādo eum perfecte scire nos denegamus.

Nullus autem maior in culpa est, quàm ille qui Deum nescit.

Inuestigationem ueritatis multorū est querere, sed paucorum inuenire.

Omnis sapientia & scientia ex opinione consistit.

Melior est autem ex scientia ueniens, quàm ex opinione sententia.

Nam illa uera est, ista dubia.

Simplicitatē cum ignauia, uocauit stultitiā.

Simplicitatē cū prudentia, uocauit sapientiā.

Vtile est multa scire, & rectè uiuere.

Quod si utrunque non ualemus, melius est Bedæ tom. 7.

ut bene uiuendi studium, quàm multa scientiæ sequamur.

Non enim pertinet ad beatitudinem conseruandam scientia rerum.

Nec est beatum, multa scire: sed est magnum, beatè uiuere.

Multi Deum noscunt per sciētiam, per actionem autem non uenerantur.

Nihil sapientia melius, nihil prudentia dulcius, nihil scientia suauis.

Noxia non uitamus, nisi per sapientiam.

Sapiētia dādo largior fit, retinēdo minoratur.

Larga redundatio est scientia, & dum plus confertur, plus abundatur.

CYPRIANVS.

Quomodo enim sapiens, uel patiens esse potest, qui nec sapientiam, nec patientiā habet?

Sapiens ille est, qui humilis & mitis est.

DE IRACUNDIA. Cap. XIX.

CHRISTVS.

Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio Math. 5.

PAVLVS.

Sol non occidat super iracundiam uestram. Irascimini, & nolite peccare. Eph. 4.

IACOBY S.

Ira enim uiri iustitiā Dei non operatur. Iacob. 1.

SALOMON.

Fatuus statim indicat iram suam. Pro. 12.

Qui autem distululat iniuriam, callidus est. Pro. 12.

Inter superbos semper iurgia sunt. Pro. 3.

Qui autem agunt cuncta cum consilio, reguntur sapientiā. Pro. 13.

Responsio mollis frangit iram. Pro. 25.

Sermo durus suscitatur furor. Ibidem.

Vir iracundus prouocat rixas. Ibidem.

Qui sapiens est, mitigat suscitatas. Pro. 15.

Ne sis uelox ad irascendum, quia ira in sinu Eccl. 3.

stulti requiescit.

Semper iurgia querit malus, angelus autem crudelis mittitur contra eum. Pro. 17.

Sicut fremitus leonis, ita ira regis: & quasi ros super terram, ita hilaritas eius. Pro. 19.

Spiritus uiri sustentat imbecillitatem suam, spiritum uero ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Pro. 18.

Ira non habet misericordiam, nec irumpens furor. Pro. 27.

Impetū cōcitatū spiritus ferre quis poterit? Pro. 27.

IESVS SYRACH.

Cum iracundo non facias rixas. Eccl. 9.

Cor hominis immutat faciem illius, siue in bonum siue in malum. Eccl. 13.

Vestigium cordis boni, & faciem bonam, difficile inuenies & cum labore. Ibidem.

Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram inimici. Eccl. 15.

Memorare timoris Dei, & non irascaris proximo. Eccl. 28.

Secundum enim ligna syluæ, sic ignis exarsit: & secundum uirtutes hominis, sic iracundia illius erit. Ibidem.

Homo iracundus, incendit litem.
Zelus & iracundia minuunt dies, & ante te
pus ad senectutem perducunt.

AUGUSTINVS.

Furor incipiens ira est, & feruens in animo
indignatio.

Ira est, cuius amaritudo & furor species sunt,
quæ furore extincto desiderat ultionem, & eum
quem recepisse putat, uult lædere.

GREGORIUS.

Inde enim diabolus in alterius corde rixæ
malum solet immittere, unde alium conspiciat ad
pietatis negocium excitari.

In nostro enim bono opere, aliquando cauē-
dum est scandalum proximi, aliquando uero pro
nihilò reputandum.

Quantum enim sine peccato possumus, ui-
tare proximorum scandalum debemus.

Si autem de ueritate sumitur scandalum, uti-
lius permittitur nasci scandalum, quam ueri-
tas relinquatur.

HIERONYMVS.

Si te præoccupauerit ira, mitiga illam.
IN LIBRO CLEMENTIS.

Ira illa mala est, ubi mentem turbat, ut rectum
consilium perdat.

Illa uero ira quæ malos punit, perturbatio-
nem mentis non infert.

Hæc est enim iusta & necessaria iracundia,
qua unusquisque in his in quibus errauit, & pe-
ram gessit, indignatur & semetipsum incusat.

IN VITIS PATRVM.

Oculi iracundi, turbulenti & sanguinei, sunt
iracundi cordis nuncij.

Vulpes inhabitat animam, quæ memor est
malitiæ, & bestia cubant in turbulenti corde.

Sicut enim palearum fumus conturbat ocu-
lum, sic memoria malitiæ in tempore orationis.

Iracundi oratio abominata thymiamata, &
psalmodia iracunda sonus horribilis.

Omnis enim boni impedimentum est tristitia.
Nimis tristans homo non mouet sensum ad
diuinæ cogitationis intuitum, nec orationem
mundam emittet aliquando.

Vincula pedum impedimenta cursoris, & tri-
stitia impedimentum est uisioni diuinæ: qui uin-
ctus est à tristitia, iam superatus est ab alijs uitijs.

Ventus ualidissimus non mouetur rem, &
animam sine ira non mouet indignatio.

Aqua mouetur per uiolentias uentorum, &
iracundus cõturbatur à cogitationibus iracundis.

Qui linguam suam non tenuerit in tempore iræ, nec
passionem carnis suæ poterit aliquando retinere.

Sicut Africus uentus in pelago, ita furor ui-
ri in corde.

DE VANA GLORIA. Cap. XX.

CHRISTVS.

Matth. 6. **A**trendite ne faciatis iustitiam uestram cor-
Ibidem. ram hominibus, ut uideamini ab eis.
Alioquin mercedem non habebitis apud pa-
trem uestrum.

PAVLVS.

Qui gloriatur, in Domino gloriatur. *1. Cor. 1.*

SALOMON.

Ne gloriaris in crastinum, ignorans quid sit *Pro. 27.*
peruentura parat dies.

Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus,
& non labia tua,

IESVS SYRACH.

Noli te extollere in faciendo opere tuo. *Eccles. 10.*

Noli te querere ab homine ducatum, neque à *Eccles. 7.*
rege cathedram honoris. *Eccles. 11.*

Non laudes uirum in specie sua, neque sper-
nas hominem in uisu suo.

Non te iustifices ante Dominum, quoniam *Eccles. 7.*
agnitor cordis ipse est.

In uestitu ne gloriaris unquam, nec in die ho-
noris tui extollaris.

Ante mortem non laudes hominem quem *Eccles. 11.*
quam, quoniam in filijs suis agnoscitur uir.

In uanitate apprehendit peccator & superb. *Eccles. 23.*

Ante sermonem non laudes uirum. *Eccles. 27.*

Hæc enim tentatio est hominum. *Ibidem.*

Penes regem noli uelle uideri sapiens. *Eccles. 7.*

Curā habe de bono nomine, hoc enim magis
perdit tibi, quam mille thesauri magni & preciosi.

Bonæ uitæ numerus dierum, bonum autem
nomen permanebit in æternum.

HIERONYMVS.

Non quaras gloriam, & non dolebis cum in
gloriosus fueris.

Qui laudari non appetit, nec cõtumeliã sentit.

Non ideo te bonum aestimes, si bonus prædiceris.

Nemo magis scire potest, qui sis, sicut tu qui
conscius tibi es.

Quid enim tibi prodest, dum malus es, si bo-
nus prædiceris?

Caue ne rumusculis hominum eleueris, ne
offensus Deo, populorum laudes comedas.

GREGORIUS.

Sacti non solum gloriam supra modum suam
omnino non appetunt, sed etiam hoc ipsum re-
fugiunt, quod se habere sciunt.

Tunc ueraciter hoc quod agit homo bonum
est, quando ei placere concupiscit, à quo est.

Qui bonum agere uidetur, & per hoc non Deo,
sed hominibus placere desiderat, in uanum laborat.

Magnus ergo unusquisque esse studeat, sed ta-
men aliquo modo esse se nesciat, ne dum si sibi
magnitudinem arroganter tribuit, amittat.

Bono operi dum laus humana obuiat, men-
tes operantes immutat.

Per hoc quod agimus, laudes exterius non
quæramus.

Sic autem sit opus in publico, quatenus in
tentatione maneat in occulto.

Qui enim accepta qualibet gratia, uanis suis
laudibus nitorum gloriæ offerunt, quasi oleum uedunt.

Impinguat caput oleo peccatoris, cum de-
mulcet mentem fauor adulationis.

ISIDORVS.

Qui elemosynam uanæ gloriæ ex causa im-
perit, ex uirtute uitium facit.

Qui aliquid donum Dei quod meruit, in suam
laudem

laudem conuertit, proculdubio uirtutem in uitium transfert.

Non declinat ad dexteram, qui non sibi, sed Deo tribuit bona quæ agit.

Inde se nonnulli esse iustos confidunt, unde maximè reprobantur.

Amator uanæ gloriæ, unde semper possit laudari, agere non quiescit.

Ille autem debet publicare bonum quod agit, qui perfecta humilitate fundatus, nulla elatione contingitur.

Cum enim causa factantia pauper pascitur, etiam ipsum opus in peccatum conuertitur.

Fraudem facimus Deo, quotiens de bono opere nostro nosmetipsos, non Deum laudamus.

Prudentissimi autem uiri solerter discretio prospicit, ne bonum intemperanter agat, & de uirtute in uitium transeat.

IN VITIS PATRVM.

Vana gloria uitium est, sine ratione & omni bono inderit se.

Lapis emissus non pergit ad cœlum, & oratio hominis sibi placentis non ascendit ad cœlum.

Noli applicare secretam abstinentiam, neque ostendas eam quasi in lumine, testibus multis: ut qui uidet in absconso pater, reddat tibi in palam.

Non perdas labores propter humanam gloriam, neque futuram aternam gloriam tradas pro parua & temporali gloria.

Gloria enim humana in puluerem redigitur, & honor eius extinguitur super terram.

Gloria autem uirtutum glorificat in secula.

DE FORNICATIONE.

Caput XXI.

CHRISTVS.

Luc. 12. Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardetes in manibus uestris.

PETRVS.

1. Pet. 2. Iniqui luxuriantes, oculos habentes plenos adulterio, & incessabili delicto.

PAVLVS.

1. Cor. 6. Fugite fornicationem fratres: omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicat in corpus suum, peccat.

Heb. 13. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.

SALOMON.

Pro. 23. Fovea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur in uia quasi latro, & quos incautos uidet, interficit.

IESVS SYRACH.

Eccle. 9. Non des mulieri potestatem animæ tuæ, nec ingrediatur in uirtute tua, & confundaris.

Virginem non conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius.

Ibidem. Propter spem mulieris multi perierunt, & ex hac concupiscentia quasi ignis exardescit.

Eccle. 19. Qui se iungit fornicarijs, erit nequam.

Eccle. 18. Post concupiscentias tuas non eas, & a uoluntate tua auertere.

Eccle. 26. Qui tenet mulierem nequam, quasi qui apprehendit scorpionem.

Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. *Ibidem.*

Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcauit uultum eius tanquam ursus. *Eccle. 25.*

Fornicatio mulieris in excellentia oculorum, & in palpebris illius agnoscitur. *Eccle. 26.*

AVGVSTINVS.

Si uerum est quod in te uiuit, fornicatio in te mortua est.

HIERONYMVS.

Va illis qui tunc habuerunt terminum luxuriæ, quando uitæ.

Luxuria inimica Deo, perditio paternæ hereditatis, uel substantiæ.

Fornicatio non solum conscientiam fornicatoris, sed & corpus maculat, inter epulas & illecebras uoluptatum.

Etiam ferreas mentes libido domat.

Difficile enim inter delicias seruari pudicitiam. Sine Cerere & Libero friget Venus.

Qui luxuriatur uiuus, mortuus est: ergo qui inebriatur, mortuus & sepultus est.

GREGORIUS.

Vnde satietate uenter extenditur, inde aculei libidinis excitantur.

ISIDORVS.

Fornicatio carnis, adulterium est.

Fornicatio animæ, seruitus idolorum.

Luxuria uero carnis ideo notabilis hominibus est, quoniam statim per se turpis.

Sicut per superbiam mentis igitur in prostitutionem corrupta libidinis, ita per humilitatem mentis saluabitur castitas carnis.

Principaliter his duobus uitijjs diabolus humano generi dominatur, id est, superbia mentis, & luxuria carnis.

Per hæc enim duo uitia diabolus humanum genus possidet, dum mentem in superbiam erigit, uel per luxuriam carnem corrumpit.

Prima fornicationis oculorum tela sunt, secunda uerborum: sed qui non capitur oculis, potest uerbis resistere.

Qui delectationem refrenat libidinosæ suggestionis, non transit ad consensum libidinis.

Cito enim resistit operi, qui titillanti consensum non accommodat delectationi.

Si plus oblectat mentem delectatio fornicationis, quam amor castitatis, adhuc in homine peccatum regnat.

Certe si amplius delectat pulchritudo intima castitatis, iam non regnat peccatum, sed regnat iustitia.

Omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur: ex delectatione enim fornicandi, uaria generantur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, & homo separatur a Deo.

Fornicatio maxime est sceleris, quia per carnis immunditiam, templum Dei uiolat, & tollens membra Christi, facit membra meretricis.

Luxuriosa namque uita, carnem cito debilitat, fractamque celeriter ducit ad senectutem.

Omnibus peccatis fornicatio maior est, quia fornicatio antecedit mala,

Mellus est enim mori, quam fornicari, uel libidine maculari.

Libido in infernum hominem mergit.

Libido in Tartarum hominem mittat.

Grauius libido urit, quæ occisum inuenerit.

Corpus enim labore fatigatum, minus deletatur flagitio.

Ocio enim dedito, citò luxuriâ subrepat.

Vacans citò luxuriâ præoccupatur.

CAESARIVS.

Contra reliqua uicia oportet nos omni uirtute resistere; contra libidinem uerò non expedit repugnare, sed fugere.

IN VITIS PATRVM.

Castitas gignit abstinentiâ, gastrimargia autem mater est incontinentiæ.

Viridis herba prope aquam nascens, & uitium libidinis in uisitacionibus mulierum.

Magis approxima igni ardenti, quam mulieri iuuenti, quum & ipse sis iuuenis.

Nihil enim ualet eum mundum esse corpore, qui pollutus est mente.

Non enim æstus hominis declinabit, nisi qui animæ motus antè comprehenderit.

DE PERSEVERANTIA.

Caput XXII.

CHRISTVS.

Matth. 24. **Q**ui autem perseverauerit usq; in finem, hic saluus erit.

PAVLVS.

Rom. 7. Nunc uerè liberati à peccato, serui autem facti Deo, habentes fructum uestrum in sanctificationem, finem uerò uitam æternam.

SALOMON.

Eccles. 7. *Eccles. 11.* Melior est finis orationis, quam principii. Sta in testamèto tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum uetera fice.

HIERONYMVS.

Non queruntur in Christianis initia, sed finis: quia Paulus male cœpit, sed bene finiuit.

Iudæ laudantur exordia, sed finis perditionis damnatur.

Cœpisse multorum est, ad culmen uenisse paucorum.

GREGORIVS.

Virtus boni operis perseverantia est.

In cassum quippe bonum agitur, si ante terminum uitæ deferatur.

Ille bene immolat, qui sacrificiū boni operis usq; in finem debite producit actionis.

ISIDORVS.

Tunc enim placet Deo nostra conuersatio, quando bonum quod inchoamus, perseverantissimè complemus.

Bonum est ergo non cœpisse, sed perfecisse uirtus est.

Non inchoantibus præmium promittitur, sed perseverantibus datur.

Semper in uita hominis finis querendus est: quia non respicit quales antea fuerimus, Deus, sed quales circa finem uitæ extiterimus.

Vnumquenque enim Deus de suo fine, non de uita præterita iudicat.

CYPRIANVS.

Ex fine enim suo unusquisque aut iustificatur, aut condemnatur.

DE SECVRITATE.

Caput XXIII.

CHRISTVS.

Matth. 24. **V**igilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus uester uenturus est.

Omnibus dico uigilate.

Marc. 13.

PETRVS.

Estote itaque prudentes, & uigilate in orationibus.

1. Petr. 4.

PAVLVS.

Cum enim dixerint homines, Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.

1. Thess. 5.

HIERONYMVS.

Cauendum est, ne quod in nobis optimum est, labatur in uitium.

Ideo nobis Dominus tēporis sui celauit aduentum, ut penduli ob expectationis incertū, semper iudicem nostrum credamus esse uenturum, quem, quando uenturus sit, ignoramus.

Omnis uita sapientis, meditatio est mortis. Si qua est præsentis temporis læritia, ita est agenda, ut nunquam amaritudo sequentis iudicij recedat à memoria.

Plerumq; enim hostis callidus mentem cum peccato supplantat: & cum de ruina afflictā respicit, securitatis pestiferæ blanditijs seducit.

Qui igitur mente securus est, perpetratis iniquitatibus, ipse sibi testis est, quia innocēs nō est.

Cumq; mens segura redditur in corpore, animus laxatur.

Cum bona fratres agitis, semper ad memoriam mala acta reuocate.

40 Vt cum cautè culpa agnoscitur, nunquam de bono opere incautè animus lætetur.

Horā uerò ultimā Deus noster idcirco uoluit nobis esse incognitam, ut semper possit esse suspensa, ut dum illam uidere non possumus, ad illam nos sine intermissione præparemus.

ISIDORVS.

Neq; iustus de sua iustitia confidat, neque de Dei misericordia desperet, sed habeat in corde spem pariter & metum: sic speret misericordiam, ut iustitiam metuat: sic sit spes indulgentiæ, ut metus affligat.

Quamuis quisq; sit iustus, nunquam necesse est ut in hac uita sit securus.

Quamuis sanctorum conuersatio probabilis sit, incertum tamen hominibus est, quo sint sine destinati.

Nulla res de peccato securū faciat, quæ poenitentia peccatorū sit propitia, sine metu tamē homo esse non debet: quia poenitentia satisfactio, diuino tantū pefatur iudicio, nō humano.

Neq; unquam oportet poenitentem habere de peccatis securitatem.

Nā securitas inducit negligentiam, negligentia autem

autem sape incautum facit hominem, & ad uita tranfacta reducit.

ISIDORVS.

Incertum nancq; est uniuscuiusq; uitæ tēpus, & idcirco festinandum est, ne forte subito mors repentina præueniat.

CAESARIVS.

Quantum sumus securi de præteritis, tantū simus solliciti de futuris.

Omnia enim crimina uel peccata, cito ad nos reuertuntur, si non quotidie bonis operibus expugnentur.

DE STULTITIA. CAP. XXIIII.

CHRISTVS.

Math. 7. **O**Mnis qui audit uerba mea, & non facit ea, similis est uiro stulto.

PAVLVS.

1. Cor. 1. Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes.

2. Cor. 11. Sustinetis em̄ insipientes, cū sitis ipsi sapientes.

SALOMON.

Prover. 1. Stulti ea quæ sunt sibi noxia, cupiunt, & imprudentes odio habuerunt scientiam.

Pro. 10. Stultus cæditur labijs, stultus labijs uerberatur.

Ibidem. Os autem stulti, confusio proximum est.

Pro. 11. Qui stultus est, seruet sapienti.

Pro. 12. Homo uersutus celat scientiam, cor insipientium prouocabit stultitiam.

Pro. 13. Qui autē fatuus est, aperit stultitiam suam.

Pro. 15. Cor stultorum dissimile erit.

Ibidem. Stultus pascitur imperitia.

Ibidem. Stultitia gaudium stulto.

Pro. 17. Non decent stultum uerba composita, nec principem labium mentiens.

Ibidem. Expedit magis ursæ currere raptis foetibus, quam fatuo confidenti sibi in stultitia sua.

Ibidem. Quid prodest habere diuitias stulto, cum sapientiam emere non possit?

Ibidem. Homo stultus plaudet manibus, cum spoderit pro amico suo.

Ibidem. Stultus si tacuerit, putabitur sapiens: & si conpresserit labia sua, intelligens.

Pro. 18. Os stulti, contritio eius: & labia illius, ruina animæ eius.

Pro. 19. Stultitia hominis, supplantat gressus eius, & contra Deum feruet animo suo.

Pro. 26. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.

Ibidem. Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola.

Ibidem. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse uideatur.

Ibidem. Sicut qui mittit lapidem in acerum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem.

Pro. 27. Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.

Eccles. 4. Stultus complicat manus suas.

Eccles. 10. In uia stultus ambulās, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimās.

Labia insipientis præcipitabunt eum, in initium uerborum eius stultitia, & nouissimus oris illius error pelsimus.

IESVS SYRACH.

Homines stulti non apprehendunt sapientiam, & non uidebunt illam.

Stultus acriter improperabit.

A facie uerbi parturit fatuus, tanquam gemitus parrus infantis.

Sagitta infixæ femori canis, sic uerbum in ore fatui.

Datus insipientis non erit utilis tibi, oculi enim illius septemplexes sunt: exigua dabit, & multa improperabit, & apertio oris illius infamatio est.

Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius.

Qui enim edūt panē fatui, falsæ linguæ sunt. Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim illam dicit in tempore suo.

Cor fatui quasi uas contractum, & omnem sapientiam non tenebit narratio.

Narratio fatui, quasi sarcina in uia.

Compedes in pedibus, stulto doctrina.

In ore fatuorum cor illorum, & in corde fatuorum os illorum.

Confusio patris est, de filio indisciplinato.

Qui docet fatuū, quasi qui conglutinat testā.

Cum stulto non multum loquaris, & cum in sensato ne abieris.

Arenam, & sal & massam ferri, facilius est portare, quàm hominem imprudentem, & fatuum & impium.

Præcordia fatui, quasi rōta carri, & quasi axis uersatilis, sic cogitatio stulti.

Melior est homo qui abscondit stultitiā suā, quàm qui abscondit sapientiam suam.

Labia insipientium narrabunt stultitiam. Verba autē prudentiū, statim ponderabuntur.

Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur.

HIERONYMVS.

Stultiloquium enim & scurrilitas uel scyrrus, non decent Christianum.

Decet autem sermonem eius sale esse conditum, ut gratiam apud audientes habeat.

Quicquid enim amens loquitur, uociferatio & clamor est appellandum.

HILARIVS.

Stultus iuxta infirmitates suas sentit, & iuxta imbecillitatem naturæ suæ sentit.

GREGORIVS.

Sicut nec auris escas, nec guttur uerba agnoscit, ita nec stultus quisque sententiam sapientiae intelligit.

Fatū cum sapientibus in prædicatione non suscipies, nec per eum qui implere non ualet, illi qui præualet oblitus.

ISIDORVS.

Nihil stultitia peius, nihil insipientia deterius, nihil ignauia turpius.

Ignorantia, uisitorum nutrix est.

Ignorantia em̄, quid sit culpa dignū, nō sentit.

Inlie.

Inspiciens quotidie peccat.
Indoctus enim facile decipitur, stultus in ui-
tium cito delabatur.

DE AVARITIA. CAP. XXV.

CHRISTVS.

CAuete ab omni auaritia, quia non in abunda-
tia cuiusque uita eius est, ex his quae possidet.

PAVLVS.

Ephes. 5. Omnis fornicatio, & immunditia & auari-
tia, nec nominentur in uobis.

1. Cor. 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut aua-
rus (quod est idolorum seruitus) non habet heredi-
tatem in regno Christi & Dei.

SALOMON.

Pro. 15. Cōturbat domū suam, qui sectatur auaritiā.
Nullumque est iustitia in illo corde uestigium,
in quo sibi auaritia facit habitaculum.

Eccles. 5. Qui autem odit munera, uiuet.
Auarus non impletur pecunia, & qui amat
diuitias, fructus non capiet ex eis.

Auaro autem nihil est scelestius, nihil est ini-
quius, quam amare pecuniam: habet enim ani-
mam suam uenalem.

Eccles. 3. Multos perdit aurum atque argentum.
Non sit porrecta manus tua ad capiendum,
& ad dandum collecta.

AVGVSTINVS.

Sicut enim auaritia in infernū ponit, ita iugū
Christi in cœlum leuare consuevit.

HIERONYMVS.

Auaro tam deest quod habet, quam quod
non habet.

Auaritia modum ignorat, & cum omnia de-
uoret, nescit penitus saturari.

Esurit semper & inops est, & cum feralibus
dentibus uniuersa mundi regna discerpit, & se
adhuc ieiunam consistetur.

GREGORIVS.

Impetiginem quoque habet in corpore, quisque
auaritia uastatur in mente.

Si autem non possumus relinquere propria,
saltem non concupiscamus aliena.

Ad auaritiam cor parentis allicit foecunditas
prolis, eo enim ad habitum congregandae
hereditatis accenditur, quia multis heredibus
foecundatur.

CYPRIANVS.

Auarus uir, inferno est similis.

IN VITIS PATRVM.

Qui amat argentum, non uidebit scientiam:
& qui congregat illud, obscurabitur.

DE VIRTVTIBVS. CAP. XXVI.

CHRISTVS.

Mat. 9. Nemo est qui faciat uirtutē in nomine meo,
& possit cito male loqui de me.

PAVLVS.

1. Cor. 4. Non est enim in sermone regnum Dei, sed
in uirtute.

Alij per spiritum sanctum datur operatio uirtutum. **1. Cor. 12.**

Fides uestra non sit in sapientia hominum, **1. Cor. 2.**
sed in uirtute Dei.

SALOMON.

Noli prohibere benefacere eum qui potest, si-
uales & ipse benefacere. **Pro. 9.**

Omni custodia conserua cor tuum, quia ex ipso
uita procedit. **Pro. 4.**

HIERONYMVS.

Multa sunt uirtutum species, quae sectatori-
bus suis tribuunt regna cœlorum. Vnum qui-
dem iter, sed perueniendi multa compendia.
Qui perficere studet, etiam si gradum perfectio-
nis attingat, semper tamen inuenit quod crescat,
ut per dies singulos seipso melior fiat.

Nemo potest & uirtutes simul & diuitias
possidere.

AVGVSTINVS.

Imitatur uirtutem malitia, & zizania con-
fundit frumentum.

AMBROSIVS.

Non potest mens regnum habere uirtutum,
nisi prius excusserit iugum uitiorum.

GREGORIVS.

Scientia etenim uirtus est, humilitas autem
custos uirtutis.

Sanctus quisque etiam cum peruersa mente re-
quiritur, a bonitatis suae studio non mutatur.

In uia Dei socios habere desiderate.

Illae mentes supernos ciues aspiciunt, quae
cum uirtutum odoribus ad Deum per sancta de-
sideria proficiscuntur.

Cum uero adhuc timore quis bona agit, a
malo penitus non recessit.

Ex timore frequenter uitium praetermitti-
tur, ex charitate autem uirtutes oriuntur, fides,
spes, charitas.

Gaudeat in opus bonum, quod unaquaque
uirtus administrat.

ISIDORVS.

Ad uirtutes difficile confugimus, ad uitia si-
ne labore labimur.

Occultae uirtutes pro elatione sunt.

Grandes enim sudores patimur, ut ad cœlum
conscendere ualeamus.

Sicut paulatim homo a minimis uitij in ma-
xima proruit, ita gradatim ad ea quae sunt ex-
celsa, confurgit.

Qui autem uirtutes inordinate comprehen-
dere nititur, cito periclitatur.

Hec est causa in rerum natura, ut quicumque
uelociter ad perfectum tendunt, sine dubio ce-
leriter finiuntur.

Prius uitia stirpanda sunt in homine, deinde
inferenda uirtutes.

Nā coniungi non potest ueritas cum mendacio.

Vis autem uirtutes tuas augere, publica-
re noli.

CYPRIANVS.

Nihil prodest uerbis proferre uirtutem, &
factis destruere ueritatem.

DE VITIIS. CAP. XXVII.

CHRISTVS.

Math. 15. **A**B intus enim de corde hominum cogitatio
nes malæ procedunt.

ibidem. Adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritia, nequitia, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia, omnia hæc mala ab intus procedunt, & coinquinant hominem.

PAVLVS.

Rom. 6. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius.

SALOMON.

Prov. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.

AVGVSTINVS.

Nulla caro exultat in deo, quæ uiuit in uitijis.

HIERONYMVS.

Non purgantur mala uitiorum, nisi ex comparatione uirtutum.

Malo arboris nodo, malus clauus, aut cuneus infigendus est.

Non poterunt in die iudicij, aliorum uirtutes, aliorum uitia subleuare. (res.)

Circûdati enim uitijis, nõ possunt uidere uirtutes animæ consequi possis.

Nos uerò amore uirtutum uitia superemus.

Omnes enim homines uitijis nostris fauemus: & quod propria facimus uoluntate, ad naturam ferimus necessitatem.

ISIDORVS.

Recedens homo à Deo, statim uitiorum traditur potestati.

Vt dum patitur infesta uitia, reuertendo, unde cecidit, resipiscat.

Satis delicate se palpant, qui uolunt sine labore uitia superare.

Perfekte renunciat uitio, qui occasionem euitat in perpetrando peccato.

Vitia uerò cordis tui reuela.

Nonnunquam hominẽ sua persequuntur: quia nimirum qui prius uolendo ea sibi fecit socia, postea sentit etiam nolens stimulos dupliciter.

Est autem criminis reus, qui & admittit scelera per uoluntatem, & defendit ea per contumacia tumorem.

Inuicem sibi succrescunt uitia, ut dum unum abierit, succedat aliud.

Aliquando utiliter peccat in minimis uitijis, ut maiora utilius caueantur.

Veraciter enim sanantur uitia, quæ uitia uirtutibus, non uitijis, excluduntur.

CAESARIVS.

Vitia enim nostra, hostes nostri sunt.

IN VITIS PATRVM.

Sicut pinguis terra germinat quod absconditum est in ea, sic & caro pinguis producit uitium.

DE EBRIETATE. CAP. XXVIII.

CHRISTVS.

Luc. 21. **A**Ttendite autem uobis, ne forte grauentur corda uestra crapula uel ebrietate, & curis huius uitæ.

PAVLVS.

Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. **Ephes. 5.**

SALOMON.

Luxuriosa res uinum, & tumultuosa ebrietas: quicumque in his delectatur, non erit sapiens. **Prov. 20.**

Nec intuearis uinum quando flauescit, & cum splenderit in uitro color eius: ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus uenena diffundit. **Prov. 23.**

Nullum secretum est, ubi regnat ebrietas.

IESVS SYRACH.

Operarius ebriosus non locupletabitur, & qui spernit modica, paulatim decedit. **Eccles. 31.**

Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt senatos. **ibidem.**

Sufficiens est homini erudito uinum exiguum, in dormiendo nõ laborabis ab illo, nec senties dolorem. **Eccles. 31.**

Diligentes uinum nolite prouocare, multos enim exterminat uinum.

Amaritudo animæ, uinum multum potatũ. **ibidem.**

Aequa uita hominibus, uinum in sobrietate. **ibidem.**

Si bibas illud moderate, sobrius eris.

Vinum in iocunditatem creatum est, non in ebrietatem. **ibidem.**

Vinum moderate potatum, sanitas est corporis & animæ. **ibidem.**

Vinum multum potatum, irritationem & iram, & ruinas multas facit. **ibidem.**

Sicut ignis probat ferrum durum, sic uinum corda arguet. **ibidem.**

HIERONYMVS.

Ubi cumque saturitas atque ebrietas fuerit, ibi libido dominatur.

Religiosus nunquam uino redoleat, ne audiatur illud Philosophi:

Hoc nõ est osculũ porrigere, sed propinare.

Quicquid inebriat, & statum mentis euerit, similiter fugiamus ut uinum.

40 Ventrem distentum cibo, & uino & potione, uoluptas genitalium sequitur.

Quicquid est seminalium uoluptatum, est uenenum potatum.

AMBROSIVS.

Infirmum stomachum moderatus cibus & uinum confortat, ebrietas autem corpus debilitat.

Plerosque enim gula & abundantia uini, turpiter in luxuriam seducunt.

50 Vinum quippe non reputatur in usu, sed condemnatur in excessu.

ISIDORVS.

Ebrietas autem perturbationem gignit mentis, furorem cordis, flammam libidinis.

Ebrietas autem ita mentem alienat, ut ubi sit nesciat: unde etiam malum non sentitur, quod ebrietate committitur.

Plerisque laus est multum bibere, & non inebriari. Audiant hi aduersum se dicentem Prophetam: Væ qui potentes estis ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem.

60 Non solum ex uino inebriantur homines, sed etiam ex cæteris potandis generibus, quæ uario modo conficiuntur.

BASIA

BASILIVS.

Sicut enim piscis se preparat ut glutiat escā,
ita & ebriosus in uino suscipit inimicum.

Vinum enim Dominus nobis ad lætitiā cor-
dis, non ad ebrietatem donauit.

Plurimi namq; homines per uinum maximā
debilitatem contraxerunt, nec potuerunt con-
sequi pristinam firmitatem, quia non tempera-
uerunt gulæ ardorem.

Ebriosus putat se aliquid optimum habere,¹⁰
cum fuerit in præcipitia deuolutus.

In omnibus te exhibe sobrium uitæ, sobrietas
in omnibus exhibeatur Deo.

DE DECIMIS. CAP. XXIX.

PROPHETA.

Malach. 3. **O**Mnem decimā uestram distribuite, inferte
omnem decimam in horreo meo, ut sit ci-
bus in domo mea, & probate me in his, dicit²⁰
Dominus.

PAVLVS.

Heb. 7. De filijs Leui sacerdotum accipientes, man-
datum habent decimas fumere à populo, secun-
dum legem: id est, à fratribus suis.

3. Cor. 7. Hilarē datorem diligit Deus.

SALOMON.

Prou. 11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt.

Ibidem. Alij rapti nō sua, & semper in egestate sunt.

IESVS SYRACH.

Eccles. 35. In omni dato hilarem fac uultum, & in exul-
tatione sanctifica decimas.

Da altissimo secundum datum eius, & in bo-
no oculo ad inuentionem facito manuum tua-
rum: quoniam Dominus Deus noster retribuens
est, & septies tantum reddet tibi,

AVGVSTINVS.

Decimæ enim tributa sunt egentium anima-
rum: quod si decimas dederitis, non solum abū-
dantiā fructuum recipietis, sed etiam sanita-
tem corporis consequemini.⁴⁰

Non eget Dominus Deus, non præmium po-
stulat, sed honorem.

Deus enim noster qui dignatus est totum da-
re, decimam à nobis dignatur repetere, non si-
bi, sed nobis sine dubio profuturam. unde Pro-
pheta dicit: Primitias aræ & uinæ torcularis
tui, non tardabis offerre mihi.

Si tardius dare peccatum est, quanto magis
est non dedisse?

De militia, de negotio, de artificio, red-
de decimas.

Cum enim decimas dando, & ex terrenis cœ-
lestia possis promereri, quare per auaritiā du-
plici te benedictione defraudas?

Hæc est enim Domini iustissima consuetu-
do, ut si tu illi decimam non dederis, tu ad deci-
mam reuocaris.

Dabis impio militi, qd nō uis dare sacerdoti.
Benefacere Deus semper paratus est, sed ho-
minum malitia prohibetur.

Decimæ enim ex debito requirantur, & qui
eas dare noluerit, res alienas inualit.

Et quanti pauperes in locis ubi ipse habitat,
illo decimam non dante, famē mortui fuerint,
tantorum homicidiorum reus ante tribunal æ-
terni iudicis apparebit: quia rem à Deo paupe-
ribus delegatam, suis uisibus reseruauit.

Qui ergo sibi aut præmium comparare, aut
peccatorum desiderat indulgentiam promere-
ri, reddat decimas Deo.

Vnusquisq; Christianus, & omnis ordo ca-
tholicorum etiam de nouem partibus studeat
elemosynam dare.

DE CVPIDITATE.

Caput XXX.

CHRISTVS.

Quam difficile est confidentes in pecunijs,
in regnum Dei introire: difficile qui pecu-
nias habet, in regnum Dei introibit.

PAVLVS.

Radix omnium malorum est cupiditas: quā
quidam appetentes, errauerunt à fide, & inse-
ruerunt se doloribus multo.

SALOMON.

Semitæ omnis auari, aīas possidētū rapiūt.

Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absco-
ditus suauior.

Statera dolosa abominatio est apud Deum,
& pondus æquum uoluntas eius.

Suauis homini panis mendaciæ, postea imple-
bitur os eius calculo.

IESVS SYRACH.

Viro cupido & tenaci, sine ratione est sub-
stantia.

Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquita-
tis, non satiabitur, donec consumat arefaciens
animam suam.

Qui ædificat domum impedijs alienis, quasi
qui colligit lapides suos in hyeme.

Multi dati sunt in auri casus, & facta est in
specie illius perditio illorum.

AMBROSIVS.

Porro cupiditas atq; superbia, in tantum u-
num est malum, ut nec superbus sine cupidita-
te, nec sine superbia possit cupidus inueniri.

ISIDORVS.

Graui enim dolore amittuntur, quæ cum ma-
gno amore habentur.

Minus autem amittendo dolemus, quod mi-
nus possidendo diligimus.

Gloriam temporalem sequentes, etsi nitidi
sunt foris fulgore potentia, intus tamen uacui
sunt elatione superbia.

Qui in appetēdis honoribus seculi, aut pro-
speritatibus mundi insatēter desudat laborare,
hic & in futuro uacuis inuenietur à requie.

Nemo potest spiritualia bella suscipere, nisi
prius carnis edomauerit cupiditates.

Non potest ad contemplandum Deū mens
esse libera, cum desiderijs huius mundi & cupi-
ditatibus inhiat.

Neque enim poterit alta conspiciere oculus,
quem puluis claudit.

Omni

Omni peccato peior est auaritia, & amor pecuniarum.

Cupiditas omnium criminum mater est. Ergo si succiditur mater criminum, non pullulant cæteræ soboles peccatorum.

Nunquã satiari nouit cupiditas, semper avarus eget: quantumq; magis acquirit, tantum amplius quarit.

Plurimi potentes tanta cupiditatis rabie inflamãtur, ut de cõsinib. suis pauperes excludãt.

Non est mirum quod morientes in inferni ignibus deportentur, si uiuentes flammam cupiditatis suã minime extinxerunt.

Qui desiderio cupiditatis astuant, flatu diabolicae inspirationis uruntur.

E V S E B I V S.

Pecunia cupiditas, populorũ corda mortaliũ superat, etiã fraternã necessitudinẽ uiolat.

I N V I T I S P A T R Y M.

Nihil prodest pecuniam non habere, si uolũtas fuerit possidendi.

Tantum habeamus, quantum necessitas poscit, non quantum cupiditas concupiscit.

Nihil prodest ei nuditas, cui inest cupiditas.

D E D I S C I P L I N A.

Caput XXXI.

I O A N N E S.

EGO quos amo, castigo & arguo.

Apoc. 3. c.

Heb. 12.

Heb. 12.

Omnis autem disciplina in presenti uidetur non esse gaudij, sed mœroris: postea fructũ pacatissimum exercitatis per eam reddit iustitiæ.

S A L O M O N.

Audi fili mi disciplinam patris tui, & non dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.

Pro. 1.

Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est uita tua.

Pro. 4.

Accipite disciplinam, & nolite abijcere eã.

Pro. 9.

Noli ergo arguere derisorem, ne oderit te.

Ibidem.

Argue sapientem, & amabit te.

Pro. 12.

Qui diligit disciplinam, diligit scientiam.

Ibidem.

Qui autem odit increpationem, insipiens est.

Pro. 10.

Via uitæ custodienti disciplinam.

Pro. 13.

Qui autem increpationes reliquerit, errat.

Ibidem.

Egestas & ignominia ei, q. deserit disciplinã.

Pro. 15.

Qui autem acquiescit arguenti, gloriabitur.

Pro. 17.

Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet.

Ibidem.

Qui increpantes odit, morietur.

Ibidem.

Plus proficit una correctio apud prudentẽ, quã centum plagæ apud stultum.

I E S V S S Y R A C H.

Vir prudens & disciplinatus, non murmurabit correptus.

Eccles. 10.

Priusquam interroges, ne uituperes quemquam: & cum interrogaueris, corripe iuste.

Eccles. 11.

Qui odit correptionem, minuatur uita.

Eccles. 19.

Corripe amicum, sæpe enim fit commissio, & non omni uerbo credas.

Ibidem.

Est correctio mendax in ira contumeliosi.

Bedæ rom. 7.

Corripe proximum, antequam commine- ris, & da locum timori Altissimi. *Ibidem.*

Peccator homo deuitat correptionem. *Eccles. 32.*

Qui odit correptionem, uestigiũ est peccatoris. *Eccles. 31.*

Nã qui timet Deum, cõuertetur ad cor suũ. *Ibidem.*

A M B R O S I V S.

Leniter castigatus, exhibet reuerentiã castiganti: aspera autem increpatione offensus, nec increpationem recipit, nec salutem.

Sustenta æquanimiter, ut infirmos, quos emendare non potueris, castigatos.

Blanda pietate portandi sunt, qui increpati pro sua infirmitate non possunt.

Pro diuersitate peccantiũ, alij portandi, alij castigandi sunt, quia modus diuersus est peccatorũ.

Tunc enim protèruos melius corrigimus, cum ea, quæ bene egisse se credunt, mala demonstrauimus.

G R E G O R I V S.

Sunt nonnulli, qui increpationis uerba audiunt, & ad pœnitentiã redire contendunt: quia pœnæ terrent, quos alioquin præmia non inuitant.

Audiat de regno quod amet, audiat de supplicio unusquisq; quod timeat: ut si amor ad regnum non trahat, timor inuitet.

I S I D O R V S.

Salubriter accipiunt iusti, quoties de suis excessibus arguuntur.

Plerumq; mali, similes sibi in malo, defendunt.

Qui per blanda uerba castigatus non corrigitur, acrius necesse est ut arguatur.

Cum dolore enim abscondenda sunt, quæ leniter sanari non possunt.

Qui admonitus secreto, corrigi de peccato negligit, publice arguendus est, ut uulnus quod occulte sanari nescit, manifeste debeat emendari.

Palam sunt arguendi, qui palam nocent: ut dum aperta obiurgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerunt, corrigantur.

Dum unus corripitur, plurimi emendantur.

Melius est ut pro multorum saluatione unus condemnetur, quã pro unius licentiã multipericlitentur.

D E F I D E Cap. XXXII.

C H R I S T V S.

Omnia possibilia sunt credenti. *Marc. 9.*

Habete fidem Dei. *Marc. 11.*

Qui non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumq; dixerit fiat, fiet ei.

Qui credit in filium Dei, habet uitã æternã. *Ioan. 3.*

Qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum. *Ibidem.*

I A C O B V S.

Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? *Iacob. 2.*

Nunquid poterit fides saluare eum? *Ibidem.*

Fides sine operibus ociosa est. *Ibidem.*

Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. *Ibidem.*

P A V L V S.

Virtus enim Dei est, in salutẽ omni credenti. *Rom. 4.*

B Igitur

Galat. 3. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fili
deli Abraham.

Ephes. 6. In omnibus sumentes scutum fidei, & galeã
salutis accipite, & gladium spiritus, quod est
uerbum Dei.

Heb. 11. Sine fide autẽ impossibile est placere Deo.
Credere enim oportet accedentem ad Deum,
quia est; & inquirentibus se remunerator sit.

SALOMON.

Eccles. 22. Fidem posside cum proximo in paupertate
illius, ut & in bonis illius lateris.

AUGUSTINVS.

Si enim iustus est, qui ex fide uiuit: iniquus
est, qui non habet fidem.

Homini fideli, totus mundus diuitiã: infide-
li autem nec ad modicum diuitiã sunt.

Fidelibus nox in diem mutatur.

Infidelibus autẽ etiam ipsa lux tenebrã fit:
usq; adeo praualet fides, ut homines super ma-
re pedibus faciat ambulare.

Magna est fides, sed nihil prodest, si non ha-
buerit charitatem.

HIERONYMVS.

Quid prodest si impiẽ agens, Deum uoce in
uocas, quem operibus negas?

Deus in bonis operibus fidelium non tan-
tum considerat oblationis magnitudinẽ, quã
tum fidei ueritatem.

GREGORIUS.

Ille enim uerẽ credit, qui exercet operando
quod credit: per fidem namq; ab omnipotenti
Deo cognoscimur.

Quid prodest si eidem redẽptori nostro per
fidem iungimur, si ab eo moribus diluigamur?

ISIDORVS.

Beatus est autem qui & rectẽ credendo be-
ne uiuit, & bene uiuendo fidẽ rectam custodit.

Christianus enim malus, dum secundum Eu-
angelij doctrinã non uiuit, etiam ipsam fidem
quã uerbo colit, oborta tẽtatione facile perdit.

Deus si creditur, merito inuocatur & queri-
tur: ac per hoc tunc perfecte laudatur, quando
& creditur.

Fides nequaquam uis extorquetur, sed ratio-
ne atq; exemplis suadet in corde.

Respicit Deus fidem, ubi se non possunt ho-
mines excusare: fides enim quã corde retine-
tur, confessione oris ad salutem profertur.

Multi fidem Christi ex corde non amãt, sed
humano terrore, eandem per hypocrisim tene-
re se simulant: & qui esse nõ possunt apertẽ ma-
li, per terrorem fictẽ noscuntur boni.

DE SPE. Cap. XXXIII.

PAVLVS.

Rom. 8. Nō ipsi primitias spiritus habentes, expecta-
mus redẽptionẽ: spe enim salui facti sumus.

Spes autem quã uidetur, non est spes.

Ibidem.

Nam quod uidet quis, quid sperat?

Ibidem.

Si autem quod non uidemus speramus, per
patientiam expectamus.

Ibidem.

IACOBVS.

Qui enim hẽsitat, similis est fluctui maris, qui
a uento mouetur & circumfertur.

SALOMON.

Expectatio iustorum, lætitiã: spes impio-
rum peribit.

Spes quã differtur, affligit animam.

Pro. 13.

ORIGENES.

Neq; salus esse cuiquam potest, nisi prius si-
bi propitiũ faciat Dominũ.

ISIDORVS.

Qui malẽ agere non desistunt, uana spe in-
dulgentiam de Dei pietate requirunt, quam re-
ctẽ quærerent, si ab actione praua cessarent.

Metuendum ualde est, ut neq; per spem ue-
nitã, quam promittit Deus, perseveranter pec-
cemus: neq; quã iuste peccata distringit, ueniã de-
speremus: sed utroq; periculo euitato, & a ma-
lo declinemus, & de pietate dei ueniã sperem?

Omnis quippe iustus spe & formidine nitet:
quia nunc illum ad gaudium spes erigit, nunc
ad formidinem terror gehennã adducit.

Qui enim ueniã de peccato desperat, plus de
desperatione quã de cõmissio scelere se dãnãt.

Desperatio auget peccatum.

Desperatio peior est omni peccato.

Corrige igitur te ipsum, & indulgentiã ha-
beto spem.

Nulla tam grauis est culpa, quã non ha-
beat ueniã.

Nulla te securitas deceptum a penitentia
intentione suspendat.

Incessanter in corde tuo spes & formido cõ-
sistant, pariter sint in te timor atq; fiducia.

DE GRATIA. Cap. XXXIII.

CHRISTVS.

Gratis accepistis, gratis date.

Matth. 10.

Gratiã & ueritas per Iesum Christũ facta
est.

Ioan. 1.

PAVLVS.

Ubi autem abundauit peccatum, superabun-
dauit gratia: ut sicut regnauit peccatum in mor-
tem, ita & gratia regnet per iustitiam in ui-
tam æternam.

Rom. 5.

Stipendiã enim peccati, mors: gratia autem
Dei, uita æterna.

Rom. 6.

Unicuiq; autem nostrum data est gratia se-
cundum mensuram donationis Christi.

Ephes. 4.

SALOMON.

Qui bonus est, a Domino hauriet gratiam.

Pro. 11.

Oculi tui uias Domini custodiant, ut adda-
tur gratia capiti tuo.

Gratiã datur in conspectu omnis uiuentis.

Est datus, cui non est utilis: & est datus, cui re-
tributio duplex est.

GREGORIUS.

Dominus qui talenta contulit, rationem po-
siturus redit: quia is qui nunc piẽ spiritalia do-
na tribuit, districte in iudicio merita exquiret.

Bonũ quod in tranquillitate sumitur, in tri-
bulatione manifestatur.

Sunt namq; nonnulli qui donum intelligẽtiẽ
perceperunt, sed sola quã carnis sunt, sapiunt.

ISIDO/

ISIDORVS.

Interdum peccâtibz nobis, sua Deus dona retrahit, ut ad spem diuinæ propitiatiōis mēs humana consurgat.

Ab illo enim nobis omnia bona, gratia præueniente, donantur.

Profectus hominis, donum Dei est: nec à se potest quisquam, sed à Domino corrigi. Non enim quicquam boni habet proprium homo, cuius uia non est eius.

Cum quisq; aliquod donum Dei accipit, nō appetat amplius quàm quod meruit, ne dum alterius membri officii arripere tētat, id quod meruit, perdat.

Conturbat enim corporis ordinem totum, qui non suo contentus officio surripit alienum.

Quod enim sapientes sumus, quod diuites, quod potentes existimus, non alterius, sed potius diuino munere sumus.

Vtatur ergo optimè diuinis beneficijs, quatenus & Deum non pœniteat dedisse, & nobis accepisse sit utile.

In diuisione bonorum diuersi percipiunt diuersa Dei munera, non tamē conceduntur uni omnia, ut sit pro utilitatis studio, quod alter admiretur in altero. Item dicit: Munera gratiarū alia isti, alia uerò donantur illi: nec dantur ita habere uni, ut non egeat alterius.

Auferre Deus dicitur homini donum quod homo non habuit. i. quod accipere nō meruit. 30

EUSEBIVS.

Sicut gratia gratis accipitur à Deo, ita gratia eadem ministratur.

DE DISCORDIA.

Cap. XXXV.

CHRISTVS.

Matth. 12. & Luc. 11. **O** mne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit.

Matth. 10. & Ibidem. Necessè est enim, ut ueniant scandala. Veruntamen uæ homini illi per quem scandalum uenit.

PAVLVS.

Rom. 14. Omnia quidem munda sunt, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.

1. Cor. 7. In pace autem uocauit nos Deus.

1. Cor. 14. Non enim dissensionis est Deus, sed pacis.

Rom. 1. & Apoc. 1. Pax fratribz, & charitas cum fide, à Deo patre & Domino Iesu Christo.

SALOMON.

Pro. 12. Abominatio est Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent Deo.

Pro. 15. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas.

Pro. 16. Homo peruersus suscitât lites, & uerbosus separat principes.

Pro. 17. Semper iurgia querit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum.

GREGORIVS.

Deus quippe in unitate est, & illi eius gratia Bedæ tom. 7.

tiam habere merentur, qui se ab inuicem per se clarum scandalum non diuidunt. Munus enim non accipitur, nisi ante discordia ab animo pellatur.

Quam grauis est culpa discordiæ, pro qua nec munus accipitur.

Quicquid enim proteruus uel indignus amicus protulerit, obiurgantis furor est, non dilectio correctionis.

10 Quale iam est misericordiæ sacrificiū, quod cum discordia proximi offertur?

DE IURAMENTO.

Cap. XXXVI.

CHRISTVS.

Auidistis quia dictum est antiquis: Non perierabis. **Matth. 5.**

Reddes autem Domino iuramenta tua. **Ibidem.**

Ego autem dico uobis, non iurare omnino, nec per cœlum, nec per terram. **Ibidem.**

Sit autem sermo uester: Est est, non non. **Matth. 5.**

Quod autem his abundantius est, à malo est. **Ibidem.**

Qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. **Matth. 23.**

PAVLVS.

Homines enim per maiorem sui iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem iuramentum est. **Heb. 6.**

SALOMON.

Qui autem mētitur, testis est fraudulentus. Iurationi non assuescat os tuum. **Pro. 12. Eccles. 23.**

Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedit à domo illius plaga. **Ibidem.**

Si iuracuum iurauerit uir, nō iustificabitur. **Ibidem.**

Indisciplinata loquelz non adsiuescas os tuum: est enim in illa uerbum peccati. **Ibidem.**

ISIDORVS.

Sicut mentiri non potest, qui non loquitur: sic periurare non poterit, qui nō appetit iurare.

Non est contra Dei præceptum iurare, sed dum usum iurandi facimus, periurij crimen incurrimus.

Nunquam ergo iuret, qui periurare timet.

Multi ut fallant, periurant, ut per fidem sacramenti fidem faciant uerbi, sicq; fallendo, dīx periurant & mentiuntur, homines decipiunt.

Interdum & fallis lachrymis seducti, decipi mur: & credimus dum plorant, quibus credendum non erat.

Plerunq; sine iuramento loqui disponimus, sed incredulitate eorum qui non credunt quod dicimus, iurare compellimur.

Taliquē necessitate iurandi consuetudinem facimus.

Sunt multi ad credendum pigri, qui non mouentur ad fidem uerbi.

Grauitè autem delinquant, qui sibi loquentes iurare cogunt.

Quacunque arte uerborum quis iuret, Deus tamen qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur, intelligit.

Dupliciter autem reus fit, qui & Dei nomē

B 2 inua-

inuauum assumit, & proximum dolo capit.

Non est obseruandum iuramentum, quum malum incaute promittitur: ueluti si quispiam adulteram perpetim cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quam permanere in stupri flagitio.

DE COGITATIONIBVS.
Cap. XXXVII.

CHRISTVS.

Math. 5. **B**Eati mudo corde, quonia ipsi Deu uidebunt.
Marc. 7. Ab intus enim de corde hominum cogitationes malae procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritia, nequitie, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia haec mala ab intus procedunt, & coquinant hominem.

PETRVS.

1. Petr. 2. Charissimi obsecro uos, tanquam aduenas & peregrinos, abstinere uos a carnalibus desiderijs, quae militant aduersus animam.

PAPVLVS.

1. Cor. 13. Charitas non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet autem ueritati.

1. Cor. 15. Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Charissimi mundemus nos ab omni iniquitamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore spiritus.

Galat. 5. Dico autem, spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.

SALOMON.

Pro. 12. Qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit.

Ibidem. Cogitationes iustorum, iudicia: consilia impiorum fraudulenta.

Pro. 15. Dolus in corde cogitantium mala.

Pro. 16. Abominatio est Domino cogitatio mala.

Pro. 16. Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuae.

Pro. 17. Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficit malum.

Eccles. 4.2. Non praeterit Dominum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo ullus sermo.

Sap. 1. In cogitationibus enim impij, interrogatio erit.

Sap. 3. Impij autem secundum quae cogitauerunt, correptionem habebunt.

Sap. 9. Corpus autem quod corrumpitur, aggrauat animam: & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem.

Non est cogitatus impiorum prudentia.

Eccles. 16. Qui minoratur corde, cogitat inania, & uir imprudens & errans cogitat stultitiam.

Ante tempus ad senectutem ducit cogitatus.

AVGVSTINVS.

Nemo potest a diabolo decipi, nisi qui praebere uoluerit suae uoluntatis assensum.

HIERONYMVS.

Potestas quippe diaboli, non in temeritate illius atque iactantia, sed in tua est uoluntate.

Diabolus per ea quae patere uidet, aut certe non firmiter clausa, quaerit irumpere, & ad ipsam arcem cordis & animam peruenire.

Sola pietatis causa est, ubi carnis nulla notitia est.

Non sinas cogitationes malas in corde tuo crescere.

HILARIVS.

Non omnes cogitationes nostrae per diaboli instigationem excitantur, sed aliquotiens & nostro nutu emergunt: bonae autem cogitationes semper a Deo sunt.

GREGORIVS.

Sicut capite reguntur membra, ita cogitationes mente disponuntur.

Dum enim in cogitatione uoluntas non reprimitur, etiam in agnitione dominatur.

Omnia enim corda scrutatur Dominus, & uniuersas mentium cogitationes intelligit.

Maligni quippe spiritus undique animam angustant, quando ei non solum operis, uerum etiam cogitationis, atque insuper locutionis iniquitates replicant.

Tunc enim in capite oculos habemus, cum uitam redemptoris nostri tacita cogitatione conspiciamus.

Quid prodest quod contra hostium insidias tota ciuitas custoditur, si unum foramen apertum relinquatur, unde ab hostibus intretur?

Omne enim quod subtiliter cogitamus, quasi si mente coquimus.

Qui ergo in pace subigere carnis desideria nolumus, quomodo in bello pro Deo ipsam carnem daremus?

Mens nostra a carnali delectatione abigenda est, & a carnis cura necessaria abscindenda non est.

ISIDORVS.

Bipertita est causa peccandi, id est operis & cogitationis: quorum unum dicitur iniquitas, quod opere geritur: aliud iniustitia, quod cogitatione admittitur.

Prius autem actio refecanda est, postea cogitatio.

Prius praua opera, postmodum desideria.

Vicissim enim & a cogitatione opera procedunt, & ab opere cogitatio nascitur.

Quauis ab opere malo quisque uacet, pro solius tamen prauae cogitationis malitia non erit innocens.

Non enim solum factis, sed & cogitationibus deinquimus, si eis illicite occurreribus. delectemur.

Non est timendum, si bona & mala in cogitationem ueniant: sed magis gloriandum est, si mens mala a bonis intellectu rationis discernat.

Nihil iuuat quod inter bonum & malum sensu prudentiori discernimus nisi ope aut mala cogitata caueamus, aut bona intellecta faciamus.

In ipso cogitationis initio resiste, & euades caetera.

Si separaueris cogitationes a corde, non prorumpent in opera.

Si cogitationibus non consenseris, operi cito resistes.

Non enim potest corpus corrupti, nisi prius corruptus sit animus.

Nihil potest caro facere, nisi quod uoluerit animus.

Munda

Munda enim à cogitatione animum, & caro non peccabit: melius est ut uites uitium, quàm ut emendes.

IN LIBRO CLEMENTIS.

Diabolus enim, nisi quis uoluntatibus eius se sponte subdiderit, potestatem aduersus hominem non habebit.

IN VITIS PATRVM.

Sicut ignis tepefacit ceram, ita & uigiliæ bonæ cogitationes pessimas.

DE MENDACIO.

Cap. XXXVIII.

CHRISTVS.

Non falsum testimonium dices.

Matth. 19.

Exod. 20.

Ephes. 4.

Coloss. 3.

Deponentes omne mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo.

Nolite mentiri inuicem, expoliantes uos uerem hominem cum actibus suis, & induentes notum, eum qui renouatur in agnitione Dei, secundum imaginem eius qui creauit eum.

SALOMON.

Qui autem mentitur, testis est fraudulentus.

Qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij.

Abominatio est Domino labia mendacij.

Qui autem fideliter agunt, placent illi.

Liberat animam testis fidelis.

Profert mendacia uersipellis.

Testis fidelis non mentietur, profert mendacia testis dolosus.

IESVS SYRACH.

Non accipias aduersus animam tuam mendacium.

Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias.

Noli uelle mentiri omne mendacium: asiduitas enim illius non est bona.

Responsum obscurum inuacuum non ibis, os autem quod mentitur, occidit animam.

HIERONYMVS.

Mendaces faciunt, ut nec uera dicentibus credat.

ISIDORVS.

Sæpe uera promittit, qui falsa dicitur, ut cum primum acqussierit fidem, ad reliqua mendacia audientes credulos faciat.

Multis uidentur uera esse, quæ falsa sunt, & ideo non ex Deo, sed ex suo mendacio loquuntur.

Plerumque à ueritate incipit, qui falsa cõfingit.

Latent sæpe uenena circumdata melle uerborum: & tam diu deceptor ueritatem simulat, quousque fallendo decipiat.

Summopere cauendum est omne mendacium: omne quoque genus mendacij magnopere fuge.

Omne quod à ueritate discordat, iniquitas est.

Esto in uerbo uerax, neminem mendacio fallas.

Non aliud loquaris, aliudque facias.

Non aliud dicas, & aliud in animo teneas.

Assiduitas iuradi, periurij cõsuetudine facit.

Sine consideratione uerò non promittas.

Quod non potes facere, non pollicearis.

Multum reus eris, si non reddas quod uoueris.

Bedæ tom. 7.

Veritas angulos non habet, nec querit usuras. Quod incaute uouisti, non facias: impia est promissio, quæ scelere adimpletur.

DE MONACHIS. Cap. XXXIX.

MOSES.

Cum uoueris uotum Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus.

PAVLVS.

Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere.

Et ille quidem, ut corruptibilem coronam accipiat, nos autem incorruptam.

Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit.

SALOMON.

Semita iustorum declinat mala: custos autem animæ suæ seruat uiam suam.

HIERONYMVS.

Nunquam de ore Monachi turpis aut lasciuus sermo egredietur.

His enim lignis libidinofus animus ostenditur, & per exteriorum hominum, interioris hominis uitia demonstrant.

Monachus non desideret urbium frequentiam, quia de singularitate censetur.

Monachus sit uigil sensus, ne uanis cogitationibus polluat.

Amet scientiam scripturarum, & carnis uitia non amabit.

Episcopi imitantur Apostolos, & Monachi perfectos patres: ut quorum honorem possident, habere nitantur & meritum.

Monachus habeat simplicitatem columbæ, nec cuiquam machinetur dolos.

Habeat & serpentis astutiam, ne aliorum supplantetur insidijs.

Monachus teneat humilitatem ueram.

Monachus qui Christi desiderat, nihil aliud indagat, sed est ei cella pro paradiso, uaria scripturarum dona discerpit, his utitur delictis, harum fruitur amplexu.

Ille uerus est Monachus, qui aurum contemnit, & scripturas sectatur: & cum in paupertatem incidit, ornator instat ornatu.

Monachis specialis expetenda est solitudo, ex urbe habitatio facienda.

Non quæras in monacho gloriæ nitorem, sed animi pietatem.

Quicquid in monachos dicitur, redundat in Clericos.

Auersum nos loquaces, pro se muti.

Monachus cum corpore clausa cellula lateat, lingua per orbem non discurrat.

GREGORIUS.

Ipsi dispensationibus terrenis inseruiant, quos dona spiritalia non exornant.

Qui penetrare ad intima nequeunt, saltém necessaria foris operentur.

Monachus qui intra possessionem quærit, monachus non est.

B 3

151a

ISIDORVS.

Tūc se quisq; Monachum iudicet, quum se minimum existimauerit cunctis.

BASILIVS.

Cœleste enim donū accipit Monachus, qui terrenos actus à semetipso proicit, nec impliat se negocijs secularibus militans Deo.

IN VITIS PATRVM.

Monachus enim non solum propterea dicitur, quia uxorem non habet, sed religioni Dei, & seruitio ipsius mācipatus est: cura illi est quæ admodum seculo non placeat, quia magis elegit castitatem, quæ Deo curæ est, & spiritus sancti habitatio.

Monachus, si uentrem suum & linguam contineat, & iracundiam non fecerit, confidat quia non morietur in æternum.

Monachus edens multum, & operans multum, non confidat in hoc.

Qui autem parum edit, etiam si parum operetur, confidat, & uiriliter agat, non perdet mercedem suam.

Qui uult ædificare domum, multa procurat, ut possit perficere opus suum: ita monachum multam curam habere oportet, ut possit opus Dei perficere.

Quanti Monachorum, dum patris matrisq; non miserantur, suas animas perdiderunt.

Melior est secularis mansuetus, quam Monachus animosus & iracundus.

Melior est secularis infirmitas seruienti fratri, super Monachū non miserentē proximo suo.

Monachus bilinguis turbat fratres.

Fidelis autem requiem adducit.

Pallor enim cum humilitate, & maceries, deus est Monachi.

Si porueris iniuriari ac tacere, & affici conuicijs, & portare, magna est hæc res super alia mandata.

EFFREM.

Sicut enim sata in bona terra culta, sic anima monachi fructificationibus diuinarum scripturarum.

Sicut lampas lucida in loco tenebroso refulgens, sic Monachus mente sobria, in corde per uigil, in tempore psalmodiæ suæ & orationis.

Sicut pondus salis deprimat infirmū, sic somnus deprimat Monachum in oratione.

Sicut uermis corrumpit lignum, sic inuidia corrumpit animam Monachi.

Sicut tineæ exterminat uestimentum, sic detractio animam Monachi.

DE DETRACTIONE.

Cap. XL.

PAVLVS.

Philip. 2. **O**Mnia autem facite sine murmuracionibus & hesitationibus, ut sine querela sitis, & simplices filij Dei, sine reprehensione.

IACOBVS.

Iacob. 4. Nolite detrahare alterutrū fratres mei: qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem.

SALOMON.

Remove à te os prauum, & detrahentia labia procul sint à te. Pro. 4.

Qui detrahit alicui rei, ipse sese in futurum obligat. Pro. 13.

Qui autē timet præceptū, in pace uersatur. Ibidem.

Cum detractoribus ne commiscearis: quoniam niam repente confurget perditio illorum, & ruinam utriusq; quis nouit? Pro. 14.

Tumultus murmuracionū nō abscondetur. Sap. 1.

AVGVSTINVS.

Ne ergo detrahas, nec audias detrahentem.

HERONYMVS.

Nunquam ulli detrahes. Accusamus sæpe quod facimus, & contra nosmetipsos nostra uirtia inuenimus.

Noli detraherē, sed uerum dicere.

Caue ne linguam aut aures habēas prurientes: id est, ut nec ipse alijs detrahas, aut alios detrahentes audias.

Malorum quoq; solatium est bonos capere, dū peccatū multitudinem putat minui peccata.

GREGORIVS.

Cœlorum etenim regnum nullus murmurās accipit, nullus qui accipit, murmurare potest.

ISIDORVS.

Non detrahas peccanti, sed condole. (see.

Quod in alio detrahis, in te potius pertime.

Detractores omnes reprehendunt, omnes

uituperant.

Quando alij detrahis, te ipsum discute.

Quādo alitū mordēs, tua peccata redargue.

Non alterius delicta, sed tua propria cerne.

Nunquam detrahes, si te bene perspexeris.

Uterq; simile crimen impendit, & qui detrahentem audit, & is qui detrahit.

IN VITIS PATRVM.

Melius est comedere carnē, & uinū bibere, quā contemnere in uituperatione fratrem suū.

Sicut susurrans serpens Euam de paradiso expulit, sic qui detrahit fratri suo, nō solum suū, sed etiam audientis animam perdit.

DE VOLVNTATE.

Cap. XLI.

CHRISTVS.

Si quis Dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit Deus. Ioh. 9.

PAVLVS.

Si uoluntas prompta est, secundum quod habet accepta est, non secundum quod nō habet. 1. Cor. 8.

Quemadmodum promptus est animus uoluntatis, ita sit & perficiendi.

Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas Domini. Ephes. 5.

SALOMON.

Abominabile est Domino prauum cor: uoluntas eius est in ijs, qui simpliciter ambulāt. Pro. 11.

AVGVSTINVS.

Omnibus enim erit in uoluntate quod unusquisq; habebit in retributione.

Omne opus præcedit uoluntas nostra, dum cogitamus quod operari debemus.

Nihil

Nihil enim aliud nostrum querit Deus, nisi uoluntatem bonam.

Malū pprii arbitrii, germinatio est uolūtatis.
GREGORIVS.

Ante Dei namq̄ oculos nunquam est uacua manus à munere, si cordis arca repleta fuerit bona uoluntate.

Bonum ergo opus nobis sit in uolūtate, nam ex diuino adiutorio erit in perfectione.

Illic coactus patitur tenebras ultionis, qui hic libenter sustinuit tenebras uoluntatis.

Voluntas autē bona est, sic aduersa alterius, sicut nostra pertimescere: nulli quod tibi iuste impendi desideras, denegare: necessitati proximi iuxta uires occurrere, & prodesse etiam ultra uires uelle.

Semper inuidiā à bona uoluntate discordat.

Deus enim per multas uoluntates aliorum in alijs multa operatur bona.

CYPRIANVS.

Nec excusat oppressum necessitas criminis, ubi crimen est uoluntatis.

DE INDUMENTIS.

Caput XLII.

CHRISTVS.

Matth. 6. **C**Orpus uestrum plus est quàm uestimentū.
Luc. 3. Qui duas tunicas habet, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

PAVLVS.

1. Tim. 6. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contentissimus.

SALOMON.

Pro. 31. Fallax gratia, & uana est pulchritudo.
Eccles. 9. Omni tempore uestimenta tua sint candida, & oleum de capite tuo non deficiat.

AVGVSTINVS.

Vestis autem tibi pura circumdetur, non ad pulchritudinem, sed propter necessarium tegumentum, ne dum exquisitis indumentis uestiris, in alteram turpitudinem cadas.

HERONYMVS.

Plumarum mollities iuuenilia membra non foueat.

Quicquid enim corpora nostra defendere potest, & humane succurrere imbecillitati, hoc una appellanda est tunica.

GREGORIVS.

Nemo quippe uestimēta preciosa, nisi ad inanem gloriam querit, uidelicet, ut honorabilior ceteris uideatur.

Nemo uult preciosis uestibus sibi indui, ubi ab alijs non possit uideri.

Pro sola enim inani gloria uestimentū preciosum queritur.

EFFREM.

Ornatus quippe uestium indicat, qualiter ea quæ æterna sunt, sapiamus, & per studium clarioris amicū, ab æterna claritate nudi esse dignoscamur.

Lauare faciem, manus ac pedes impensius, seruos nos indicat esse uitiorum.

BASILIVS.

Dum enim nimis ornatū corporū conspicimus, corporis & anime offendimus creatorem.

DE MISERICORDIA.

Caput XLIII.

CHRISTVS.

BEati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Estote misericordes, sicut & pater uester cœlestis misericors est.

PAVLVS.

Estote autem inuicem benigni, & misericordes: induite uos, sicut electi Dei sancti & dilecti, uiscera misericordiæ.

Exerce teipsum ad pietatem.

Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem ad omnia utilis est.

MOSES.

Non negabis mercedem tuam egenis & pauperibus.

SALOMON.

Misericordia & ueritas non te deseret: bene facit animæ suæ uir misericors.

Qui autem crudelis est, propinquos abijcit.

Clementia præparat uitam, misericordia & ueritas præparat bona.

Misericordia & ueritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.

Facere misericordiam & iudiciū, magis placeat apud Deum, quàm uictima.

IESVS SYRACH.

In iudicatio esto pupillis misericors ut pater. Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum suorum operum.

Quam magna misericordia Dei, & propitius illius conuertentibus ad se.

Miseratio hominis circa proximum suum. Misericordia autē Dei super omnem carnem.

Qui misericordiam habet, docet & erudit, quali pastor gregem suum custodit.

Qui facit misericordiam, offert sacrificium.

AVGVSTINVS.

Oportet quippe etiam eum qui misericordiam requirit, & ipsum pro salute sua aliquid elaborare.

Inuenire possumus misericordiam, sed in anima conturbata, & spiritu humilitatis.

In exitu tuo cogita Deum, & in testamento tuo relinque pauperibus: tu illuc trades, & opera tua hic permanent.

GREGORIVS.

Vbi misericordia queritur sine controuersia, salus est.

Disciplina sine misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur.

CYPRIANVS.

Neque enim Dei misericordiam promereri poterit, qui misericors ipse non fuerit.

Neque enim impetrabit à diuina pietate aliquid in precibus, qui ad preces pauperis non fuerit humanus.

I S I D O R V S.

Misericordia, à compatiendo alienæ misericordiæ, uocabulum sortita est.

Nullus autem in alio esse misericors potest, qui prauè uiuendo in se misericors non est.

DE COMPASSIONE PROXIMI. Caput XLIIII.
CHRISTVS.

Matth. 7. **O**Mnia ergo quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, ita & uos facite illis: hæc est enim lex & propheta.

P A V L V S.

Rom. 12. *Ibidem.* Gaudete cū gaudētibus, flete cum flentibus. Necessitatibus sanctorum communicantes, per charitatem seruite inuicem.

Gal. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritalis estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis; considerans teipsum, ne & tu tenteris.

Suscipite infirmos, patietes estote ad omnes.

S A L O M O N.

Prov. 14. *Eccles. 22.* Qui despicit proximum suum, peccat. Eadem posside cum proximo in paupertate illius, ut & in bonis illius lateris.

Ibidem. In tempore tribulationis permane fidelis, ut in hereditate illius hæres sis.

Eccles. 29. Perde pecuniam propter fratrem & amicū.

Eccles. 41. Ne auertas faciem tuam à proximo tuo.

Eccles. 10. Qui foueã fodit proximo, in illacitō decidit:

Pro. 23. & qui statuit lapidem proximo, offendit in eo.

Eccles. 27. Qui laqueum alteri ponit, peribit in illo.

O R I G E N E S.

Si quis ea quæ uidet in delicto proximi sui, uel non indicat, uel in testimonio uocatus, non quæ uera sunt dixerit, poena commissi reuoluitur ad consciū.

G R E G O R I V S.

Compassioni enim proximi plerunq; obstitit pietas falsa.

Qui enim dolorem excipit in aliena necessitate, crucem portat in mente.

Nec enim aliter redemptoris nostri membra efficitur, nisi in hærendo Deo, & compatiendo proximo.

Crux quippe à cruciatu dicitur: & duobus modis crux tollitur, quã aut per abstinentiã crucẽ Domini basulamus, aut per compassionem proximi, necessitatẽ illius nostram putamus.

Nam si hæc quisq; pro tẽporali mercede exhibet, crucem quidẽ baiulat, sed ire post Dominum recusat.

Duobus enim modis crux tollitur: cum aut per abstinentiã affligitur corpus, aut per compassionem proximi affligitur animus.

Compassionem quippe homini debemus, & rectitudinem à uitijs in eo desiderare oportet, ut in uno eodemq; homine & diligamus bonũ quod factum est, & persequamur mala quæ fecit: ne dum culpas incautẽ remittimus, nõ tam per charitatem compuncti, sed per negligentia ueniam concessisse uideamur.

Hoc ergo nos debemus exhibere proximis,

quod indignis nobis à creatore nostro conspiciamus exhiberi.

Minus proximum amare conuincitur, qui non cum eo in necessitate illius, etiam ea quæ sibi sunt, partitur.

Nulla quæ possumus fratribus impẽdere bona, recusamus.

Inde enim ei qui est super omnia, propinquamus, unde nos per compassionem proximi etiam sub nosmetipsos deponimus.

Quantum plus per compassionem proximi affligimur, tantum altius Deo propinquamur.

Quisquis malos non tolerat, ipse sibi per in tolerantiam suam testis est, quia bonus non est.

Bonus non fuit, quem malorum prauitas non probauit.

Ferrum nostræ animæ nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit aliena lima prauitatis.

Tantũ ergo magis mali tolerandi sunt, quantum & amplius abundant.

Sic agere debemus curam nostram, ne negligamus curam proximi.

Sic enim & quod impendi nobis recte uolumus, alijs impertiamur: & quod nobis fieri nõolumus, hoc alijs facere ipsi deuemus.

Charitatis iura illæsi seruemus.

B A S I L I V S.

Quod tibi accidere nõ uis, nec proximo tuo cupias euenire.

Condole alienis calamitatibus, & sociare flentibus in alienis mœroribus.

In tribulatione alterius & tu esto tristis: talis esto alijs, quales optas esse circa te alios.

Quod non uis pati, non facias, & non inferas alteri, mala ne patiaris similia.

Ita clemens esto in alienis delictis sicut in tuis, ut nec aliter te, nec aliter alios penes: & sic alios iudica, ut iudicari cupis.

E F F R E M.

Cum enim inuicem onera nostra portamus, colluctatorem nostrũ diabolus confundimus & superamus, & Dominum nostrum qui in corlis est, honorificamus.

Sicut potus aquæ sitienti in æstu solis, sic sermo consolationis fratri in tribulatione tentationis posito.

D E E L A T I O N E.

Caput XLV.

CHRISTVS.

OMnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *LUC. 14. Or. 18.*

P A V L V S.

Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. *Gal. 1.*

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicem inuidentes. *Gal. 5.*

Si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse seipsum seducit. *Ibidem.*

S A L O M O N.

Abominatio est Domino omnis arrogans: etiam si *Prov. 16.*

etiamsi manus ad manum fuerit, non erit in-
nocens.

Pro. 28. Qui se faciat & dilatat, iurgia concitat.
Prou. 29. Qui sperat in Domino, subleuatur.

GREGORIVS.

In omne quod scit, sese mens deprimat; ne
quod uirtus scientiæ congregat, uentus elatio-
nis tollat.

Miranda quippe actio cum elatione non ele-
uat, sed grauat.

Dum superna gratia ad altiora intelligenda
ducimur, quantum subtilius leuamur, tantum
semper in humilitatem nosmetipsos in intelle-
ctu nostro premere debemus.

Valde quippe elata mens retunditur, si ipsi,
super quem se extollit, supponatur.

Arrogantes uiri in ter sanctam ecclesiam, quæ
uis Deum fugiendo refugiunt, eum tamen ue-
raciter credendo confitentur.

ISIDORVS.

De iustitiæ uirtute, nulla elatione superbias.

De bonis factis non extollaris, & de bono
opere non gloriaris.

Elatio excessum deiecit, & arrogantia subli-
mes humiliat.

Quod manifestando potes amittere, tacen-
do custodi.

DE VITA HOMINIS.

Caput XLVI.

CHRISTVS.

Matth. 6. NE cogitatis in corde uestro quid manduce-
tis, aut quid induamini.

Nonne anima plus est quam esca?

Matth. 15. Non quod intrat in os, coinquinat hominẽ,
sed quod procedit ex ore, coinquinat hominẽ.

PAVLVS.

Rom. 14. Non est regnum Dei esca & potus, sed iusti-
tia & pax, & gaudium in spiritu sancto.

Heb. 13. Optimũ enim est, gratia stabilire cor, non e-
scis, quæ non profuerunt ambulanti-
bus in eis.

SALOMON.

Prou. 10. Non affligit Dominus animam iusti.

Pro. 17. Melior est buccella panis sicca cum gaudio,
quàm domus plena uictimis cum iurgio.

IESVS SYRACH.

Eccle. 29. Initium uitæ hominis, aqua & panis, & ue-
stimentum.

Ibidem. Vita nequã hospitatur de domo in domum.

Eccle. 30. Melior est mors quàm uita amara, & requi-
es æterna, quàm languor perseverans.

Eccle. 36. Omnem escam manducabit uenter, & est ei
bus cibo melior.

Eccle. 39. Initium necessariæ rei uitæ hominum, aqua,
ignis, & ferrum, lac & panis similagineus, mel
& botrus, uix, & oleum & uestimentum.

Ibidem. Hæc omnia sanctis in bona, sic & impijs &
peccatoribus in mala conuertentur.

AVGVSTINVS.

Omnis malus aut ideo uiuit, ut corrigatur;
aut ideo uiuit, ut per illum boni exerceantur.

DE Muneribus.

Caput XLVII.

MOSES.

MVnera excæcant oculos sapientum, & im-
mutant uerba iustorum.

SALOMON.

Munera de sinu impius accipit, ut peruertat
semitas iudicij.

10 Non des alieno honorem tuum.

IESVS SYRACH.

Donec accipiant, osculantur manus dantis,
& in promissionibus suis humiliat uoces suas,
& in tempore redditionis postulabit tempus.

Ubi manus multæ sunt, claude.

Quodcunq; trades, numera & appende.

Datum uerò & acceptum omne describe.
Cum dederis, ne improperes.

AVGVSTINVS.

20 Adulantur frequenter, quod non ex uolun-
tate datur: quod enim ex propria uoluntate pre-
statur, cum omni uoluntate donatur.

GREGORIVS.

Tantum ergo esse humilior quisq; debet ex
munere, quantum obligatiorem esse se conspi-
cit in reddenda ratione.

Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab om-
ni munere manus excutit: quando in diuinis re-
bus non solum nullam pecuniam, sed etiam hu-
manam gloriam non requirit.

IOSEPHVS.

Non debemus recusare uitæ istius munus,
quod dedit nobis Deus.

Si hominibus data reijciamus, contumeliosi
sumus: quanto magis seruare debemus, quod à
Deo nostro accipimus?

DE ELEEMOSYNIS.

Caput XLVIII.

CHRISTVS.

DAtate eleemosynam, & ecce, omnia munda
sunt uobis.

Vendite que possidetis, & date eleemosynã.

Facite uobis sacculos qui non ueterascunt,
thesaurum non deficientem in cœlis, ubi fur nõ
aperiat, neq; tinea corrumpit.

IN LIBRO TOBIAE.

Melius est facere eleemosynam, quàm the-
sauros auri condere.

Qui faciunt eleemosynam & iustitiam, satu-
rabuntur uita.

PAVLVS.

Beatius est dare quàm accipere.

Qui parcit seminari, parcat & metet.

Bonũ autem facientes non deficiamus: dum
tempus habemus, operemur bonũ ad omnes,
maximè autem ad domesticos fidei.

SALOMON.

56 Redemptio animæ uiri, diuitiæ suæ.

Qui autem miserebitur pauperi, beatus erit.

Qui calumniatur pauperẽ, exprobrat actori

cuius: honorat aut eum qui miseretur pauperis.

IE

IESVS SYRACH:

- Eccles. 29.* Conclude eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.
- Eccles. 3.* Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccato.
Non est eis bene, qui assidue sunt mali, & eleemosynam non dant.
- Eccles. 29.* Eleemosyna uiri quasi sacculus cum ipso.
- Ibidem.* Propter mandatū assume pauperem, & propter inopiam eius ne dimittas eum uacuum.
- Ibidem.* Pone thesaurū in præceptis altissimi, & proderit tibi magis quam aurum.
- Eccles. 4.* Eleemosynam pauperis non fraudes, & oculos tuos ne transtuleras à paupere.
- Ibidem.* Animam esurientē ne despexeris, & ne exasperes pauperem in inopia sua.
- Ibidem.* Cor inopis ne afflixeris, & nō protrahas datum angustianti.
- Ibidem.* Rogationem contribulati ne abijcias, & nō auertas faciem tuam ab egeno.
- Ibidem.* Ab inope ne auertas oculos tuos ppter irā.
- Ibidem.* Maledicentis tibi pauperis in amaritudine, exaudietur precatio illius.
- Ibidem.* Exaudiet autem eum, qui fecit illum.
- Ibidem.* Congregationi pauperū affabilem te facito.
- Ibidem.* Declina pauperi sine tristitia aurē tuā, ut perficiatur propitiatio tua, & benedictio tua.
- Eccles. 14.* Ante mortem benefac amico tuo, & secundum uires tuas exporrigens da pauperi.
- Ibidem.* Da pauperi & accipies: iustifica animā tuā: ante obitum tuum operare iustitiam tuā, quoniam niam non est apud inferos inuenire cibum.
- Eccles. 29.* Qui facit misericordiam, scenerat proximo suo. Fœnera proximo tuo, in tempore necessitatis illius.

AVGVSTINVS.

In largitate enim pauperum, non spolia, sed dona requiruntur.

Quale illud munus est quod alter cum gaudio accipit, alter cum lachrymis amittit.

Super quod ille gratulatur, ille suspirat.
Quamuis largiaris tuum, meliorem eleemosynam facis, si reddis alienum.

Alienum enim est quod habemus, si nō comperenter eo utimur ad salutem.

Hæc enim est apud Deum grata eleemosyna, quæ ex uernacula exhibetur substantia, nō quæ ex fraudulenta præda tribuitur.

Malunt se sua perdere largiendo, quam aliena instituire componendo.

HIERONYMVVS.

Ad mensulam ubi sunt religiosi pauperes & pegrini, cū illis Christus cōiuiua esse noscatur.

Gloria episcoporum, pauperib. prouidere: ignominiaq; omnium sacerdotum, proprijs studeat diuitijs.

Non sis uanus cū feceris eleemosynā indigēti, neq; te meliorē illo, cui fœneraris, aestimes.

GREGORIVS.

Sunt enim qui magna diligunt, & multa ex his quæ possident, egenis distribuere pertractant, ut culpas suas ante Dei oculos misericordiam uisceribus redimant.

Dum quælibet necessaria indigentibus damus, sua illis reddimus, non nostra largimur.

Terrena quippe omnia seruando amittimus, sed bene largiendo seruamus.

Quisquis nunc bona opera indigentibus exhibet, ea is specialitèr impendit, illi cuius hæc amore præbuerit.

ISIDORVS.

Nulla scelera eleemosynis possunt redimi, si in peccatis quisq; permanserit.

Nulla est delicti uenia, quando sic præcedit misericordia, ut eam sequantur peccata.

Qui inimicum diligit, & qui lugenti affectu compassionis & consolationis impertit, aut in quibuslibet necessitatibus consilium adhibet, eleemosynam proculdubio facit.

Quamuis quisq; sit egens, nullus tamen unde tribuat egenti excusationem inopiæ potest obtendere, quando ex præcepto Saluatoris etiam calcem aquæ frigida præcipiamur indigenti præbere.

Duæ sunt eleemosynæ: una corporalis, egeni dare quicquid potueris: altera spiritalis, dimittere à quo læsus fueris.

De rapinis alienis eleemosynā facere, nō est officium miserationis, sed emolumentū sceleris.

Qui ergo iniuste tollit, iuste nunquam tribuit: nec alteri bene præbet, quod ab alieno male extorquet.

Magnum scelus est, res pauperum prestare diuitibus, & de sumptibus inopū acquirere sapores potentum.

Ne eligas cui miserearis, ne forte præter eas eum qui meretur accipere.

Melior est beneuolentia, quam quod datur. Qui cum tristitia manum porrexerit, fructū remunerationis amittit.

Non est enim misericordia, ubi non est beneuolentia.

Non auferas alteri, unde alijs tribuas.

Nihil proficit si alium inde reficis, unde alium inanem facis.

CYPRIANVS.

Qui secundum Deum sapiens est, & eleemosynam facit, Deum credit: & qui habet fidei ueritatem, seruat Dei timorem.

Qui autem timorem Dei seruat in miserationibus pauperum, Deum cogitat & honorat.

DE TRIBVLATIONIBVS.

Caput XLIX.

CHRISTVS.

EGO quos amo, arguo & castigo.

PAVLVS.

Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.

In omnibus tribulationem patimur, sed non coangustamur.

Aporiamur, sed non destituimur.

Persecutionem patimur, sed non derelinquimur.

Deiscimur, sed non perimus.

Apo. 9.

Heb. 12.

Act. 14.

2. Cor. 4.

Ibidem.

Semper

ibidem.

Semper enim mortificationem Iesu in corpore nostro circumferetes, ut & uita Iesu Christi in corporibus nostris manifestetur.

AUGUSTINVS.

Qui in hoc mundo flagellari non merebitur, in inferno torquebitur.

Cum enim à Domino flagellamur, si patienter accipimus, & humiliter gratias agimus: si mali fuerimus, peccatorum indulgentiam accipemus: si autem boni, aeternam beatitudinem consequemur. 10

HERONYMVS.

Qui semel recipit malum in uita sua, non eisdem cruciatus patitur in morte, quos est passus in uita.

Multo que melius est stomachum dolere, quam mentem.

Cauendum est uulnus quod cum dolore curatur.

Magna misericordia est, quando peccatis transigitur Deus.

Medicus si cessauerit curare, desperat. 20

GREGORIUS.

Diuina dispensatione agitur, ubi prolixiora uitia ægrotatio prolixior exurat.

ISIDORVS.

Reuertens enim Deus hominem cruciat: quem peccantem deseruerat, flagellando iterum uisitat.

Ordinata est miseratio Dei, quæ prius hic hominem per flagella à peccato emendat, & postea ab aeterno supplicio liberat.

Electus enim Dei, doloribus uitæ istius atteritur, ut perfectionem uitæ futuræ luceat.

Iustus temporalia flagella ad æterna proficiunt gaudia: ideoque & iustus in pœnis gaudere, & impius in prosperitate lugere debet.

Neque iusto, neque reprobo, Deus misericordiam abstrahit.

Bonos hic per afflictionem iudicat, ut illic remuneret per miserationem: & malos hic remunerat per temporalem clementiam, & illic puni- 40 nit per aeternam iustitiam.

In hac enim uita Deus parcit impijs, & tamē non parcit electis.

In illa parcet electis, non tamē parcat iniquis.

Quantum quisque aut in corpore aut in mente flagella sustinet, tantum se in finem remunerari speret.

Dum enim multa damnabilia reprobis commisisse uideantur despecti à Deo, nullo emendationis uerbere feriuntur.

Gemina est percussio diuina: una, in bonam partem, qua percutimur in carne ut emendemur: altera, qua uulneramur in conscientia, ex charitate, ut Deum ardentius diligamus.

Deus ideo iustum flagellat, ne de iustitia superbiens cadat.

Flagellum namque tunc delebit culpam, cum mutauerit uitam.

Omnis diuina percussio aut purgatio uitæ presentis est, aut initium pœnæ sequentis.

Nam quibusdam flagella ab hac uita inchoant, & in aeternam percussio- nem perdurant. Quibus enim una culpa non bis percutitur, una ta-

men percussio intelligitur, quæ hic cœpta, illic perficitur: ut in illis qui omnino non corriguntur, precedentium percussio flagellorum, sequentium sit initium tormentorum.

Quibusdam, secreto Dei iudicio, hic male est, illic bene: scilicet ut dum hic castigati corriguntur, ab aeterna damnatione liberentur: quibusdam uero hic bene est, illic male: sicut diuiti illi Euangelico accidit.

Porro quibusdam & hic male, & illic male: quia corrigi nolentes, & flagellari in hac uita incipiunt, & in aeterna pœnitione damnantur.

Murmurare in flagellis Dei peccator homo non debet, quia maxime per hoc quod corripitur, emendatur.

Vnusquisque autem nunc leuius portat quod patitur, si sua discusserit mala, pro quibus illi infertur retributio iusta.

Iusti in aduersis probari se cognoscant, non desici.

Viri sancti plus formidant prospera, quam aduersa: quia seruos Dei prospera desiciunt, aduersa uero erudiunt.

Tunc magis sunt Dei oculi super iustos, quædo eos affligi ab iniquis prouidentia superna permittit.

Tunc iustis gaudia disponuntur æterna, quando presentis tribulatione probantur.

Quantum enim in hoc seculo frangimur, tantum in perpetuo solidamur. 30

Quantum in presentis affligimur, tantum in futuro gaudebimus.

Si hic flagellis atterimur, purgati in iudicio adueniemus.

Semper hic Deus tolerat, quos ad salutem perpetuam preparat.

Non igitur murmures, non blasphemias, non dicas: Quare sustineo mala? quia iuxta modum criminis, minor est retributio ultionis.

Qui enim in flagellis murmurat, Deum plus irritat.

Qui uero patienter aduersa tolerat, Deum citius placat.

Si enim uis purgari in pœna, te accusa, & de iustitia lauda.

Vniuersa quæ tibi accidunt, absque Dei non sunt uoluntate.

Iniquorum potestas super te, ex Dei datur licentia.

Omnes qui tibi aduersantur, Dei consilio faciunt. 50

Patienter leuiora portabis, si grauiora fueris recordatus.

Languor enim uitia excoquit, languor uires libidinis frangit.

Infirmetas grauis sobriam facit animam.

CYPRIANVS.

Nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauerit esse moriturum.

Infirmam animam, infirmitate corporis uincimus. 60

Scitis ne hanc Dei esse censuram, ut qui beneficijs non emendatur, uel plagis saltim respiscat?

IN VITIS PATRVM.

Melius est hic persolvere pœnas, quam post exitum uitæ huius in æterno cruciari igne.

DE PRIMITIIS. CAP. L.

PAVLVS.

Heb. 13. Beneficiæ autem & communicationis nolite obliuisci.

Ibidem. Talibus enim hostijs promeretur Deus.

SALOMON.

Pro. 15. Victimę impiorum abominabiles Domino, uota iustorum placabilia.

Eccles. 14. Fili, si habes, benefac: & Deo dignas oblationes offer. Memor esto, quoniam mors non tardabit.

IESVS SYRACH.

Eccles. 34. Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata.

Ibidem. Dona iniquorum non probat Altissimus.

Ibidem. In oblationibus iniquorum, nec in multitudi-

ne sacrificiorum, propitiabitur Deus peccatis.

Ibidem. Qui offert sacrificiũ ex substantia pauperis,

quali qui uictimat filium in cõspectu patris sui.

Deut. 17. Non apparebis in conspectu Dei uacuus.

Eccles. 35. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi.

Ibidem. Sacrificium iusti acceptum est, & memoriã illius non obliuiscetur Dominus.

Ibidem. Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa Deus.

Ibidem. Bono animo gloriam redde Deo, & non minuas primitias manuum tuarum.

GREGORIVS.

Magna purgatione sacrificiorum, diluendæ sunt culpæ conuictorum.

DE TRISTITIA. CAP. LI.

CHRISTVS.

Ioan. 16. Amen amẽ dico uobis, quia plorabitis & fle-

bitis uos, mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium.

PAVLVS.

2. Cor. 7. Tristitia quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.

Heb. 12. Ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediãt, & per illam inquinentur multi.

SALOMON.

Pro. 15. Cor gaudens exhilarat faciem, in mœrore animæ deijcitur spiritus.

Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus uerò tristis exiccat ossa.

IESVS SYRACH.

Eccles. 25. Fili, in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam uerbi mali.

Omnis plaga tristitia cordis est.

Tristitiam non des animæ tuæ.

Eccles. 3. Iucunditas cordis, hæc uita hominis est.

Eccles. 30. Tristitiam expelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa.

Eccles. 30. Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resistit illi.

Ad tristitiam enim festinat mors.

Tristitia cordis fleuit ceruicem.

Non dederis in tristitiam cor tuum, sed reu-

pelle eam à te:

ISIDORVS.

Vis autem nunquam esse tristis: bene uiue.

Secreta conscientia tristitiã leuiter sustinet.

Bona uita gaudium semper habet.

Conscientia autem rei, semper in pœna est.

Reus animus, nunquam securus est.

Sicut uestimentum sine a, & uermis deuorat lignum, ita tristitia cor hominis exedit.

Cor lætum bonam ualitudinem facit, uiri autem tristitia arefcunt ossa.

DE PVLCHRITVDINE.

Caput LII.

CHRISTVS.

Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam.

SALOMON.

Fallax gratia & uana est pulchritudo.

BASILIVS.

Pulchritudo diligenda est fili, quæ lætitiã spiritalem consueuit infundere.

Euitemus preciosas pulchritudines, ne omnium malorum genera in nos irrogentur.

Sapiens uir non considerat corporis decorẽ, sed animæ.

Insipiens autem in carnalibus se detinet.

Sapiens mulierem respuit gestuosam.

Stultus autẽ concupiscens eam supplatur.

Vir prudens, ab imprudenti muliere auertit oculos suos.

Luxuriõsus autem intuens eam, soluitur ut cera à facie ignis.

Deus non in corporis, sed in animæ pulchritudine delectatur.

Illã ergo & tu dilige, in qua delectatur deus.

DE CONVIVIIS. CAP. LIII.

CHRISTVS.

Cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris, quia non habent unde retribuant tibi.

Retribuẽtur em̃ tibi in resurrectione iustorũ.

PAVLVS.

Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid faciatis, omnia in gloriam Dei facite.

SALOMON.

Melius est uocari ad olera cũ gaudio, quam ad utulum faginatum cum odio.

Noli audis esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam.

In multis enim elcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit usq; ad choleram.

Super mensam non extendas manum tuam prior, ne inuidia contaminatus, erubescas.

Si in medio sedes, tu prior illis nõ extendas manum tuam, nec prior poscas bibere.

Si coactus fueris in edendo multum, surge de me,

de medio & uome, & refrigerabit te, & non ad
duces corpori tuo infirmitatem.

Ecles. 31. In conuiuio uini non arguas proximum, &
non despicias eum in iucunditate illius.

Ecles. 40. Vir respiciens in mensam alienam, non est
uita eius in cogitatione uictus: alit enim animam
suam cibis alienis.

HIERONYMVS.

Ad conuiuium peccatoris rogatus, ad hoc
ambula, ut spirituales inuitatori tuo præbeas
cibos.

Bonarum rerum postulatio est, quando cor
pus eadem uult habere, quæ & spiritus.

GREGORIVS.

Abundare in conuiujs loquacitas solet, sem-
per enim uoluptas comitatur epulas.

Cum corpus in refectionis delectatione re-
soluitur, cor ad inane gaudium relaxatur.

Semper epulas loquacitas sequitur, cumq;
uenter reficitur, lingua defrenat.

DE RISU ET TRISTITIA.

Cap. LIIII.

CHRISTVS.

Matth. 5. **B**Eati qui lugēt nūc, quoniam ipsi cōsolabūtur.
Luce 6. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis
& flebitis.

PAVLVS.

2. Cor. 12. Gaudete & perfecti estote.

IACOBVS.

Iacob. 4. Miseri estote, lugeite & plorate, risus uester
in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.

SALOMON.

Pro. 15. Lux iustorum lætificat animam.

Ibidem. Cor gaudens exhilarat faciem.

In mœrore animæ desiccat spiritus.

Pro. 17. Animus gaudens, ætatem floridam facit: spi-
ritus uerò tristis exiccat ossa.

Pro. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij
luctus occupabit.

Pro. 10. Quali per risum stultus operatur scelus.

Pro. 14. Quærit derisor sapientiam, & non inuenit:
doctrina prudentum facilis.

Pro. 19. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei per-
cutientes stultorum corpora.

IESVS SYRACH.

Ecles. 28. Fatuus in risu exaltat uocem suam: uir autē
sapiens uix tacite ridebit.

AVGVSTINVS.

Lætitia seculi uanitas, cum magna expecta-
tione speratur ut ueniat, & non potest teneri
cum uenerit.

Melior est tristitia iniqua patientis, quam læ-
titia iniqua facientis.

Melior est ira risu, quia per risum stulti ope-
rantur scelus.

HIERONYMVS.

Vir sapiens grauitate morū hilaritates fron-
tis temperat.

Si felicitas eluceat, non sis factans: si calamitas
contigerit, pusillanimis non existas.

Qui temerarius est in lætitia, perennis erit
in poena.

Bedæ tom. 7.

GREGORIVS.

Præsentia gaudia sequuntur perpetua lætæ.
Nemo etenim potest & hic gaudere cum se-
culo, & illic regnare cum Domino.

Si qua est præsentis temporis lætitia, ita est
agenda, ut nunquam amaritudo sequentis iu-
dicii recedat à memoria.

ISIDORVS.

Habeto temperamentum in prosperis: men-
tem nec gaudio nec mœrore commutes.

Et ad bona igitur & ad mala tēpera cor tuū.

BASILIVS.

Noli dissolutis labijs risum proferre.

Amentia namq; est, cum strepitu ridere: sed
subridendo tantum lætitiā mentis indica.

Non conuenit ei, qui ad perfectionē nititur,
iocari cum puero. (sensu.)

Esto in lætitia paruulus, & uir perfectus in

In quibusdam te exhibe senem, in quibus-
dam infantem.

Locus autem remissam efficit animam negli-
gentem erga Dei præcepta: & tum nec delicta
sua potest ad memoriā reuocare, & obliuiscens
ea, non se instigat ad pœnitentiā.

Nullum habebit accessum cordis compun-
ctio, ubi fuerit immoderatus risus ac iocus.

DE HONORE PARENTVM.

Cap. LV.

CHRISTVS ET MOSES.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ut
bene sit tibi, & sis longæuus super terram, ut
quam Dominus Deus tuus dabit tibi. *Matth. 15. 23.*
Exod. 20.

PAVLVS.

Patres nolite ad iracundiā prouocare filios
uestros, sed docete illos in disciplina & cor-
rectione Domini. *Ephes. 6.*

Nec enim debent filij parentibus thesauri-
zare: sed parentes filijs. *2. Cor. 12.*

SALOMON.

Qui affligit patrem, & fugit matrem, ignomi-
niosus est & infelix. *Pro. 19.*

Filius sapiens lætificat patrem, filius stultus
mœstitia est matris suæ. *Pro. 10.*

IESVS SYRACH.

Sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat ma-
trem suam. *Ecles. 3.*

Qui honorat patrem suū, uita uiuet longiore. *Ibidem.*

Qui obedierit patri, refrigerauit matrem. *Ibidem.*

Qui timet Deum, honorat parentes. *Ibidem.*

Honora patrem tuū, ut superueniat tibi be-
nedictio à Domino. *Ibidem.*

Benedictio patris firmat domos filiorū: ma-
ledictio autem matris, eradicat fundamenta. *Ibidem.*

Ne glories in contumelia patris tui: nō est
enim tibi gloria, sed confusio. *Ibidem.*

Gloria enim hominis ex honore patris sui
est: & dedecus filij, pater sine honore. *Ibidem.*

Fili suscipe senectam patris tui, & ne contri-
stes eum in uita illius: & da uentam si defecerit
sensu, & ne spernas eum in tua uirtute. *Ecles. 3.*

Eleemofyna em patris nō erit in obliuione. *Ibidem.*

C Malæ

Ibidem. Mala famæ est, qui relinquit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem.

Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: memento quoniam, nisi per illos, non fuisses.

Eccles. 7. Retribue parentibus quomodo illi tibi.

HIERONYMVS.

Bonum est quidem post Deum amare parentes, ac filios: sed si necessitas uenerit ut amor parentum ac filiorum Dei amori comparatur, & non possit utrumque seruari, tunc in propinquos odium, pietas in Deum est.

Honora patrem, sed si te à uero patre non se parat: tandiu sis tu sanguinis copula, quam diu ille suum nouerit creatorem.

BASILIVS.

Parentes nostros ut propria uiscera diligamus, si accedere nos ad seruitutem Christi non prohibuerint.

Si autem prohibuerint, nec sepulchra illorum nobis debentur.

DE FILIIS. Cap. LVI.

CHRISTVS.

Matth. 10. Qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.

PAVLVS.

Ephes. 5. Filij obedite parentibus uestris in Domino: hoc enim iustum est.

Deut. 5. & Exod. 20. Honora patrem ut bene sit tibi, & sis longæ uis super terram.

SALOMON.

Pro. 13. Bonus pater relinquit hæredes, filios & nepotes.

Ibidem. Qui parci uirgæ, odit filium suum.

Ibidem. Qui autem diligit eum, instanter illum erudit.

Pro. 17. Corona senum, filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum.

Ibidem. Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum.

IESVS SYRACH.

Eccles. 7. Si filij tibi sunt, erudi illos à pueritia eorum.

Ibidem. Filia si tibi sunt, serua corpus earum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.

Eccles. 16. Ne iocuderis in filiis impijs, si multiplicentur.

Ibidem. Ne oblecteris super filios, si non est timor Dei cum ipsis.

Ibidem. Melior est unus timens Deum, quam mille filij impij.

Eccles. 30. Qui diligit filium suum, asiduatur illi flagella.

Ibidem. Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum gloriabitur.

Ibidem. Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo.

Ibidem. Non des filio potestatem à iuuentute sua, & ne despicias cogitatus illius.

Eccles. 22. A filijs tuis caue, & à domesticis tuis separare.

Eccles. 33. Filio & mulieri, fratri & amico, non des potestatem super te in uita tua.

Ibidem. Melius est enim ut filij terogent, quam te respicere in manus filiorum tuorum.

Utilius est sine filijs mori, quam relinquere filios impios.

Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. *Eccles. 30.*

Ne dederis alij possessionem tuam, ne forte poeniteat te. *Eccles. 33.*

Super filiam luxuriosam firma custodiã, ne quando faciat te in opprobrium uenire inimicis. *Eccles. 42.*

HIERONYMVS.

Vir sapiens quando filium suum bonæ indolis amittit, non doleat quod talem perdidit, sed gaudeat quod talem habuerit.

DE DIVITIBVS ET PAUPERIBVS. Cap. LVII.

CHRISTVS.

Diues difficile intrabit in regnum cœlorum: & facilius est camelum per foramen acus intrare, quam diuitem in regnum cœlorum. *Matth. 19.*

DAUID.

Patientia pauperum non peribit in æternũ. *Psal. 9.*

Dum superbit impius, incenditur pauper. *Ibidem.*

IACOBVS.

Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod repromisit diligentibus se. *Iacob. 2.*

PAVLVS.

Diuitibus huius seculi præcipe non superbe sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Domino qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. *1. Tim. 6.*

Qui uolunt diuites fieri, incidunt in temptationem, & in laqueum diaboli. *Ibidem.*

Sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

SALOMON.

Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur eis afflictio. *Pro. 10.*

Non proderunt diuitiæ in die ultionis, iustitia uerò liberabit à morte. *Pro. 11.*

Qui confidit in diuitijs suis, corruet. *Ibidem.*

Custoditur iusto substantia peccatoris. *Pro. 13.*

Qui congregat thesauros lingua mendacij, uanus est, & impingetur ad laqueos mortis. *Pro. 22.*

Melior est pauper & sufficiens sibi, quam uir gloriosus & indigens pane. *Pro. 12.*

Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui in ruina alterius latatur, non erit impunitus. *Pro. 17.*

Qui calumniatur pauperem, exprobrat factori eius. *Pro. 14.*

Honorat autem Deum, qui miseretur pauperi. *Ibidem.*

Potentes autem potenter tormenta patientur. *Sap. 6.*

Fortior instat cruciatio illis.

IESVS SYRACH.

Noli attendere ad possessiones iniquas: & non dixeris, Est mihi sufficiens uita. *Eccles. 5.*

Noli anxius esse in diuitijs iniustis: nihil enim proderunt tibi in die ultionis & uindictæ.

Noli foenerari homini fortiori te: quod si foeneraueris, tanquam perditum habes. *Eccles. 8.*

Qui gloriatur in substantia, paupertate uereat. *Eccles. 18.*

Fili,

- Eccles. 11.* Fili, ne in multis sint actus tui: etiam si diues fueris, non eris immunis à delicto.
- Eccles. 13.* Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia.
- Eccles. 26.* Diuitis autem & pauperis cor bonū, in omni tempore uultus eorum hilaris.
- Eccles. 27.* Qui quærit locupletari, auertit oculum suū.
- Eccles. 31.* Bonus diues, qui inuentus est sine macula.
- Eccles. 40.* Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabitur, & sicut tonitruum magnum in pluuia pertransiuit.
- Eccles. 13.* Est hequissima paupertas in ore impij.
- Eccles. 31.* Laborabit pauper in diminutione uictus eius, & in fine fit inops.
- Eccles. 11.* Bona & mala, uita & mors, paupertas & honestas, à Deo sunt.
- Eccles. 18.* Memento paupertatis in tempore abundantiae, & necessitatē paupertatis in die diuitiarū.

AUGUSTINVS.

Plus est pauperi uidere cœlum stellatum, quàm diuiti tectum inauratum.

HERONYMVS.

Quantum enim maior honor, tantum maius periculum.

Citò petitur insidijs gloriosus.

Nō laus est possidere diuitias, sed pro Christo eas contemnere.

Sufficit nobis de presentibus huius seculi angustijs cogitare.

Quid necesse est sensum ad incerta ea tendere, quæ aut consequi non possumus, aut citò inuenta perdit?

Quamdiu uersamur in curis huius seculi, & anima nostra possessionum procuratiōe deuincta est, de deo liberè cogitare nō possumus.

GREGORIUS.

Terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cœlestis aperitur.

In hoc seculo potens quislibet si fructum nō habeat bonæ operationis, etiam impedimentum præstat ceteris.

In populo plus solēt nomina diuitum, quàm pauperum sciri.

Solet enim eorum abundantia tanto magis diuino timore mentem soluere, quanto magis hanc erigit diuersa cogitare.

Ad maiorem dolorem mentem commouēt damna maiora.

Nunquam quippe sine dolore amittitur, nisi quod cum dolore possidetur.

Quisq; dum temporalia ac defectiua sequitur, occasum petit.

Qui uero superna desiderat, in oriente habitare demonstrat.

CYPRIANVS.

Pœnam de aduersis mundi ille sentit, cui lætitia & amor omnis in mundo est.

Leuiter ille mœret & deslet, quia male gessit in seculo, cui nō potest bene esse post seculū.

ISIDORVS.

Diuites in hac fallaci uita, dum de potentia Bedæ tom. 7.

gloria rerum abundantiam gestunt, repentina hora quæ nesciunt, improuiso exitu rapiuntur, atq; absorbete profundo, cruciandi aternis gehennæ incendijs deputantur.

Quanto quisq; amplius secularis honoris dignitate sublimatur, tanto grauius curarum ponderibus aggrauatur.

Quanto quisq; curis mundi maioribus occupatur, tanto facilioribus uitijs premitur.

Si enim uix ualet peccata animus deuitare quietus, quanto magis occupatione seculari detentus?

Qui in hoc seculo bene imperat, sine fine in perpetuum regnat, & de gloria seculi huius ad aeternam transit gloriam.

Qui uero regnum præuè exercent, propter uestem fulgentem, & nitorem lapillorum, nudi & miseri ad inferna torquendi descendunt.

Pro malitia plebis etiam reges mutantur: & qui antè uidebantur esse boni, accepto regno fiunt intqui.

Quosdam superbos diuites, copia rerum facit elatos.

Non sunt opus in uitio, sed uoluntas.

Nam crimē in rebus nō est, sed in usu agētis.

Bonis bene utuntur, qui diuitias sibi cōcessas in rebus salutaribus perfruuntur.

Bonis male utuntur, qui aut iuste pro temporali lucro iudicant, aut aliquid boni pro uanæ gloriæ appetitu faciunt.

Malis male utuntur, qui noxias cogitationes operibus præuis perficiunt.

Bene malis utuntur, qui luxuriam carnis cōiugali honestate restringunt.

Grauitè in Deum delinquant, qui diuitijs à Deo concessis non in rebus salutaribus, sed in uisibus præuis utuntur.

Caue honores, quos sine culpa tenere non potes.

Sublimitas honorū, magnitudo scelerū est.

Hoc habet tamen bonum possessio presentium rerum; si uitam reficiat miserorum: propter hoc tentatio est mundi lucrum.

Tantoq; maiora supplicia in futuro dabunt, quantum & ipsa maiora sunt.

Diu enim cum rebus nostris durare nō possumus, quia aut nos illas moriendo deserimus, aut illæ nos morientes deserunt.

Potestas citò ruinam patitur.

Nunquam mentis requiem habet, qui curis terrenis se subdit.

Semper requiem mentis habebitis, si antè mundi curam reliqueritis.

Valde rarum est, ut qui diuitias possident, ad requiem tendant.

Est elatio pauperum quos nec diuitiæ eleuāt, & uoluntas in eis sola superbia est. His etsi ope desunt, propter mentis tamen tumorem, plus quàm superbi diuites condemnantur.

Potentes si iracundi sunt, uinum non bibant, ne cum biberint, obliuiscantur sapientiæ.

Paucis præesse natura dedit, pluribus obtemperare.

DE ACCEPTIONE PERSONARUM. Cap. LVIII.

MOSES.

Deut. 16. & Exod. 10. **N**on accipias personam nec munera: Nulla erit distantia personarum: ita parum audias ut magnum.

PAVLVS.

Rom. 2. Gloria autem & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco.

Rom. 2. & Coloss. 3. Non est enim personarum acceptio apud deum. Si personam hominis non accipit, non est personarum acceptor.

Ast. 10. Qui timet & operatur iustitiam, acceptus est illi.

SALOMON.

Pro. 18. Accipere personam impij, non est bonum, ut declines a ueritate iudicij.

Pro. 24. Qui dicit impio: iustus es, maledicent ei populi, & detestabuntur eum tribus: & qui arguit, laudabunt eum, & super ipsos ueniet benedictio.

Pro. 28. Qui cognoscit in iudicio faciē, nō facit bene.

IESVS SYRACH.

Eccles. 4.2. Non accipias personam ut delinquas.

Eccles. 4. Non resiste contra faciem potentis.

Eccles. 13. Sicut abominatio est superbo humilitas, sic execratio diuitis in paupere.

Eccles. 21. Substantiæ superbi radicalibuntur, & domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia.

HIERONYMVS.

Aequum iudicium est, ubi non personæ, sed opera considerantur.

GREGORIUS.

Quid uerò apud Deum uilius est, quàm honorem apud homines seruare, & interni testis oculos non timere?

ISIDORVS.

Non est persona in iudicio consideranda, sed causa.

Plus uenerantur homines in hoc seculo pro temporali potentia, quàm pro reuerentiâ sanctitatis.

Suspiciunt enim quod magis sunt diuites: & quod homines sunt, omnino non respiciunt.

Causam respice, non personam.

DE ITINERE. Cap. LIX.

CHRISTVS.

Matth. 7. **I**ntrate per angustam portam, quia lata & spaciofa est uia quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.

Ibidem. Quam angusta est uia & difficilis, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam.

PAVLVS.

Ephes. 5. Videte itaq; quomodo cautè ambuletis, nō quasi insipientes, sed ut sapientes.

Heb. 12. Gressus rectos facite pedibus uestris, ut nō claudicans quis erret, magis autem sanetur.

SALOMON.

Pro. 4. Non delecteris semitis impiorum, nec tibi placeant uig malorum.

Ibidem. Iustorum autem semitæ, quasi lux splendens, procedunt & crescunt usq; ad perfectum diem.

Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corrumpunt. Oculi tui recta uideant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.

Dirige semitam pedibus tuis, & omnes uiae tuæ stabiliuntur.

Auerte pedem tuum à malo: uias enim quæ à dextris sunt, nouit Dominus.

Respicit Dominus uias hominis, & omnes gressus illius considerat.

Iter autem impiorum decipiet eos.

Vir prudens diriget gressus.

Dum placuerint Domino uia hominis, inimici quoq; eius conuertentur ad pacem.

IESVS SYRACH.

Non uentiles te in omnem uentum, & non eas in omnem uitam.

Cum audace non eas in uia, ne forte grauentur mala tua in te.

In uia ruina nō eas, & nō offendas in lapides.

ORIGENES.

Melius est enim perfectam uitam querenti in itinere mori, quàm nec proficisci quidem ad perfectionem querendam.

GREGORIUS.

Stultus uiator est, qui in itinere amena praeta conspicens, obliuiscitur quod tendebat.

Inoffenso pede iter nostrum agitur, si Deus ac proximus integra mente diligatur.

DE SENSIBVS. Cap. XL.

CHRISTVS.

Lucerna corporis tui est oculus tuus.

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.

Si autem nequam, etiã corpus tuum tenebrosum erit.

PAVLVS.

Vnusquisq; in suo sensu abundet.

Non ambuletis sicut Gentes ambulantes in uanitate sui sensus, tenebris obscuratum habentes intellectum.

IESVS SYRACH.

Bonus sensus usq; in tempus abscondit uerba eius, & labia multorum enarrabunt sensum eius.

Honor & gloria in sermone sensati.

Lingua uerò imprudētis, subuersio est ipsius.

Si uideris sensatum, euigila ad illum.

Ex uisu cognoscitur uir, & ab occurfu faciei cognoscitur sensatus.

Non est sensus, ubi abundat amaritudo.

Amicus corporis, & risus dentium, & in gressu hominis enunciant de illo.

In labijs sensati inuenitur gratia.

Tacitus & sensatus honorabitur.

Serua ab insensato, ut non molestia habeas.

Deflecte ab insensato, & inuenies requiem, & non exacerbaberis in stultitia illius.

Punctus oculus deduxit ad lachrymas: & qui pungit cor, profert sensum.

In medio insensatorum serua uerbum temporibus.

Ab uno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impijs deferetur.

In præceptis Dei cogitatum habe.

DE SERVIS ET DOMI
nis. Cap. LXI.
CHRISTVS.

Lucæ 18. **B**Eati serui illi, quos cum uenerit Dominus, inuenerit uigilantes.

Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni ad hærebit, & alterum contemnet.

PETRVS.

1. Petr. 2. Serui subditi estote in omni timore domini, nõ tãtũ bonis & modestis, sed etiã dyscolis.

PAVLVS.

1. Cor. 3. Dominus autem spiritus est: ubi autem spiritus Domini, ibi libertas.

1. Tim. 6. Quicumq; sunt sub iugo seruitutis, dominos suos omni honore dignos arbitrentur.

Ibidem. Domini quod iustum est & æquũ seruis præstate, scientes quoniam & uos Dominum habetis in cœlo.

Ephes. 6. Vnusquisq; quodcumq; fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus siue liber.

SALOMON.

Pro. 17. Seruus sensatus dominabitur filiis stultis, & inter fratres hereditatem diuidet.

Pro. 29. Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet illum contumacem.

IESVS SYRACH.

Eccles. 7. Non lædas seruum operantem in ueritate. Seruus sensatus quasi anima tua dilectus sit.

Ibidem. Non defraudes seruum tuum sensatum, neq; inopem derelinquas illum.

Eccles. 33. Seruo sensato liberi seruiunt, & inscius non honorabitur.

Ibidem. Cibaria & uirga, & onus asino: panis & disciplina, & opus seruo.

Ibidem. Iugum & onus curuant ceruicem duram, & seruum inclinant operationes assidua.

Ibidem. Seruo maleuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem, ne uacet.

Ibidem. Si tibi est seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, & quasi fratrem sic eum tracta.

Ibidem. Si læseris seruum iniuste, in fugã cõuertetur.

Ibidem. Laxa manus seruo, & quæret libertatem.

Eccles. 33. Melior est subiecta seruitus, q̃ elata libertas.

Ibidem. In opere constitue seruum tuum, sic enim cõdeceat illum.

HIERONYMVS.

Quid maius potest præstari seruo, quàm esse cum domino?

Satis diues est, qui pane non indiget. Nimum potens est, qui seruire non cogitur.

ISIDORVS.

Vnus enim Dominus æqualiter & dominis & seruis fert hereditatem.

CYPRIANVS.

Qualem cupis erga te esse Dominum, talis esto ipse contra seruum tuum.

DE CONSORTIO BONORVM ET
malorum. Cap. LXII.

PAVLVS.

1. The. 3. **R**Ogamus uos fratres, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate.

Bedæ tom. 7.

Discendant ab iniquitate omnes, qui inuocant nomen Domini.

Iustum igitur & ualde iustum est separare eum qui saluari uult, ab eo qui non uult.

SALOMON.

Filii, si te lætauerint peccatores, non acquiescas eis.

Ne æmuleris hominem iniustum, nec imitari uis eius.

IESVS SYRACH.

Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio.

Pondus super se tollit, qui honestiori se communit: & ditiori te ne socius fueris.

Quemcumq; cognoueris obseruantem timorem Dei, assiduus esto illi.

AMBROSIVS.

Sanctorum uita, ceteris uiuendi norma est.

GREGORIVS.

Qui cum sancto uiro adhæret, ex eius assiduitate & usulocutionis exemplum operis boni accipit, ut accendatur in amorem charitatis.

Qui ad alios ad iniquitatem suadendo pertrahunt, in semetipsis ministerium demonum ob iniquitatem suscipiunt, quamuis per naturam demones non sint.

Sancta enim ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritualibus angusta.

Neq; enim ualde laudabile est, bonum esse cum bonis: sed bonum esse cum malis.

Sicut enim grauioris culpæ est, inter bonos bonum non esse: ita immani præconij est bonum etiam inter malos bonum extitisse.

ISIDORVS.

Sicut enim optandum est, ut boni pacem habeant ad inuicem, sic optandum est, ut mali ad inuicem sint discordes.

Hi qui supernam patriam desiderant, non solum malorum mores, sed & consortia fugiant, si fueris socius conuersationis bonorum, eris & uirtutis eorum.

Similis enim simili coniungi solet.

Periculum uere est, uitam cum malis ducere: perniciosum est, cum his qui prauæ uoluntatis sunt, sociari.

Melius est habere malorum odium, quàm consortium.

Sicut multa bona habet communis uita sanctorum, sic plura mala affert societas malorum.

DE AMICITIA ET INI
micitia. Cap. LXIII.

CHRISTVS.

VOs amici mei estis, si feceritis quæ præcipio uobis.

PAVLVS.

Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non ficta.

IACOBVS.

Amicitia huius mundi, inimica est Deo.

Iacob. 4.

C 3 Qui

- Ibidem.* Quicumq; ergo uoluerit esse amicus seculi huius, inimicus Dei constituetur.
- S A L O M O N.
- Pro. 2.* Ne dicas amico tuo: Vade & reuertere, & cras dabo tibi, quum statim possis dare.
- Pro. 3.* Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.
- Pro. 11.* Qui despicit amicū suum, indigēs corde est.
- Pro. 14.* Amici diuitum multi. Causam tuā tracta cū amico tuo, & secretum extraneo non reueles.
- Pro. 26.* Sicut qui mittit lanceas & sagittas in mortē, sic uir qui fraudulenter nocet amico suo.
- Ibidem.* Noli fieri pro amico inimicus proximo.
- I E S U S S Y R A C H.
- Eccles. 6.* Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.
- Ibidem.* Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas illi.
- Ibidem.* Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis.
- Ibidem.* Est amicus qui egreditur ad amicitiam. Est autem amicus socius mensæ, qui non per manebit in die necessitatis.
- Eccles. 6.* Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi æqualis, & in domesticis tuis fideliter aget. Ab amicis tuis attende, & ab inimicis tuis separare.
- Ibidem.* Amicus fidelis, protectio fortis. Qui autem inuenit illum, inuenit thesaurū.
- Ibidem.* Amico fideli nulla est comparatio.
- Ibidem.* Amicus fidelis medicamentum uitæ est, & immortalitatis.
- Ibidem.* Qui metuunt Dominum, inueniunt amicum fidelem.
- Eccles. 9.* Non derelinquas amicum antiquum: nouus enim non erit similis illi.
- Ibidem.* Vinum nouum, amicus nouus: si ueterascit, cum suauitate bibes illud.
- Eccles. 11.* Non omnem hominē inducas in domū tuā.
- Ibidem.* Multæ enim sunt insidiæ diaboli dolosi.
- Eccles. 12.* Non agnoscitur in bonis amicus, & non absconditur in malis inimicus.
- Eccles. 19.* Amico & inimico noli narrare sensum tuū, & si est tibi delictum, noli nudare: audiet enim te, & custodiet te, & quasi defendens peccatum, odiet te.
- Ibidem.* Audisti uerbum aduersus proximum tuum, cōmoriatur in te, fidēs quoniā non te disrūper. Corripe amicum, ne forte nō intelligat te, & dicat: Nō feci: aut si fecit, ne iterū addat facere.
- Eccles. 22.* Qui conuiciatur amico, is dissoluit amicitia.
- Ibidem.* Ad amicum etiam si produxeris gladium, non desperes: est enim regressus ad amicum.
- Eccles. 5.* Si humiliauerit se coram te, & à facie tua abscederit se, unanimum habebis amicitia bonā.
- Eccles. 22.* Amicus si aperuerit os triste, ne timeas.
- Ibidem.* Amicum salutare non confundaris, à facie illius non te abscondas: & si mala tibi obuenerint per illum, sustine.
- Eccles. 15.* Beatus qui inuenit amicum uerum.
- Eccles. 17.* Qui denudat arcana amici, perdit fidem, & non inueniet amicum ad animam suam.
- Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ.
- Cum amico tuo confirma uerbum, & fideliter age cum illo, & in omni tempore inuenies, quod tibi necessarium est.
- Est amicus solo nomine amicus.
- Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis.
- Qui timet Dominum, habebit amicitia bonam: quoniā secundū illum erit amicitia illius.
- Secūdam uirtutem tuam caue te à proximo tuo, & cum sapientibus tracta.
- Non credas inimico tuo in æternum. Sicut enim aramētū eruginabit malitia illius.
- In labijs suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, ut subuertat te in foueam.
- In oculis tuis lachrymatur inimicus, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Caput suum mouebit, & multa susurrans, commutabit uultum suum.
- In oculis tuis lachrymatur inimicus, & si inuenit tempus, non satiabitur sanguine.
- Si incurrerint tibi mala, inuenies illic inimicum tuum priorem.
- Peccator turbabit amicum, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam.
- Non statuas inimicum tuum penes te, nec fe deat ad dexteram tuam.
- A V G V S T I N U S.
- Maleuolus uerò animus contristatur, si eius inimicus correptus euaserit.
- H I E R O N Y M U S.
- In amicis enim nō res quæritur, sed uolūtas. Sanctus amor impatentiam non habet, falsus amor citò opprimitur.
- Quos charitas iungit, terrarum longitudo non separat.
- G R E G O R I U S.
- Tunc enim ueraciter fideles sumus, si quod uerbis promittimus, opere adimplemus.
- Qui enim inimicum gladio non potest persequi, persequatur oratione.
- I S I D O R U S.
- Tunc uerè amicus amatur, si non pro se, sed pro Deo ametur.
- Qui enim intemperanter amicum amat, pro se magis illum, non pro Deo amat.
- Sapè per simulationem amicitiam colligitur, ut qui non potuit apertè decipere, decipiat fraudulenter.
- Tunc quisq; magis fit pietati diuinæq; iustitiæ contrarius, cum despicit amicum aliqua ad uersitate percussum.
- Vnde enim aduersa procedūt, amicus fraudulenter detegitur, statimq; despicit, quem se diligere simulauit.
- Amicitia certa nulla ui excluditur, nullo tempore aboletur: ubicunq; se uerterit tempus, illa firmissima est.
- Rari sunt amici, quosq; ad finē existāt chari. Quos enim aliqui conglutinatos charitate habuerunt, postquam ad culmen honoris uenerint, amicos habere despiciunt.

Illam uera amicitia est, quæ nihil ex rebus amici querit, nisi solam beneuolentiam, scilicet, ut gratis amet amantem.

Plerumque amicitia ex necessitate uel indigentia nascitur, ut sit per quem quisque quod desiderat, consequatur.

Ille autem ueraciter amicitiam querit, qui nihil agendo eam appetit.

Nam illa ex inopia breuis & fucata, ista pura atque perpetua.

Non sis leuis in amicitia tua, retine semper eam in uinculo charitatis.

Qui amicum fidelem perdidit, tunc sentit quid boni habuerit, postquam habere desierit.

Melius est inimicitias hominum infidelium subire perpetuas, quam Dei offensam amicitij noxijs prouocare.

Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari.

Non lateris super inimici interitum, ne superueniant in te similia. (lū. 20)

Qui enim gaudet inimici casu, citò incidit in il-

DE CONSILIIS. CA.

put LXIIII.

IN ACTIS APOSTOLORVM.

- A^{ct.} 5. **S**I est ex hominibus consilium aut opus, dissoluetur.
- Ibidem. Si uero ex Deo est, non potest dissolui.
- SALOMON.
- Pro. 2. Consiliū custodiet te, & prudentia seruabit te.
- Pro. 3. Custodi legem atque iudicium, & erit uita animæ tuæ, & gloria faucibus tuis.
- Pro. 12. Via stulti, recta in oculis eius.
- Ibidem. Qui autem sapiens est, audit consilia.
- Pro. 13. Qui inest pacis consilia, sequetur eos gaudij.
- Ibidem. Qui autem agunt cuncta cum consilio, agunt sapientia.
- Ibidem. Astutus omnia agit cum consilio.
- Pro. 15. Dissipantur cogitationes, ubi non est consiliū.
- Ibidem. Vbi uero plures sunt consiliarij, confirmantur.
- Pro. 20. Cogitationes consilij confirmantur, & gubernaculis tractanda sunt bella.
- Pro. 24. Erit salus, ubi multa consilia sunt.
- Ibidem. Sicut aqua profunda, sic consilium in ore uiri, sed homo sapiens exhauriet illud.
- IESVS SYRACH.
- Eccles. 6. Multi pacifici sint tibi, consiliarius sit tibi unus de mille.
- Eccles. 8. Cum fatuis ne consilium habeas.
- Ibidem. Non enim poterit diligere, nisi que ipsis placet.
- Ibidem. Coram extraneo ne facias consilium.
- Ibidem. Non omni homini cor tuum manifestes, ne forte auferat tibi gratiam, & conuicietur tibi.
- Eccles. 21. Lingua sapientis quasi diluuium abundabit, & consilium eius sicut fons uitæ est.
- Eccles. 22. Loramentum ligneum colligatum in fundamento edificij non dissoluetur, sic & cor confirmatum in cogitatione consilij.
- Eccles. 27. Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscer unde ueniat illi.
- Eccles. 32. Sine consilio nihil facias, & post factum non poenitebit.

Azelantibus te absconde consilium. Eccles. 37.
Cum uero religioso tracta de sanctitate, & cum iusto de iustitia.

Cor bonum consilia statuet.

Ante omnem actum tuum consilium stabile sit.

GREGORIVS.

Consiliatorem animam inhabitat, qui dolens de presentibus ad æterna festinat.

ISIDORVS.

10 Ante factum cogita, ante tempus meditare diu, quid uis agere, diu exquire, proba, & sic facies: cum diu cogitaueris, tunc fac quod probaueris.

BASILIVS.

In omni opere quod cogitas facere, primum cogita Deum, & secundum Deum est quod cogitas, diligenter examina: & si est rectum coram Deo, perfice illud: si uero peruersum fuerit, nec etiam incipe.

DE DEFUNCTIS. CA.

put LXV.

CHRISTVS.

STulte, hac nocte anima tua egredietur a te, quæ autem parasti, cuius erunt? Luc. 12.

IOANNES.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Apo. 14.

PAVLVS.

30 Nemo enim nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur.

Siue enim uiuimus, Domino uiuimus; siue morimur, Domino morimur. Rom. 8.

SALOMON.

Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescit. Pro. 10.

Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes. Ibidem 11.

IESVS SYRACH.

Mortuo non prohibeas gratiam. Eccles. 7.

Cum iugentibus ambula, non te pigeat uisitare infirmum. Ibidem.

Ex his enim in dilectione uersaberis. Ibidem.

Noli de mortuo inimico gaudere, sciens quoniam omnes morituri sumus. Eccles. 8.

Omnis potentatus breuis uita: breuem languorem præcidit medicus. Eccle. 10.

Sic & rex hodie est, & cras morietur. Ibidem.

Cum enim moritur homo, hæreditabit serpentes, & bestias & uermes. Ibidem.

Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit lux eius. In tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam. Eccles. 22. & 33.

Fili in mortuum produc lachrymas, & quasi ira pressus incipe plorare.

HIERONYMVS.

Qui in hoc tempore moritur, non tam plangetus est, quod hac luce caruerit, quam cogratulandus est, quod de tantis malis euaserit.

GREGORIVS.

Sicut electos beatitudo latificat, ita credi necesse est, quia die exitus sui ignis reprobos exurat.

Tunc maligni spiritus egrediente anima, sua opera requirunt: tunc mala quæ suaserunt, replicant, ut secum eam ad tormenta trahant.

ISIDORVS.

Iniquus post mortem ducitur cruciandus, iustus uerò dormit post laborem securus.

Etsi pietas pro defunctis fieri habeatur, fides tamen pro ipsis lugere uetat.

Illi enim deplorandi sunt in morte, quos miseris infernus ex hac uita recipit, non quos cœlestis aula lætificans includit.

IOSEPHVS.

Nemo poterit recusare euentum, quem uel casus intulerit, uel Dei uoluntas signauerit.

DE DEI CONSILIO.

Caput LXVI.

CHRISTVS.

Non potest homo accipere à se quicquam, nisi si fuerit ei datum de cœlo.

Non difficile saluare est Domino, uel in multis uel in paucis.

PAVLVS.

Omnes enim peccauerunt; & egēt gloria dei.

Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Igitur non uolentis, neq; currētis, sed est Dei miserentis.

SALOMON.

Habe fiduciam in Domino Deo tuo.

Ne paueas repentino terrore, ad irruentes tibi potentias impiorum.

Dominus erit in lateretuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris.

Eruditus in uerbo reperiet bona: & qui in Domino sperat, beatus est.

HIERONYMVVS.

Fœlices sunt quibus Deus spes est, & omne opus operatio.

Abseq; notitia creatoris sui homo pecus est.

GREGORIVS.

Deus qui imperfectorū desideria dignatur inflāmare, eos quādoq; ad perfectionē roborat.

ISIDORVS.

In omni opere tuo Dei auxiliū posce.

IOSEPHVS.

Necesse est adesse diuinum, ubi humanum cessat auxiliū.

DE SENIBVS ET IUVENIBVS. Cap. LXVII.

CHRISTVS.

Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos.

Talium est enim regnum cœlorum.

Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

PAVLVS.

Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem, iuuenes ut fratres.

Iuuenilia autem desideria fuge.

Sectare uerò iustitiam.

Senes sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, dilectione & patientia.

Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote.

SALOMON.

Senectus enim uenerabilis est, non diuturna, neq; numero annorum computata.

Canisunt autem sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata placens Deo.

Aduersio paruulorum interficiet eos.

Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite.

Relinquitte infantiam, & uiuite, & ambulate per uias prudentiæ.

Ex studijs suis intelligit puer, si munda sunt & recta opera eius.

Corona dignitatis senectus, quæ in uijs iustitiae reperietur.

Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas senum canicies.

IESVS SYRACH.

Quæ enim in iuuentute nō congregasti, quo modo inuenies ea in senectute?

Fili, à iuuentute tua excipe doctrinā, & usq; ad canos inuenies sapientiam.

Corona senum multa peritia, & gloria eorū timor Domini.

Fili, in uita tua tenta animam tuam: & si fuerit nequam, non des illi potestatem. non enim omnibus omnia expediunt.

GREGORIVS.

Quoad usque enim infirmi sumus, continere nosmetipsos debemus, nedū bona terrena, quæ citius ostendimus, amittamus.

BASILIVS.

In quibusdam te exhibe senem, in quibusdam infantem.

Perfectus enim dicitur, non qui in ætate, sed in sensu perfectus est.

Non tibi obest puerilis ætas, si fueris mente perfectus: nec semel proderit ætas, si fueris paruulus sensu.

DE CONTENTIONE.

Cap. LXVIII.

PAVLVS.

Cum enim sit inter uos zelus & contentio, non ne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

Nolite uerbis contendere, ad nihilum enim est utile, nisi ad subuersionem audientium.

Oportet hæreses esse, ut & qui probati sunt, manifesti fiant in uobis.

Hæreticum hominem post unam aut alterā correptionem deuita.

SALOMON.

Inter superbos semper iurgia sunt, semper iurgia quærit malus.

Angelus aut crudeliter mittetur contra eum.

IESVS SYRACH.

Non litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius: nec cum bilingue, ut non struas in illius ignem ligna.

I N

IN LIBRO CLEMENTIS.

Hoc queramus, quod libèter agere oportet.
Nam si exiguū hoc uitæ tempus permanēs,
occupemus in inutilibus quæstionibus, inanes
sine dubio & uacui pergemus ad Deum, ubi iu-
diciū operum nostrorum fiet.

GREGORIUS.

Omnes hæretici dum Deum defendere ni-
suntur, offendunt.

Hæreticorum sacrificia, accepta esse Deo ne
queunt.

ISIDORVS.

In nulla causa contendas, quia contentio li-
tes parat.

Contentio rixas gignit.

Contentio fauces odiorum accendit.

Contentio concordiam rumpit.

Sicut instruere solet concordia, ita conten-
tio destruit.

DE CVRIOSITATE.

Cap. LXIX.

CHRISTVS.

Neminem concutiatis, neque calumnia
faciatis.

Deut. 19. Non stabit testis unus contra aliquem, quic-
quid illud peccati & facinoris fuerit.

Deut. 17. Sed in ore duorum aut trium testium, stabit
omne uerbum.

SALOMON.

Pro. 11. Qui aut inuestigator malorum est, opprimetur.

IESVS SYRACH.

Eccles. 3. In superuacuis rebus noli scrutari sensum
tuum multipliciter: non est tibi necessarium ea
quæ sunt abscondita uidere oculis tuis. De re ea
quæ te, non molestat, ne certaueris.

AVGVSTINVS.

O quam irreprensibiles esse poteramus, si
tam diligenter nostra uitia cauere mus, sicut scru-
tamur aliena.

Sed hinc est, quod nostra obliuiscimur, dum
aliena scrutamur.

HIERONYMVS.

Qui proficere studet, non consideret quod
malum alij faciant, sed quod bonum ille face-
re debeat.

Committere igitur caueat, qui reprehende-
re uult.

Sufficit nobis de presentibus huius seculi an-
gustijs cogitare.

Quid necesse est sensum ad incerta & futura
extendere, quæ aut consequi non possumus, aut
cito inuenta perdamus.

Qui ergo de futuris nos cogitare prohibuit,
concessit curare de presentibus propter huma-
næ uitæ fragilitatem.

Sufficit nobis contra malitiam huius seculi,
presens habere certamen.

AMBROSIVS.

Tadiu enim quis peccata sua quæ cognoscit,
 flere debet, quam diu curiose aliena considerat.

Quod si mores suos ad seipsum conuersus

aspiciat, non requirit quod in alijs ipse speciali-
ter reprehendat, sed de seipso quod lugeat.

GREGORIUS.

Nos ergo tantum minus debemus aliena cot-
da audaciter reprehendere, quantum non pos-
sumus uisui nostro alienæ cogitationis tene-
bras illustrare.

Nec profectio diluere aliena delicta ualet,
quem adhuc propria deuastrant.

ISIDORVS.

De malo alieno os tuum non coinquines.

Uitæ tua, non aliena attende.

De tua igitur correctione esto sollicitus.

De tua igitur salute & emendatione esto
attentus.

Quod ad te non pertinet, noli inquirere.

Quod inter se loquuntur homines, cognos-
cere nunquam desideres.

Noli querere quid quisque dicat uel faciat.

20 Euita curiositatem, omitte curam quæ ad cau-
sam tuam non pertinet.

Curiositas periculosa præsumptio est.

Multi aliorum uitia discernunt, sua non aspi-
ciunt: & cum ipsi maximis criminibus teneantur
obnoxij, minima peccata fratribus non dimittunt.

Sæpe aduersa in alijs indicamus, quæ in no-
bis nocua esse minus sentimus.

Facilius uitia uniuscuiusque quàm uirtutes
intendimus.

30 Non quid boni quis gesserit agnoscere, sed
quid mali gesserit perscrutamur.

Erit autem ille apud Deum condemnatus,
qui aduersus innocentem falsum testimonium
uel dicit, uel dicentibus credit. Improbi iudices
opponunt falsos testes.

DE MANSVETIS ET TI-
moratis. Cap. LXX.

CHRISTVS.

Dilcite à me quia mitis sum & humilis corde. **Matth. 5.**
Beati mites, quoniam ipsi possidebunt
terram.

PAVLVS.

Corripite inquietos, consolamini pusillani-
mes, omnem ostendentes mansuetudinem ad
omnes homines. **1. Thess. 5.**

SALOMON.

Illusores Dominus deridet, mansuetis dabit **Pro. 3.**
gratiam.

Qui mollis & dissolutus est in opere suo, fra-
ter est sua opera dissipantis. **Pro. 18.**

Cum enim sit timida nequitia, dat testimo-
nium condemnationis. **Sapient. 17.**

Sæper enim præsumit sua turbata conscientia. **ibidem.**

IESVS SYRACH.

Homo linguosus & temerarius in uerbo suo
odibilis est.

AVGVSTINVS.

60 Cum sint homines per iniquitatem, inferio-
res se putant omnibus hominibus.

Mansuetudo non ex uoluntate, sed ex natu-
ra hominum uenit.

In

In mansuetudine opera tua perface, & supra hominum gloriam diligeris.

Esto mansuetus ad intelligendum uerbum ut intelligas: & cum sapientia profer uerum responsum.

Fili, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum.

HIERONYMVS.

Sicut enim ciuitas dirupta & nō circumdata, sic est uir qui non cum consilio aliquid agit.

GREGORIUS.

In rectitudine iustitia, in simplicitate mansuetudo figuratur.

Sape enim quisq; nimis mansuetudine studens, subiectorum uitia aspicit, atq; hæc per feruorem zeli corrigere negligit: quē in eis crudeliter non corrigendo multiplicat, fitq; ut eius lenitas sibi sit noxia, & subiectis inimica.

ISIDORVS.

Ne quid ultra leniter agas, ne temere aliquid facias.

CYPRIANVS.

Docibilis autem ille est, qui est ad discendā patientiam humilis & mitis.

BASILIVS.

Leuitas cupit semper laudari, sicut nauis iactatur absq; gubernatore.

Sicut iactatur a fluctibus, ita & leuis circumfertur instabilis per omnes actus suos.

IN VITIS PATRVM.

Mansuetum diligit Dominus, turbulentum autem repellit a se.

Sicut enim lucifer in cœlo, & sicut felix in paradiso, sic in anima miti mens pura.

Quantum enim quisq; in lenitate ac patientia cordis fuerit, tantū in cordis puritate proficiet.

EUSEBIUS.

Bestiarum feritas, Dei uirtute mansuescit. Humana uerō rabies, nec ferarum mitescit exemplis.

IOSEPHVS.

Inconsulta temeritas nescit consilium expectare ducis.

DE RECTORIBVS SIVE IUDICIBVS. Cap. LXXI.

CHRISTVS.

Matth. 7. Nolite iudicare, ut non iudicemini.

Ibidem. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.

Ibidem. Et in qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur uobis.

Ioan. 7. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustū iudicium iudicate.

MOSES.

Deut. 5. Iuste quod iustum est, persequeris.

PAVLVS.

Rom. 14. Non ergo amplius iudicemus inuicem, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculū fratribus uel scandalum.

SALOMON.

Pro. 11. Iustitia rectorum liberabit eos, & in insidijs suis capiuntur iniqui.

Nouit iustus animas iumentorum suorum. *Pro. 12.*

In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis, ignominia principis. *Pro. 14.*

In hilaritate uultus regis uita, & clementia eius quasi serotinus imber. *Pro. 18.*

Propter peccata terræ, multi principes eius. Aufer rubiginem de argento, & egredietur uas purissimum. *Pro. 25.*

Aufer impietatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. *Ibidem.*

Dux indigens prudentia, multos opprimit per calumniam. *Pro. 28.*

Rex iustus erigit terram, & homo durus destruet eam. *Pro. 29.*

I E S V S S Y R A C H.

Iudex sapiens iudicabit populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensus prudentū. *Ecclef. 10.*

Eximia dona excæcant oculos iudicum. *Ecclef. 20.*

Rectorē posui te dicit dominus, noli extolli. *Ecclef. 32.*

Esto in illis, quasi unus ex illis. *Ibidem.*

Regnum a gente in gentem transfertur, propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. *Eccle. 10.*

Sedes ducum superbiorum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro illis. *Ibidem.*

HIERONYMVS.

Non lætificemur ad laudes humanas, nec uituperationes eorum expauescamus.

Deo enim placere curantes, minas hominū penitus non timeamus.

GREGORIUS.

Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat: & non uicturum uiuificare nititur, qui reum a supplicio soluere conatur.

ISIDORVS.

Qui recte iudicat, & pramium inde remunerationis expectat, fraudem in Domino perpetrat: quia iustitiam, quam gratis impartiri debuit, acceptance pecuniæ uendit.

Omnia quippe primum quare, ut cum iustitia definias.

Nullum condemnes ante iudicium.

Ante proba, & sic iudica.

Non enim qui accusatur, sed qui conuincitur, reus est.

DE SIMPLICITATE.

Caput LXXII.

CHRISTVS.

50 Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. *Matth. 10.*

MOSES.

Homo delicatus & luxuriosus, ualde inuidet fratri suo. *Deut. 28.*

PAVLVS.

Bonum autem facientes non deficiamus, tēpore autem suo metemur non deficientes. *Gal. 6.*

SALOMON.

60 Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruerforum uastabit illos. *Pro. 11.*

Iustitia simplicis dirigit uiam eius, & in impietate sua corruet impius. *Ibidem.*

Iāno-

Innocens credit omni uerbo.
 Qui decipit iustos in uia mala, in interitu suo
 corruet, & simplices possidebunt bona eius.
 Viri sanguinum oderunt simplicem, iusti au-
 tem quærunt animam eius.

HIERONYMVS.
 Sancta rusticitas sibi soli prodest, & quantum
 ædificat ex uita merito ecclesiã Christi, tantum
 nocet si destruentibus ueritatem non resistat.

In seruo Dei non corporis cultus, sed animę
 uigor queritur, qui carnis infirmitate sit fortior,
 nec rusticus, sed tantum simplex.

Multo melius est nobis imperfectis rustici-
 tatẽ sanctam habere, quã eloquentiã peccatricẽ.

Venerationi habenda est, non uerbosa, sed
 sancta rusticitas.

Fabrica spiritualis, est fides firma in corde,
 galea salutis in capite.

Signum Christi in fronte.

Verbum ueritatis in ore, bona in mente
 uoluntas.

Dilectio Dei in pectore.

Præcincta castitas in ardore.

Honestas in actione.

Sobrietas in consuetudine.

Stabilitas in bonitate.

Patientia in tribulatione.

Spes in creatore.

Amor uitæ æternæ.

Perseuerantia usque in finem.

GREGORIUS.
 Si nostra intentio apud Deum simplex fuerit,
 in eius iudicio nostra actio tenebrosa non erit.

Qui cauti esse per rectitudinem nesciunt, ne-
 quaquam innocentes persistere per simplicita-
 tem possunt.

Sancta electorum ecclesiã simplicitatis suæ
 & rectitudinis uias custodit.

Oportet ut in zelo, quo quis feruet, sit etiã tẽ-
 perãs: ne si plus ferueat, quã oportet, perdat
 iustitiam, cuius seruare moderamina ignorat.

Sape enim cũ quis iracundię stimulis uictus,
 contra delinquentes zelo ulciscendæ iustitiæ
 plus quã necesse est inflammatur, iustitiæ li-
 mitem in ultione transiēs agit crudeliter, quod
 se agere iuste suspicatur.

ISIDORVS.
 Sit in gressu tuo simplicitas, nihil leuitatis
 in progressu tuo appareat.

Animus enim in corporis habitu appareat.

Gestus corporis signum est mentis.

Corporis gestu animus proditur.

Incessus tuus alterum non offendat.

BASILIVS.
 Deus enim non uerborum, sed cordis inspe-
 ctor est, & diligit eos qui in simplicitate cordis
 seruiunt ei.

EUSEBIVS.
 Ea quæ apud homines despecta sunt, & in
 contemptu habentur, in magna gloria sunt
 apud Deum.

Charitas Dei, quæ fragilia sunt per naturã,
 per gratiam facit esse firmissima.

DE MEDICIS. Cap. LXXIII.

CHRISTVS.

Non est opus sanis medico, sed malè habentibus.

Medice cura te ipsum prius.

IESVS SYRACH.

Honora medicum propter necessitatem, et
 enim illum creauit altissimus.

A Deo est omnis medela.

Disciplina medici exaltabit caput ipsius, &
 in conspectu magnorum collaudabitur.

Vnguentarius faciens pigmenta suauitatis
 & unctiois confert sanitatem.

Da locũ medico, etenim illum creauit Dñs.
 Et nõ discedat à te, quoniam opera eius sunt
 necessaria.

Qui delinquit in conspectu eius, qui fecit il-
 lum, incidit in manus medici.

CYPRIANVS.

Aperiendum uulnus est & secandũ, & putra-
 minibus amputatis, medela fortiore curandũ.

Vociferetur & clamet, licet & conquera tur
 æger impatiēs per dolorem, gratias aget post-
 modum, cum senserit sanitatem.

DE LIGATIONE. CA.

put LXXIIII.

CHRISTVS.

Quodcumque ligaueris super terram, erit li-
 gatum & in cœlis.

Non suscipies uocem mendacię, nec iungas
 manũ tuã, ut p̄ impio dicas falsum testimoniũ.

GREGORIUS.

Quos omnipotēs Deus suscitauit per cõpũ-
 ctionis gratiã, illos pastoris sententia absoluet.

Illos nos debemus per pastorem autorita-
 tem soluere, quos autorem nostrum cognosci-
 mus per suscitantem gratiam uiuificare.

Sub magno moderamine pastores ecclesiæ
 uel absoluerent studeant, uel ligare.

Vtrum iuste an iniuste obliget pastor, pasto-
 ris tamen sententiã gregi timenda est: ne hic qui
 subest, & cũ iniuste forsitan ligatur, ipsam obli-
 gationis suæ sententiã, ex alia culpa mereatur.

Pastor ergo uel absoluerent indiscretẽ timeat
 uel ligare.

Is autem qui sub manu pastoris est, ligari ti-
 meat uel iniuste, ne pastoris sui iudiciũ teme-
 re reprehendat.

DE EXEMPLIS. CA.

put LXXV.

CHRISTVS.

Super cathedram Moisi sederunt scribæ &
 pharisæi.

Omnia ergo quęcũque dixerint uobis, facite &
 seruate: secũdũ uerò opera eorũ nolite facere.

Dicunt enim, & non faciunt.

PAVLVS.

Bonũ autem emulamini in bono semper.

Exemplum esto fidelium, in uerbo, in cōuer-
satione, in charitate, in fide, ut profectus tuus
manifestus sit omnibus.

Tit. 2. In omnibus te ipsum præbe exemplum bo-
norum operum.

SALOMON.

Prov. 1. Homini bono in cōspectu suo dabit Deus sa-
pientiam, & scientiam & lætitiā.

HIERONYMVS.

Sicut assiduitas familiaritatem, ita familiaritas
contemptum parit.

Melius est rem familiarem minui, quā ani-
mæ salutem perdere.

GREGORIUS.

Qui enim uitam suam ab alijs sciri refugit,
sibi et ipsi accensi sunt, sed alijs in exemplo lu-
minis non sunt.

Hi enim qui exempla uirtutum prærogant,
& lumen boni operis per uitam & uerbū iterā-
tibus demonstrāt, iure lampades appellantur. 10

In exēplo culpa uehementer ostenditur, quā
do pro reuerentiā ordinis peccator honoratur.

Ille igitur modis omnibus debet ad exemplū
proturbi, qui cunctis passionibus carnis mori-
ens iam spiritaliter uiuit.

ISIDORVS.

Ne quisquam post lapsum pœnitendo despe-
ret ueniam, dum cōspicit sanctorum reparatio-
nem fuisse etiam post ruīnam.

Ob hanc utilitatē scribuntur sanctorū ruīnæ 30
& reparaciones, ut spem faciāt salutis humanæ.

Si apti fuimus imitari in quos in malū, cur
pigri sumus imitari iustos in bonum?

DE DISCIPVLIS.

Caput LXXVI.

CHRISTVS.

Luc. 6. Non est discipulus super magistrum: perfe-
ctus autē omnis erit, si sit sicut magister eius. 40

PAVLVS.

Coll. 4. Sermo uester in gratia sale sit cōditus, ut scia-
tis quomodo oporteat uos unicuique respondere.

SALOMON.

Prov. 15. Latatur homo in sententiā oris sui, & sermo
opportunus est optimus.

Ferrum ferro acuitur, & homo exacuet fa-
ciem amici sui.

IESVS SYRACH.

Eccles. 5. Si est tibi intellectus, responde proximo tuo. 50

Ibidem.

Sin autem sit manus tua super ostium, ne ca-
piaris uerbo in disciplinato, & confundaris.

HIERONYMVS.

Caue ne antē magister sis quā discipulus,
antē miles uelis esse quā tyro.

Caue ne sine doctore ingrediaris uiam, quā
nunquam ingressus es: & parte altera declinās,
errorē patiaris, & plus ambules quā necesse est:
& currens laxeris, aut moras faciens dormias.

Nulla ars absq; magistro discitur.

Multo tempore discē, quā doceas.

Ne credas laudatoribus tuis, imō irrisoribus
aurem ne accommodes,

Non appetas maiora uiribus tuis: quia me-
lius est in humilioribus pergere, quā pendulo
gradu in altioribus fluctuare.

Non erudit pater filium, nisi quem amat: nec
corrigit magister discipulum, nisi eum quem ar-
dentioris cernit ingenij.

Quicumq; interrogat non uoto discendi, sed
studio redarguendi, per similitudinē pharis-
æorum, non quasi discipulus, sed quasi tenta-
tor accedit.

Vir studiosus & sapiens, etiamsi discere ali-
quid uult, magis docet dū prudēter interrogat.

Sunt aliqui qui nimia facilitate uerborū per
audaciā edisserunt alijs quod ipsi nō intelligūt.

ISIDORVS.

De bono interrogatus, taceo: melius est em-
reticere improbis, quā respondere.

CYPRIANVS.

Ille melius docet, qui quotidie crescit, & pro-
ficat discendo meliora.

Nec enim idoneus potest esse miles, qui nō
exercitatus in campo prius fuerit.

Tunc em demū sermo & ratio salutaris effi-
caciter discitur, si patiēter quod discitur, auditur.

Disciplina, custos spei, receptaculū fidei, dux
itineris salutaris, fomentum ac negotium boni
indolis, magistra uirtutis, facit in Christo mane-
re semper, ac iugiter Deo uiuere, ad promissa
cœlestia & diuina præmia peruenire.

EVSEBIVS.

Nec enim dignum est philosophum nomi-
nari eū, qui de his que nescit, publice ptestatur.

DE TENTATIONE AC MAR-
tyrio. Caput LXXVII.

CHRISTVS.

IN hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis sub-
ijciuntur. *Luc. 10.*

Gaudete autem, quod nomina uestra scripta
sunt in cœlis. *Ibidem.*

Nolite timere eos qui occidunt corpus, ani-
mam autem non possunt occidere.

PETRVS.

Sobrijs estote & uigilate, quia aduersarius ue-
ster diabolus, quasi leo rugiens circuit, querens
quem deuoret. *1. Pet. 5.*

IACOBVS.

Resistite autem diabolo, & fugiet à uobis. *Iacob. 4.*

PAVLVS.

Arma militiæ nostræ, non carnalia, sed po-
tentia Dei. *2. Cor. 6.*

ORIGENES.

Qui bene exit de tentatione, & quē tentatio
probabilē reddit, iste uenit ad sanitatē iudicij.

Si ergo uideris persecutorem tuum nimium
aliquando sauientem, scito quia ab ascensore
suo damone perurgeretur.

AVGVSTINVS.

60 Omnis homo qui alium in corpore persequi-
tur, prius ipse in corde persecutionem sustinere
cognoscitur.

Nam si etiam illi quem persequitur, aliquid
de sub-

de substantia tulerit, malus sibi detrimentum ipse facit.

Quia nemo habet iniustum lucrum, sine iusto damno.

Vbi lucrum, & ibi damnum.

Lucrum in arca, damnum in conscientia.

Tollit vestem, perdit fidem.

Acquirat pecuniam, & perdit iustitiam.

HIERONYMVS.

Nihil eo fortius, quam qui vincit diabolum: nihil intolerabilius, quam qui carnem superat. Si astra cœli non sunt munda, in conspectu Domini, quanto magis homines, quorum vita tentatio est?

Diaboli sagittæ, ieiuniorum & uigiliarum fragore restringendæ sunt.

Grandis ergo uirtutis est, & sollicitæ diligentia, superare quod natus sis in carne, & non carnaliter uiuere.

Non solum effusio sanguinis in confessione reputatur, sed deuotæ mētis immaculata seruitus quotidianum martyrium est.

Hostis callidus tarda ad mortē supplicia cōquirens, animas cupit iugulare, non corpora.

Non timeamus malorum persecutorum sæuitiam, & blasphemātiū rabiem: quia ueniet dies iudicij, in quo nostra uirtus coronabitur, & eorum saeuitīa punietur.

GREGORIUS.

Cum uerò malorum peruersitas crescit, non solum frāgi prædicatio nõ debet, sed etiā augeri.

Hæc agit diuina misericordia, ut ex una eademque re, ex qua carnalibus dat flagellū, ex ea spiritualibus uirtutibus præstet incrementum.

Quali ergo lupo gregem dissipat, cum fidelem populum diabolus per tentationē uocat.

Quauis occasio persecutionis deest, habet tamen & pax nostra martyrium suum: quia etsi carnis colla ferro nõ subdimus, spirituali tamē gladio carnalia desideria in mēte trucidamus.

ISIDORVS.

Quauis diabolus tentationē iustis semper inferre cupiat, tamen si a Deo potestatem non accipiat, nullatenus adipisci potest quod petit.

Non alibi diabolus concupiscentiæ fomenta succendit, nisi ubi prius prauæ cogitationis delectationem aspexerit, quam si a nobis spernimus, sine dubio ille confusus abscedit a nobis.

Tunc enim bene de se iudicant sancti, quando eos Deus fallacia demonum tentamenta facit intelligere.

In oculis carnalium diabolus terribilis est.

In oculis electorum, terror eius uilis est.

Diabolus enim serpens est lubricus, cuius si capiti, id est, primæ suggestioni non resistitur, totus in interna cordis, dū nõ sentitur, illabitur.

Tunc contra eum quem possidet diabolus acrius sauit, quando se uirtute diuina ab eo expellendum agnoscit.

Diabolus quando uult decipere quenquam, prius naturam uniuersusque attendit, & inde se applicat unde aptum hominem ad peccatum aspexerit.

Bedæ tom.7.

Nunquam enim diabolus aduersus hominē iustum pugnare cessat.

Aut enim tribulationes cordis illi exagitat, aut dolorem corporis suscitatur.

Qualibet enim aduersa iustus patitur, ex Dei utiq; permissu patitur.

Quod si hoc ipsum humiliter ad Dei gloriam referat, iste nõ separatur a Deo, sed cōiungitur.

Ibi peccamus, ubi cupiditatem ad uoluntatem desectimus.

Quos enim uigilantes immundi spiritus uitijs tentant nec superant, acriter dormientes impugnant.

Sape enim ea, in quibus cogitationum nostrarum sensum porrigimus, quodam mentis excessu reuelantur, dum requiescimus.

Qui nocturna illusionē polluitur, quāuis extra memoriam turpium cogitationum sese per sentit inquinatum: tamen hoc ut tentaretur, culpa suæ tribuat, statimq; suam immunditiam se tibus tergat.

Facile uincimus hostem, quē uidemus: quē autē non uidemus, difficile a nobis expellimus.

Vnusquisque ad tentationem animam præparare debet.

Tentari autem iustum oportet, sed tentatione plagæ, non tentatione luxuriæ.

Tentatio arguit te, & non te interficit.

Qui non est tentatus, quid scit?

Vir in multis expertus cogitat multa.

Qui multa didicit, enarrabit intellectum: & qui non est expertus, pauca recognoscit.

CYPRIANVS.

Quantoq; maior fuerit persecutionis iniuria, tanto iustior fiet & grauior persecutionis uindicta.

Nullus his dolor est de incurSIONE malorum præsentium, quibus fiducia est futurorum honorum.

Neq; enim licere tantum inimico potest, ut non, qui Deum toto corde & anima & uirtute diligimus, beatitudinem eius & laudes semper & ubiq; cum gloria prædicemus.

IN VITIS PATRVM.

Sicut enim aurum & argentū probat ignis, sic cor Monachi tentatio.

Vbi crux Christi superinducitur, non præualebit malitia diaboli.

EVSEBIUS.

Nihil terribile est, ubi diligitur Christus: nihil doloris est, ubi fides Christi est.

Melior est qui nos defendit, quam qui persequitur.

DE VERBIS OCIOSIS.

Cap. LXXXVIII.

CHRISTVS.

Dico autem uobis, quia ex omni uerbo ocioso quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij.

Vnusquisq; enim ex uerbis suis iustificabitur, aut ex uerbis suis condemnabitur.

Matth. 12.

Ibidem.

D PAVO

1. Tim. 4. Nemo uos seducat inanibus uerbis.
Ineptas autem & inanes fabulas deuota.

SALOMON.

Pro. 12. Propter peccata labiorum, ruina proximo malo.

HIERONYMVS.

Mens Christo dedita, sic cauet inuicem quomodo & maiora, sciens etiam pro uerbo ociofore reddendam esse rationem.

GREGORIVS.

Octosum quippe uerbum est, quod aut utilitate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret.

Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hos quos erudire poterat, in errore derelinquit.

ISIDORVS.

Claude aures tuas, ne audiant malum.

Fuge incauta uerba.

Vanus sermo cito polluet mentem.

Facile agitur, quod libenter auditur.

Nihil ex ore tuo quod impedire possit, procedat.

Nihil quod non expedit, sonus uocis prorumpat: hoc procedat ex labijs, quod aures non polluat audientis.

Sermo uanus uanæ conscientie index est.

Qualis sermo ostenditur, talis & animus comprobatur.

Retice uerbum, quod non edificat. Auris que ociosa uerba non reprimit, ad noxia cito transit.

Paulatim crescunt uitia, & dum parua non cauemus, in magna prolaborumur.

In loquendo & in tacendo peritus esto.

Disce quid loquaris, quid taceas: lingua tua non te perdat.

Oppone lingue tue claustra silentij.

DE BREUITATE HUIVS VI
tæ. Cap. LXXIX.

CHRISTVS.

1. Ioh. 6. Quia uenit ad carnem, & ipse uiuet propter me.

IACOBYVS.

Quæ enim est uita nostra?

1. Iacob. 4. Vapor est ad modicum parens.

2. Coloss. 4.

PAVLVS.

Id enim quod in presenti est, momentaneum est.

SALOMON.

Pro. 27. Ne glorieris in crastinum, ignorans quid futurum erit.

Vita dulcis longior erit.

Tempus nascendi, & tempus moriendi.

Eccles. 3. Nemo est qui semper uiuat, & qui huius rei habeat fiduciam.

Eccles. 9.

AVGVSTINVS.

Omnis malus aut ideo uiuit, ut corrigatur: aut ideo uiuit, ut per illum bonus exerceatur.

HIERONYMVS.

Humana uitæ breuitas, damnatio delictorum est.

Breuis est huius uitæ felicitas, modica est huius seculi gloria.

Caduca est & fragilis temporalis potentia.

Dic ubi sunt reges? ubi Imperatores? ubi Principes? ubi locupletes rerum? ubi potentes seculi?

Certe quasi umbra transierunt, & uelut fomentum euauerunt.

Quærentur, & non sunt.

Diuitiæ usque ad periculum ducunt.

Multi propter opes periclitantur; multi propter opes mors occurrat.

10 Toto ergo animo & odi & damna quod diligit mundus.

Esto mortuus mundo, & mundus tibi.

Contemne uiuens, quæ post mortem habere non potes.

ISIDORVS.

Tantum enim in hac uita est licitum operari bonum.

Illic namque, non iam operatio expectatur, sed retributio meritorum.

10 Qui uita presentis longitudinem non de suo spacio, sed de eius sine considerat, quam sit misera & breuis, satis utiliter pensat.

Tela enim consummatur filis, & uita hominis extollitur diebus singulis.

Si longam uitam quæraris, ad eam tendere uitam pro qua Christianus es, id est, æternam.

Hæc est enim uita immortalis: nam ista uita mortalis est.

Mori oportet hominem in carne mundo, ne moriatur in anima Christo.

Tunc quisque uiuere creditur, si secundum seculum moriens, in solo Deo uiuere delectetur.

De mora uitæ istius tedium patitur iustus, eo quod ad desideratam patriam tarde perueniat.

Solicite debet unusquisque uiuere, semper terminum uitæ sue considerare, ut huius seculi blanditias caueat.

Venturi exitus ignorantia incerta est: & dum mori quisque non æstimat, tollitur.

40 Unde festinet unusquisque, ne iniquitatibus suis rapiatur, simulque uita finiatur cum culpa.

Diabolus quos uiuentes incendit ad uitia, subito morientes pertrahere nititur ad tormenta.

Quantis enim quisque in hac uita sit iustus, tam dum de corpore isto egreditur, pertimescat ne dignus supplicio sit.

Nullus est enim homo sine peccato: nec quisquam potest de Dei esse securus iudicio, cum & de ociosis uerbis reddenda sit ratio.

50 Finem iustorum optimum uocatio tranquilla commendat, ut ex eo intelligantur sanctorum habere consortium angelorum, ex quo ab hoc corpore sine uexatione dura tolluntur.

Nihil est diu, nihil est longum, quod non in breui finiatur.

Impossibile est ut homo sis, & non gustes angustias.

Nemo est qui in hoc seculo non doleat.

Nullus est qui in hac uita positus non suspiret.

60 Malis omnia plena sunt.

CYPRIANVS.

Hæc tempora terrena iam computat, qui æternitatem de Deo sperat.

DE LECTIONE. Cap. LXXX.

CHRISTVS.

Math. 24. **Q**ui legit, intelligat.
Lucæ 12. Omnis autem cui multum est datum, multum quæretur ab eo.

PAVLVS.

Tim. 4. Attende lectioni & exhortationi doctrinæ: noli negligere gratiam, quæ in te est.

1. Tim. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est.
Coloss. 3. Verbi Christi habitet in uobis abundanter.

IACOBVS.

Iacob. 4. Scienti igitur bonum, & non facienti, peccatum est illi.

SALOMON.

Eccles. 10. Post industriam sequitur sapientia.

AVGVSTINVS.

Nutri animam tuam lectionibus diuinis: parabit enim tibi mentem spiritualem.

HIERONYMVS.

Qui assidue instat lectioni, in presenti quidè laborat, sed postea gratulabitur, cum ceperit. De amaris seminibus literarum dulces fructus cape.

Prudens lector cauet semper superstitiosam intelligentiam, ut non ad suum sensum attemperet scripturas, sed scripturæ iungat sensum suum, ut intelligat quid sequatur.

Illa studeamus discere in terris, quorum nobis notitia perseveret in cælis.

Beatus est qui diuinas scripturas legens uerba uertit in opera, & nudam crucem nudus se, quitur puris manibus & pedibus, & cædido peccatore pauperè se spiritu & operibus gloriatur.

GREGORIVS.

Scire etenim cuiquam quod non potest facere, poena magis quam uirtus est.

Quanto enim quis in scriptura sacra proficit, tanto hac eadem scriptura proficit apud ipsum.

Tantum in sacro eloquio profectum inuenies, quantum apud illum ipse profeceris.

ISIDORVS.

Qui uult cum Deo semper esse, frequenter debet orare, & frequenter legere.

Nam cum oramus, ipsi cum Deo loquimur. Cum uerò legimus, Deus nobiscum loquitur.

Omnis profectus ex lectione & meditatione procedit.

Quæ enim nescimus, lectione discimus.

Quæ autè discimus, meditationibus cõseruamus. Geminum confert donum lectio sanctarum scripturarum, quod intellectum mentis erudit, & quod à mundi uanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit.

Tanto una spes mortalitatis huius nobis uile scit, quanto amplius legendo, spes eterna claruerit. Lector strenuus potius ad implendum quæ legit, quam ad sciendum promptissimus esto.

Minor enim poena est nescire quid appetas, quam ea quæ noueris non implere.

Sicut enim legendo scire concupiscimus, sic sciendo recta quæ didicimus, implere debemus.

Nemo potest sensum scripturæ sacre cognoscere, nisi legendi familiaritate.

Beda tom. 7.

scere, nisi legendi familiaritate.

Quantum quisque magis in sacris eloquijs assiduus fuerit, tantum ex eis uberiorem intelligentiam capit.

Quanto amplius in quamlibet arte homo cõscendit, tanto magis ad hominè ars ipsa descendit.

Quidam habet intelligentiæ ingenium, sed negligunt lectionis studium: & quod legendo scire possunt, negligendo contemnunt.

Quauis sensus habitudo sit frequens, tamè lectio intellectum adhibet.

Sicut qui tardus est ad capiendum, pro intentione tamen boni studij, præmium percipit: ita qui prætitum sibi à Deo ingenium intelligentiæ negligit, condemnatione reus existit: quia donum quod accipit, despicit, & per delidiam derelinquit.

Quidam Dei iudicio donum scientiæ quod negligunt, accipiunt, ut durius de rebus creditis puniantur.

Tardiores autem ideo, quod scire cupiunt, difficulter inueniunt, ut pro maximo exercitio laboris maximè præmiū habeant retributionis.

Donum sine adiuuante Dei gratia quauis infundatur auribus, ad cor nunquam descendit.

Plerique in cacumine intelligentiæ uiuaces existunt, sed loquendi inopia angustiantur.

Quidam uerò in utriusque pollut.

Plerique scientia accepta scripturarum, non ad Dei gloriam, sed ad suam laudem utuntur, dum ex ipsa scientia extolluntur, & ibi peccant, ubi peccata mundare debuerunt.

Semper enim superbi legunt, & nunquam inueniunt.

Diuina legis penetrabilia, humilibus & bene ad Deum intendentibus patent: prauis autem atque superbis clauduntur.

Quauis diuina eloquia in lectione arroganter aperta sint, in mysterio tamen clausa atque occulta sunt.

Sermo Dei fidelibus lux est, reprobis autem ac superbis quodammodo tenebescit: & unde illi illuminantur, inde isti cæcantur.

Nequaquam legem intelligit, qui carnaliter uerba legis percurrit, sed is qui eam sensu interioris intelligentiæ percepit.

Qui literam legis attendunt, eius occulta penetrare non possunt.

Ideo prohibetur Christianis fragmenta poetarum legere: quia per oblectamenta inaniū fabularum, mentem excitant ad incertiua libidinis.

Ideo libri sancti simplici sermone scripti sunt, ut non in sapientia uerbi, sed in ostensione spiritus homines ad fidem perducerentur.

In lectione non uerba, sed ueritas est amanda.

Cum sit utilis ad instruendum lectio, adhibita tamè collatione maiorè intelligentiā prabet.

Melius est enim conferre quam legere.

Quod enim obscurum est aut dubium, conferendo citò perspicitur.

(struit.

Sicut instruere solet collatio, ita contentio de eodem opere uacua lectioni, lectio enim docet quid caueas.

D 2 Lectio

Lectio ostendat quid attendas.

Multum proficis cum legis, si tamen facias quod legis.

Vide ne quod perspicias, uiuendo contēnas.

BASILIVS.

Sicut enim in carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis lectionibus interior homo nutritur ac pascitur.

FINIS SCINTILLARVM.

Bedæ presbyteri de Muliere forti, libellus.

Α Α Λ Ε Ρ Η.



Mulierem fortem quis inueniet? Procul, & de ultimis finibus precium eius.] Mulier fortis ecclesia catholica uocatur. Mulier uidelicet, quia spirituales deo filios ex aqua & spiritu sancto gignere consuevit. Fortis, quia cuncta seculi, aduersa simul & prospera pro conditoris sui fide contemnit. Quoniam ipse in carne apparens in firmam quidem inuenit, sed inuentione sua, hoc est, pia uilitatione sua fortē reddidit. Vnde post eius redemptionem ad cœlos rediens, supernis ciuibus gaudens aiebat: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Videns ergo Salomon genus humanum innumereis implicatum erroribus, quodq; ad eius saluationē nullus patriarcha, nullus propheta, nullus omnino electorum, præter solum mediatorum Dei & hominum sufficeret, ait: Mulierem fortem quis inueniet? Procul & de ultimis finibus precium eius. Ac si aperte futuram Domini gratiam admirando protestetur, Quis tantæ uirtutis, quis talis est meriti, qui de tot incredulis, ac cœlestis mundi nationibus unam sibi electorum ecclesiam congreget, quam sua gratia fortem, atq; insuperabilem aduersantibus cunctis efficiat? Non hic certè nostri similis, nō nostro est tempore uenturus: sed in fine seculorum est de cœlo Deus homo descensurus, qui nos sua passione à morte redimat. Hoc est enim quod ait, Procul, & de ultimis finibus precium eius. Procul, uidelicet statu tēporis, quod à diebus Salomonis usq; ad partum Virginis intererat: de ultimis autem finibus, quia à summo cœlo egressio eius: qui nō aliud pro nostra redemptione precium, quam seipsum obtulit. unde Apostolus, Qui dilexit nos, inquit, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suauitatis. Quamuis & ita recte possit intelligi precium sanctæ ecclesie procul positum fuisse, quādo incarnatio uerbi Dei, conuersatio inter homines, passio ac resurrectio longè à nostræ esset naturæ conditio

ne discreta: quoniam uidelicet ille; & quando uoluit, & qua uoluit matre natus est, & sine peccato uixit in mundo: & quando uoluit, & qua uoluit morte discessit ex mundo, tempusq; resurrectionis & ascensionis suæ in potestate habuit, & cetera huiusmodi, in quibus tam procul à nobis, quàm cœlum à terra. Quia uero ecclesiam, quam redimit Dominus, nō solum uerbū salutis suscipere, sed & constanter pro illo certare, & hoc ipsum per mundum prædicare donauit, merito subditur:

BETH.

Confidit in ea cor uiri sui, quia spolijs non indigebit.] Virum sanctæ ecclesie, Dominum ac redemptorem eius, quod etiam precium eius fieri dignatus est, dicit. Vnde & Apostolus credentibus ait, Despondi uos uni uiro, uirginem castā exhibere Christo. Quod ergo dicit, Confidit in ea cor uiri sui: ab humana nimirum consuetudine tractū est. Sicut omnis qui fortem fidelemq; & castam habet conjugem, confidit in ea certissime, quia nil contra suam uoluntatem agere, nulla adultera saltem cogitatione possit attingi, cuncta pro suo amore & aduersa libenter toleret, & quoscunq; ualet, ad suam amicitiam conuertere, desiderat: sic nimirum Dominus & redemptor noster in ecclesia confidit. Nouit enim spiritum gratiæ, quem dedit: nouit uirtutem charitatis, quam in eius precordijs infudit. Ideoq; non dubitat eam à sua, non solum fidei integritate nequaquam posse corrumpi, sed etiam perseveranter insistere, ut plures ad eiusdem fidei cōgreget unitatem. hoc est enim quod sequitur, Et spolijs non indigebit. Spoliata enim ecclesia diabolus, cum per prædicatores suos, eos quos ipse deceperat, ad ueritatis reuocat iter. Et bene dicitur, Spolijs non indigebit, quia nunquam cessabit ecclesia liberatas à diabólica fraude animas Christi fidei restituere, donec completo mundi cursu, suorum quoque præfinita compleatur summa membrorum. Verum quia quicquid boni sancta ecclesia uel anima quæque fidelis agit, hoc desuper accipit, recte subditur:

ΓΙΜΕΛ.

Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus uite sue.] Reddet quippe anima Christo bonum, cū perceptis ab eo uitæ muneribus recte uiuendo respondet, cum ea quæ ipsa scire uel facere ab ipso adiuta potuit, etiam alijs intimare satagit. Bene autē cum dixisset, Reddet ei bonum, protinus addidit, Et non malum: quia sunt profectio qui acceptis à Domino bonis, mala rependunt: uel fidei mysteria, quæ perceperunt, hæretica secedando, uel fidem quam professione seruāt, prauis operibus blasphemando, uel mores bonos, quibus cum fide recta deseruāt, per colloquia mala corrupendo. Sed nec illi bona, qui acceperunt, Domino reddūt, qui nō in his quæ bene inchoant, usque ad finem uite presentis persistere curant. Vnde merito cum dixisset, Reddet ei bonum, & nō malum: ut per seuerantiam boni necessariam demonstraret, addidit

addidit; Omnibus diebus uitæ suæ. Cui simile est illud Euangelicum, Seruiamus illi in sanctitate & iustitia, coram illo omnibus diebus nostris. Quibus sanè operibus, quibus iustitia uel sanctitatis fructibus potissimum sit insistendum ei, quod bonum quod & accepit à Domino, gratis repèdere fatagit, subsequenter insinuat, cū dicitur:

DALETH.

Quasiuit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Huius principium uersiculi Fortis mulier, hoc est sancta ecclesia, & iuxta litteram accipere & obseruare consueuit: iuxta illud propheticum, Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Operatur autem non superuacuo & cæco labore, sed eo utiq; consilio, ut ab ipso suo uero, Domino uide licet Christo in iudicio mereatur audire, Nudus fui, & operuistis me; & quādiu fecistis uni de his minoribus meis, mihi fecistis. Operatur autem consilio manuum suarum, hoc est earum personarum, per quas elemosynam pauperibus tribuit: in quorum opere deuoto illo saluberrimo utitur consilio, ut cum dispergit & dat pauperibus, non ipsa ab hominibus laudetur ad tempus, sed iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltetur in gloria. Possunt autem mysticè in lana, quæ ouinus est habitus, omnia pietatis & simplicitatis opera, quæ proximis impèdimus, accipi. Potest in lino, quod ex terra uirgè oritur, sed longo ac multiplici exercitio amittit humorem natium, atq; ad gratiā noui cādoris peruenit, castigatio nostræ carnis intimari: cui dum ingenitas uitiorū sordes per continentiam excoquimus, dignam profectio eam qua Christum induamus, efficiamus: iuxta illud Apostoli, Quotquot ergo in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quarit ergo mulier fortis lanam & linum, & operatur consilio manuum suarum, cum ecclesia sancta sollicitè perquirat, quibus se pietatis fructibus exercet, quomodo se à carnalibus emundet illecebris: & hoc utrunq; consilio prudētissimo, hoc est supernæ solummodo retributionis facit intuitu, cuius retributionis sequens quoq; uersiculus apertius meminit, dum subditur:

HE.

Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suū. Institorem negociatorē dicit, qui pro eo sic uocatur ab antiquis, quod acquirendis multiplicandisq; mercibus sedulus insistat. Facta est ergo fortis mulier quasi nauis institoris, quia sicut nauis institoris onusta mercimonijs, quæ in sua patria magis abundant, porrò per mare petit peregrina, ut illic uenditis quæ attulit, cæriora domum reportet: sic nimirum sancta ecclesia, sic anima quæq; perfecta uirtutum diuinitijs gaudet onustari, quibus maiora diuinæ gratiæ dona mercetur. Optimum est namq; commercium, cum bona quæ ualemus operantes, primò hanc à Domino mercedem recipimus, ut ad maiora semper agenda proficiamus: de hinc ut uitam percipiamus æternam. Facta est ergo anima quasi nauis institoris, quæ transijt

Beda tom. 7.

deliderio fluctus seculi presentis, sola quæ se in cœlis accipere sperat, æterna gaudia menditur: & pro his abundantius adipiscendis quicquid ualeat, instanter agere, quicquid aduersum occurrit, fortiter superare contendit. De qua rectè dicitur, Quia de longe portat panem suum: quia in cunctis quæ temporaliter bona agit, æternam solummodo retributionem expectat, solā uiui panis saturitatē desiderat, eius nimirum qui suis auditoribus pie potenterq; promittit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. At contra in proximo panem suum recipit, & non hunc de longe trās maria portat, qui in eo quod iuste uisere uidetur, humani tantum fauoris præmia expetit, neq; ullo uite permanentis intuitu ea, quæ in imis labuntur, exuperare & calcare fatagit. de qualibus ipse terribiliter intonat, Amen dico uobis, receperunt mercedem suam.

VAV.

Et de nocte surrexit, deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Sicut totus labentis seculi cursus perēni diei ac noctis alternatione uariatur, & dies quidem ad operandum, nox ad quietē scendū naturaliter cōdita est: sic totum presentis ecclesiæ tempus gemino quodam quietis & operis statu discernitur. Quali enim nocte quiete scit, cum aliqui fidelium eius intermissa ad tempus sollicitudine externa sibi met uacare, seq; ipsos spiritualiter incipiunt curare, uel lectionibus uidelicet sacris, uel orationibus ac lachrymis sese, uel alijs huiusmodi studijs secretis exercendo. Surgit autem de nocte, cum in eisdem suis fidelibus ad agenda etiam proximorum curam se sollicita accingit. Quod fraternæ administrationis opus duobus modis exercere cōsuevit: quia & eos qui foris errabant, ad fidē gratiam conuocat: & illos qui fidei sacramentis iam sunt imbuti, ut bonis operibus amplius insistant, excitare non desinit. Vnde bene dicitur, Deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Dat namq; prædā domesticis suis, cum eos quos antiquo hosti docendo eripere potuit, societati illorum, qui in fide præcessere, ponit. Dat & ancillis cibaria, cū humiles quosque & debito amore suo iussa seruantes, ne sub pio amore lassescant, supernæ mercedis commemoratione reficit.

ZAIN.

Considerauit agrum, & emit eum: de fructu manuum suarum plantauit uineam. Agrum dicit possessio nem supernæ hereditatis: de qua benedicens filium suum patriarcha dicit, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Odor quippe sanctorum est, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: quia tota mētis intentione contuentur, quæ sit plenitudo benedictionis in patria regni cœlestis. Considerauit ergo ecclesia agrum, & emit eum: quia studiose didicit, quæ sint gaudia uite perennis, & pro eorum perceptione quicquid potuit, laborare cōtendit. Quæ etiam de fructu manuum suarum plantauit uineā, quia de fructiferis fidelium suor

D 3 rum

rum factis siue uerbis, scripturam sanctam con-
didit, per quam mentes audientium in fide & di-
lectione debitorum sui redemptoris. Nec ab re
est, si uineam nomine ipsam ecclesiam, quæ per mu-
lierem fortem est designata, sentiamus esse figu-
ratam, & eos esse propagines uineæ, qui sunt
filij mulieris. Mulier autem uineam plantauit, cū
ecclesia primitiua latius per orbem missis prædi-
catoribus fidei semina disperdit. Considerauit
namque agrum, cum orbem uniuersum uitiorum
spinetis horrentem, cultura spiritali opus habere
percepit: emit uero eum, cum missis ubique do-
ctoribus talentum uerbi audientibus contulit,
ut eos credentes felicissimo Christi mancipatui
subderet. Platauit autem in eodem agro uineam,
cum in nouis credentium populis ecclesiam ple-
nam euangelice ueritatis institutione firmauit.
Quam quidem uineam de fructu manuum sua-
rum plantauit: quia non solum uerbo institue-
bant Apostoli, apostolorumque successores po-
pulos quos erudiebant, uerumetiam testimo-
nium bonæ operationis miraculorum quoque si-
gna uerbis doctrinæ iungebant. Sed & usque ho-
die, immo usque in finem seculi mulier fortis con-
siderat agrum, & emit eum, ac de fructu manuū
suarum plata uineam: quia sancta ecclesia sem-
per sollicita perquirat, quos ad fidem conuer-
tere possit: & quoscunque dociles inuenit, hos da-
ta uerbi pecunia in seruitum Christi emit, atque
in eius uineam Christi plantare, uel potius eos ui-
neam Christi facere satagit: & quia quisquis al-
terum docere desiderat, primo ipse & a malis
abstinere, & bonis se debet actibus exercere, re-
cte subiungitur:

N C H E T H.

Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium
suum.] Accinxit ergo ecclesia lumbos suos
fortitudine, cum supernorum desiderijs intenta car-
nalibus illecebris succumbere despexit: robora-
uit brachium suum, cum se ad agenda uirtutum
opera preparauit. Et bene primo lumbos forti-
tudine accingere, ac postmodum roborare bra-
chium dicitur: quia nimirum actio boni operis ac-
ceptabilis esse Deo minime ualet, si non fluxa lu-
xurie quis prius a carne simul & mente restrin-
gat. Vnde propheta, Quiescite, inquit, agere
per uerse, discite bene facere: & Dominus ipse,
Sint lumbi uestri præcincti, & lucerne ardentes.
Lumbi uidelicet præcincti, ne luxuriæ subdamin-
t: lucerne uero ardentes, ut bonis fulgeatis operibus.

U T E T H.

Gustauit, & uidit, quia bona est negotiatio eius, non extin-
guetur in nocte lucerna eius.] Quod ait, Negotia-
tio eius, agri utique illius significat, de quo supra
ait, Considerauit agrum, & emit eum. Gustauit
igitur ecclesia sancta, gustauit anima quoque per-
fecta: id est, in timore mentis desiderio cognouit,
quam relicta illecebris temporalibus, eternam
mercemur in cælis. Gustauit autem, id est, aperte
didicit: quia bonum est per instantiam prædicandi,
quoscunque ualet ad uiam ueritatis adducere: atque
ideo nullis tribulationum tenebris, nec ipsa mor-

te potest lucerna deuotionis eius extinguatur. Eo-
rum namque lucerna nocte extinguatur, quanuis
in die uideatur ardere, qui sicut Dominus ait,
Ad tempus credunt, & in tempore tentationis
recedunt. Sed & illorum nocte media extingui-
tur lucerna, qui ueniente iudice oleum charita-
tis in uasis precordiorum suorum non habuisse
probantur, dum perditio fallarum rumore uir-
tutum, uera tenebrorum luunt tormenta fa-
ctorum. Quod si noctem hoc loco uolumus ac-
cipere, iuxta hoc quod supra dicitur, Et de no-
cte surrexit, id est, ad operandum se post quietem
preparauit: aperte dicitur, quod lucerna sancte
ecclesie non extinguatur in nocte, quia & cum
a negotio quiescit actionis, uacat liberius luci
supernæ contemplationis: cumque a publicis ces-
sat operibus, curat se ardentius uel auditius san-
ctæ lectionis, uel laudibus mancipare diuinis:
iuxta exemplum uidelicet muliebris industrie,
que non solum interdiu necessarijs solet instare
laboribus, sed & noctu sepius accenso lumine
lucernæ, parilem rei familiaris agere curam.

I O D.

Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt
fusum.] Fortia dicit perfecta in Christi cha-
ritate opera, quibus se gaudens ecclesia certa su-
perna retributionis expectatione subdit. Ver-
bi gratia: Audistis quia dictum est, Diliges pro-
ximum tuum, & odio habebis inimicum tuum:
ego autem uobis dico, Diligite inimicos uestros,
benefacite his qui oderunt uos, & cætera: & de
uirginitate seruanda, Qui potest capere, capiat:
& de contemnendis diuitijs, Si uis, inquit, per-
fectus esse, uade, uende quæ habes, & da paupe-
ribus, & cætera. Nam populus synagoga, cui
dictum est, Si uoueritis, & audieritis me, bona
terræ comedetis: tanto infirmior erat in ope-
re iustitiæ, quanto minus spe perpetuæ remune-
rationis erectus. At ecclesia que audiuit à Do-
mino, Pœnitentiā agite, appropinquauit enim
regnum cælorum, merito pro huius perceptio-
ne dura quæque longanimitèr suffert. Vnde ru-
sus de eius fortitudine dicit, Regnum cælorum
uim patitur, & uiolenti rapiunt illud, &, Digi-
ti, inquit, eius apprehenderunt fusum. Solent
fœminæ nentes fusum in dextera, colum tene-
re in sinistra. In colo enim lana inuoluta est, que
filo ducenda, & nenda transeat in fusum. Sape
autem in scripturis dextera uitam perpetuam,
laua præsentia Dei dona significat: opulentiam
uidelicet rerum, pacem temporum, sospitatem
corporum, scientiam quoque scripturarum & cœ-
lestium perceptionem sacramentorum. Hæc &
huiusmodi bona cum Domino largiente perci-
pimus, quasi lanam colo inuolutam in laua ge-
stamus: at cum in ea pro amore cœlestium salu-
briter nos exercere incipimus, iam lanam a-
gni immaculati de colo in fusum, de laua in de-
xeram traicimus: quia de bonis nostri redem-
ptoris, de exemplis operum eius, stolam non
bis gloriæ cœlestis, ac uestem charitatis nup-
tiales facimus. Digtis namque apprehen-
dere fusum, ipsam intentionem discretione,
qua

qua quisque operatur, insinuat: ea nimirum ratione, quia nulla corporis nostri membra pluribus sunt distincta articulis; ac flexibus apta, & digiti. Quicumque ergo ueraciter dicere cum Apostolo potest, Nostra autem conuersatio in caelis est, unde etiam saluatore expectamus Dominum nostrum Iesum Christum: huius profectio digiti dextri apprehenderunt solum, quia discretionem sedula pro eternis bonis laborare didicit. & bene dicitur, Apprehenderunt, ut uirtutibus commendetur, quanto studio, quanta festinatione huius uitae incerta pro certis apud Dominum praemijs agere debeamus. Quid autem mulier fortis, id est, ecclesia sancta, uel anima quaecumque perfecta, per solum in intellectualem sit operata, subsequenter aperitur.

CAP H.

Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Quod & de operibus elemosynarum, quae generaliter fiunt in pauperes, accipi potest: sed melius de uerbo Dei quod indumentum salutaris animabus dicitur, intelligitur. de quo beatus Iob gloriatur dicens, Iustitia indutus sum, & uestiui me sicut uestimeto, & diademate iudicio meo. Aperuit autem ecclesia manum inopi, cum mysteria fidei ignorantibus per operarios ueritatis reuelauit. Palmas extendit ad pauperem, cum longe lateque praedicatores ad imbuendas aeternae salutis indigens nationes dispersit.

L A M E D.

Non timebit domui suae a frigoribus niuis: omnes domestici eius uestiti duplicibus. Frigora niuis, corda sunt reproborum, perfidiae suae torpore rigentia. de quibus ait Dominus, Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeret charitas multorum. Quae illa utique niue pessime deprimuntur, quae ob primae superbiae meritum de caelo corruens in profunda tenebrarum, nihilominus se uelut angelum lucis adhuc stultis ostentare praesumat, habitumque meritorum suorum candore niueo simile frauditum suarum nesciens praefert. Quod quidem Domini & angelorum eius est proprium, in habitu niueo claritate sua designare uirtutis. Non timebit autem ecclesia domui suae a frigoribus niuis memorata, quia Dominus pollicente credit, quod portae inferi non preualebunt aduersus eam. Omnes domestici eius uestiti duplicibus: & sapientia uidelicet ad refellendas hereticas falsorum fratrum doctrinas, & patientia ad tolerandas apertorum hostium pugnas. Vel certe uestiti sunt duplicibus: quia promissionem habent uitae quae nunc est, & futura. Nunc in peregrinatione temporalis diuino auxilio ne deficiant adiuti, tunc in patriae perpetis habitatione, diuinae gratia uisionis, ut felices semper uiuant aluati. Item domestici eius induti ueste sunt duplici: una operis, altera mentis fidei, habentes factorum uelamina, & sacramentis uidelicet sui redemptoris imbuti, & formati exemplis. Sic enim fit illud Apostoli, Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Possunt autem frigora niuis etiam tormenta aeterna intelligi, quae igne & frigore mixta esse legimus, cum dicitur: Ibi erit fletus & stridor dentium. Fletus quippe oculis ignis & fumus; stridorem uero dentibus

solet frigus gignere. unde & beatus Iob de poenis reproborum loquens aeternis, Ad calorem, inquit, nimium transibunt ab aquis niuium. Sed ab his ecclesia domui suae non timebit: quia quicumque pereunt, ad domum non pertinebant, nec ueste ipsius spirituali erant induti, tamen mysterijs eius ad tempus uidebantur instituti. Denique legimus in Euangelijs eiecitur de domo conuiuij illius hominem, qui uestibus operum immundis hanc intrare praesumpsit: & in tenebras exteriores, ubi esset fletus & stridor dentium, esse profectum. Merito itaque in frigora poenae religatum, quia indumentum pietatis habere neglexerat.

M E M.

Stragulatam uestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum eius. Stragulata uestis, quae uariante textura solet firmissima confici, fortis ecclesiae opera, & diuersa uirtutum eius ornamenta significat. De quibus Propheta in summi regis, uiri uidelicet illius laude cecinit, Assitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circummacta uarietate. Byssus quoque & purpura indumentum eius. Byssus in castitate purae conuersationis: purpura in effusione preciosi sanguinis. Byssus namque candidi coloris est, purpureus color & de sanguine animantis, quod purpura uocatur, conficitur, & ipse sanguinis habet speciem. unde pulchre dictum est a patribus, quia sancta ecclesia electorum floribus uernans, habet in pace lilia, in bello rosas. Item quia byssus de terra uirens oritur, sed per exercitationes longas ac multiuarias, amisso humore ac uirgine natio, ad decorem candidae uestis perducitur: purpura autem regalis est habitus. Byssus induitur ecclesia, cum castigant corpora sua electi, & seruituti subijciunt: purpura autem cum eandem continentiam non ob fauorem uulgi, sed pro acquirenda beatitudine regni perennis exercet. Sic uirtutum habitus in praesenti quidem nescientibus uidetur contemptibilis, sed in futuro qualis fuerit, manifeste apparebit. Unde pulchre in Apocalypsi Ioannes sanctorum se uocem audisse refert, dicentium: Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia uenerunt nuptiae agni: & uxor eius preparauit se, & datum est ei, ut cooperiat se byssino splendenti. Byssinum enim iustificationes sanctorum sunt.

N V N.

Nobilis in portis uir eius, quando sederit cum senatoribus terrae. Vir sanctae ecclesiae, uir cuiusque fidelis animae Dominus est: qui ut debatur ignobilis, cum ante tribunal praesidis staret iudicandus, cum probra, sputa, flagella, & ipsam crucis mortem susciperet: sed nobilis apparebit, cum uenerit iudicaturus orbem in aequitate, & omnes angeli eius cum eo. Tunc sedebit, inquit, in sede maiestatis suae, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, & caetera. Nobilis, inquit, in portis uir eius, quia ueteres in portis sedere ad iudicandum solebat: ut uenientes ad ciuitatem aliunde, paratum continuo responsum iudicantis acciperent, & ne

rusticos uel pastores insolita urbis aedificia stupescerent, nec rursus pacem urbis intrinsecus frequens litigantium controuersia foederet. Nobilis ergo erit Dominus in portis suae ciuitatis, quia qui etiam nunc contemendus putatur, à multis, ubi seculi finis aduenerit, ubi ingressum patriae caelestis aperuerit electis, tam cunctis parebit sublimis. Sedebit autem cum senatoribus terrae. Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.

S A M E C H.

Sindonem fecit & uendidit, & cingulum tradidit Cananeo.]
In linteo sindonis subtilis intextio signatur sanctae praedicationis, qua molliter quiescitur: quia mens in illa fidelium spe superna refouetur. Vnde & Petro animalia in linteo monstrantur, quia peccatorum animae misericorditer aggregatae, in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo sindonem ecclesia fecit, & uendidit: quia fidem quam credendo texuerat, loquendo dedit, & ab infidelibus uitam rectae conuersationis accepit. Quae & Cananeo cingulum tradidit, quia per uigorem demonstratae iustitiae fluxa opera gentilitatis extinxit: ut hoc quod praecipitur, uitendo teneatur. Sint lumbi uestri praecincti. Bene enim nomine Chanaan, qui & gentilitatis populum procreauit, & interpretatur commutatus, conuersa ad fidem gentilitas designatur, quae felicissima commutatione à uitis ad uirtutes, à diabolo ad Christum migravit. Vnde in eius laudem Psalmus quadragesimus quartus scribitur, cuius titulus est, In finem pro his qui commutabuntur filij Chore, canticum pro dilecto. Filij autem Chore, filij Caluariae interpretantur, qui sunt filij Dominicae crucis, dicentes: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Quomodo autem commutentur, sequentia eiusdem Psalmi docent, ubi dilectus ipse, id est Dominus ecclesiae dicit: Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Commutari namque illam desiderat, quam ut filiam habere ualeat, domum patris prioris, id est hostis antiqui iubet obliuisci.

A I N.

Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.]
Fortitudo ad tolerandam peruersorum improbitatem, decor ad exercendam uirtutum gloriam. Decor, quia operatur iustitiam: fortitudo, quia patitur persecutionem propter iustitiam: & ideo ridebit in die nouissimo, id est, gaudebit in retributione regni caelestis, quod dolebat in certamine uitae praesentis. Mos etenim scripturae est pro gaudio risum ponere, sicut Dominus ait, Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. & beatus Iob, Os autem ueracium replebitur risu. Similem sane huic sententiam propheta de Domino ac Salvatore, huius fortissimae mulieris posuit, dicens: Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitu-

dinem. Cum enim praedicaret Euangelium regni, alijs placebat: alijs bene loquebantur, alijs detrahebant, lacerabant, mordebant, conuiciabantur. Ad eos, ergo quibus placebat, decor induit: ad eos quibus displicebat, fortitudinem. Imitare ergo & tu Dominum tuum, ut possis esse uestis ipsius. Est o cum decore ad eos, quibus placent bona opera tua: esto fortis aduersus detractores.

D P H E.

Os suum aperuit sapientiae, & lex clementiae in lingua eius.]
Ad hoc tantum loquens os aperuit, ut sapientiam doceret. iuxta illud Apostoli, Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat: sed si quis bonus ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Vel certe os cordis aperuit ad discendam ab ipsa interiori sapientia ueritatem, quam alios foris doceret. Vtrique autem sensui, quia utrunque facit ecclesia, concinit aperte quod sequitur. Et lex clementiae in lingua eius: illa uidelicet, ut non statim more legis Moysae peccata puniret, sed misericorditer ad poenitentiae remedia uocaret. Cuius exemplum clementiae ab ipso Deo & Salvatore nostro manifeste percepit, cum oblata ei peccatrice muliere, Si quis, inquit, sine peccato est, primus in illam lapidem mittat: & sic eam à crimine, quod patrarat, sub conditione amplius non peccandi miseratus absoluit.

Z A D I C.

Considerauit semitas domus suae, & panem ociosa non comedit.]
Semitas domus suae considerat, quia ciuitas suae scientiae cogitationes subtiliter inuestigat. Panem ociosa non comedit, quia hoc quod de sacro eloquio intelligendo percepit, aeterni iudicis oculos exhibendo operibus ostendit. Item domus mulieris, habitatio est patriae caelestis: semita domus illius praecipua iustitiae, quibus ad aeternam uitae mansionem peruenitur: quas profecto semitas anima bene considerat, & diligenter quibus actibus ad superna peruenire debeat, inspicit: & quae agenda didicit, seculula exercere non desinit. Panem quoque ociosa non comedit, cum sacrificium Dominicae corporis percipiens, studet imitari actum, quod mysterio celebrat: multum sollicita, ne indignè panem Domini comedendo, & calicem bibendo, iudicium sibi manducet & bibat, sed ut patiendo pro Christo, ac lachrymas fundendo, bonis quoque actibus insistendo, passionem ipsius exempli sequatur, quantum ualet. Potest & simpliciter accipi, quod panem ociosa non comedit mulier fortis, iuxta illud Apostoli, Qui non operatur, nec manducet. & ipse de se, Quoniam ad ea quae mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istae. Vnde merito luxuriantes uiduas arguens, adiungit, Simul autem & ociose discunt circuire domos: non solum ociose, sed uerbose & curiose.

C O P H.

Vrrexerunt filij eius, & beatissimam praedicauerunt, uir eius, & laudauit eam.]
Quod futurum pro certo nouerat, more prophético quasi iam factum refert. Surgent enim filij ecclesiae, uidelicet omnes

nes electi in nouissimo, carnis immortalitate donati: & tunc matrem suam, quæ eos ex aqua & spiritu sancto Deo genuit, beatissimam prædicant, quæ nunc ab infidelibus quasi misera cõremnitur: & reuera sicut Apostolus ait, Si in hac uita tantum sperâtes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Quia uerò pro uita alia in præsentem militamus, merito cum apparuerit quod erimus, matrem nostram quæ ex omnibus iustis collecta, una Christi columba, sponsa & amica uocatur, beatissimam prædicabimus. Surget & uir eius, & laudabit eam, dicens in iudicio: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, & cætera. Qui quidem ipse primitiæ dormiētium resurrexit à mortuis, sed in die iudicij manifestus omnibus, quos sua laude dignos iudicauerit, quanta sit eiusdem suæ resurrectionis gloria demonstrabit. Potest hoc quod dicitur, Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt, etiam in hoc tempore cõuenienter accipi, cum quilibet fidelium transculis seculi arumnis, ad cœlestia regna perduntur. Sedem namq; ad humiliationem aliquotiens, surgere ad gloriam pertinet, unde dicitur: Olim in cinere sedentes pœniterent, id est, humiliati. & Propheta: A facie manus tuæ solus sedebam, quia comminatione replesti me. Sed & Psalmista: Inuanum est uobis ante lucē surgere, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Quod est aperte dicere, Quid in præsentem queritis gaudere, quod electis in futuro referatur? Non enim potestis in hac uita, id est ante lucem supernæ retributionis gloriam uerè felicitatis habere: quin potius postquam hic humiliati fueritis ad tempus, illic uos in perpetuum ueraciter exaltatos sperate: uos quibus amarum est omen, quod seculi amatoribus iocundum uidetur & dulce. Surgunt ergo filij ecclesiæ, & beatissimam eam prædicant, cum cœlestibus bonis sublimati, quanta sit illius patriæ beatitas, cuius participes esse meruerunt, aspiciunt, & hanc debita laudatione in diuina uisione concelebrant. Laudat uir ipse, cum bona quæ ipse donauit, remunerat. Quibus autem uerbis eam laudet, consequenter ostenditur, cum dicitur:

R E S C.

Multa filie congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas. Multas filias ecclesias dicit hæreticorum, & malorum turbas catholicorum. Quæ filia dicitur uel Christi uel ecclesiæ, quia etiã ipsa sunt Dominicis renatæ sacramentis, & adoptionem filiorum, quam non custodire, perceperunt, unde & Ioannes ait, De nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quæ congregauerunt diuitias, uidelicet honorum operum, orationes, ieiunia, elemosynas, afflictionem & castimoniam carnis: continentiam linguæ, meditationem scripturarum, & cætera huiusmodi, quæ uerè sunt diuitiæ spiritus, ubi pura sinceritate mentis geruntur. Vbi autem sine fide quæ

per dilectionem operatur, sũt, nihil agentibus profunt. Sed & illa filia frustra congregauerit diuitias, de quibus Dominus ait, Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, in nomine tuo uirtutes multas fecimus: & tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos. Sed omnes istiusmodi filias ecclesia catholica supergreditur, quæ fide casta, & opere perfecta, redemptoris sui uestigia sectatur.

S C H I N.

Fallax gratia, & uana est pulchritudo: mulier timet Deum, ipsa laudabitur. Fallax est gratia laudis, quam ab homine accepit: uana pulchritudo charitatis uel operationis bonæ, quam hominibus ostentat anima, quæ timore caret diuino. At illa conscientia uerè est laude digna, quæ timorem Dei in omnibus seruat: ipse est enim principium cunctarum, custosq; uirtutum, scriptura dicente, Timor Domini principium sapientiæ. & iterum, Qui timet Dominum, nihil negligit. Hinc est enim quod beatus Iob & in prosperitate uirtutibus incomparabiliter floruit, & in aduersitatibus insuperabilis hosti permansit: quia ueraciter dicere potuit, Semper enim quali tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. Fallax ergo simulatorum gratia, uanus decor operis stultorum. Ecclesia autem quæ in timore incolatus sui tempore cõuerfatur, quoniam ardentes uirtutum lampadas uenienti ad iudicium sponso suo offeret, iure ab eo laudata, ianuam regni cœlestis intrabit. Qualiter autem eam laudet, terminali uersu docetur.

T A V.

Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Hæc sunt enim uerba uiri illius, de quo dictum est, Vir eius laudauit eam, id est, Domini & Saluatoris nostri, qui angelis in fine præcepturus est, ut ecclesiam post huius uitæ certamen, post triturationem afflictionemq; terrestriam, ad cœlestis regni gaudia introducant, ac uitæ immortalis sibi sociam aggregent: iuxta illud Euangelicum, Triticum autem congregate in horreum meum. Date, inquit, ei de fructu manuum suarum: quia fructum spiritus ferre curauit, charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, bonitatem, modestiam, continentiam, fidem, patientiam. Pro hoc illi debitam rependite mercedem, & laudent eam in portis: hoc est in iudicio siue ingressu patriæ cœlestis, non hominũ fauores superuacui, sed opera ipsa quæ fecit, examinante, probante ac remunerante illo, cuius hæc donante gratia perfecit: à quo ut laudari mereamur in futuro, concedat ipse propitius, nos eum dignis in præsentem uita colaudare seruitijs, Amen.

V E N E R A B I L I S B E D A E

presbyteri, libelli de forti

muliere, finis.

Bedæ

Bedæ presbyteri de Of-
ficiis libellus, ex quo-
rundā Patrū dictis
excerptus.

DE DOMINICO DIE.

DOMINICVM diē Apostoli ideo
religiosa solennitate colendū san-
xerunt, quia in eodem redemptor
noster resurrexit: quicquid ideo Domi-
nicus appellatur, ut in eo à terre,
nis operibus, & mundi illecebris abstinentes,
tantum diuinis cultibus seruamus, dantes scilicet
diei huius honorē & reuerentiam, propter
resurrectionis nostræ spem, quam habuimus in
illa. Nam sicut ipse Dominus Iesus Christus &
saluator noster, tertia die resurrexit à mortuis,
ita & nos resurrecturos in nouissimo seculo
speramus. Vnde etiam Dominico die stantes
oramus, quod est signum futurę resurrectionis.
Hoc agit uniuersa ecclesia, quæ in peregrinatio-
ne mortalitatis inuenta est, expectans in finem
seculi, quod in Domini nostri Iesu Christi cor-
pore præmonstratum est, qui est primogenitus
a mortuis. Sabbato autem priore populo in or-
tio corporaliter celebrandum, ut figura esset in
requiē: unde & sabbatū requies interpretatur.
Dies autem Dominicus non Iudæis, sed Chri-
stianis per resurrectionem Domini declaratus
est, & ex illo cœpit habere festiuitatem suam.
Ipse est enim dies primus, qui post septimum re-
peritur octauus. Vnde & in Ecclesiaste à duo-
rum testamentorum significatione dicitur illi
septimus, & illi octauus. Primum enim solum
celebrare sabbatum traditum est, quia erat ante
requis mortuorum, resurrectio autem nul-
lis erat. Qui resurgens à mortuis iam non mor-
rietur, mors illi ultra non dominabitur. Iam post-
quam facta est talis resurrectio in corpore Do-
mini, ut præiret in capite ecclesie, quod corpus
ecclesie speraret in fine: dies Dominicus idem
octauus, qui & primus in festiuitate successit.
Apparet autem hunc diem etiam in scripturis
sanctis esse solennem. Ipse est enim dies primus
seculi, in ipso formata sunt elementa mundi, in
ipso creati sunt angeli, in ipso quoque à mortuis
resurrexit Dominus, in ipso de cœlis super apo-
stolos descendit spiritus sanctus. Manna eodē
die in eremo primū de cœlo data est. Sic enim
dicit Dominus, Sex diebus colligitur manna,
in die autem sexto duplum colligetur. Sexta e-
nim dies est parasceue, qui ante sabbatum po-
nitur. Sabbatum autem septimus dies, quē se-
quitur Dominicus, in quo manna primum de
cœlo uenit. Vnde intelligant Iudæi, iam tunc
prælatum esse Iudæicum sabbatum Dominica
nostra: iam tunc indicatum, quod in sabbatum
ipsorum gratia Dei ad eos nulla descenderit,

sed in sanctam Dominicam nostram, in qua pri-
mum eam Dominus pluit.

DE LXX. LX. L. XL.

Septuagesima computatur secundum titula-
tionem sacramentarij & antiphonarij nouę
hebdomadibus ante Pascha in septimam sabbati.
Populus Dei in Babylone detentus est capti-
uus septuaginta annis, quibus expletis, reuer-
sus est Ierusalem. Septuagesimus numerus ad
memoriam nobis reducit omne tempus presen-
tis seculi, quo alieni sumus à cœlesti Ierusalem.
Ideo auctor officij septuagesimam posuit in offi-
cijs nostris, ut hoc tempore à delicijs abstinen-
do, ostenderemus in nostra conuersatione, qua-
liter per omne tempus seculi uiuere debeant,
qui post baptismum peccatis se alienant à cœ-
lesti Ierusalem. Nam quod post septuaginta an-
nos populus de captiuitate reuertitur, quis nõ
uideat post euoluta tēpora, quæ septenario die-
rum numero transcurrūt, etiam nobis idem ec-
clesiæ Dei ad illam cœlestem Ierusalem ex huius
seculi peregrinatione redeundum? Quapropter
Alleluia illo tempore non cantatur apud
nos, nec Gloria in excelsis Deo, quia sunt can-
tica cœlestia. Dicit enim Psalmus: Quomodo
cantabimus canticum Domini in terra aliena?
Sunt qui primam hebdomadam septuagesimæ
sine aliquo articulo nouellæ conuersationis du-
cunt, excepta mutatione Alleluia, & quibusdā
locis Dalmaticarum, & intermissione Gloria
in excelsis Deo: Greci proximam hebdomadā,
id est, Sexagesimam, sanctificant suo ieiunio.
Clerici nostri, auctore Telesphoro papa sequē-
tem, id est, Quinquagesimam, qui constituit se-
ptem hebdomadarum ieiunium ante Pascha.
Præceptor officij nostri ampliorem mutationē
requirit, quam nos agamus constitutione offi-
cij sui. Ipsum enim ieiunium intimauit in prima
oratione missæ dicens, Ut qui iuste pro pecca-
tis nostris affligimur. Hic enim afflictionem so-
nat. In introitu quoque dicit, Circumdedērūt me
gemitus mortis, dolores inferni. Propter hos
dolores non possumus letari & securi esse, sed
preparare nos ad bellum, ut Apostolus ait: Om-
nis qui in agone contendit, ab omnibus se ab-
stinere debet. Dicit Ambrosius: Ab omnibus que uitā
da eadem tradit disciplina, cum sciant unum co-
ronandum: quanto magis obseruandū est, qui-
bus omnis promissa est salus. Vnde autem ab-
stinere debeamus, qui bellaturi sumus, docet
Apostolus, dicens: Fornicatio, & omnis immū-
dicia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, &c.
Telesphorus papa, nonus post beatum Pe-
trum apostolum in sede Romana, constituit ut
per septem hebdomadas abstinentiam obserua-
rent, quod adhuc multi faciunt. Quod tempus
tunc duas ob causas Quinquagesimam placuit
appellari, uel quia in ordine quinquagesimus
numerus post quadagesimum cōstat: uel quia
exinde quinquaginta dies sunt in sanctam re-
surrectionē: ex quibus si octo Dominicos dies
subtraxeris, in quibus ieiunium non licet obser-
uare, remanent quadraginta & duo dies. Et hi
duo

duo dies quinta & septima feria, qui quadrage-
 natium numerum excedunt, apud quosdam ie-
 iunio deducuntur: apud quosdam in refectione
 propter coenam Dominicam & sanctum sabbat-
 um habentur. Postmodum uero Melchisedes
 papa, natione Afer, trigessimus quartus post san-
 ctum Petrum constituit, ut nemo praesumeret
 in prima uel quinta feria ieiunare. In prima, p-
 ropter Domini resurrectionem: in quinta, quia in
 ea Dominus coenauit cum discipulis suis, & in
 ea ascendit in caelum. Tunc placuit fidelibus, ut
 octo hebdomadas ieiunio consecrarent, & pri-
 mam Dominicam Sexagesimam nominarent,
 non propter sexagenarium dierum numerum,
 sed propter usum locutionis nostrae: quia sicut
 quadragenario quinquagesimus, ita quinquage-
 nario sexagesimus, & sexagenario septuagesi-
 mus coaptatur. A sexagesima usque Pascha, oc-
 to sunt hebdomadae: e quibus singulis si prima
 & quintam feriam de abstinentia subtrahas, ut
 Melchisedes instituit, & ipsum diem Paschae, qua-
 draginta tantum dies remanent abstinentiae ad
 imitationem Domini nostri Iesu Christi. Septua-
 gesima ideo a fidelibus fertur celebrari, ut & de
 cimas dierum Deo reddere, & nihilominus pri-
 mam & quintam feriam & sabbatum possint a
 ieiunio relaxare. A septuagesima nateque in Pa-
 scha, nouem sunt hebdomadae, quae faciunt sexa-
 gintaquatuor dies. Ex quibus si de unaquaque
 hebdomada tres praefatos dies subtraxeris ad
 sacrum diem paschalem, triginta sex dies in de-
 cimatione anni ieiunas. Ille autem qui sabbat-
 um constituit honorandum, non propter lega-
 lia mandata hoc fecit, sed quia requieuit illa
 die Dominus in sepulchro. Augustinus libro
 decimoquinto de Ciuitate Dei, Nomina, in-
 quit, quae gesta narrantur, aliquid etiam signi-
 ficare putanda sunt: sed propter illa quae ali-
 quid significant, etiam illa quae nihil significant,
 attextuntur. Non solum uomere aratur, sed ut
 hoc fieri possit, etiam caetera aratri membra
 sunt necessaria. Nec soli nerui in citharis ap-
 pantur ad cantum, sed ut aptari possint, in-
 sunt & caetera.

ITEM ALITER.

Quare dicitur Septuagesima, cum ab ea die
 usque in pascha non sint plus quam sexa-
 ginta quatuor dies: Consuetudo est scriptura-
 rum diuinarum, ut omnis numerus ex quo qua-
 si liber decadam transierit, ut tertius monadis in-
 currat, non deputetur idem numerus praecedenti
 decadi, sed ei ad quam tendit. Lege librum
 Genesis, in genealogia filiorum Noe.

ITEM ALITER.

Cum dicitur Septuagesima, cum ab illa die us-
 que in pascha non sint septuaginta dies,
 sed sexagintaquatuor: Septuagesima tendit ad
 sabbatum ante octauas Paschae, quando hi qui
 in uigilia Paschae baptizantur, alba uestimen-
 ta deponunt, & tunc confirmari eos oportet
 ab episcopo, & per impositionem manus acci-

pere spiritum sanctum: & quia septem dona spi-
 ritus sancti describuntur, recte qui hanc acce-
 pturi sunt, septuagesimam ante celebrant. Quod
 enim septenarius numerus per se, hoc idem si-
 gnificat per denarium multiplicatus. Sexagesi-
 ma tendit ad medium paschae, id est quartam fe-
 riam hebdomadae Paschalis. Quinquagesima
 tendit ad ipsum diem Paschae: Quadragesima
 ad diem coenae Domini. Computa ergo dierum
 numerum, qui sunt in abstinentia a Septuagesi-
 ma usque Quadragesimam: & inuenies ter fe-
 nos, id est octodecim dies, exceptis Dominicis
 diebus. Quem numerum si per duplarem pro-
 portionem diuidas, inuenies in una parte sex,
 in altera duodecim: sex autem ad duodecim simi-
 pli, duodecim ad sex, dupla proportio est. Item
 inter coenam Domini & diem Paschae duo sunt
 dies, & inter pascha & medium Paschae, quod
 est quarta feria, duo sunt dies, quod tendit Sexa-
 gesima: & ab ipso die usque sabbatum, quod Sep-
 tuagesima peruenit, similiter duo, qui sunt si-
 mul sex. Quatuor enim ad duo, duplum est ad
 simplum. Praecedentes ergo numeri, qui sunt in
 abstinentia, significant duplam mortem nos-
 tram, simpla Christi morte esse destructam. Nos
 enim in anima & corpore morti eramus obno-
 xii, Christus autem sua corporali morte, & ani-
 mae & corporis mortem exclusit. Isti autem die-
 es, quos in Domini resurrectione cum gaudio
 & laetitia celebramus, significant resurrectio-
 nem, quam Christus duplam sua simpla contu-
 lit. Ipse enim sicut solo corpore mortuus est, ita
 & solo corpore resurrexit: nos autem & in ani-
 ma primum resuscitat, peccata dimittendo, &
 in futuro etiam corpora resuscitaturus est.

DE IEIUNIO QUADRAGESIMAE.

Ieiuniorum tempora secundum scripturas san-
 ctas, quatuor sunt, in quibus per abstinen-
 tiam & lamentum poenitentiae Domino suppli-
 candum est: & licet omnibus diebus orare &
 abstinere conueniat, his tamen temporibus am-
 plius ieiunijs & poenitentiae seruire oportet.
 Primum enim ieiunium Quadragesimarum est,
 quod a ueteribus libris coepit, ex ieiunio Moy-
 si & Heliae, & ex Euangelio: quia totidem die-
 bus Dominus ieiunauit, demonstrans Euan-
 gelium non dissentire a lege & prophetis. In
 persona quippe Moyse, lex: in persona Heliae,
 prophetae accipiuntur. Inter quos in monte
 Christus gloriosus apparuit, ut euidentius e-
 mineret, quod de illo dicit apostolus Paulus
 ad Romanos tertio capite: Testimonium ha-
 bens a lege & prophetis. In qua ergo parte
 anni congruentius obseruatio Quadragesime,
 nisi confinis atque contigua Dominicae pas-
 sionis, quia in ea significatur haec uita laboriosa:
 Cui etiam opus est continentia, ut ab ipsius mu-
 di illecebris ieiunemus, uiuente in solo manna,
 id est, caelestia spiritualiaque praecipua. Numero
 aut quadragenario uita ista propterea figuratur,
 quia denarius est perfectio beatitudinis nostrae.
 Creatura

Creatura autem septenario figuratur, quæ aderat creatori, in quo declaratur unitas trinitatis per uniuersum mundum temporaliter annunciat. Et quia mundus à quatuor uentis delineatur, & à quatuor elementis eligitur, & à quatuor annis temporum cibus uariatur: decem quater ducta in quadraginta consummantur, quo numero ostenditur ab omni temporum delectatione abstinentium ac ieiunandum esse, & caste continenterque uiuendum. licet & aliud sacramenti mysterium exprimitur, quo quadraginta diebus eadē ieiunia celebrantur. Lege enim Mosaica generaliter uniuerso populo est præceptum, decimas & primitias offerri Domino Deo. Itaque dum in hac sententia principia uoluntatum consummationesque operum nostrorum referre ad Dei gratiam admoneamur, in supplicatione tamen quadragesimæ, summa ista legum decimarum expletur. Totum enim anni tempus triginta sex dierum numero decimatur. Subtractis enim à quadragesima diebus Dominicis, quibus ieiunia resoluntur: his diebus quasi pro totius anni decimis ad ecclesiam concurrimus, actuumque nostrorum operationem Deo in hostiam tubilationis offerimus. Cuius quidem quadragesimæ legibus, sicut ait noster Cassianus, qui perfecti sunt non tenentur, nec exigui huius canonis subiectione contenti sunt: quem profecto illis qui per totum anni spacium delictis & negotiis secularibus implicantur, ecclesiarum principes statuerunt, ut uel hac legali quodammodo necessitate costricti, his diebus saltem uacare Domino cogereantur, ac dierum uitæ suæ, quos totos quasi fructus quosdam fuerat uoraturi, uelut decimas Domino dedicarent.

ITEM VNDE SUPRA.

Congrua autem ratione magistri ecclesiæ quadragesimæ tempus ante Domini passionem obseruandum esse statuerunt, ut intelligamus, quia presentis uitæ afflictio immortalitatem futuram parit. Ad quam rem confirmandam ipse Dominus, qui quadraginta diebus ante passionem ieiunauit, quadraginta etiam post resurrectionem cum discipulis conuersatus est, utrumque tempus quadraginta dierum numero complens: ut ostenderet in presenti uita tempus esse afflictionis, & in futuro gaudij. Cum enim quadraginta diebus ante passionem ieiunaret, quasi clamabat: Nisi poenitentiam egeritis, moriemini in peccatis uestris. Et Petrus: Abstinate uos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Cum uero post resurrectionem cum discipulis conuersaretur, eorum corda lætificans, quasi illud gaudium ineffabile promittebat, de quo alibi ait: Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. & iterum: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Ieiunauit autem non solum quadraginta diebus, sed etiam noctibus: ut si prospera blandiantur, quæ significantur per dies: siue aduersa terreant, quæ significantur per noctes, immobilis perseveret animus Christianus: sicut facie

bat ille qui dicebat, Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & ueraces, sicut qui ignoti & cogniti.

RATIO DE PASCHA.

Iam uero Paschale sacramentum, quod nunc in Saluatoris nostri mysterium manifestissime celebratur, in ueteri Testamento primum figuraliter gestum est, quando agno occiso, Pascha celebravit populus Dei in Aegypto. Cuius figura in ueritate completa est in Christo, qui sicut ouis ad immolandum ductus est, cuius sanguine illitis postibus nostris: id est, cuius signo crucis signatis frontibus nostris, à perditione huius seculi, tanquam à captiuitate Aegypti liberamur. Cuius quidem diē Paschalis resurrectionis, non solum pro eo celebramus, quod in eodem à mortuis resurrexit: sed etiam pro alijs sacramentis, quæ per eundem significantur. Qui enim, sicut dicit Apostolus, Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: transitus quidam de morte ad uitam, in illa passione Domini & resurrectione sacras est. Nam & uocabulum ipsum, quod Pascha dicitur, non Græcè, sed Hebræum est: nec à passione, quomodo pascha Græcè dicitur pati, sed à transitu Hebræo uerbo Pascha appellatur: quod & maxime Euangelista expressit, cum celebraretur à Domino Pascha cum discipulis suis: Cum uidisset, inquit, Iesus, quia uenit hora ut transiret de mundo ad patrem. Transitus ergo de hac uita mortali, in aliam uitam immortalem, hoc est, de morte ad uitam, in passione Domini & resurrectione commendatur. Hinc transitus à nobis modo agitur per fidem, quæ nobis datur in remissionem peccatorum, quando conspelimur cum Christo per baptismum, quasi à mortuis transeuntes de peioribus ad meliora, de corporalibus ad spiritualia, de conuersatione huius uitæ, ad spem futuræ resurrectionis gloriæ. Propter ipsum ergo initium nouæ uitæ, ad quam transimus, & propter ipsum nouum hominem, quem iubemur induere, & exuere ueterem, expurgantes uetus fermentum, ut simus noua conspersio, quomodo Pascha nostrum immolatus est Christus: propter hanc ergo uitæ nouitatem primus mensis ex mensibus anni celebrationi huic attributus est: nam ipse dicitur mensis nouorum. Quia uero in toto tempore seculi nunc tertium tempus apparuit, ideo resurrectio Domini tridua est. Primum enim tempus ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Vbi iam manifestatum est sacramentum, quod ante erat in prophetico anigmate occultum. Quod uero anniuersarius dies Paschalis non ad eundem redit anni diem, hoc fit propter Dominicum diem, & decimam quartam lunam.

ITEM ALITER.

Pascha igitur non à passione, ut quidam putant, sed à transitu est dictum. Ex eo uero tempore quo Dominus per Aegyptum transiens, primogenita Aegyptiorum percussit, & filios Israël

Israël liberauit, pascha iustum est celebrari: quod Hebraice phase, Latine transitus dicitur. Primo ideo transitus, quia in hac die trāsijt Dominus super Aegyptū, Aegyptios uastans, & Israeliticum populum liberans. Deinde, quia ipsa die transiens exterminator per regnū Aegyptiorum, primogenita eorū interfecit. Tertio, quoniam in hac celebritate festiuitatis, redemptor noster de hoc mundo transiuit ad patrem: sicut Ioannes plenius manifestat dicens, Ante diem festum paschae, sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Quomodo primum iustum est celebrari, in Exodo inueniri potest, capitulo xxxvij. Hoc sane iuxta ueteris instrumēti scripturam inter pascha & azyma distat, quod pascha ipse solus dies appellatur, in quo agnus occidebatur ad uesperum: hoc est xiiij. luna primi mensis: quin tadecima autem luna, quando egressum est de Aegypto, succedebat festiuitas azymorū: quae vij. diebus, id est, usq; ad xxj. diem eiusdem ad uesperam est statuta solennitas.

ITEM DE PASCHA:

Annorum pascha, est anniuersarium paschae. Verbi gratia. Præterito anno vij. idus Aprilis fuit pascha, & in presenti anno in iam dictis Cal. id est vij. idus Aprilis, est annorum paschae, quod fuit in præterito anno. Hoc solum modo de pascha ideo agitur, quod hæc sit lingularis, & solennitas solennitatum.

DE LETANIA
MAIORE.

Romana consuetudo unum diem, id est vij. Calend. Maij interponit, quem uocat in letania maiore, non in ieiunio. Letania autē Græcè, Latine deprecatio uel rogatio dicitur: inde & rogationes. Potest enim serena mens & aliena uoluntate mala precari Deū, quantum man ducet sobrie. Eo enim tempore, id est, vij. Cal. Maij, solent inimici commouere bella aduersus uicina regna. Hoc reor cautè esse prouisum, uel quia tunc omnia in quodam profectu sunt, messes pullulant, arborei fructus ex flore procedunt, uinæ & oliuæ suis arboribus erumpunt, animalia campos tondent: quoniam necessaria hæc sunt nostris uisibus, perendum est ut à Domino conferentur. Tres autē dies rogationū, qui celebrantur ante Ascensionem Domini iuxta morem Gallicanæ ecclesie, constituit sanctus Mamertus Viennensis episcopus, ob incursionem scilicet malarum bestiarū, quæ tunc temporis grauissimè afficiebant populū Dei. Quæ consuetudo apud nos usq; hodie pro diuersis calamitatibus deuotissimè colitur.

DE PENTECOSTE.

Initium sanè & causa festiuitatis Pentecostes paulo latius repetenda est. Pentecostes enim dies hinc cœpit exordium, quando Dei uox in Syna monte desuper in tonantis audita est, & lex data est Moyli. In nouo autem Testamēto Pentecostē cœpit, quando aduentum sancti spī

Beda tom. 7.

ritus, quem Christus promissit, exhibuit: quem, ait, nō esse uenturum nisi ipse ascenderet in celum. Deniq; dum portam cœli Christus intrasset, decem diebus interpositis, intremuit subito orantibus apostolis locus: & descendente spiritu sancto super eos, inflammati sunt, ita ut linguis omnium gentiū loquerentur Dei magnalia. Aduentus itaq; spiritus sancti de cœlo super apostolos in uarietate linguarum diffusa, solennitatem transmisiit in posteros, eaq; de causa Pentecostē celebratur, & dies ipse proinde insignis habetur. Concordat autem hæc festiuitas Euangelij cum festiuitate legis. Illuc enim posteaquam agnus immolatus est, interpositis L. diebus, data est lex Moyli scripta digito dei: hic postquam occisus est Christus, qui tãquam ouis ad immolandum ductus est, celebratur uerum pascha, & interpositis L. diebus datur spiritus sanctus, qui est digitus Dei super cxx. discipulos. Mosaicæ ætatis numero constitutos. Si quidem & hæc festiuitas & aliud obtinet sacramentum. Constat enim ex vij. septimanarum. Sed dierum quidem septimanæ generant eandem Pētecostē, in qua peccati sit remissio per spiritum sanctum. Annorum uerò septimanæ quinquagesimum annum faciunt, qui apud Hebræos iubileus nominatur, in quo similiter terræ sit remissio, & seruatorū libertas, & possessio numerum restitutio, quæ precio fuerant comparata. Septem etenim septies multiplicati, quinquagenarium ex se generant numerum, assumpta monade, quam ex futuri seculi præsumptam esse, maiorum auctoritas tradit. Fit enim ipsa & octaua semper & prima, immò ipsa semper est una, quæ est omnis dies. Necesse est enim sabbatissimum animarum populū Dei illuc concurrere, atq; sibi compleri, ubi datur pars his qui octo: sicut quidam differens, Salomonis dicta sapienter exposuit. Idcirco autem totius quinquagesimæ dies post Domini resurrectionem resoluta abstinentia in sola letitia celebrantur, propter figuram futuræ resurrectionis, ubi iam non labor, sed requies erit, & lætitia. Ideo his diebus nec genua flectuntur, quia sicut quidam sapiens ait: Inflexio genuum, poenitentia & luctus indicium est. Vnde etiam per omnia eandem in illis solennitatem, quam die Dominico custodimus, in qua maiores nostri nec ieiunium agendum, nec genua esse flectenda ob reuerentiam Dominicæ resurrectionis tradiderunt.

DE IEIUNIO PEN/
TECOSTES.

Secundum ieiunium est, quod iuxta Canones post Pentecostē alia die inchoatur, secundum quod & Moyses ait. Initium mensis ordearum facietis uobis heptdomadas vij. Hoc ieiunium à plerisque ex auctoritate Euangelij post Domini ascensionem completur, testimonium illud Dominicum historialiter accipientes, ubi dicit: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum

E aufere.

aufferetur ab eis sponſus, & tunc ieiunabunt. Post reſurrectionē xl. illis diebus, quibus cum diſcipulis poſtea legitur conuerſatus, non oportere nec ieiunare nec lugere, quia in lætitiā ſumus. Poſtea uerò cum tempus illud expletur, quo Chriſtus aduolans ad cœlos præſentia corporali reſceſit, tunc indicendum ieiunium eſt, ut per cordis humilitatem & abſtinentiam carnis mereamur de cœlis promiſſum ſuſcipere ſpiritum ſanctum.

DE IEIUNIO SEPTIMI
MENSIS.

Tertium ieiunium eſt, quod à Iudæis agebatur poſt tabernaculorum ſolemnitatē, quod decimo die Septēbris in lege à Domino conſtitutum eſt, dicente ad Moſen, Loquere filiis Iſrael dicens: Decimo die menſis ſeptimi, dies exor-
tionis uocabitur. Sanctus erit uobis, & humili-
bitis animas ueſtras in ieiunio. Omnis anima
quæcumq; ſe non humiliauerit in ipſo die ieiunio,
exterminabitur de populo ſuo: & omnis anima
quæ fecerit opus in ipſo die ieiunij, peribit
anima illa de populo ſuo. Quo quidem ieiunio
uſos fuiſſe antiquos, Eſdræ liber meminit.
Poſtquam redierunt, inquit, filij Iſrael in
Ieruſalem, & fecerunt ibi ſolemnitatem tabernaculorum
lætitiā magna. Dehinc conuenerunt in ieiunio,
in ſaccis, & humus ſuper eos, & conſitebantur
peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorum.
Et conſurrexerunt ad ſtandum, & lege-
runt in uolumine legis Domini Dei ſui quater
in die, & quater conſitebantur, & adorabant
Dominum Deum ſuum. Hoc enim menſe ſeptimo
ſol ſecundum computum incipit minus ſacere
de die, & nox eſſe maior, id eſt xij. Cal.
Oſtobris, quando æquinoctium eſt: ideoq; &
ieiunium habetur in hoc menſe, quia oſtenditur
in deſectiōne ſolis & noctis augmento uita
noſtra deficere adueniente morte: quæ mors
iudicio Dei, & reſurrectione præparatur.

DE IEIUNIO CALENDARVM
NOUEMBRIVM.

Quartum ieiunium Calendarum Nouembrium eſt, quod diuina auctoritate uel inſtitutum uel inſtitutum Ieremiæ propheta teſtimonio
declaratur, dicente ad eum Domino: Tolle uolumen libri,
& ſcribes in eo omnia uerba quæ locutus ſum tibi,
& aduerſum Iſrael & Iudæ, & aduerſum omnem gentem,
ſi forte reuertatur unusquiſq; à uia ſua peſſima,
& propicius ero iniquitati eorū. Vocauit ergo Ieremias
Baruch filium Neræ, & ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ
omnes ſermōnes Domini, quos eſt locutus ad eum
in uolumine libri. Et præcepit Ieremias Baruch
dicens: Ingredere & lege de uolumine, quod ſcripſiſti
ex ore meo, uerba Domini audiente populo
in domo Domini, in die ieiunij legis, ſi forte
cadat oratio eorum in conſpe-

ctu Domini: & reuertatur unusquiſq; à uia ſua
mala, quoniam magnus furor & indignatio, quam
locutus eſt Dominus aduerſus populum hunc.
Et fecit Baruch filius Neræ iuxta omnia quæ
præceperat Ieremias propheta, legens ex uolumine
ſermōes Domini in domo Dei. Factum eſt in menſe
nono prædicauerunt ieiunium in conſpectu
omnis populi in Ieruſalem. Hac ergo auctoritate
diuinæ ſcripturæ eccleſia morē obtinuit,
& uniuerſale ieiunium hac obſeruatione celebrat.

DE IEIUNIO QUATVOR TEMPORVM
FERIA IIII.

Quatuor ſunt tēpora anni, id eſt, uer, æſtas, autumnus & hyems. Hac tēpora ſolent nos per delectamenta ſua reuocare ab amore
charitatis. In quibus oportet nos ieiunare, etiā ſi
uenerit infra Pentecoſten, quādo celebratur feſtiuitas
ſeptiformis ſpiritus, ut illud Domini cum: Venient
autem dies, in quibus aufferetur ab eis ſponſus,
& tunc ieiunabunt. De his Auguſtinus, Quauis
ordinatio non fiat, neceſſarium tamen eſt noſtra
religioni, iij. temporum ieiunia celebrare. De eodem
ieiunio dicit Leo papa in Homelijs, Ut ieiunium
celebratur in laſtione ſacrorum ordinum, ſicut eccleſiæ
primitiuæ mos obtinuit: ut illud, Miniſtrantibus
illis Domino, & ieiunantibus, dixit ſpiritus ſanctus,
Separate mihi Paulum & Barnabā in opus, & reliqua.
Tunc ieiunantes & orantes imponentesq; eis
manus, dimiſerunt illos. Iſto die, id eſt, iij. feria
leguntur duæ lectiones: quoniam hi qui ad ſacrum
ordinem tranſeunt, debent admoneari, ut habeant
notitiam legis & prophetarum. Quarta enim ætate
lex & prophetia uiguerunt, & Dauid bellicoſiſſimus,
qui interpretatur manu fortis, in eadem ætate
Goliad, id eſt, humilitas, proſtrauit ſuperbiam.
Cōtra quem Goliad, id eſt, diabolus debet in
humilitate dimicare, qui ad ſacros ordines
prouehuntur. Quinta feria de eſt officium & miſſa,
ideo debes cantare de Dominica Pentecoſtes.

DE CALENDIS IANUARIJ.

Hæ Calendarum ſecundum dementiam gentiliſſi,
dicendæ ſunt potius cauēdæ, quā Calendarum.
Ea ſiquidē tempeſtate, quando iudices præerāt
filij Iſrael, hoc eſt ante Samſon, fuit quidā
princeps gentiliſſi in Italia nomine Ianus, à quo
Ianuarius menſis poſtea nuncupatus eſt. Hunc
uerò Ianum imperiti homines, qui Deum non
cognoſcebant, quali regem metuebant, & pro
Deo colere illum cœperunt, duasq; facies illi
ſigillatim propter orientem & occidentem: nec
non & quadrifrontem appellarunt, id eſt, Ianum
geminum, propter quatuor partes, ſeu quatuor
elementa atq; tēpora quatuor. Sed cum hoc
facere, monſtrum potius formabant, quā
Deum. Vnde Numa poſt Romulum primum
menſem

mensum anni uoluit tanquam bicipitis Deimē sem, respicientem transacti anni finem, futuriq; principia: & Ianuarium uocatum, eo quod sit limēs & ianua anni. Vnde imperiti homines ueluti Deum colentes, diem ipsum multis spurcitijs consecrauerunt. Quidam mutabant se in species monstrosas, inferarumq; habitus transformabant. Aliqui in scemineo gestu mutati, uirilem uultum effœminabāt. Nec immeritò uirilem fortitudinem non habent, qui in mulieris habitum transierunt. Aliqui fanaticis augurijs profanabantur, pestrepebant saltando pedibus tripudiantium plausibus. Nonnulli auguria ita obseruabant, ut focum de domo sua, uel aliud quodcunq; beneficium cuiquam petenti minime tribuerent. Diabolicas etiam strenas & ab alijs accipiebant, & ipsi alijs tradebant. Necnon etiā mensulas plenas ad manducandū tota nocte paratas habebant, credentes quod Calendæ Ianuariæ per totum annum præstare potuissent. Et quia his atq; alijs miserijs mūdus uniuersus repletus erat, statuit uniuersalis ecclesia ieiunium publicum in isto die fieri, quatenus his calamitatibus auctor uitæ finem imponeret. Sed quia Domino largiente hæc à fidelibus pro nihilo habentur, licet quantulacunq; similitudines, quod ablit, adhuc lateant in feris hominibus, omni tamen conamine prohibendæ sunt, atq; pellendæ. Neq; enim aliud quicquā noui in istis Calendis præsumendum est, nisi quod & in alijs Calendis mensium: excepto quod octauæ Dominicæ cum eximio cultu celebrentur, ut supra præfixum est. Sed neq; illud reticendum, quod cum quadam die hæc superstitiones diabolicæ Romæ agerentur, quidam sanctus Almachius, cū diceret, Hodie octauæ diei Dominicæ sunt, cessatè ab his superstitionibus idolorū, & sacrificijs pollutis, iubente Alypio urbis præfecto hac de causa interfectus est.

DE TRIDUANIS IEIUNIIS.

TRiduanis autem diebus ieiunare, de exemplo sumptum est Niniuitarum, qui damnatis pristinis uitijs totos se tribus diebus ieiunio ac poenitentiae contulerāt, & operi factis Deū ad misericordiam prouocauerunt.

DE DIVERSORVM DIERV AC TEMPORVM IEIUNIIS.

PRæter hæc autem legitima tempora ieiuniorum, omnis VI. feria propter passionem Domini à quibusdā ieiunatur. Sed & sabbati dies à plerisque propterea quod in eo Christus iacuit in sepulchro, ieiunium consecratum habetur, scilicet ne ludæis exultando præstetur, quod Christus sustulit moriendo. Die autem Dominico reficiendum semper esse, ut resurrectionē Christi, & gaudium nostrum prædicemus, præsertim cum Apostolica fides hæc regulam seruet. Post pascha autem usq; ad Pentecosten, licet traditio ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandijs relaxauerit, tamen si quis monachorum uel clericorum ieiunare cupiunt, non sunt prohiben-

Bedæ tom. 7.

di: quia & Antonius & Paulus & cæteri patres antiqui, etiam in his diebus in eremo leguntur abstinuisse, neq; absoluisse abstinentiam, nisi tantum die Dominico. Quis enim parsimoniam non laudet, ieiunium non prædicet? Ieiunium enim res sancta, opus cœlestis, ianua regni, forma futuri. Quod qui sancte agit, Deo iungitur, alienatur mundo, spiritualis efficitur. Per hoc enim prosternuntur uitia, humiliatur caro, diaboli tentamenta uincuntur.

VENERABILIS BEDÆ,
LIBELLI DE OFFICIIS,
FINIS.

Bedæ in Prouerbia Salomonis, allegoricæ interpretationis fragmenta, in antiquo Codice reperta.

IN VII. CAPVT PROVERBIORVM.



MT ecce mulier occurrit illi ornata meretricio, preparata ad capiendas animas, garrula et uaga, quietis impatiens, nec ualens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Omnis quippe hæreticus uirili sensu carens, ritè mulier appellatur: qui cum sermones politos proferre studeat, liquet, quia meretricio cultu sese extrinsecus ornat: quoniam conatur lucentia sermonis efficere id, quod non ualeat gratia sancti spiritus munere supplere. Quod si quando suis semitis quempiam resistentem inuenit, repente potius pro garrulitatis consuetudine, quam uirationis perspicua ipsum attentat superare. Vagus uerò esse dignoscitur: quia quem spiritus erroris trahit, mentis sanæ stabilitatem nequaquam nouit. Siue uagus, bene esse dicitur, quoniam omnis qui lineam ueritatis declinare gestit, constat plane quia diuerticula diuerso tramite fugitans inquirat. Vagus, quia diuersarum sectarum laqueos necit, quibus animas simplicium irretire possit. Ille nimirum quietis impatiens esse memoratur, quia terminos Patrū transgreditur: & quæ sit uera quies, quo uero modo cōquiratur, ruptis habenis patientiæ, impatiens ipse in præceps fertur: nescit ignorantiā circa nonnulla rerum, quæ perspicacitatem humanæ mentis transcēdunt: apud se quasi domi non ualeat stare, sed diuersis affectionibus prouectus, quasi pedibus per anfractus erroris graditur. Est & alia domus, de qua nefarijs actibus egreditur.

E 2 dicitur,

ditur, ecclesia uidelicet: quauis in ea corpora-
li speciem morari uideatur. Propterea ponit insi-
dias ihs qui forensium rerum negocia dispen-
sant, item alij quos latitudo uitæ carnalis allu-
cit, decipulam tendit: deinceps qui frequen-
tant angulos tenebroræ uitæ, fallendis insidit.
siue per triplicem situm locorum nõ incohæ-
re tripertitus intellectus sacra scripturæ potest in-
telligi. Foris namq; hæreticus insidiatur, cū sim-
plicium corda, quos alit historia litera, eam per
uertendo decipere molitur: cumq; latitudinem
allegoriæ peragrat, multoties inde nonnulla
excerpit, quæ fidei contraria esse multitudo fi-
delium protestatur. Vbi uerò uentū est ad mo-
ralitatis species, quia diuerso tramite pro diuer-
sitate mortalium compinguntur, similiter eni-
tens aliquid ibidem deprauare consuecit.

IN CAPVT TRIGESIMVM PRO-
VERBIORVM.

Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: uiam
aquilæ in coelo, uiam colubri super petram, uiam nauis in
medio mari, & uiam uiri in adolescentia sua. Aquilæ uo-
cabulo quislibet spiritalis uir designatur, qui
more auis præfatæ aciem oculorum superno so-
li insigere nititur. Cuius uerò progressus nemo
dignoscere potest: quoniam non est corporale
quicquam ibi, unde possibilitas cuiuspiam relin-
quatur, cuius suffragio uestigium aquilæ perse-
qui ualeat: spiritalis quippe iudicat omnia, &
ipse à nemine iudicatur. Dulcedo namq; contem-
plationis sentiri potest, sed formam imitatio-
nis haudquaquam habet. Haud secus uia colu-
bri sibi nota est, quam supra petram facere so-
let. Per petram soliditas cordis, per colubri ue-
rò gressum suggestio maligni spiritus figura-
tur. Interdum antiquus serpens cordibus ele-
ctorum turpia suggere, uestigium sui eisdem
imprimere nititur. Cæterum ipsi supra firmam
petram fundati, uiolari nequeunt, uirus itine-
ris pestiferi suscipere nesciunt. Quæ res utique
nulli cognitu peruia est: quoniam quanta sit ua-
lentia huius petrae, nemo, nisi & idem ipse fiat
petra, queat internoscere. Vel certe uiam colu-
bri supra petra se nescire profitetur: quoniam an
causa probationis seu peremptionis eius, quæ
obambulat, conflictus insurrexerit, omnino ne-
scit. Quod si uel paulisper tentatori cesserit,
quis quæso mortalium id scire potuerit? Item
haud aliter quisquam iter nauis fluctum maris
dirimentis, obtutibus humanis legere: postquã
ipsa transierit, ullo modo præualecit. Quæ est
ergo nauis ista, nisi prædicator aliquis, cuius ue-
hiculo ad portum æternæ quietis perstrepen-
tibus undiq; procellis tumescens pelagi trans-
ferimur? Iste nimirum semitas maris sauiantis
perambulatur, dum fluctus humanorum cordium
remigio prædicationis difsecat. Quis ergo di-
scernere queat, quantum iste nauigans in me-
dio mari proficiat, ut exinde uestigia decursæ
prædicationis resculpere satagat? Cernis nem-
pe tumentes fluctus illum secantem, sentis item

suspensis uelis spiritus sancti favore aspirante
prosperum iter ad menses audientium eundem
illum prosequentem: sed quanti sit efficacia in
utroq; metiri nequis. Siue nauis fluctuagantem
mentem cuiuslibet hominis prænotat: cuius
quidem uiam, intentionem scilicet, qua pro-
mouetur ad utramlibet partem, prorsus igno-
ras. Vides nempe prospero cursu uelificatem,
an certe naufragium inter procellas passurus
sit, an tranquillitatis portui possit applicare, i-
gnarus existis. Sicut enim sequacibus æstibus
ponti id, quod parte nauis anteriore secum fue-
rat, obruitur: ita gressus humanæ uitæ lineam
intentionis, cuius impulsu anima uectatur, dele-
re prohibetur. Quartum sequitur, quod penitus
se se dicit ignorare. Quis enim certam meram
lubricæ ætatis considerare ualet: quæ quali fla-
bra uentorum aliorum defleat? Iuuentutem
autem, cuius leuitas quàm pluribus nota est,
prætereamus: altera uerò quàm sit nocua, quæ
que peremptoria, quia paucis diuulgatur, ad-
modum præcauendum esse Salomon hortatur,
dum eius perplexam uiam se nescire posse pro-
fitetur. Omnis igitur hæreticus ob leuitatem a-
nimi, qui circumfertur omni uento doctrinae,
non iniuria adolefcens nuncupatur. Censetur
etiam nomine uiri, eo quod ingenij uiriliter soler-
tiam nactus sit. Huius nimirum semita tot & tã-
tis anfractibus undiq; premitur, quod cum eam
uestigare molieris, nullum uestigium eidem
impressum plerumq; reperire possis. Acta Ma-
nichæi require, & maxime epistolam, quæ di-
citur fundamentum. Ibidem sane uiam uix cui-
piam uestigabilem, monstruoso pede, solertia
peruigili tritam inuenies. Hoc quippe Salo-
mon ignorat, unde alteri mortalium tanta sub-
tilitas peritia proueniat, alteri hebetudo men-
tis inhereat, cum uterq; particeps rationis exi-
stat. Nullus inferior altero circa formam est diui-
nae naturæ, sine cuius lumine abdita ueritatis ne-
mo potest cernere: & tamen pleraq; scriptura-
rum secreta nonnunquam hæreticis pandun-
tur, quæ uel religiosi uiris absconduntur. Est &
alius intellectus, qui competenti ratione ad per-
sonam Christi refertur. Christus dicitur aquila,
ob multiformem significationem, quæ notatur
in aë præfata. Sicut auis illa nidum suum, sic
& ipse suam sponsam, scilicet ecclesiam prote-
git. Et quemadmodum illa exterum cubile ad
procreandos pullos nullatenus adit, sic & Chri-
stus extra sinum ecclesie sobolem minime gignit.
Propterea recentis ortu scetus uis radijs ser-
uentis solis opponit: qui si lumine irreuerbera-
to iubar prædicii sideris haudquaquam inspe-
xerint, protinus utpote degeneres à cæteris qui
sibi patrisant, propulsi à nido segregant. Quod
bene Christo cõgruit, quoniam omnes quos lu-
men ueræ cognitionis non irradiat, tamen si ec-
clesia procreati sint, tamen à consortio electo-
rum electos separat. Serpentes item auis illa re-
migio alarum subuecta in aerem portans deuo-
rat, & nativo calore totum uirus extinguit: ita
& Christus rediens ad patrem triumphato prin-
cipe

cipe mortis, ineffabili uirtute diuinitatis malitiam serpentis antiqui destruxit. Cuius uiam nescire Salomon sese professus est: quoniam quis potest differere itus & reditus unigeniti filij Dei, qui & incorporari, & mori, & sepeliri, & inferos spoliari uoluit, & postmodum cernentibus eiusdem discipulis coelos adiit? Idem ipse petra recte uocatur, super cuius fundamentum nostra imbecillitas solidatur. Hic siquidem coluber tortuosus, uirosa uestigia imprimere nisus est: at uero ipse sicut adamas uerus lubrici gressus, nec uel lignum suscepit, sed omnino re tundens insit, Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. Passus etenim fuerat gressum chelydri, cum sibi diceret, Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Quis quaso uersutiam serpētis, item robur ualidissimæ petræ discutere præualeat? Iste nimirum nauis, iste nempe gubernator appellatur, prora spiritus sancti commendatur. In ea quidem apostoli tanquam remiges resident, in eadem & nos collocati ad patriam tēdimus, securi cantum Syrenarum spernendo nauigamus: crebris flatibus tentationum tundimur, solum modo suscitamur, ne quādo inertia resoluti torpescamus. Quomodo in alteram ripam huius maris, tum Scyllæorum canum latratu pestrepente, tum Charybdis periculo imminente, si ne naufragij detrimento trāsonamur? quis hominum in uiam, perscrutari præsumat? Quare to loco uiam uirtutem nemi noscibile ponit. Quis est iste uir, nisi ille de quo dicit Apostolus, Donec occurramus omnes in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi? Quis enim estimare potest, quanta bona generi humano, dum in terra moraretur, non modo corporibus languore multiformi profligatis subueniēdo, uerum quod est utilius animas eorū medēdo, tanquam singularis medicus præstitit? Quis famem tolerans corporis uel animæ uenit ad eum, & incitatus rediit? Quis mole scelerum prægrauatus ad eum perrexit, & sanitate carens inde recessit? Quid ergo? Nulli siquidem peruius est callis illius. Ista sunt quæ Salomō penetrare nequiuit. Vidit hæc uentura in spiritu, sed altera est notio figuræ, altera uero notitia rei præcitatæ.

IN IDEM CAPVT XXX. PRO
VERBIORVM.

PER tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere. Per seruum, cum regnauerit: per stultum, cum satiatus fuerit cibo: per odiosam mulierem, cum in matrimonij fuerit assumpta: & per ancillam, cum hæres fuerit dominæ suæ. Interdum terra, cor uidelicet terrenis desiderijs illæsum mouetur, cum ad assensum peccandi inflectitur. Quæ sit autem causa motionis huius, inquit dicens, Per seruum cum regnauerit. Regale sceptrum seruis administrat, cum mercenarius quispiam pastorem cathedram usurpat: istum nempe sese mouentem amissa stabilitate qua fundatur terra, fructifera in seculum

Bedæ tom. 7.

seculi terra, quam debet excolere, utpote mobilis, sequitur. Quid enim si mobilis mobilem imitatur? Fugiens præeuntem sequitur. Fugit enim, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. In primis motus mouet subiectos, uel exemplo nefariæ uitæ, ut suæ motioni inhæreant. Præterea mouetur terra, uel ad profluuium patrædi scelæris, uel ad eneruationem fidei: stulto agente in regno quippe, satiatus est cibo. Quid est cibus fidelis populi, nisi panis uis sacri eloquij? hinc etenim Dauid dicit, Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Porro hanc stultus, uidelicet hæreticus quilibet frequentans, & panes quos ibi positos cernit corrodens (desunt enim sibi uires humilitatis, quæ paruulis & magnis eos frangit) tanquam satiatus recedit, & alios panes cudere molitur. Inde est illud, Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: quoniam in similitudinem arioli & confectionis estimat, quod ignorat. Comede, bibe, dicit tibi, & mens eius non est tecum. Cibos quos comedas, euomes, & perdes pulchros sermones tuos. Ista profus hæreticorum moribus conuenire, nisi faueat illis, nullus est qui ambigat. Quod enim ignorant arioli, seu cōiectores, pro more responsa dare consueuerunt: conantes astruere, seu illa falsa esse unde quæritur, seu coniecturam potius quam formam ueritatis super his unde agitur, debere estimare. Horum quippe cibos si comederis, prius necesse est uomas panes Dominicæ mensæ: quoniam nisi mens tua panem fidei reiecerit, liquet te non posse suscipere panes erroris. Isti sunt pulchri sermones, panes uidelicet Domini, quos statim perditurus es, ubi degluties cibos huiusmodi. Quæ enim participatio Christi cum Belsa? Quæ est ista mulier odiosa, quæ matrimonij lege uitro iungitur, nisi anima actus effætos habens, quæ nomine fragilis sexus ritè figuratur? Viro autem cui nubit, principale mentis congrua ratione notatur. Vnde Dominus Samaritanæ mulieri loquens insit, Quinque enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir. Nec tamen illi cui illa iungitur, sed sapientibus, qui carnalem uitam detestantur, odiosa esse dignoscitur. Cumq; ista uoluptuariam uitam appetens rationem subijcit, suisq; lenocinijs seruituram, compellit, quasi scædus matrimonij cum uitro delideratissimo inuit. Hac itaq; regnante motus terræ solet fieri, quoniam acies mentis, quæ uelut ager Dominicus semenem diuini uerbi suscipere ac coalescere parata est, si huiusmodi mulieri seruanda comittitur, protinus deserto proposito spurcissimos amplexus illius nefandæ imitatur. Quartum uero sequitur, quod terra ferre non ualet, ancillam uidelicet hæreditario iure succedere dominæ suæ. Quæ est ergo hæc ancilla, nisi caro humana, quæ lege naturæ præceptis animæ consuescit obtemperare? Interdum fit hæres dominæ, cum turpes actus delectationum, quas mulier iam dicta fouet, in actus carnis transferuntur. Iam illa domina uiuens in de-

E 3 licijs

licijs, mortua est, & ad ancillā hæreditas trāsīt, complens omnia facinora, quæ illa disponit. Quod si huic ancillæ pastorem curam tractādam commiseris, quanta calamitas regno cui prefficitur, inde contigerit, quis mortalium que so tolerare poterit? Istæ sunt nimirū pestes mōstrofæ, quarum principatu terra cordis humani mouetur, & ad opus instabile trāsferitur. Isti sunt sanæ, qui nesciunt in urbē ire, quicq; cæteris anhelō pectore illuc tēdentibus iter cōcludūt.

IN IDEM CAPVT.

Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter: leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum: gallus succinctus lumbos suos, & aries: nec est rex qui resistat ei. Ipse quippe hoc loco leo ponitur, de quo scriptum est, *Vicit leo de tribu Iuda. Qui fortissimus bestiarum dicitur, quia quod in illo infirmum est Dei, fortius est hominibus: qui ad nullus pauet occursum. Dicit enim, Venit enim princeps huius mundi, & in me nō habet quicquam.* Gallus succinctus lumbos, id est, prædicatores sancti inter huius noctis tenebras, uerum mane nunciāntes. Qui succincti lumbos sunt, quia à membris suis luxuriæ fluxa restringunt. In lumbis uerò luxuria est. Vnde & eis à Domino dicitur, *Sint lumbi uestri præcincti.* Et aries, nec est rex qui resistat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus, nisi primum intra ecclesiā ordinem sacerdotum, de quibus scriptum est, *Afferre Domino filios arietum: Qui per exempla sua gradientem populum, quā subseque-tem ouium gregem trahunt. Quibus spiritualiter recteque uiuentibus nullus rex sufficit omnino resistere: quia quilibet persecutor obuiat, intentionem eorum præpedire non ualet. Sciunt enim, ad eum quem desiderant, & anxie currere, & moriēdo peruenire. Ponitur ergo primus leo, secundus gallus, tertius aries. Apparuit enim Christus, deinde sancti prædicatores apostoli, & tunc demum, spirituales patres ecclesiarum prepositi, uidelicet duces gregum, quia ducesores sequentium populorum. Sed hæc adhuc melius affirmamus, si eiusdem loci etiam reliqua exponēdo subiungimus. Nam quia post hæc & Antichristus apparebit, hoc illic apparebit, hoc illic quartū subdidit dicens, *Et qui stultus apparuit, postquam eleuatus est in sublime. Si intellexisset, ori imposuisset manum. Ipse quippe in sublime eleuabitur, cum Deum se esse meretur. Sed eleuatus in sublime stultus apparebit, quia in ipsa elatione sua per aduentum ueri iudicis deficient. Quod si intellexisset, ori imposuisset manum: id est, Si supplicium suum cum superbiore exorsus est, preuidisset, bene aliquando conditus, in tanta infatigatione superbiæ non fuisset eleuatus: de quo nequaquam moueat, quod superius dictum est. Quartum, quod incedit feliciter. Tria quippe incedere bene dixit, & quartum feliciter. Non enim omne quod feliciter, bene: neq; in hac uita omne quod bene, feliciter. Nam leo, gallus & aries bene incedūt, sed non feliciter: quia persecutionū bella patiuntur. Quartū uerò feliciter, & non bene incedit:**

quia in fallacia sua Antichristus graditur, sed in xta breue tēpus uitæ præsentis ipsa illi fallacia prosperatur: sicut de eo sub Antiochi specie per Danielem dicitur, *Robur datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata, & prosterne- tur ueritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Quod Salomō ait, Incedit feliciter: hoc Daniel dicit, Prosperabitur.*

IN CAPVT XXXI. PRO-
VERBIO RVM.

Noli regibus d' Lamuel, noli regibus dare uinum, quia nullū secretum est, ubi regnat ebrietas: ne forte bibāt, & obliuiscatur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. Lamuel, in quo Deus, in nostra lingua resonat: mater uerò eius, quæ memoratur eum huiusmodi uisionem erudisse, sapientia est diuina. Hortatur itaq; filium suum, in quo Deus per septiformē spiritum habitabat, ne uinum regibus bibendū porrigat. Qui sint autem hi reges, quibus potus uini penitus aufertur, pater eiusdem nobis declarauit inquiens: *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Etenim argueretur dedisse uinum regibus, per quod mentes potantium alienantur, si non ostenderet, quā grauiter præpediat blandiens sollicitudo seculi huius animos eorum, qui sese terrenis negocijs implicuere. Is itaq; qui reticet monita salutis, si quando æger, qui poterat sanari, mortem proinde incurrerit, pro certo ictus necis intulisse fertur. Nullum inquit secretum, ubi regnat ebrietas. Licet de corporeo uino possit intelligi, nullus enim ebrius iuris est sui, & ideo utpote uas fictile cuncta diffundit: tamen est aliud uinum, quod nullum comitatur secretum. Quid igitur hoc in loco figuratur per secretum, nisi sapientia quodlibet mysticum, quod constat amatoribus mundi huius non esse peritum? In nullo igitur secretum sapientia reperitur, in quo regnū ebrietatis esse probatur. Si uis ergo mirari arca na sapientia, insolens regnum ebrietatis facti bi longius abesse. Quanta uerò calamitas ex hac portione prodeat, obliuio iudicialia, & mutatio causæ super filios pauperis exerta proclamat: tanto siquidem uiget memoria præfatorum regum in discretione iudiciorum, quanto constat eam esse longius remotam ab æstu mundanarū sollicitudinū. Eo igitur sobrii sunt, quocirca labentis seculi blandimēta languescunt. Quis est iste pauper filiorum, cuius causam hi qui calice Babylonio debriati sunt peruertit, nisi ille qui cū diues esset, pro nobis pauper factus est? Causa namq; in iudicio peruertitur, cum per iudicē iniquitatis innocens punitur, & reus ultione dignus impunitate donatur. Quod autē partikulam dubitatiuā ponit, dicens, *Ne forte bibāt: ut opinor facultatē liberi arbitrii pronam esse ad utrumlibet, innotescere uoluit, & maxime uer-gibilem in deteriore partē, si uinculo amoris, siue timoris retenta nō fuerit, latenter innuit. Siue per Lamuelem, qui in quo Deus, ut iam diximus, interpretatur, ratio humana, quæ ad imaginem Dei facta est, competenter designatur. Mater uerò eius, gratia Dei scilicet, intermina-**

rum sibi, ne potum perniciosum regibus, hoc est
sensib. interioris hominis propinet: qui quādiu
rationi parent, tamdiu uero regis uocabulo ri-
tē censentur, quia actus hominis exterioris per
eos regali censura comitante disponuntur. Illi
nimirum si quando haustum fugitiuæ felicitatis
inrorfus traxerint, repente disciplinæ me-
moriæ expertes, quid uitandū, quid uē sit faciē-
dum, suborta caligine fœdæ dilectionis, haud
distinguant. Dein causam filiorum pauperis
mutant, cum operum spiritus, qui in considera-
tionē sua debet esse pauper, futuram recōpen-
sationē in carnalem affectū transmutant. Cau-
sa quippe nostri laboris, amor est seruēs immar-
celsibilis quietis. Huiuscemodi Salomon uinū
abhorrens, carnem suam spiritui seruire com-
pellit, ut libero gressu moueret animum ad prę-
ceptoris uerba sapientiæ haurienda, ut addere
tur capiti suo gratia, & torques collo suo.

IN CAP. XXVI. PROVERB.

*Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tri-
buti insipienti honorem.* Is qui secularibus literis
eruditus est, nouerit secundum errorem genti-
lium, Mercurium esse deum eorum, qui mercibus
mirandis instare consuecunt: & quia in-
stitores plurimum opibus congregandis unde
fomes auaritiæ pullulat, omnes ferme inuisgilāt,
conuenienter per uocabulum primatis, nomen
eius qui sibi famulatur, designari uidetur. Itaq;
per nomen Mercurij, qui uis auarus exprimitur.
Quid sit igitur mittere lapidem in aceruū
illius, considerandum est. Fuit cōsuetudo apud
antiquos, ut si quempiam in sua affinitate auarum
reperissent, repente ad regiam uiam cur-
rerent, & unusquisq; eorum lapidem gestans,
aceruum inde ob dedecus auari congregaret.
Postmodum omnis iter agēs, cum à longē acer-
uum lapideum cerneret, patrio more lapidē su-
mens, in aceruum prouebat. Sicut ergo insipi-
entes reputātur isti, qui magis dabant operam
in collectione lapidum, quā in auari morbo
fanando: sic proculdubio expertes intellectus
perhibētur, qui numerum imprudentium, qui
rectē lapides uocitantur, dando sibi honore au-
gmentare conantur. Forsitan si conuentus po-
puli super eos qui cathedra pastoralī fatuos, i-
mò lapideos homines sublimant: una quoq; su-
per illos, qui iniuste promouentur, aceruum te-
stimoniū diuinorū congererent, ab impor-
tunitate tantæ pestilentie aliquantisper torpe-
scent. Quid enim? Putasne quem sapientia
non promouit, posse alijs prodesse, cum normā
disciplinæ penitus nescierit, nec patriam, ad eu-
ius gaudia plebs sibi subiecta inuitatur, noue-
rit? Minime inquit.

IN CAPVT XVIIII.
SAPIENTIAE.

*Cum quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cur-
su medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine,
exiit de celo à regalib. sedib. durus debellator in mediā exter-
minij terrā profligit: gladius acutus, insinulatū imperiū tuū por-*

*tans, & stans repleuit omnia morte, & usq; ad caelū attingebat,
stans in terra.* Alia translatio habet, Medium si-
lentij, significans idem quod & quietum: ete-
nim nocte media quietus silentium fieri solet.
Primū silentij est circa notionē Dei, ubi deest
auditor, licet adsit, qui de Deo loqui nouerit.
unde Dauid ait, Obmutui & humiliatus sum,
& sili à bonis, & dolor meus renouatus est. Si-
let uir Dei cū maximo dolore: silet aliter impro-
bi, cōtemptra sui creatoris maiestate. Cor nimirum
unius angore proteritur, mens aut alterius
inepta lætitia resoluitur. Aliud silentij de Deo
sequitur, cū adest auditor, sed deest predicator.
unde per Ieremā dicitur, Paruuli petierūt pa-
nem, & nō erat qui frangeret eis. Hæc quotidie
uidemus contingere, quoniā nequitia humanæ
uitæ adeo præualuit, quod & in prælatīs, & in
subditis huiusmodi miserā regnare nullus am-
bigit. Mediū itē silentij in corde humano pro-
fundissime fit, cū desunt qui auditū uel aurium
predicatoribus applicare uelint, nec adsunt do-
ctores qui pandant uerbū Dei. hinc etenim per
Dauidē dicitur, Omnes declinauerūt, simul inu-
tiles facti sunt, non est qui faciat bonum, nō est
usq; ad unum. Nam cū unigenitus Dei filius no-
stram humanitatē assumpsit, error iste mentes
mortalium non occupat. Hoc utiq; silentium
nō omnes, sed omnia tenebant: quoniā creatu-
ra præter hominē, etiam uniuersa suū opificem
sua specie laudat. Cæterū nullus ferme tunc tē-
poris circa pulchritudinē mundanæ molis, lau-
dem creatoris considerare nouerat. Ac per hoc
nō solum homo, uerū cæterę creature medium
silentium colebant. Homo cōtemnens uti ratio-
ne, inferior aut factura, quia nemo sciebat eius
ordinē decensissimū plasmatorū cunctorū refer-
re, itaq; nox in suo cursu medium iter habebat.
Quid per noctis uocabulū aliud, q̄ ignorantia
Dei: quid uerò per cursum, nisi perseverantia ex-
iustie cæcitatē figuratur? Nox siquidē medium
iter solito cursu peragit, cum nusquā recedens
à prauitatis proposito deflectit. Mediū itē iter
fuerat, qm̄ in cōmune omnij error præfatus cur-
rebat. Tunc omnipotēs de celo à regalibus se-
dibus profligit, utpote durus debellator. Per re-
gales quidē sedes angelicæ uirtutes, in quibus
Dñs sedet, exprimitur. Quod aut dicit eū profl-
uisse, inopinatū aduentū eius designauit. Ipse
reuera durus debellator apparuit, quia fortē ar-
matū, qui suū atrij custodiebat in pace, cōpre-
hendit, ligauit, spolia sibi diripuit, antiqui iuris
impotē reddidit, infernū spoliavit, uictor unde
uenerat, redijt. In mediā terrā exterminij saliens
uenit. Quid erat aliud genus humanū, nisi terra
extra metam iustitiæ translata? Ad hanc reuo-
candā intra limitem pietatis sermo patris de-
scendit, ut ipsemet illā excoleret, sereret fruges,
parturiet custodiret: uel terram exterminij
Iudaicum populum, quem aper de sylua exter-
minauit, congruenter appellauit. In medio eo-
rum factus est homo ex semine Dauid secundū
carnem, profligens apparuit. Siue mediam ter-
ram exterminij adiit, cum cor humanum, quod
E 4 pluri

pluribus de caulis medium nuncupatur, dignū esse diuina exterminatione comprobauit. Sic enim improbi nonnunquam ad uiam iustitiæ reuertuntur, cum eis prius exterminium emittere damnationis manifesta ratione demonstratur: quoniam uinculo dilectionis supernæ retineri nequeunt, uel timore gehennali perterriti, ad cultum sui creatoris reuocandi sunt. Statim cum terram Dominus adit, subsequitur exterminium uitiorum, non possunt tenebræ pati lucem: uidet homo ubi iacuit, cernit funes peccatorum, unde trahus extorris factus est. Saluat & ipse in terram nostram extra terminum potentis uirtute, pellat hostilem cuneum, qui conatur antiquo more possidere denuò nostri peccatoris domiciliū. Iste sermo gladius est acutus, pertingens usq; ad diuisionem animæ ac spiritus, discretor cogitationum. Quid plura? Nulla creatura impenetrabilis est ante aciem illius. Iste est quidem, cuius icu filius à patre, mater à filia: & quod est difficilius, à uoluntatibus suis homo separatur. Porrat namq; Dei filius insimulatum patris imperiū, quoniam quæcūq; habet ipse, habet & filius eius. Quid est insimulatum imperium portare, nisi iusionem sine simulatione æquali iure hominibus prædicare? Ipse est enim nunciū paternæ uoluntatis, ipse fert imperiū illius: ipse percutit, uulnerat & medetur: prouehit, coronat, glorificat. Quippe pater non iudicat unquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Qui enim derogat alteri, similiter derogat & alteri. Ipsa namq; ueritas dicit, Philippe, qui uidet me, uidet & patrem. Hic uerò patris imperiū portauit, cum ei usq; ad mortem obediens extitit: Pater, inquit, si possibile est, transeat à me calix iste: ueruntamen nō sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Portemus & nos imperiū illius, mortificantes nosmetipsos cū uitijs & concupiscentijs: subiiciamus præceptis illius torosam ceruicem, suscipiamus iugū eius suauē, per quod omnia graua nobis leuissima esse probantur. Istud est lignum, quia amici illius uocamur, cum eius mandatis paremus. Ipse enim dicit, Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio uobis: & stans inquit, Repleuit omnia morte. Cum filius Dei carnē nostrā induit, quasi surgens à lecto legis, in qua diu lauerat, inter homines apparuit. Omnia deniq; repleuit morte, dicens unā omnibus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnū Dei. Repleuit omnia morte, cum non solum actu, uerum cogitatione, regnum cœlorum amitti posse, stans extra contigionem totius maculæ; utpote uirgo natus de uirgine, mundus de munda asseruit. Ait enim, Qui uiderit mulierem ad concupiscendū eam, iam moechatus est eam in corde suo. Quis igitur est liber mortis imperio? Istud nempe priusquam stetisset, nullus fermē nouerat, teste Apostolo, qui ait, Sed peccatū non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Siue Dominus ste

tit, cum principe mortis triumphato, à mortuis resurrexit. Quamdiu enim passionēs carnis humana sustinuit, tamdiu quasi nobiscum iacuit, sicut particeps nostre corruptionis: uerum ubi resurrexerat, dictum est de eo, Stetit Iesus in litore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Postmodum missis discipulis ad prædicandum Euangelium omni creaturæ, repleta sunt omnia morte, dum & anima originali transgressione astricta esse demonstratur, & carnis illecebris exterior homo submersus esse conuincitur: quippe omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. & usq; ad cœlū, inquit, attingebat, stans in terra. Sicut homo inter nos erat, tanq; Deus cœlum regebat: cumq; quod hominis est, agebat, in terra quidem stabat: cum uerò quæ solius diuinæ potestatis esse perhibentur, operatus est, ad uerticē usq; cœli pertingebat. Itaq; cuncta gubernans, & in terra stetit, & cœlum nō deseruit. Stabat item in terra, cum corda terrena ad suam disciplinam persequendam conuertebat. Stabat in cœlo, cum eosdem qui terrenis desiderijs impliciti tenebatur, ad confortiū supernorum ciuium posse concendere afferbat. Cœlis sursum adhærebat, uenit eos quorum conuersatio in cœlis erat, ne laberentur, regebat. Iste est sermo plenus ueritatis, qui solum cōtinet formam Dominicæ incarnationis. Potest hoc ipsum iuxta moralitatem interpretari. Primum, inquam, silentium est uelle peccare, sed conceptæ malitiæ facultatem, ad uotum hominis nequam nullatenus occurrere. Quæ res quidem ex superni fontis redundanti clementia uidetur manare, dum effectus iniquitatis prauæ menti subtrahitur: ne uel, si non eam super affectu sceleroto aliquoties pœnituerit, durius puniatur. Est & aliud silentium, quod animus prauis hominis seruat, dum legis utriusq; sancita proponens, ex deliberatione se peccatorum decernit, sed solius timore pœnæ coercetur. Medium autem est silentium, quod est grauius atq; nefandius cæteris, hominem uelle peccare, & ea quæ male uult, implere posse, nec timore diuini respectus, nec reuerentia mortaliū, id quod nefariè proponitur, agendum intermittere.

IN CAPVT XXXVIII.
ECCLESIASTICI.

DVm quidam sapiens laudibus pro qualitate operum architectos efferreret, linituram figuli supposuit, dicens:

Sic figulus sedens ad opus suū, cōuertens pedibus suis rotam. Qui in sollicitudine positus est semper propter opus suū, & innumera est omnis operatio eius. In brachio suo formauit lutum, & ante pedes suos curuabit uirtutem suam. Cor suum dabit, ut consummet linitionem, & uigilia mundabit fornacem.] Post hæc artifices, quorum prerogatiuam descripserat, comprehendens, inquit:

Sine his omnibus non ædificatur ciuitas, & nō inhabitabunt, nec ambulabūt, & in ecclesiā nō transliēt.] Aestimās ne dubitandum, non posse ciuitatem construi sine opere

opere figuli? Quis uel demens, inquis, hoc ar-
bitrabitur? Quo fit, ut gratia huius artificis uti
ceterorum, unde in eodem loco tractat, mysti-
co sensu intelligenda sit. Figulus igitur ad opus
suum sedet, cum quilibet doctor ecclesie men-
tes terrenis negocijs incumbentes conformare
molitur, ut fiant uasa Dei non in contume-
liam, sed in honorem assignanda. Rotam pedi-
bus suis cōuertit, cum manifestis operibus cor-
da subditorum sua uoluntati connectit. Quid
enim humani cordis uolubilitas, nisi rota cir-
cumacta? Hanc nimirum nullo modo aptius ci-
tius ure, quam per exemplum religioſæ uitæ ad
sui nutum potest uoluere, ut mens terrena pau-
latim effigiata, & facibus superni amoris ad pu-
rum excocta, in uas electionis progrediatur. Il-
lius quippe operatio penes multitudinem ho-
minum ignota est, quia nulli potest esse scibile,
quantum fructus cordibus audientium infu-
derit. In brachio lutum format, cum cor terre-
num per exemplum laborū suorū ad id, quod
idem ipse est, inuitat. Ad hæc uirtus eius ante
pedes suos curuatur, cum doctrina uerbi operi-
bus eius respondere perhibetur. Item ante pe-
des uirtus curuatur, cum secundum robur ani-
mi opus distribuitur: siue quia status animæ so-
la humilitate nititur, tantum enim qui uis for-
tis est, ut in ea fundetur: uel ante pedes uirtutē
opifex præmittit, cum operibus intentio non
reflectit, siue dum præfert opera uirtuti, quasi
ante pedes uirtutem submittit. Post hæc dat o-
peram, ut linitionem perficiat. Quid enim al-
liud est linitio, quam uasis cōsummatior etenim
cū homo sit cœlestis abiecta contagione primi
parentis, tunc respundet forma in eo peractæ
linitionis. Postremo est admodum sibi uigilia
necessaria, ut fornacem, in qua uas coquitur,
mundare præualeat. Post peractum officij præ-
dicationis, restat labor uigiliarum prædicatori,
ut si quicquam sordium sibi inheſerit, solerti ma-
nu detergat. Quid igitur est fornax, quæ suffla-
torio superno succenditur, nisi mens pastoris
quæ super perditione membrorum suorū inu-
ritur? Hæc itaq; mūdanda est, quoniā raro inue-
niens quempiam prædicationis officio fungen-
tem, quem uel fauoralis aura nō pulsauerit, uel
inclementia iudicij non redarguerit, seu remis-
sior censura non uerberarit: quo fit, uti necessa-
riè uigilandum est in prædicationis administra-
tione. Similiter expleto negotio adhibēda est
opera uestigationis, ne quid lateat admixtum,
per quod offuscetur merces strenuæ operatiōis.

IN PSALMVM XC.

Quia diabolus membra Christi in nocte, i-
tem in die tentare nō desinit, testatur Psal-
mista, cum dicit:

Scuto circumdabit te ueritas eius, non timebis à timore nocturno, à sagitta uolante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & demonio meridiano.] Iuxta diuersitatem horarū exprimitur qualitas tentationū. Quid
est scutum ueritatis aliud, quam amor iustitiæ? Omnis namq; amator iustitiæ, assertor esse ue-
ritatis probatur. Porro iustitiam amplectendo,

ueritatē conatur tueri. A quinq; percito nimirum assultu animæ infra scripto, mens fidelis eruitur, si scuto ueritatis pramunitur. In primis à timore nocturno liber euadit. Timor quippe nocturnus præsens est uita, cuius caligine tendentes ad patriam, circumdamur: interim iter agentes sine intermissione bellum clandestinū atq; forense, quod hostis antiquus administrat, toleramus. Veruntamē qua'nam parte ictus diriguntur contra nos, uelut cæca caligine noctis circumsepti, nequaquā discernere sepiuscule ad purum possumus. Quis quādo sagitta arcu dissoluitatis emissa, te ipsum appetierit: quia summi regis præceptis te militaturum mancipasti, ex tunc scutum eius arripuisti: exple promissum, caueo mentiri, ne sis quæso retrōgrada. Sic certe casto uulnere perspicias sagittam malignitatis à teipso declinantem. Quid igitur per sagittā, nisi iniquitas incurſans improuisse? quid uero diei nomine, nisi discretio figuratur? Volat igitur sagitta per diem, cum remoto discretio- nis nubilo, percipit qui tentatur, id esse proculdubio peccatum quod uirtutes animi molitur expugnare. Hostis nonnunquam cum homine negotium tractare uidetur, cum eousque sibi delectationē patrādī sceleris ingerat, quod etiam respuendi, uel agehdi, quod ille persuadet, pendulus permaneat. Hic sanè nomen negotij sonare uidetur. Negotium enim, quasi negans ocium dicitur. Omnis itaq; qui diabolicā impugnationem perpetitur, ad utrumlibet uacillans efficaciam negotij sortitur. Nulla namq; sibi requies conceditur, donec optio perseverantia, seu ruina terminetur: cumq; circa hæc inef- ficax plerunq; reperitur, utpote uictus totas uires suas aduersus agonotheā huiusmodi exercit: sed eum quem nutantem, quasi negotij tra- ctantem inspicit, impetu statim ualidissimo percutit, & ad delectationis barathrum, quibus potest utribus pertrahit. Quæ res quidem per uocabulum Incursus exprimitur. Quid plura? Sequitur uehemens furor demonij meridiani, quæ sibi consensum foedæ delectationis allicit: quoniā sicut sol cum centrum plagæ meridianæ ascenderit, quod altius surgat, non habet: ita uero malignus spiritus, postquā animam sibi consentiendo illexerit, locum superiorem quo possit irrepere, haudquaquam inuenit.

IN CAP. VIII. SAPIENTIAE.

Sapientia attingit à sine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.] Qui sunt isti fines, & quod medium utrorumq; quos ista comprehendit? No- uimus quippe scriptura narrante, quod fabrica mundi senario numero in species proprias distributa, sapientia summa ab omni opere quod patrarat, septima die requieuit. Hic est primus finis, consummatio scilicet rerum caducarum, quem sequitur alter, cum fiet nouum cœlum, & terra noua. Itaq; ab illo, in quo cuncta quæ sub rota solis uoluuntur, consummata esse memorantur, usq; ad illum finē, in quo trāsitura sunt. Sapientia quidem de, qua agitur, attingit forti- ter, cum unaquæq; res uti condita est, prefixam

metam

metam naturæ, per quam subsistit, non transgre-
ditur, & compos sui iuris, non est appetens alie-
ni, seruans pulchritudinem ordinis pulcherrimi.
Hic eadem suauiter disponit, quia singulis
formis rerum legem suauissimæ tranquillitatis
contulit: quippe suauis & ipse, nihil asperum, ni-
hil insuaue condere potuit: ipsa est alta profun-
ditas, quæ nemo intueri uel penetrare potis est.

In humana anima triplex uis naturæ uigere
dinoscitur. Est enim rationalis, concupiscibilis,
irascibilis. In discernendo quid sit bonum ma-
lum uel, adminiculo rationis utitur. Quia uerò
appetit naturæ iure dictante, id quo nihil est me-
lius, concupiscentiam ex rationis fonte manan-
tem, nulli dubium est ipsam possidere. Inde est
illud, Quasi modò geniti infantes rationabi-
le lac concupiscite. Primò uerò, quia contra
reatum indignatur, motum iræ salutiferæ na-
turaliter habere perhibetur. Vnde Dauid pec-
cantibus dicit, Irascimini, & nolite peccare. Ac
suscipiet. Quia contententes rationem, concu-
piscentiã salubrem, iram excessus illicitos pu-
nientem spreuistis: irascimini uobismet ipsis, ex-
pellentes ab antro cordis irascendo, quod in-
gressistis malè delectando. Deinceps caute ne
eandem ruinam incurratís, attendentes illud
quod Dominus in Euangelio cuidã inquit, Va-
de, & amplius nolite peccare. Postremò quæ sunt
duo, quæ tribus præfatis resistunt, diligenter ue-
stigemus. Constat proculdubio, quia concupi-
scentia carnis, concupiscentiæ spiritali reniti-
tur: ira uerò carnalis iustitiæ repugnans, alteri
iræ quæ comes est iustitiæ indiuidua, e conuer-
sò reluctatur. Qui bene domum unam inhabi-
tare dicuntur, quoniam huiusmodi altercatio
intestina intra domicilium interioris hominis
agitur: & quod Lucas euangelista quinario nu-
mero diuisit, hic utiq; Paulus apostolus binario
comprehendit, ubi dicit, Caro concupiscit ad-
uersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.

IN VIII. CAP. PROVERB.

Necdum erant abyssi, & ego concepta eram: nondum fon-
tes aquarum eruperant, necdum montes graui mole consti-
terant. Nomine abyssi abdita mysteria prophe-
tico ore prolata: corda uerò sanctorum, unde mul-
tissimi riui deriuantur, ad adaquandum gregem
sibi commissum, per fontes competenter expri-
muntur. Isti uerò montes, quid sunt nisi caterua
martyrum, quos amor sancti spiritus à Deo præ-
ponderat, quod nec ming, nec seculi blandimẽ-
ra, neq; tormentorum acerbitas exquisita, nec
etiam incensæ laminæ ferri intima uiscerum ri-
mantis exuperant. inde Dauid, In populo gra-
ui laudabo te.

DE SALOMONE IUDICIUM.

Salomon, uir tanta sapientiæ, nunquid nam
credibile est, illum in simulachrorum cultu ali-

quid utilitatis credidisse: non. Sed mulierum a-
mori ad hoc malum trahenti resistere non ua-
luit, faciens quod sciebat nõ esse faciendum, ne-
suas, quibus deperibat, delicias contristaret.

Quamuis peccasset Salomon, tamẽ egit pœ-
nitentiam, scribẽs Proverbia, in quibus ait, No-
uissimè ego egi pœnitentiam, & respexi ubi eli-
gerem disciplinam.

Salomon ille mirabilis, qui meruit asistrici
sapientiæ Dei copulari, in alienigenarum mulierum
incurrit amplexus: & in uinculo libidinis illa-
queatus, sacrilegij errore se polluit, cum Cha-
mos idolo Moabitarum simulachrum fabrica-
uit. Sed quia postea per prophetã culpam agno-
uit, nunquid medicinæ cœlestis extorrisiuit?
An forsitan nõquam eum in Canone lego pœ-
nituisse, neq; ueniam consecutum fuisse? Audi
pœnitentiam eius, quæ non scribitur publicis
legibus. Fortassè ideo acceptabile aliquid di-
cam, quia non ad faciem populì, sed in secreto
conscientiæ Deo teste pœnituit. Veniam autẽ
ex hoc consecutus est, quia cum solutus esset à
corpore, sepultum eum inter corpora regum, qui
Deo placuerunt, scriptura commemorat: quod
tamen alibi peccatoribus regibus abnegatum
fuisse cognoscimus, qui usq; ad mortem in pro-
posita peruersitate manserunt: & ideo quia in-
ter iustos reges sepeliri meruit, alienus à uenia
non fuit, ueniam autem ipsam sine pœnitentiã
non potuit promereri.

Aliunt libri Hebræorum, Salomonem quin-
quies tractum fuisse per plateas Hierusalẽ, cau-
sa pœnitentiæ. Item aiunt eum uenisse in tem-
plum, quod ipse ædificauerat, cum quinque uir-
gis, de quibus quatuor dedit quatuor legis per-
ritis, ut uerberaretur ab illis: qui communi di-
xerunt consilio, quòd in Christum Domini ma-
num non mitterent: unde frustratus ab illis, à se
depositus est à regno.

Quoniã, inquit, elephantos uides tibi subdi-
tos, & leones esse subiectos, cognosce te ipsum
ò homo. Quod non ut ferunt Apollinis Pythij,
sed Salomonis sancti est, qui ait: Nisi scias te
formosa in mulieribus.

Nec mirabimur in parte contraria pessimos
reges in typo præuaricatorum præcedere prin-
cipum, cum optimos reges, Dauidem, & Salo-
monem, & Iosiam, & patriarchas ac pro-
phetas, in figura Domini salua-
toris præcessisse do-
ceamus.